# FLORAE SICULAE

## SYNOPSIS

AUCTORE

JOANNE GUSSONE

*VOL. I.*



NEAPOLI

EX TYPIS TRAMATER

MDCCCXLII.

NEAPOLI — JANUARIO MDCCCXLII.

# MONANDRIA.

## I. *Monogynia.*

### CANNA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 1 — Juss. 63.*

*Cal.* 3-sepalus, liber, brevis, persistens. *Cor.* 1-petala, superae; limbo exteriore aequaliter 2-3-partito; interiore 2-labiato; labio superiore 3-partito; inferiore integro. *Anth.* margine filamenti petaloidei adnata. *Pist.* petaloideum, obtusum. *Caps.* globosa, muricata, 3-valvis, 3-locularis. *Sem.* globosa. (*Herba* glaberrima, radice perenni: *folia* ampla, integerrima, alterna, vaginantia, exstipulata: *flores* racemoso-paniculati, bracteati: *semina* majuscula, nitida. *Cannae Juss.*)

1. *C. INDICA. Lin. sp. pl. 1.—R. S. s. veg. 1. p. 1.— Ucria H. Pan. p. 54. — Guss. pr. fl. sic. 1. p. 1.*

C. labio superiore corollae limbi interioris tripartito, laciniis erectis linearibus aequalibus integris acutis, labio inferiore declinato integro, stylo lineari-lanceolato, foliis ovali-oblongis utrinque acutis.
Ic. *Red. lil. t. 201.* — Arundo indica, florida. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 14. f. 1.*
Ad rivulos aquasque puras lente fluentes; *fra Siracusa, ed Agosta a S. Cosimano.*
Julio, Septembri. ♃
*Caules* 3-5-pedales: *folia* laete virentia, et fere glaucescentia: *bracteae* membranaceae, coloratae, deciduae: *corollae* limbus exterior flavus, interior coccineus: *capsula* majuscula, polysperma: *semina* atra, levissima.
Olim forsan culta, sed nunc sponte abundanter vegetat simul cum *Coice lacryma.*

### SALICORNIA.

*Gen. pl. ed Schreb. n. 14 — Juss. 86.*

*Cal.* squamaeformis, utriculatus, succulentus, persistens, inferus. *Cor.* nulla. *Stam.* 1, saepius duo. *Styl.* 2-fidus, brevissimus. *Stigm.* 2-3-fidum. *Sem.* unicum, compressum, calyce persistente tectum. (*Herbae* annuae, vel frutices succulenti, articulati, aphylli, vel foliis squamaeformibus alternis vestiti, alterne vel brachiato ramosi: *flores* herbacei, spicati, minimi, saeplus terni in quolibet latere articulorum spicae. *Chenopodeae Vent.*).

1. *S. AMPLEXICAULIS. Vahl sym. bot. 2. p. 1 — Will. sp. pl. 1. p. 26. — Guss. pr. fl. sic. 1. p. 1.*

S. caule herbaceo ramosissimo, foliis amplexicaulibus cordato-orbiculatis subtus gibbosis, spicis axillaribus cylindraceis obtusis sessilibus, areolis floriferis trifloris.
S. nodulosa. *Jan elench.* in add. et emend., non *Delil.*
Ic. *Fl. sic. t. 1* — Kali humile, in racemi modum, glaucum, succosissimum. *Cup. panph. 1. t. 17.*

In inundatis argillosis maritimis, et in salinis; *Trapani*, *Marsala*. Majo, Junio. ☉

*Radix* herbacea, fibrosa, tortuosa, parum ramosa, nigricans, fere perpendicularis, diametro vix 2-lineari: *caulis* erectus, palmaris, vel semipedalis, herbaceus, glaberrimus, et uti tota planta glaucus, a basi valde ramosus, diametro 1-2-lineari: *rami* alterni, inferiores patentes diffusi, superiores erecti, ita ut tota planta fere formam pyramidalem assumat, simplices vel ramosi; caeterum cauli similes. *folia* crassa, inferne agglutinata, medio amplexicaulia, cordata, orbiculata, glaberrima, levia, subtus convexa, supra (qua parte libera) concaviuscula, vix duas lineas longa et lata, alterna, et ad cujusque rami exortum subjecta; exsiccatione flavescentia: *flores* spicati: *spicae* solitariae, sessiles, laterales et terminales, alternae, cylindraceae, obtusae, glaberrimae, erecto-patentes, 4-10 lin. longae, 2 lin. latae, ex bracteis imbricatis carnosis foliorum figura similibus, sed acutis, compositae, folio suffultae: *flores* inter bracteas terni, monandri, monogyni: *stamina* capillaria, albida: *antheris* parvis, sagittatis, flavescentibus: *stylus* brevissimus ad latus cujusque filamenti: *semen* lenticulare, parvum, nigricans, in bractearum parenchymate delitescens.

*S. nodulosa*, foliis junioribus turbinatis perfoliatis, foliis adultis alternis subglobosis semiamplexicaulibus adpressis, amentis glaucis caule ramoso crassioribus, floribus minimis monandris multifariam imbricatis, *Delil. Description de l'Egypte*, *vol. I pag. 121*, *tab. 5*, quae eadem ac *S. strobilacea Sieber* (non *Pallas*), nunc *Halocnemum nodulosum*, *Sprengel Syst. vegetabilium*, *vol. 1*, *pag. 19*, quoad specimina sicca a *Siebero* missa, quae coram habeo, hujus speciei varietas videtur; nam spicis dumtaxat crassioribus obtusioribusque ab illis ac ab icone, et foliis non turbinatis sed fere globosis a descriptione recedit. Caeterum haec nostra cum speciminibus *S. amplexicaulis* herbarii *Vahlii* optime quadrat, ut illorum comparatione facta *Cl. Schow* me literis monuit. Confer quoque *Cl. Bertol. in fl. ital. 1 p. 21.*

2. *S. HERBACEA. Lin. sp. pl. 5 — Presl fl. sic. pr. p. 9 — Ucria H. Pan. p. 55 — Guss. pr. 1. p. 2, et suppl. p. 1 — Parl. fl. pan. 1. p. 4.*

S. aphylla, caule herbaceo ramisque erectis, articulis et squamis emarginatis acutis, apicis axillaribus pedunculatis oppositis solitariis binisque apice attenuatis terminali subsolitaria, areolis floriferis trilocularibus, loculo intermedio altiore.

Kali humile, tenerrimum, geniculatum, succo praegnans; Equiseti capitulis. *Cup. H. Cath. p. 245* — Kali. *Cast. H. Mess. p. 12.*

Ic. *Fl. sic. t. 2 — Fl. dan. 303?* — Kali geniculatum, cupressiforme, Equiseti capitulis. *Cup. panph. 2. t. 121!*

*b.* ramis patulis.

Ic. *Fl. sic. l. c.*

In inundatis salsis maritimis.

Augusto, Septembri. ☉ !

*Radix* annua, perpendicularis, prope collum saepe distorta, diametro 2-lineari; fibris lateralibus tenuibus hinc inde instructa: *caulis* ex radice unicus, uti illa lignescens, solidus, rectus, strictus, levis, nudus, glaberrimus, 1-1 1/2 pedalis, diametro 1-3-lineari, articulatus; articulis teretibus, superne vix attenuatis apice urceolatis, utrinque emarginatis, emarginaturae apicibus obtusis, margine tamen attenuato membranaceo; 2-8 lin. longis, superioribus brevioribus; ad genicula fere ab ipsa basi ramosus; ramis decussatis, erectis, simplicibus, apice spiciferis, supremis

et infimis brevioribus, caeterum cauli similibus: caules et rami juniores parenchymate crasso vestiti, quod sensim exsiccatur, unde fit ut in fructu, et etiam sub anthesi omnino exsucci remanesnt, et loco parenchymatis epidermide sicca hinc inde secedente obducti sint: *folia* nulla: *spicae* breviter pedunculatae, pollicares vel bipollicares, diametro lineari, sentas; terminales longiores, solitariae, longius pedunculatae; axillares oppositae, decussatae, solitariae, sed versus apicem caulis et ramorum geminae vel ternae; infraxillares semper breviores, omnes uti caules articulatae; articulis carnosis, teretibus, aequalibus (non constrictis), apice urceolatis, et articulis caulinis omnino similibus. Props basim cujuslibet articuli spicarum areolae floriferae oppositae, triangulares, triloculares; loculis horizontalibus, inferioribus obovatis, intermedio altiore trapeziformi latiore, singulo unifloro: *calyx* inferus, succulentus, glaber, angulato-compressus, figuram cellulae in qua latet refersus, apice truncatus, et ibique longitudinaliter fissus, laminulis scariosis ad fissuras latera; in fructu membranulae istae eriguntur; os rhomboidale formant, ac fere appendices calycinas *Salsolarum* fructiferarum mentiuntur: collum calycis constringitur, et basis compressa ac transverse oblonga evadit: cum spicae exsiccantur calyces semina obtegentes decidunt, et tunc foveolae tres horizontales, quibus calyces immersi erant in medio articuli manifeste conspiciuntur: *stamina* 1-2; *filamenta* brevissima, vix calycem excedentia, capillaris, lutescentia; *antherae* exsertae, fere oblongo-ovatae, parvae, bilobae, flavae: *stylus* unicus, brevis: *stigmata* duo villosa, exserta: *semen* villosum, compressum, subovatum, bino sulcatum, parvum, ob villositatem albidum, hac detersa viriduium.

Tota planta omnibus partibus glaberrima; dum junior laete viret; adults vel senescens hinc inde flavicat, et aliquando sicca rubescit. Cum inter chartas exsiccatur, caules et rami juniores ob parenchymatis compressionem ancipites apparent, et in planta jam adulta caulis fere tetragonus evadit. Saepius rami patuli, ut in varietate *b*. Practerea in locis pinguibus caules fere lignosi evadunt, diametrumque 4-5-lineas habent; sed sub byeme plantae a radice omnino exsiccantur, et nonnisi advenieste vere a seminibus renascuntur: *antherae* duplo minores quam in sequentibus.

*Articuli* apud nos nunquam compressi, ideoque vel descriptio *Lin.* et omnium recentiorum mala „aut *S. herbacea* illorum ad aliam speciem spectat. Hac ratione ductus cum dubio Iconem *florae danicae 303*, citavi, quae tamen ob habitum nostram plantam juniorem haud male refert; dum icon 1621, varietatem *b*. floriferam exacte repraesentat. In icone, Salicornia geniculata annua, *Zannichelli istor. pag. 232, tab. 35*, semina optime expressa. Denique icones veterum (praeter illam *Cupani* in *Prod.* citatem), seque ac illa Cl. *Lamarck ill. gen. tab. 4, fig. 1*, aut malae, aut satis rudes sunt.

*S. herbacea* herb. *Lin.* cum nostra var. *a*. omnino convenit. Varietas *b*. ulterius observanda, quam cum *S. herbacea* hungarica exacte convenire mihi visum est.

8. *S.* RADICANS. *Smith fl. brit. ed. 2. v. 1. p. 5*, ex ejus herbario.— *Guss. supp. p. 11 — Parlat. fl. pan. 1. p. 5.*

S. aphylla, caule fruticuloso adscendente basi radicante, articulis subteretibus emarginatis obtusiusculis brevibus, spicis oppositis subpedunculatis cylindraceo-ovatis, areolis floriferis 3-locularibus, loculis aequalibus.

S. fruticulosa. *Tin. cat. H. Pan. an. 1827. p. 280.*

Ic. *Engl. fl. t. 1691*, ex *Smith.*
In inundatis salsis; *Palermo a Mondello.*
Septembri, Octobri. ♄

A *S. fruticosa*, *habitu* gracilliore, *ramis* adscendentibus basi radicantibus, *spicis* gracilioribus differt. *S. perennans Stev.* in herb. *Mus. H. Paris.* huic similis, sed ob areolas floriferas ad var. *b.* praecedentis potius spectare arbitror.

4. *S. fruticosa. Lin. sp. pl. 5*, et *Desf. atl. 1, p. 2*, ex eorum herbario — *Presl fl. sic. pr. p. 10* — *Ucria H. Pan. p. 34.* — *Guss. pr. 1. p. 2.*, et *Parlat. fl. pan. 1. p. 5*, *excl. var. b.*

S. aphylla, caule fruticoso, ramis erectis, articulis squamisque emarginatis acutiusculis, apicis subsessilibus obtusis teretibus, areolis floriferis trilocularibus, loculis aequialtis.

S. Alpini. *Lag. in Herrer. agr. ed. 1818. v. 1. p. 277.*, ex ejus herbario — *R. S. s. veg. mant. 1. p. 58.*

Ic. *Fl. sic. t. 5* — Kali. *Camer. epit. 246* — Kallu, seu Kalli — *Alp. de pl. Aegypt. p. 58*, cum optima icone.

Cum praecedente, sed floret Julio, Augusto. ♄

*Radix* lignosa, tortuosa, transversalis, fibris undique implexis dense caespitosa: *caules* plures, recti vel varie flexi, adscendentes vel erecti, teretes, glaberrimi, leves, 1 - 1 1/2 pedales, diametro 1 - 3 - lineari: juniores, uti rami, parenchymate crasso sensim evanescente vestiti, articulati; articulis crassitie sua duplo longioribus, 1 - 2 lin. longis, superioribus brevioribus; apice urceolatis, emarginatis, emarginaturae apicibus obtusis, marginibus vero attenuatis membranaceis, teretibus, excepto articulo infimo cujusque rami et apicarum pedunculo, qui utrique ancipites sunt; praeterea sub apicibus emarginaturae tuberculum plus minusque preminens observatur; ad genicula ramosus; ramis erectis, decussatis, iterum ramosis, cauli simillibus, apice obtusis: caules vero ac rami adulti lignosi, diametro 1 - 3-lineari, exsucci, geniculati: internodii elongati, 5 - 7 lin. longi, cicatrisati, vel ramulorum rudimenta gerentes: *spicae* 1-2-pollicares, obtusissimae; terminales longiores, longiusque pedunculate; axillares breviores; omnes porro solitariae, oppositae, decussatae, uti caules articulatae; articulis carnosis, crassitie sua aequalibus, aliquando in medio ventricosis, apice urceolatis, vix emarginatis; marginibus membrana terminatis; emarginaturae apicibus obtusis. In medio cujuslibet articuli areolae floriferae triloculares, ut in praecedente; sed loculis obliquis et fere circularibus, unifloris; flore intermedio caeteris majore, sed non altiore: *calyx* turbinatus, succulentus, glaber, angulatus, in facie truncata longitudinaliter fissus, laminulis scariosis ad fissuram. Dum exsiccatur immutatus remanet, et minime sub collo ut in *S. herbacea* constringitur. dum basis dilatatur: praeterea cum maturo jam semine, quod tegit, decidit, tunc foveolae fere infra basim geniculorum spicae insculptae apparent: *stamina* 1 - 2 ad basim germinis lateralem affixa; *filamenta* filiformia, glabra, teretia, calycem linea excedentia, virescentia, sed basi rubentia ac dilatata: *antherae* majusculae, bilobae, utrinque subemarginatae, fere ovatae, flavae: *stylus* unicus, brevis: *stigmata* duo, villosa: *germen* triangulare, compressum: *semen* subreniforme, compressum, vix punctatum, laxe villosum.

Junior glaucescit, at sub hyeme rami juniores rubescunt. Saepe spica terminalis in extremitate ramorum longe pedunculata; praeterea spicae omnes non a basi caulis et ramorum ut in sequente, sed in parte tantum superiore plantae proveniunt. Flores laterales

aliquando steriles—Auctorum synonyma reliqua circa hasce duas species valde dubias omisi.

5. S. *macrostachya*. *Moric. fl. ven. p.* 27—*Guss. pr. 1. p.* 2, et *suppl. p.* 2.

S. aphylla, caule fruticoso, ramis erectis vel adscendentibus, articulis teretibus emarginatis acutiusculis, squamis obtusissimis, spicis subsessilibus cylindricis obtusis, areolis floriferis 1-locularibus 3-floris.

S. fruticosa. *Smith. fl. gr. pr. 1. p.* 2, ex herb. *Sibth.*—S. fruticosa *a. Lag. l. c. p.* 277, ex herbario—S. fruticosa *b. macrostachya. Parl. fl. pan. 1. p.* 5.

Ic. *Fl. sic. t.* 4—Cali. *Cam. epit.* 247 ?

*b. glaucescens, humilis.*

Ic. *nulla.*

In inundatis salsis maritimis, nec non in rupibus, et saxosis mari imminentibus in Sicilia = et in *Lampedusa*, *Lampione*: var. *b. Lampedusa alla salina sotto al Castello.*

Augusto, Septembri. ♄

*Radix* et *caules* ut in praecedente; sed isti crassiores (diametro semipollicari et ultra), altiores (1 ½ - 2 - pedales); articuli breviores, crassitiem suam subaequantes; emarginaturae apicibus acutis ut in *S. herbacea*, non obtusis ut in *S. fruticosa*; *rami* conferti, aliquando secundi, et adscendendo breviores; propterea formam pyramidalem acquirunt: *ramuli* secundarii semper approximati, et breviores: *color* totius plantae ex viridi-glaucescens: *calyces* et *inflorescentia* pariter ut in praecedente, tamen spicae nunquam terminales in apice ramorum et ex eorum geniculis, sed in parte inferiore jam lignosa ramorum ramulus prodit, qui spicas tantum sustinet, ac denique exsiccatur; vel raro a basi nonnullos ramulos emittit, adveniente altera tempestate floriferos, dum caulis superne valde elongatur, et ramos iterum ramosos explicat: *spicae* in ramulo isto sunt pariter axillares et terminales, confertae, et illarum praecedentis fere longiores: spicarum *articuli* sunt urceolati, obtuse emarginati, ut in *S. fruticosa*, sed non ut in ista apice constricti: *areolae* floriferae oppositae, ad basim articulorum, uniloculares, triflorae; loculo obliquo, concavo, fere cuneiformi: *calyces* immutati, turbinati, vel oblongi, in fructu non emarginati ad apicem: *semina* nigra, nitida, glaberrima, semi-ovata, non compressa, tuberculis circulariter dispositis tenuissime exasperata: *florescentia* reliquis praecocior.

Uso acetario incolis inservit in *Lampedusa*—Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 1. *p.* 47 hanc a praecedente necquidem uti varietatem distinguit; sed observatio sedula plurium annorum ad plantas spontaneas viventes facta illas simul associare non suadet. Ideo descriptiones prolixiores harum specierum denuo hic evulgare putavi, ut stirpes istae satis affines, et immerito confusae melius innotescant.

6. S. *cruciata*. *Forsk. descr. p.* 2—*Vahl en. p.* 11.—*Guss. fl. sic. p.* 13, et *pr. suppl. p.* 2.

S. aphylla, caule fruticoso, articulis inferioribus subglobosis cruciatis, superioribus cylindricis.

S. drepanensis. *Tin. ined.* ex specimine.

Ic. *Forsk. l. c. t.* 1.

In salinis; *Trapani alla salina grande.*

Septembri, Octobri. ♄

*Caules* valde ramosi, 1 - 1 ½ - pedales erecti, digiti majoris crassitie; *ramis* adscendentibus, subdecussatis, articulis brevissimis subrotundis cruciatim dispositis plus minus approximatis tecti, qui

articuli rudimenta ramulorum alterius anni explicandorum sistunt. *Spicas* perfectas non vidi.

Specimina *Forsk.* in herbario *Smithiano* et *Banksiano* ab hac nostra nullo modo differunt.

## II. Digynia.

### CALLITRICHE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 17 — Juss. 19.*

*Cal.* nullus. *Petal.* duo, infera, squamaeformia, libera. *Fruct.* compressus, bisulcus, 2-locularis, 4-spermus. ( *Herbae* aquaticae, fluitantes, glaberrimae; *caulibus* ad nodos inferiores radicantibus: *folia* opposita, exstipulata, simplicia: *flores*. parvi, saepius hermaphroditi, monoici, aut dioici. *Callitrichineae Link* )

1. *C. verna. Lin. sp. pl. 6 — Guss. pr. 1. p. 3.*
   C. foliis trinerviis, superioribus ovalibus obovatisque aggregatis majoribus, fructibus sessilibus margine obtusiusculis.
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 3—Reich. cent. 15. f. 4746* — Callitriche Plinii. *Column. ecphr. 1. t. 316.*
   In fossis, et stagnis ubique communis in Sicilia.
   Ineunte vere per totam aestatem. ☉ et ♃
2. *C. stagnalis. Scop. fl. carn. 2. p. 251—Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 733—Koch syn. p. 245.*
   C. foliis omnibus obovatis obtusis basi trinerviis, petalis falcatis apice conniventibus, stylis persistentibus denique recurvis, angulis fructus sessilis alato-carinatis.
   C. verna *b. Guss. pr. 1. p. 3,* et *app. p. 1—Parl. fl. pan. 1. p. 7.*
   Ic. *Reich. cent. 15. f. 4747.*
   In fossis, et in stagnis montosis; *Cotrano al gurgo lungo, ed al gurgo lo Drago, Piana de' Greci al gurgo di Ddingoli.*
   A vere ad autumnum ☉ et ♃
   *Caules* radicantes, caespitosi: *folia* fere punctata, obtusa, non emarginata, basi trinervia; nervis ad medium ramosis: *fructus* sessiles, ad angulos carinato-alati, quo charactere a praecedente penitus diversa.
3. *C. autumnalis. Lin. sp. pl. 6—Guss. pr. 1. p. 3.*
   C. foliis linearibus uninerviis, omnibus per caulem sparsis aequalibus emarginato-truncatis, fructibus sessilibus margine membranaceis.
   Ic. *Gmel. fl. sib. 3. t. 1. f. 2*, sed male folia acuta in icone exhibentur—*Reich. cent. 15. f. 4749.*
   In fossis, et stagnis Siciliae meridionalis: *Spaccaforno, Modica, Siracusa, Ragusa, Comiso.*
   Aprili, Junio. ☉
4. *C. pedunculata. Dec. fl. fr. 1. p. 415—R. S. s. veg. 1. p. 47—Guss. pr. 1. p. 5, et suppl. p. 2—Parl. fl. pan. 1. p. 7.*
   C. foliis inferioribus lineari-spathulatis, superioribus oblongis, omnibus obtusis triplinerviis, fructibus inferioribus pedunculatis, superioribus subsessilibus.
   C. verna *e. Bertol. fl. ital. 1. p. 27.*
   Ic. *Guss. pl. rar. t. 2. f. 1.*
   In calcareis hyeme inundatis; *Palermo a Mondello, Ragusa, Sci-*

*cli*, *Modica*, *Spaccaforno*, *Siracusa* = et in *Ustica nella strada fra la cala di S. Maria e lo Spalmaturo*, *Lampedusa*, *Pantellaria*.
Martio, Aprili. ⊙
Cum *C. verna* simul crescit, sed nunquam una in alteram transit; praeterea nec coenicula, nec aestiva uti ex *Bertol.* l. c., nam incunte vere floret, et in aquosis aeque ac in coenosis occurrit! Idem valet pro sequente.

5. *C. TRUNCATA. Guss. pl. rar. p. 4. et pr. 1. p. 4.*
C. caule radicante, foliis nuiformibus linearibus uninerviis truncatis subconnatis, fructibus inferioribus pedunculatis superioribus subsessilibus.
C. autumnalis *d. Bertol. fl. ital. 1. p. 29.*
Ic. *Guss. pl. rar t. 2. f. 2.*
In calcareis byeme inundatis; *Ragusa*, *Spaccaforno*, *Modica.*
Martio, Aprili. ⊙
Habitus *C. autumnalis*, et *C. Brutiae Pet.*, a quibus differt, caule radicante, et praeterea iisdem momentis, quibus *C. pedunculata* differt a *C. verna.*
Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 26 - 31* omnes *Callitriche* species ad *C. vernam*, et *autumnalem* refert, sed tanti viri sententiam amplectere nequeo, nam observationes plurimae ad loca natalia (non ad plantas exsiccatas) factae contrarium probant, nec transitus ab una ad alteram demonstrant.

## DIANDRIA.

### I. *Monogynia.*

### LIGUSTRUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 25 — Juss. 106.*

*Cal.* 4 - dentatus, minimus, liber, persistens. *Cor.* infera, decidua, infundibuliformis; tubo brevi, limbo 4 - fido. *Bacc.* 2 - locularis; loculis 2 -spermis. (*Frutex* in Sicilia sempervirens, glaberrimus: *folia* opposita, simplicia, integra, exstipulata: *flores* albi in paniculis terminalibus densis. *Oleineae Link.*)

1. *L. VULGARE. Lin. sp. pl. 10 — Ucria H. Pan. p. 56 — Presl fl. sic. pr. p. 7 — Guss. pr. 1. p. 4.*
L. foliis elliptico - lanceolatis glabris, racemis compositis coarctatis terminalibus.
L. germanicum. *Cup. H. Cath. p. 111.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 7 — Duham. arb. ed. nov. v. 3 t. 49* — Philiyraea. *Dod. pempt. 775.*
In sepibus, et in sylvaticis umbrosis; *Val di Noto a Piazza.*
Aprili, Majo. ♄.
*Frutex* ratione elimatis sempervirens, et inde fruticetis ornandis, vel sepibus artificialibus efficiendis aptissimus, erectus, valde ramosus; *ramis* flexibilibus: *folia* nitida, ad basim ramorum juniorum aliquando obovata: *pedunculi* oppositi, bracteis suffulti, una cum calycibus albidi ac puberuli: *pedicelli* quoque bracteati, brevissimi: *flores* odori; corollarum tubo 1 - lin. longo; limbi laciniis ovatis, obtusis: *baccae* maturae atropurpureae, glabrae, nitidiusculae, 3 - 4 lin. longae, globoso-ellipticae, loculis saepius 1 - spermis: *semina* oblonga.

# PHILLYRÆA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n 24 — Juss. 106.*

*Cal.* 4-dentatus, minimus. *Cor.* infera, rotata, decidua, 4-partita; laciniis revolutis. *Anth.* majusculae; filamentis crassis. *Styl.* simplex, brevis; *stigmata* conica. *Drupa* baccata, putamine fragili, 2-locularis, loculo altero saepius abortivo. *Sem.* solitaria. (*Frutices* foliis coriaceis oppositis persistentibus simplicibus exstipulatis: *flores* parvi, albidi, odori, in racemis brevissimis axillaribus. *Oleineae Link.*)

1. *P.* ANGUSTIFOLIA. *Lin. sp. pl. 10 — Presl fl. sic. pr. p. 6 — Guss. pr. 1. p. 5.*
   P. foliis lineari-lanceolatis integerrimis, mucronulatis, drupa apiculata.
   P. angustifolia. *Cup. H. Cath. p. 167* — Alaternus. *Cast. H. Mess. p. 2.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 8 f. 3 — Lobel. ic. 2. f. 132* — Phillyraea IV. *Clus. hist. 1 p. 52.*
   In aridis fruticetis maritimis; *Castelvetrano*, *Spaccaforno*, *Finale*.
   Aprili, Majo. ♄
2. *P.* MEDIA. *Lin. sp. pl. 10 — Guss. pr. 1 p. 5.*
   P. foliis oblongo-lanceolatis integris serratisque mucronulatis, drupa apiculata.
   Ic. *Duham. arb. ed. nov. v. 2 t. 27*— Phillyraea. *Matth. com. 1. p. 155.*
   *b. ligustrifolia*, foliis oblongo-lanceolatis integris. *Ait. H. Kew. ed. 2. v. 1 p. 19.*
   P. virgata. *Willd. en. H. Ber. 1. p. 12 —Presl fl. sic. pr. p. 6*—P. folio Ligustri. *Cup. H. Cath. p. 167.*
   Ic. Phillyraea 111. *Clus. hist. 1. p. 52* — P. narbonensis. *Lob. ic. 2. p. 131* — P. folio Ligustri. *Cup. panph. 2. t. 195.*
   *c. buxifolia*, foliis ovali-oblongis integris obtusiusculis enerviis. *Ait. l. c. p. 20.*
   Ic. P. arbor. *Lob. ic. 2. p. 132*, quae potius huic varietati, quam *P. latifoliae* convenire videtur — P. myrti romanae foliis, raro dentatis. *Cup. panph. 2. t. 193.*
   Cum praecedente, sed magis obvia in fruticetis maritimis in Sicilia = et in *Ustica*, ubi sola var *a.* in *Maretimo (rara)*; *Pantellaria:* in *Lampedusa* et *Linosa* enumeratae varietates, et aliae quoque passim occurrunt.
   Aprili, Majo ♄
3. *P.* STRICTA. *Bertol. fl. ital. 1. p. 43.*
   P. foliis omnibus planis ellipticis, superioribus leviter obtusaeque serratis, ramis interioribus virgatis, racemis densifloris cernuis, pedicellis flore brevioribus, drupa obtusa umbilicata.
   Ic. *nulla.*
   In fruticetis; *Pantellaria.*
   Floret . . . . . ♄
   Fide Cl. *Bertolonii* ex speciminibus a me missis hanc speciem recipio; nam nec *flores*, nec *fructus* in *Pantellaria* vidi.
4. P. LATIFOLIA. *Lin. sp. pl. 10— Guss. pr. 1. p. 6.*
   P. foliis ovatis basi rotundatis serratis acutis venosis, racemis laxifloris, pedicellis flore longioribus, drupa obtusa umbilicata.
   Ic. *Sibth. fl gr. t. 2 — Lam ill. gen t 8. f. 2.*
   *b. spinosa*, foliis ovato-oblongis dentato-spinosis, dentibus divaricatis
   P. ilicifolia. *Willd. en. H. Ber. 1. p. 13.* — P. pallido virente folio,

duplo cum semisse majori, raris spinulis redimito. *Cup. H. Cath. p. 167? et sup. alt. p. 71.*

Ic. Phillyraes. *Clus. hist. 1. p. 51.*

Cum praecedentibus eodemque tempore floret sed magis rara, et in loca submontosa aliquando invenitur, uti prope *Palermo a Monte Castellana.* ♄

Hujus generis species habent *caules* valde ramosos, erectos, ramis duris: *folia* glaberrima, lucida: *flores* erectos vel cernuos, aliquando masculos stylo obsoleto, plus minusque suaveolentes, albidos, in racemis numerosis bracteatis, pedunculis puberulis saepe articulatis: *drupas* parvas. nigro-coerulescentes: praeterea admodum variabiles sunt, ita ut qui in loco natali innumera individua simul observet, nullos certos limites inter ea inveniat, uti recte jam monuit Cl. *Desf. in fl. atl. 1. p. 9.*

## OLEA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 25 — Juss. 105.*

*Cal.* 4-dentatus, minimus, persistens. *Cor.* infera, decidua, infundibuliformis; tubo brevissimo, limbo 4-fido, laciniis subovatis. *Drupa* putamine osseo, 1-2-loculari, 1-2-sperma. (*Arbor* vel arbuscula sempervirens: *folia* simplicis, integra, exstipulata, opposita ac alterna: *flores* albidi, odori, parvi. in racemis axillaribus. *Oleineae Link.*)

1. *O.* EUROPAEA, *oleaster. Lin. sp. pl. 11—Ucria H. Pan. p. 36—Presl fl. sic. pr. pr. p. 6—Guss. pr. 1. p. 6 — Parlat. fl. pan. 1. p. 8.*

O. ramulis tetragonis levibus, foliis lanceolatis integerrimis mucronulatis subtus argenteo-incanis superne virentibus, racemis axillaribus compositis.

O. sylvestris, folio duro, subtus incano. *Cup. H. Cath. p. 156 —* Olea sylvestris. *Cast. H. Mess. p. 50 —* Oleaster. *Cast. l. c. p. 42.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 3 —* O. oleastriformi folio, et fructu. *Cup. panph. 2. t. 220.*

In collibus aridis, et ad radices montium in calcareis passim in Sicilia = In calcareis aut in vulcanicis, in *Ustica, Alicuri, Felicuri, Salina, Stromboli, Panaria, Levanzo, Favignana, Marctimo, Pantellaria, Lampedusa, Linosa.*

Aprili, Majo. ♄

In fruticetis maritimis arbuscula humilis ramosissima; ad sepes in collibus, et in submontosis, dum ab hominibus aut a bestiis non vexatur in arborem (uti culta) exserescit: *rami* in sterilibus spinescentes: *folia* perennantia. supra viridi-cinerascentia, margine revoluta, rigidiuscula, breviter petiolata: *flores* in racemis brevibus: *drupae* in sylvaticis ovali-oblongae, demum atro-violaceae, autumno maturescentes.

Varietas *Oleaster* a specie non differt.

Species haec olim in *Ustica* densissimas sylvas una cum *Phillyraeis* constituebat, at nunc fere destructas. In *Lampedusa*. et *Linosa* locis elatioribus in densos et humiles caespites a ventis in arctum compulsa observatur, in vallibus vero procerior; ibique rami ac folia juniora unicum fere pabulum bobus, hircisque suppeditant.

## FONTANESIA.

*La Billard. ic. pl. Syr. dec. 1. p. 9 — Willd. sp. pl. 1. p. 52. n. 42.*

*Cal.* minimus, 4 - partitus, liberus, persistens. *Cor.* infera, 2-petala; petalis 2 - partitis. *Samara* membranacea, 2 - 4 locularis, loculis 1 - spermis. ( *Arbuscula* ramosissima : *folia* sub-opposita, simplicia, integra, exstipulata, decidua : *flores* albidi, odori, parvi, in racemis brevibus axillaribus. *Fraxineae Endlich.* )

1. *F.* PHILLYREOIDES. *La Bill. l. c. — Willd. sp. pl. 1. p. 52 — Presl fl. sic. pr. p. 6 — Guss. pr. 1. p. 7.*
Ic. *La Bill. l. c. t. 1 — Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 5.*
In asperis calcareis montosis ; *fra Siracusa ed Avola.*
Aprili, Majo. ♄
*Frutex* in loco natali 5 - 8 pedalis, erectus, ramosissimus ; *folia* laete virentia, glaberrima, in ramis junioribus sterilibus tetragonis lanceolata, fere secunda; in floriferis brevibus approximata, aliquando obovata, omnia integerrima, acumine brevissimo terminata, 3 - 5 lin. lata, 6 - 18 lin. longa : *racemi* vix pollicares, laxiusculi: *pedunculi* oppositi, 1 1/2 - 2 1/2 lin. longi, bracteis brevibus suffulti : *calyces* glabri, virentes ; laciniis acutis : *petalorum* laciniae fere obtusae : *stigmata* duo : *samara* breviter pedicellata, obovato elliptica, apice rotundata, ac emarginata, 2 - 3 lin. longa.
Habitus *Phillyraeae*, sed fructus illos generis sequentis aemulantur.

## FRAXINUS.

*Gen. pl ed. Schreb. n. 1597 — Juss. 105.*

*Cal.* nullus, aut inferus, 4 - partitus: *Cor.* nulla, vel 4 - petala ; petalis angustis, elongatis. *Stam.* duo, raro tria, hypogyna. *Styl.* brevis; *stigmate* 2 - fido. *Samara* compressa, oblongo-lanceolata vel spathulata; 2 - locul. et 2 - sperma, abortu 1 - locularis et 1-sperma, anguste marginata. ( *Arbores* foliis deciduis, oppositis, exstipulatis, impari et opposite pinnatis : *flores* polygami vel hermaphroditi, in racemis vel paniculis axillaribus: *samarae* coriaceae, diu persistentes. *Fraxineae Endlich.* )

1. *F.* ORNUS. *Lin sp pl. 1510 — Ucria H. pan. p. 429— b. angustifolia. Tenor. syll. p. 11.*
F. foliis synanthiis 2 - 4 jugis, foliolis petiolulatis denticulato-serrulatis oblongo-lanceolatis basi attenuatis apice acuminatis ad nervos subtus pubescentibus, floribus paniculatis corollatis.
F. excelsior. *Cup. H. Cath. p. 79*, ex synonymo siculo.
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 4.* — F. minor, foliolis oblongis, fructu tenui retuso. *Mich. nov. gen. p. 225. t. 107 f. 7.*
*b. rotundifolia* foliolis ovalibus oblongisque rotundatis superne statim in apicem attenuatis. *Tenor. l. c., non Willd.*
Ic. F. folio rotundo latiore, altius crenato, inferne subrufa lanugine secundum costam ac nervos obducto, fructibus apice latioribus, obtusis, quandoque retusis, corymbis fructiferis laxiusculis. *Mich. l. c. f. 2.*
In sylvis apricis submontosis, et ad sepes ; *Palermo*, *Misilmeri*, *Collesano*, *Isnello*, *Costellobuono*, *Roccella, Scillato sotto Polizzi*, *S. Maria del Bosco*, *Militello di Val Demone* : *Bosco della Colomba* ( Gasparrini ) ; *Etna* ( Cosentini ) = et in *Lipari a piana greca.*

Martio, Aprili. ♄

*Arbor*, vel dum caeditur arbuscula; ramis cortice cinereo obductis: *foliola* 2 - 3 - pollicaria, fere pollicem lata; in *b.* plus minus acumiuata; supra glaberrima virentia, subtus pallidiora: *petioli* villosi, subtus convexi, sopra canaliculati: *paniculae* densae, multiflorae: *rami* angulati, basi bracteati; primarii oppositi, reliquis fere omnibus alternis: *pedicelli* 2 - 3 - lineares, graciles; una cum pedunculis glaberrimi: *calycis* laciniae 3 - 4, albidae, lanceolatae, vix lin. longae: *flores* odori, numerosissimi: *petala* angusta, lineari-spathulata, obtusa, candida, vix 1/2 lin. lata, 5 - lin longa: *filamenta* candida, petalis duplo breviora: *antherae* ochraceae, oblongae, majusculae: *germen* et *stigma* virescentia, *stylus* vero albidus: *stigma* incrassatum, ovatum: *samara* longitudinaliter nervosa, poll. longa, ad summum 1 1/2 lin lata, oblongo-spathulata cum brevi mucronulo, vel breviter emarginata in utrisque varietatibus.

Ex hac arbore incisionum artificialium ope vernali tempestate manna obtinetur.

2. *F.* EXCELSIOR. *Lin. sp. pl.* 1509 — *Ucria H. Pan. p.* 580.

F. gemmis nigris, foliis hysterantiis sub 6 - jugis, foliolis sessilibus lanceolatis acuminatis argute serratis basi cuneatis integris, floribus apetalis, samaris oblongo-spathulatis apice rotundatis.

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 14 — Sturm. fl. germ. fasc. 44 — Fraxinus. Dod pempt. p. 833 — Matth. comm 1. p. 122.*

Ad sepes, ac fluviorum ripas, et in locis humentibus nemorum; *Misilmeri, Ficuzza, Castelbuono, Isnello, Collesano, Boschi di Cannata, di Mistretta, e di Caronia.*

Novembri, Decembri. ♄

*Arbor* procera, et praecedentis altior ac robustior, ramosissima: *foliola* vix 1/2 poll. lata, 2 - poll longa, exquisite acuminata, utrinque glaberrima; lateralia saepe falcata: *racemi* breves, vix 2-pollicares, plus minus ramosi, pedunculis ac pedicellis glabris gracillibus: *samarae* ut in praecedente, sed apice latiores, obliquae, rotundatae vel emarginatae, poll. longae, 2 - 3 lin. latae.

3. *F.* ROSTRATA. *Guss. pl. rar. p.* 371 — *Ten. fl. nap.* 5. *p.* 297.

F. gemmis cinereo-fuscis flavicantibusque, foliis hysterantiis sub 6 - jugis, foliolis subsessilibus lanceolatis acuminatis argute serratis basi cuneatis integris, floribus apetalis, samaris oblongis obtusiusculis, vel lanceolatis utrinque attenuatis apice aliquando oblique-flexis

F. dentata. *Thausch. in flora an. 1838. p. 751*, et *Steud. nom. bot. ed. 2. p. 646.*

Ic. *Guss. l. c. t. 63.*

In nemoribus siccioribus; *Ficuzza, Ragusa, Noto, Etna al Milo.*

Novembri, Decembri. ♄

*Habitus* omnino praecedentis, cum quo a plerisque confusa, sed *gemmarum* colore, et *samaris* angustioribus acutioribusque probe distincta. Confer observationes Cl. *Ten. l. c.*

4. *F.* PARVIFOLIA. *Lam. Dict. enc. 2. p.* 540 — *Ten. fl. nap.* 5 *p.* 298 — *Bertol. fl. ital. 1. p.* 52.

F. gemmis fuscis pubescentibus, foliis (hysterantiis *Ten.*) 3 - 7 - jugis, foliolis sessilibus (parvis) ovalibus basi cuneatis integerrimis, a medio ad apicem acutum argute serratis (racemis erectis paucifloris, floribus apetalis *Ten.*).

F. lentiscifolia. *Willd. sp. pl. 4. p. 1101?* — F. humilior, seu altera, minori et tenuiori folio. *Cup. H. Cath. p. 79.*

Ic. F. baiepensis. *Plukn. phyt. t. 182. f. 4.*

In sylvia, ac ad sepes in humentibus, et ad torrentium margines; *Fiume grande presso Termini, Scillato sotto Polizzi, Castellobuono, Bronte, Troina.*

Floret . . . . . ♄

*Arbuscula* praecedentium longe minor: *rami* juniores atropurpurascentes, levissimi, fere virgati: *foliola* intense virentia, glaberrima, ad summum poll. longa, 3-9 lin. lata, subtus pallidiora, et ad nervos aliquando puberula; nec *flores* nec *fructus* unqnam in Sicilia vel alibi vidi.

## CIRCAEA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 31. — Juss. 319.*

*Cal.* brevis, tubo adnato, limbo 2-partito. *Cor.* 2-petala, supera; petalis obcordatis, 2-lobis. *Caps.* globoso-ovata, hispida, 2-locularis, non dehiscens, loculis 1-spermis. (*Herba* radice perenni: *caules* articulati: *folia* opposita, simplicia, subintegra, exstipulata: *flores* albi, in racemis terminalibus elongatis laxis. *Circaeeae Dec.*)

1. C. LUTETIANA. *Lin. sp. pl. 12 — Ucria H. Pan. p. 87 — Guss. pr. 1. p. 7.*

C. caule pubescente erecto, foliis cordato-ovatis acutis denticulatis.

C. lutetiana. *Cast. H. Mess. p. 7.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 16. f. 1 — Bull. herb. de Fr. t. 297* — C. lutetiana. *Lob. ic. 266.*

In sylvis montosis; *Etna*, ubi invenit Cl. *Eques Borgia; Boschi di Caronia* (*Tineo*).

Majo, Junio. ♃

*Radices* albidae, repentes: *caules* pedalea et ultra, plerumque simplices: *folia* flaccida, longe petiolata, acuta vel acuminata, patentia, pallide virentia, subpubescentia: *racemi* fere omnes terminales, simplices; *pedunculis* remotis, patentibus, demum reflexis, 1-floris: *calycis* limbi laciniae concavae, obtusae, reflexo-patentes, ad apices saepe purpurascentes: *petala* alba, parva, vix lin. longa; lobis rotundatis: *antherae*, et *filamenta* alba: *pistillum* ad apicem purpurascens.

## VERONICA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 32 — Juss. 99.*

*Cal.* 4-partitus, liberus, persistens. *Cor.* infera, 1-petala, subrotata; limbo 4-partito, lacinia infima angustiore. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis; dissepimento valvis contrario. (*Herbae* annuae aut perennes: *folia* opposita, aliquando alterna, simplicia, exstipulata: *flores* albi vel coerulei, spicato vel corymboso-racemosi, aut solitarii axillares. *Rhinantheae Juss.*)

* *Racemo terminali.*

1. V. SERPYLLIFOLIA. *Lin. sp. pl. 15 — Guss. pr. 1. p. 8.*

V. caule florifero adscendente calycibusque villosis, foliis oppositis ellipticeo-oblongis ovatisque glabris crenulato-denticulatis, infimis minoribus subrotundis, supremis lanceolatis integris, racemis elongatis, floribus remotiusculis, capsula emarginata compressa orbiculato-obcordata transverse latiore, seminibus planis orbiculatis.

Ic. *Fl. dan.* 492 — V. pratensis. *Dod. pempt.* 41.
In pratis humentibus montosis; *Madonie*, *Boschi di Mistretta*, *di Caronia*, *di Francavilla*, *di Cannata*.
Majo, Junio. ♃
*Caules* steriles repentes, ac ramosi, floriferi palmares, vel in fertilibus sub-pedalea, superne simplices: *folia* laete virentia, aliquando integerrima ac piiosiuscula; superiora, sessilia, saepe alterna: *bracteae* pedicello erecto 2-3 lineari longiores, vel breviores: *corollae* pallidae coerulescentes, non albae, striis saturatioribus: *styli* capsulam bilobam longe superantes: *semina* helvola, orbiculato-elliptica, hinc vix convexa, et in altera facie macula intensiore notata: *pubescentia* in racemis, et capsulis saepe glandulifera.

2. *V.* PRAECOX. *All. auct.* p. 5—*Vahl. en.* 1. p. 40 —*Guss. pr.* 1. p. 8.
V. piloso-hirsuta, caule erectiusculo, foliis oppositis cordato-ovatis petiolatis serratis vel inciso-dentatis, bracteis subsessilibus integerrimis lanceolatis pedunculo subaequalibus, capsula turgida obcordata ovali, seminibus hinc convexis hinc concavis pelviformibus.
Ic. *All.* l. c. t. 1. f 1.
In herbidis montosis: *Madonie*, *Busambra*, *Monte di Cammarata*.
Aprili, Majo. ☉
*Caules* 2-4 pollicares, basi ramosi, aliquando una cum calycibus capsulis pedunculis bracteisque piloso-glandulosi: *folia* re vera cordata, aliquando integra, et subtus rubentia: *bracteae* nonnunquam basi subdentatae: *corollae* parvae, coerulescentes, striis saturatioribus: *pedunculi* 2-5 lin. longi, sed bracteis subaequales non longiores: *styli* exserti: *capsulae* non orbiculatae sed potius oblongae, calycem subaequantea: *semina* helvola.

3. *V.* ARVENSIS. *Lin. sp. pl.* 18—*Ucria H. Pan.* p. 38—*Guss. pr.* 1. p. 8 — *Parlat fl. pan.* p. 10.
V. pubescens, foliis petiolatis cordato-ovatis crenatis, bracteis lanceolatis sessilibus integerrimis pedunculo duplo longioribus, floribus subsessilibus, laciniis calycinis inaequalibus, capsula orbiculato-obcordata compressa, seminibus planis orbiculatis.
Alsine Veronicae foliis, flosculis cauliculis adhaerentibus. *Cup. H. Cath* p. 6.
Ic. *Curt Lond. fasc.* 2. t. 2 — Alyssum Dioscoridis. *Column. phyt.* t. 58.
*b. nana.* *Lam. ill. gen.* n. 190.
In ruderatis, arvis, collibus herbosis, ad vias in Sicilia = et in *Ustica*, *Salina*, *Lipari*, *Maretimo*: var. *b.* in sylvis montosis; *Etna a Nicolosi*, *Busambra*, *Madonie*.
Aprili, Majo. ☉
*Caules* erecti vel adscendentes, simplices vel ramosi, 3-12-pollicares: *folia* pallide virentia, parva, inferiora petiolata: *pedicelli* vix lineares, calyce breviores: *corollae* coeruleae aut albae, parvae, calyce minores: *capsulae* apice bilobae; *stylo* lobos paullo superante.

** *Racemis lateralibus.*

4. *V.* BECCABUNGA. *Lin. sp pl.* 16. — *Guss. pr.* 1. p. 9.
V. glabra, caule procumbente inferne radicante, foliis ellipticis obtusiusculis breviter petiolatis crenulato-serrulatis, calycibus quadripartitis corollam subaequantibus, capsulis orbiculatis turgidis subemarginatis.
Anagallis aquatica, minor, folio rotundo. *Cast. H. Mess.* p. 52
Ic. *Fl. dan.* 511 — Anagallis aquatica. *Dod pempt* 593 — V. aqua-

tica, minor, folio subrotundo. *Cup. H. Cath. p. 228*, et *panph. 2. t. 227*—Beccabunga *Riv mon irr. t 400.*

In montosis ad rivulos lente fluentes; *Madonie*, *Boschi di Mistretta*, *di Caronia*, *di Montalbano*, *del Milo*: raro in demissis prope *Messina* (Arrosto).

Aprili, Augusto. ♃

*Planta* undique glabra, obscure virens: *caules* teretes, farcti, ramosi: *folia* opposita: *racemi* solitarii, oppositi. foliis longiores: *bracteae* anguste lineari-lanceolatae, pedicellos demum patentes subaequantes: *corollae* parvae, coerulescentes, fauce albidae, striis saturatioribus: *capsulae* vix emarginatae, subrotundae, turgidiusculae: *stylus* exsertus.

5. *V. ANAGALLIS Lin. sp. pl. 16 — Ucria H. Pan. p. 38—Presl fl. sic. pr. p. 7 — Guss. pr. 1. p. 9 — Parlat. fl. pan. 1. p. 9.*

V. glabra, caule erecto. foliis lanceolatis acutis serratis amplexicaulibus, calycibus quadripartitis corolla brevioribus, capsulis suborbiculatis emarginatis.

V. aquatica major, folio oblongo. *Cup. H. Cath. p. 228* — Anagallis aquatica major. *Cast. H. Mess. p. 52.*

Ic. *Fl. dan 903* — Anagallis aquatica, flore coeruleo, folio oblongo, major. *Bauh. hist. 3. p 791* — V. aquatica major, folio oblongo. *Moris. hist. 2. s. 3. t. 24. f. 25.*— Beccabunga minor. *Riv. mon. irr. t. 100.*

*b. elata*; caule elatiore superne pubescente, foliis superioribus pedicellis calycibusque pilis sparsis obsitis. *R. S. s. veg. 1. p. 126.*

In fossis, in aquosis, ad rivulos, et ad stagna ubique. Var. *b.* in aquis lente fluentibus; *Palermo*, *Partinico*, *Mazzara*, *Marsala*, *Menfrici*.

Martio, Junio. ♃ et ♂

*Planta* glabra. laete virens: *caules* fistulosi, aliquando adscendentes, et inferne ad nodos radicantes, subramosi: *folia* 1/2 - 1 - poll. lata, 1 1/2 - 3 poll. longa, raro integra: *racemi* solitarii, oppositi, foliis longiores: *bracteae* lanceolato-lineares, pedicellos demum patentes subaequantes: *flores* coerulei striis saturatioribus: *capsulae* puberulo-ciliatae, calyce parum breviores: *stylo* longe exserto ut in sequente.

6. *V. ANAGALLOIDES. Guss. pl. rar. p. 5, ac pr. 1. p. 10 — Parlat. fl. pan. 1. p. 10.*

V. glabra, caule erecto, foliis lineari-lanceolatis acutis amplexicaulibus integris, calycibus quadripartitis corolla aequalibus, capsulis ellipticis obtusis obsolete emarginatis.

V. anagallis *d. Bertol. fl ital. 1. p. 71*—V. folio oblongo, flore carneo, lineis purpureis distincto. *Tourn. herb. in Mus Hort. Paris.*

Ic. *Guss. pl. rar. t. 5*—Anagallis aquatica, minor 2. *Taber. hist. 1094 ?*

*b.* caule undique pubescente.

In stagnis depressis, ac in montosis; *Lercara al gurgo di Caccaci* (Gasparrini) *Palermo a Mondello*: *Partinico*, *e presso Marineo al ponte di Mililli* (Parlatore); *Amorosa al sud di Busambra*, *Piana de' Greci al gurgo di Ddingoli*, *Altavilla*, *Caltavuturo*, *Val di Noto*. Var. *b.* prope *Marsala*.

Aprili, Majo. ☉

Species praecedenti simillima, et simul cum illa proveniens. *Folia* uti racemi saepius terna, angusta, pallide virentia: *pedicelli* undique pubescentes, uti *pedunculi*: *flores* parvi, albidi, striati. Cultura non mutatur; nec species humilis uti ex *Bertol. l. c.*, nam *caules* saepe pedales et ultra, tamen certe in praecedentem non transit. Confer *Guss. pl. rar. l. c.*, et *Kock syn. p. 524.*

7. *V. officinalis*. *Lin. sp. pl.* 14—*Guss. pr.* 1. *p.* 10.
V. villosa, caulibus diffusis inferne radicantibus, foliis breviter petiolatis, obovato-ellipticis vel obovato-subrotundis serratis basi integris angustatis, calycibus quadripartitis, racemis densis, capsulis compressis triangulari-obcordatis obtusis emarginatis.
Ic. *Lam. ill. gen. t.* 13. *f.* 2—*Bull. herb. de Fr. t.* 293—V. vulgatior, folio rotundiore. *Bauh. hist.* 3. *p.* 272.
In nemoribus umbrosis, et sylvaticis montosis; *Boschi di Val Demone, Caronia, Maletto, Bronte, Francavilla, Mistretta, Capizzi, Mandanici.*
Junio, Julio. ♃
Obscure et pallide virens: *caules* apice surrecti: *folia* opposita: *racemi* solitarii, alterni aut oppositi; longe pedunculati: *bracteae* lanceolatae: *corollae* pallido coeruleae, striis saturatioribus.
8. *V. montana*. *Lin. sp.* 17—*Guss. pr. supp. p.* 3.
V. caulibus diffusis basi radicantibus, petiolis pedunculisque villosiusculis, foliis subcordato-ovatis grosse dentatis obtusiusculis, racemis paucifloris, calycibus 4-partitis, pedunculis filiformibus gracilibus, capsulis orbiculato-didymis compressis.
Ic. *Jacq. austr.* 2. *p.* 6. *t.* 109.
Alyssou Dioscoridis, montanum. *Column. ecphr.* 1. *p.* 286. *t.* 288.
In nemoribus umbrosis; *Boschi di Caronia (Tineo).*
Majo. Julio. ♃
*Corollae* pallide coerulescentes; *racemi* foliis longiores: *calyces* villosiusculi: *capsulae* glabrae, ciliatae, utrinque emarginatae: *folia* pilis brevibus sparsis hirsutiuscula.

*** *Pedunculis axillaribus unifloris.*

9. *V. hederaefolia*. *Lin. sp. pl.* 19—*Guss. pr.* 1. *p* 11—*Parlat. fl. pan.* 1. *p.* 11.
V. hirsutiuscula, caule procumbente, foliis cordato-orbiculatis 5-lobis, summis trilobis, lobo medio majore, calycibus fructiferis pyramidatis clausis laciniis cordatis acutis, capsulis didymis glabris, seminibus urceolatis rugosis.
Alsine hederaefolio. *Cup. H. Cath. p.* 6 — A. hederacea. *Cast. H. Mess. p.* 32.
Ic. *Viv. frag. fl. ital. fasc.* 1. *t.* 16. *f.* 2—*Fl. dan.* 428.
In hortis, arvis, ruderatis, ad vias ubique in Sicilia.
Jannario, Aprili. ⊙
*Caules* ab ipsa basi ramosissimi, ramis patulis: *folia* petiolata, fere glauco-virentia, inferiora opposita: *corollae* calyce breviores, pallide coerulescentes et tunc striatae, raro albae: *capsulae* turgidae: *semina* albida, semi-globosa.
*Pedunculi* in hac et in sequentibus filiformes, demum arcuato-recurvi ac elongati.
10. *V. panormitana*. *Tin.*—*Guss. pr. supp. p.* 4—*Bertol. fl. ital.* 2. *p.* 226—*Parlat. fl. pan.* 1. *p.* 12.
V. glabriuscula, caule procumbente, foliis ovatis obsolete cordatis grosse dentato-crenatis obtusiusculis, calycibus fructiferis patentibus, laciniis ovato-ellipticis, capsulis didymis glabris, seminibus globosis urceolatis levibus vel obsolete rugulosis.
Ic. *nulla.*
In arvis: *Palermo (Tineo)* simul cum duabus praecedentibus = et in *Lipari a piana greca.*
Februario, Aprili. ⊙
Summa cum *V. cymbalaria* affinitas, a qua foliis non lobatis, et

capsulis glaberrimis potissimum distincta: *corolla* alba, concolor; quam in sequente major: *semina* badia.

11. *V.* CYMBALARIA. *Bertol. am. it. p. 36 — Vahl en. 1. p. 81 — Guss. pr. 1, p. 11 — Parlat. fl. pan. 1. p. 12.*

V. hirsutiuscula, caule procumbente, foliis cordatis orbiculatis 5-9-dentato-lobatis, lobo medio majore, calycibus fructiferis patentibus laciniis ovato-ellipticis, capsulis didymis hirsutis, seminibus leviusculis urceolatis.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 9 — Viv. fl. ital. frag. fasc. 1. t. 16. f. 1.*

In muris, ruderatis, tectis; non frequens in cultis in Sicilia = et in *Lipari a Piana greca, Pantellaria.*

Januario, Aprili. ☉

*Caules* et *semina* ut in praecedente, sed isti ramosiores et longiores: *folia* laete virentia, inferiora opposita: *corollae* calyce vix majores, albae, parvae, nunquam coeruleae concolores.

12. *V.* DIDYMA. *Ten. fl. nap pr. p. 6 — Spr. s. veg. 1. p. 75 — Guss. pr. supp. p. 4 — Parlat. fl. pan. 1 p. 13.*

V. glabriuscula, caule procumbente, foliis cordato-ovatis dentato-serratis, pedunculis axillaribus arcuatis subflexuosis folio longioribus, capsulis turgidis didymis subrotundis sinu aperto, stylo exserto.

V. agrestis. *Guss. pr. 1. p. 11.* non *Lin.* — Alsine chamaedrifolio, flosculis pediculis oblongis insidentibus. *Cup. H. Cath. p. 6.*

Ic. V. agrestis. *Curt. Lond. fasc. 1. t. 1 — Fl. dan. 449* — V. polita. *Reich. pl. cr. cent. 3. f. 404, 405 !*

In hortis, arvis, ad vias, in ruderatis ubique in Sicilia.

Decembri, Aprili. ⊙

*Folia* obscure virentia, subtus saepius rubentia, aliquando hirsutiuscula: *flores* intense coerulei, in hac et in *V. Buxbaumii* lineis saturatioribus: *semina* ut in duabus sequentibus cymbiformia, transverse rugosa.

Auctoritate Cl. *Smithii*, qui in *fl. gr. pr. 1. p. 9* sub hac specie citat iconem *Curt. l. c*, cum nostra omnino congruentem, pro *V. agresti Lin.* hanc in *pr. l. c* habui; quamvis sequens sit vera *V. agrestis Lin.*

13. *V.* AGRESTIS. *Lin. sp. pl. 18 ! — Guss. pr. supp. p. 4 — Parlat. fl. pan. 1. p. 14.*

V. caule procumbente foliisque cordato-ovatis dentato-serratis subvillosis, pedunculis axillaribus folium subaequantibus arcuatis, capsulis compressiusculis didymis obcordatis 6-10-spermis, sinu lobis rotundatis coarctato, stylo incluso.

V. pulchella. *Bast. fl. main. et Loir. p. 144 — Dec. fl. fr. supp. p. 388 — Guss. pr. 1. p. 12*, cum syn.

Ic. *Fl. sic. t. 5 — Reich. cent. 3. f. 410. optima.* — Alsine media. *Fuchs. hist. p. 221.*

In arvis cultis, et vineis; *Palermo*; *Catania* (*Cosentini*), *Messina alla Lanterna* (*Heldr.* ).

Martio, Aprili. ⊙

*Folia* praecedentis latiora, laete viridia, ideoque sequenti magis affinis: *corollae* pallide coerulescentes; *capsulae* compressiusculae, ad margines: *stylo* semper incluso; qua presertim nota a *V. didyma* distinguitur.

14. *V.* BUXBAUMII. *Ten. fl. nap. 1. p. 7 — Guss. pr. 1. p. 12.*

V. caule procumbente foliisque cordato-ovatis profunde dentato-serratis hirsutiusculis, pedunculis axillaribus folio longioribus arcuatis, laciniis calycinis acutis, capsulis dilatatis obcordatis sinu aperto, stylo exserto.

V. agrestis byzantina. *Sibth. fl. gr. 1. p. 8.*

Ic. *Ten. l. c. t. 1* — *Sibth. l. c. t. 8* — *Reich. l. c. f. 430, 431.*
In arvis cultis, et in hortis; *Messina, Melazzo, Fiume di Nisi.*
Januario, Majo. ⊙
*Caules* valde ramosi: *folia* laete virentia, petiolata, inferiora opposita: *calycis* laciniae patentes, nervosae, corollam aequantes: *corollae* prae aliis speciebus hujus sectionis majores: *capsula* compresalusculla; in hac et tribus praecedentibus glanduloso-pubescens. Cum *V. Persica, Poir. dict. enc 8. p. 542.* confundi nequit, dissentientibus tamen *R. S. in s. veg. 1. p. 126*; *Reich l. c. cent. 3. p. 59.* et aliis; nam differt perdunculis folio multo longioribus, calycibus corolla brevioribus. Confer *Marsch l. c.*

---

† 15 *V.* *Xndia.* *Schrad.*—*Ucria H. Pan p 25*—*Presl fl. sic pr. p. 7 Guss. pr. 1. p. 15.*
*V.* foliis oppositis ternisve lanceolatis acutis serratis cauleque pubescenti-tomentosis, serraturis approximatis inaequalibus.
In pratis vallium; *Castrogiovanni.*
Augusto. ♃ (*Presl*)

† 16. *V.* TRIPHYLLOS. *Lin. syst. veg. 61*—*Presl fl. sic. pr. p. 8*—*Guss. pr. 1. p. 15* — *Parlat. fl. pan. 1. p. 14*
V. floribus solitariis pedunculatis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus, caule erectiusculo patulo.
In arvis et agris. *Palermo.*
Ineunte vere. ⊙ (*Presl*)

† 17. *V.* CHAMAEDRIS. *Lin. sp. pl. 17* — *Ucria H. Pan. p. 39* — *Guss. pr. 1. p. 15* — *Parlat. fl. pan. 1. p. 15.*
V. racemis lateralibus, foliis ovatis sessilibus rugosis dentatis, caule debili.
*Palermo nel chiostro di S. Antonino.* (*Ucria*)

## U T R I C U L A R I A.

*Gen. pl. ed Schreb. n. 41* — *Juss. 98.*

*Cal.* 2-sepalus, aequalia, liberus, persistens. *Cor.* infera, personata, calcarata. *Filam.* intus apice antherifera. *Stigm.* 2-labiatum. *Caps.* circumscissa, 1-locularia. (*Herba* perennis, aquatica, fluitans: *folia* multifida, radiciformia, alterna, aut opposita: *flores* lutei in scapo racemosi. *Lentibulariae Rich.*)

1. *U.* VULGARIS. *Lin. sp. pl. 26*—*Guss. pr. 1. p. 14.*
U. foliis alterne pinnato-multipartitis, laciniis capillaribus, scapo squamoso pauciflоro, corollae labio superiore integro palato aequali, nectario conico, labium inferius subaequante.
Ic. *Lam. ill. gen. t. 14 f. 1.*
In fossis, ac stagnis montosis; *Gurgo lo Drago, e Gurgo lungo presso il Cotrano.*
Junio, Julio. ♃
*Caules* graciles, ramosi: *folia* laete virentia: *racemi* pauciflori simplices, longe pedunculati ex spice caulis aut ex centro plurium ramorum, *bracteis* paucis instructi: *corollae* flavae; calcare deflexo: *capsulam* maturam non vidi.
Observante *Hayne*, ampullae quae foliis haerent ante florescentiam sunt aquae repletae, sub anthesi aerem secernunt, unde fit ut planta emergat, et flores extra aquam explicet. Peracta florescentia ampullis aqua iterum impletis planta submergitur.

## LYCOPUS.

*Gen. pl. ed Schreb. n. 44.— Juss. 111.*

*Cal.* liber, tubulosus, 5 - fidus. *Cor.* infera, tubulosa, subaequalis, 4 - fida; lacinia superiore latiore, emarginata. *Stam.* distantia. *Sem.* quatuor, retusa. (*Herba* radice perenni: *caules* tetragoni: *folia* exstipulata, opposita, simplicia, dentata: *flores* albi, parvi, sessiles in verticillis axillaribus. *Labiatae. Juss.*)

1. *L.* EUROPAEUS. *Lin. sp. pl.30—Ucria H. Pan. p.41—Benth. lab. p. 186 — Guss. pr. 1. p. 14—Parlat. fl. pan. 1. p. 16.*
 L. stolonibus nullis, caule erecto ramoso, foliis ovato-oblongis, vel ovato - lanceolatis grosse sinuato - dentatis, verticillis multifloris, calycibus acute quinque - dentatis, staminum sterilium rudimentis nullis, seminibus tubo calycis brevioribus.
 Marrubium palustre, glabrum. *Cup. H. Cath. p. 138* — Sideritis 1. Matthioli. *Cast. H. Mess. p. 44.*
 Ic. *Lam. ill. gen. t. 18—Fl. dan. 1081* — Marrubium aquatile. *Dod. pempt. 595.*
 *b.* foliis plus minusque basi pinnatifidis.
 Marrubium palustre, glabrum, foliis profundissime dissectis, et — Idem, foliis tenuius dissectis. *Cup. l. c.*
 In humidis, paludosis, et ad rivulos.
 Junio, Julio. ♃
 *Planta* pubescens, et scabra, pallide virens: *caules* 1-2-pedales: *folia* utrinque angustata, rugoso - plicata: *flores* dense verticillati, *bracteis* linearí -lanceolatis suffulti. — Staminum sterilium rudimentis nullis a *L. sinuato*: stolonum absentia a *L. rubello*, et eodem staminum charactere, nec non seminibus tubo calycis brevioribus a *L. exaltato* discrepat, cum quo var. *b.* confundi potest. Semina in *L. exaltato* dentes calycinos aequant. *Confer Benth. l. c.*

## ROSMARINUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 49 — Juss. 111.*

*Cal.* liber, campanulatus, compressus, 2 - labiatus; labio superiore integro, inferiore 2-dentato. *Cor.* infera, ringens; labio superiore recto, 2 - partito. *Filam.* longa, curva, simplicia, cum dente. *Semina* quatuor, nuda. (*Frutex* sempervirens, aromaticus: *folia* opposita, exstipulata, simplicia, integerrima: *flores* laete coerulei in racemulis axillaribus brevibus. *Labiatae. Juss.*)

1. *R.* OFFICINALIS. *Lin. sp. pl. 33—Ucria H. Pan. p. 41 — Presl fl. sic. pr. p. 8—Guss. pr. 1. p. 15 — Parlat. fl. pan. 1. p. 17.*
 R. foliis sessilibus linearibus margine revolutis, supra virentibus subtus incanis.
 R. spontaneus latiori folio. *Cup. H.Cath. 192*—R. coronarium. *Cast. H. Mess. p. 20.*
 Ic. *Sibth. fl. gr. t. 14—Duham. arb. ed. 2. v. 5. t. 44*—R. coronarium. *Dom. pempt. 272.*
 *b.* flore albo.
 c. angustifolius.
 In torrentium alveis, ac in sterilibus collibus aridis calcareis in Sicilia = et in *Ustica*, sed ibi potius cultus. Varietas *b.* satis rara; *Marsala.* Var. c. in calcareis aut vulcanicis; *Lampedusa, Maretimo, Pantellaria.*
 Floret fere per totum annum. ♄

*Frutex* humilis, 2 - 4 pedalis, ramosissimus: *folia* 1 - 2 - lin. lata, approximata, sessilia, superne atrovirentia glabra: ramuli juniores tetragoni, albo - puberulo - tomentosi: *racemi* breves, axillares, 3 - 7 - flori. basi foliis duobus instructi: *pedicelli* vero 1 - 2 - lin. longi, decussati, basi bractea vix 1/2 lin. longa suffulti, calycibus subaequilongi: *corollae* laete cerulescentes, in *a.* externe pubescentes, calyce purpurascente incano-pubescente duplo triploque longiores: tubo brevissimo, lacioiis labii superioris margine revolutis; inferioris lacinia media maxima concava, lateralibus rectis; *stamina* exserta, incurva, denticulo lineari ad basim spectante: *stigma* inaequaliter bifidum. In *Lampedusa* frutex humillimus ramis fere terrae adpressis, sed ejus *folia* vix 1/2 lin. lata, fragrantissima, supra aliquando pubescentia, subtus vix tenue albido - tomentosa.

## SALVIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 50 — Juss. 111.*

*Cal.* liber, subcampanulatus. 2 - labiatus; labio superiore integro vel 2 - 3 - dentato, inferiore 2 - fido. *Cor.* infera, ringens. *Filam.* curva, transverse pedicello affixa. *Sem.* quatuor, nuda (Suffrutices sempervirentes, vel herbae annuae aut perennes: *folia* opposita, extipulata, simplicia, integra aut varie partita: *flores* terminales, racemoso - verticillati, bracteati. *Labiatae. Juss.*)

* *Calyce trilobo ampliato.*

1. S. CANARIENSIS. *Lin. sp. pl. 38 — Presl fl. sic. pr. p. 8 — Guss. pr. 1. p. 15 — Parlat. fl. pan. p. 25.*
   S. caule fruticoso albo - lanato. foliis hastato - triangularibus oblongis crenulatis obtusiusculis petiolatis, calycibus bracteisque membranaceis coloratis.
   Ic. Horminum canariense, tomentosum, hastato folio. *Moris. hist. 3. s. 11. t. 13. f. 17.*
   In fruticetis; *Palermo a Mondello, ai Colli.*
   Aprili, Majo. ♄
   *Caules* 3 - 6 - pedales, erecti, ramosi: *folia* superne glabriuscula, intense virentia; subtus villosa vel juniora arachnoideo - lanata; auriculis patentibus, acutis: *racemi* terminales, verticillis subsexfloris approximatis: *bracteae* ovato - lanceolatae, calyces superantes: *corollae* purpurascentes, calyce ampliato 2 - 3 - plo longiores.
   Species certe culta ad fruticeta et hortos ornandos, sed nunc sponta vegetat et propagatur.

** *Calyce 5 - dentato.*

*a. foliis indivisis, basi cordatis.*

2. S. SCLAREA. *Lin. sp. pl. 38 — Ucria H. Pan. p. 45 — Presl fl. sic. pr. p. 9 — Guss. pr. 1. p. 16 — Parlat. fl. pan. 1. p. 22.*
   S. hirsuto-canescens, foliis rugosis cordatis oblongis ovatisque crenatis, bracteis concavis coloratis acuminatis calyce longioribus.
   Horminium Sclarea dictum. *Cup. H. Cath. p. 97* — Sclarea. *Cast. H. Mess. p. 21.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 25* — Orvala. *Dod. pemp. 292.*
   *b.* foliis albidioribus, et hirsutioribus. *Cast. l. c.*
   In collibus aridis, vel apricis passim occurrit.

Majo, Junio. ♂

*Planta* plus minus pilis glanduliferis viscida, et grave odora : *caules* herbacei, tetragoni, erecti, firmi, 2-4 - pedales, superne saepe ramosi: *folia* aliquando croso-crenata, supra viridia glabriora, suprema sessilia: flores in *racemis* terminalibus, ante anthesim nutantibus verticillati: verticillis approximatis: *bracteas* tenucs, membranaceae, amplae, calyce longiores, ciliatae, albido-roseae, uervoso-reticulatae : *calyces* 2-labiati ; labio superiore lato, bidentato ; denticulis aristatis : *corollae* tubus albidus, calycem aequans, galea falcata pallide coerulea et calyce triplo longior: *stamina* sub galea recondita: *stylus* coerulescens, exsertus.

3. *S.* ARGENTEA. *Lin. sp. fl. 38—Guss. pr. suppl. p. 5.*

S. albo-lanata, caule subaphyllo, foliis radicalibus, cordato-ovatis suberoso-dentatis et subsinuato-crenatis, racemis brachiatis, verticillis summis sterilibus, bracteis concavis acuminatis calycem aequantibus.

S. candidissima. *Guss. pr. fl. sic. l. p. 16,* exclus. synon. praeter *Cupani*—Horminum ampliori folio, subrotundo, sinuato, argentea lanugine-obducto, viscosum, perpetuum. *Cup. H. Cath. p. 97 !*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 22?*—Horminum aethiopis dictum, humile, viscosum, folio subrotundo, sinuoso. lanuginosiori, argenteo. *Cup. panph. 2. t. 148!*

In aridis montosis meridiem spectantibus ; *Monte di Cammarata.*

Majo, Junio. ♂, ♃

*Caules* erecti, basi simplices, tetragoni, 1-1 1/2 pedales : *folia* inferiora rosulata, petiolata, ampla, aliquando, cordata, ima radicalia subrotunda ; *caulina* pauca, angustiora, basi angustata, sessilia : *bracteae* late ovatae. sessiles, aristatae, virentes : *corollae* albae, calyce duplo vel triplo longiores, galea elongata, falcata : *racemi* viscido-villosi; *verticillis* distantibus, superioribus abortivis : *odor* vix ullus.

Planta sicula a speciminibus *S. crassifoliae* (quae *S. candidissima Vahl.*) berb. *Sibth.* omnino aliena est, et ad *S. patulam Desf.* quoad folia et bracteas magis similis, sed calycibus satis diversa. Isti in *S. patula* fere obsolete bilabiati, dentibus duobus superioribus brevissime aristatis : in nostra calycis dentes insigniores et longe aristati. Ideo *S. candidissimam pr. l. c.* ; exclusis synonymis praeter *Cupani*, ad *S. argenteam* Lin. *sp. pl. p. 38* denuo referendam puto, quamvis icones auctorum cum nostra haud bene conveniant: uti quoque *S. argenteae* specimina ex hispania a Cl. *Boiss.* communicata ab hac nostra pariter aliena sunt ob folia oblonga ! sparse floccoso-lanuginosa. et bracteas breviores.

Synonymon, *Aethiopis tota argentea cretica lanuginosa. Cup. H. Cath.* absque paginae numero a *Linnaeo*, et inde ab omnibus recentioribus sub *S. argentea* citatum, in *Horto catholico* deest.

4. *S.* VIRIDIS. *Lin. sp. pl. 54 — Guss. pr. 1. p. 17 — Parlat. fl. pan. l. p. 19.*

S. hirsutiuscula, foliis ovatis oblongisque obtusis crenatis, calycibus fructiferis reflexis, bracteis rhombeis basi appendiculatis, comantibus nullis.

S. Horminum, *Ucria H. Pan. p. 42* ; non *Lin.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 19— Desf. atl. 1 t. 1—* Horminum subrotundo folio, flore caesio hispanicum. *Barr. ic. 200*—H. montanum, purpureum, salviaefolium. *Cup. panph. 1. t. 241.*

In collibus. et in campis aridis sterilibus Siciliae orientalis ac meridionalis ; *da Vittoria a Catania, Castrogiovanni, Villarosa, Priolo,* ec. nec non *presso Palermo a Monte Gallo (Parlatore).*

Aprili, Majo. ☉

*Caules* erecti, 4-12 - pollicares, simplices vel ramosi: *folia* radicalia

longe petiolata : *caulina* subsessilia, omnia utrinque virentia : *flores* in racemis terminalibus verticillati; verticillis inferioribus remotioribus, in fructu apice veluti truncatis: *bracteae* latae, acutae: *corollae* calyce vix longiores, violaceae, galea saturatiore: *calyces* sub anthesi erecti, aucti et reflexi in fructu.

*S. Horminum* in Sicilia adhuc non inveni, et haec racemis comosis a *S. viridi* potissimum distinguitur.

*b. foliis sinuatis, pinnatifidisque.*

5. *S.* VERBENACA. *Lin. sp. pl. 33—Ucria H. Pan. p. 43—Guss. pr. 1. p. 17—Parlat. fl. pan. 1. p. 19.*

S. caule erecto 1-2-pedali villoso, foliis cordato-ovatis oblongisque sinuatis crenato-serratis rugosis glabris, verticillis remotis in racemos elongatos acutos, corollis concoloribus, tubo calycem aequante.

Ic. *Mirb. on. du Mus. v. 15. t. 15* — Horminum sylvestre, minus, inciso folio, flore azureo. *Barr. ic. 208!* — H. coeruleum, Verbenae folio viridi, nitido. *Cup. panph. 2. t. 108.*

In pascuis montosis, et collibus elatioribus a mare dissitis praecipue provenit: *Palermo al Parco, alla Mourda, alla Pizzuta, Madonie ai Pomieri ed a Gonato ( Parlatore ): Caltanissetta, Caltagirone, Polizzi, Alimena, Troina, ec.*

Martio, Junio. ♃

*Caules* erecti, vel adscendentes, simplices aut brachiato ramosi: *folia* obscure virentia, irregulariter lobata vel angulata, subitus ad nervos villosa; radicalis longe petiolata; caulina sessilia, acuta vel acuminata: *racemi* terminales, simplices aut brachiati: *bracteae* ovatae, rotundatae, acuminatae, calyce subbreviores: *corollae* violaceae, concolores, calycem parum excedentes, 4 lin. longae: 1 lin. latae; odor levis—Calycis dentes duo inferiores in hac acutiores quam in sequente, *corollae* minores, et florescentia serotina: in utrisque, calyces fere sessiles, et fructiferi horizontales.

6. *S.* CLANDESTINA. *Lin. sp. pl. 36*, non *Syst. veg. ed. XII.—Ucria H. Pan. p. 43 — Guss. pr. 1. p. 16 — Benth. lab. p. 240.*

S. caule erecto 3-10-pollicari villoso, foliis rugosis cordato-oblongis pinnatifidis sinuatisque, laciniis dentatis leviusculis, verticillis approximatis in racemos breves obtusos, corollis discoloribus calyce subtriplo longioribus.

S. multifida. *Sibth. fl. gr. 1. p. 17—Presl fl. sic. pr. p. 8.—Bertol. fl. ital. 1. p. 149—Parlat. fl. pan. 1. p. 20* — S. polymorpha. *Fl. port. p. 149*—S. pratensis minor. *Savi fl. pis. p. 23*—S. pratensis c. praecox. *Pers. syn. 1. p. 26*—Horminum sylvestre, coeruleum, Betonicae folio leviter lacerato. *Cup. H. Cath. p. 97*; et—H sylvestre coeruleum, minus, oblongo rotundo folio, nigro semine nitido. *Cup. l. c. supp. alt. p. 57?*—Gallitrichum vulgo. *Cast. H. Mess. p. 38.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 23!—Fl. port. t. 19!* Horminum sylvestre inciso folio, caesio flore italicum. *Bar. ic. 220!*—H. sylvestre coeruleum, folio oblongo rotundo. *Cup. panph. 1. t. 230* — H. sylvestre coeruleum, Verbenae foliis pumilum. *Cup. l. c. 2. t. 134*—H. sylvestre, coeruleum, Betonicae folio leviter laciniato. *Cup. l. c. 2. t. 134*—H. sylvestre coeruleum, supinum, Aetiopis foliis longe minoribus. *Cup. l. c. t. 17?*

*b.* flore albo.

Gallitricum flore albo. *Cast. H. Mess p. 38.*

In collibus, pascuis apricis demissis, et arenosis maritimis ubique, at nunquam in elatioribus montosis in Sicilia ≍ et in *Lipari, Ustica, Pantellaria, Favignana, Levanzo.* Var. *b.* magis rara.

Decembri, Majo. ♃

*Caules* simplices, aut semel ramosi; ramis oppositis: *folia* praecedentis, sed minora, pallidiora, obtusiora, et varie secta; laciniis lobisque eroso dentatis, isti tamen et illae numquam ita angustate lineares ut in *S. clandestina herb. Lin.* et *fl. gr.*: *racemi* truncati, 1-3-pollicares, terminales, ut plurimum simplices, verticillis approximatis, post anthesim remotiusculis: *bracteae* cordato-ovatae, acuminatae, calyce glanduloso-hirsuto (non vero hirsutissimo albidoque ut in *S. clandestina*) duplo-breviores: *corollae* galea coerulea, puberula; labio inferiore lacinia media ampla, ac suo tubo albida, lateralibus pallide coeruleis. Pili (non cilia) qui ad margines dentium calycis extant sunt glandulia destituti.

Specimen quod hoc nomine inscriptum in herbario *Linn.* asservatur est certe *S. clandestina Fl. gr.*, tam ex herb. *Sibth.* quam ex icone. Adest quoque in herb. *Lin. S. multifida Fl. gr.* (quae *S. clandestina* nostra) sed absque nomine. Denique *S. clandestina* nostra cum *S. multifida* herb. *Sibth.* ex asse quadrat. Hisce perpensis ai potius specimini exsiccato et descriptioni *Lin syst. veg. ed. 12. p. 66* fides habenda, tunc *S. clandestina* nostra exclus. syn. nonnullis erit *S. multifida Sibth. fl. gr.* Quod si aliquis (uti *Cl. Ten. in syll. p. 18.*) potius descriptioni et synonymis, *Lin. sp. pl.* quam specimini exsiccato auctoritatem tribuere mavult, tunc nihil in *Prodromo l. c.* immutandum erit. Confer cl. *Bertol. fl. ital. 1. p. 145. 151.* et *Ten. fl. nap. p. 24.*

7. S. TRILOBA. *Lin. Fil. suppl. 88—Guss. pr. 1. p. 19—Parlat. fl. pan. 1. p. 18.*

S. caule fruticoso albo-tomentoso, foliis rugosis petiolatis oblongis crenulatis, inferioribus trilobis, lobis lateralibus minoribus ovatis obtusis, medio elongato, dentibus calycinis acutis aequalibus.

S. officinalis. *Ucria H. pan. p. 42.*, non *Lin.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 17* — S. cretica, non pomifera. *Clus. hist. 1. p. 343.*

In collibus aridis apricis Siciliae meridionalis, et orientalis; *Pozzallo*, *Spaccaforno*, *Avola*, *Siracusa*, *Palazzolo*, *Palermo ai Colli.*

Aprili, Majo. ♃

*Caules* erecti, subcaespitosi, 3-4-pedales: *folia* cinereo-tomentosa, aliquando indivisa, aut ad basim lobis parvis distinctis auriculata: *bracteae* membranaceae, ovali-lanceolatae, tantum in hac specie sicula deciduae: *racemi* terminales elongati, simplices; verticillis remotis: *calyces* tubuloso-campanulati, *corollis* violaceis duplo triploque breviores: odor *S. officinalis*, cui valde proxima, et pro qua fere undique in Sicilia habetur; sed indicatis notis distincta.

---

† 8. CERATOPHYLLOIDES *Lin. mant. 46 — Presl fl. sic. pr. p. 9 — Guss. pr. 1. p. 19 — Parlat. fl. pan. p. 25.*

S. foliis pinnatifidis rugosis petiolatis, verticillis omnibus fertilibus hirsutis.

Ic. *Arduin. spec. 2. t. 2.* — Sclarea Verbenae petalis, purpurante flore. *Cup. panph. 2. t. 186.*

In Sicilia australi (*Presl*, *Arduini*, *Cupani.*)

Augusto. ♃

† 9. S. SYLVESTRIS. *Lin. sp. pl. 34—Ucria H. pan. p. 43—Guss. pr. 1. p. 20 — Parlat. fl. pan. 1. p. 25.*

S. foliis cordato-lanceolatis undatis biserratis maculatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus.

Horminum pratense; foliis serratis. *Cup. H. Cath. p. 97?*

In Sicilia ( *Ucria* ).

† 10. *S. verticillata. Lin. sp. pl. 37 — Guss. pr. 1. p. 20.*

*S.* foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis subnudis, stylo labio corollae inferiore incumbente.

Ic. Hominum, an purpureum, folio deltoide. calycum pendulorum longiusculis petiolis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 57, et panph. 2. t. 248.*

In Sicilia ( *Capani* ).

Obs. *Jasminum officinale* ac *Syringa vulgaris*, perperam inter plantas Siciliae indigenas a *Preslio* in *fl. sic. pr. p. 6*, et 8. enumerantur.

## III. TRIANDRIA.

### I. *Monogynia.*

### VALERIANA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 60 — Juss. 195.*

*Cal.* adnatus; limbo libero, involuto, inde in radios plumosos expanso, semen coronantes, deciduos. *Cor.* 1-petala, supera, hypocrateriformis; limbo 5-fido; tubo longo, basi gibbo, vel calcarato. *Stam.* 1-3. *Fruct.* 1-spermus, papposus. (*Herbae* annuae, aut perennes: *folia* opposita, exstipulata, integra aut pinnatifida: *flores* albi aut rubri, paniculato-corymbosi. *Valerianeae. Dec.* )

1. *V. rubra. Lin. sp. pl. 44—Ucria H. Pan. 45—Guss. pr. 1. p. 22.*

V. foliis integris ovatis lanceolatisque, floribus monandris calcaratis corymbosis.

Centranthus ruber. *Presl fl. sic. pr. p. 5 — Parlat. fl. pan. 1. p. 2*—V. marina, latifolia, seu major, rubra. *Cup. H. Cath. p. 226*—Ocymastrum valerianthes. *Cast. H. Mess. p. 41.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 24. f. 2* — V. rubra. *Dod. pempt. 350.*

*b.* floribus albis.

V. marina, latifolia, seu major, alba. *Cup. l. c., et supp. alt. p. 93.*

In rupibus calcareis demissis, ruderatis, dumetis lapidosis. Var *b.* satis rara; *Sciacca* = et in *Favignana.*

Floret fere per totum annum. ♄

*Planta* glaberrima, viridi-glaucescens: *caules* caespitosi, erecti, simplices, vel ramosi, teretes, basi suffruticosi: *folia* crassiuscula, acuminata, raro ad basim dentata: *corymbi* terminales, densi, brachiati: *bracteae* lineares: *corollae* roseae in *a*; tubo tenui, gracili, longo; limbo inaequaliter 5-fido: *semina* conico-compressa, glabra.

2. *V. calcitrapa. Lin. sp. pl. 44 — Ucria l. c. p. 45 — Biv. cent. 2. p. 72 — Guss. pr. 1. p. 23.*

V. foliis inferioribus indivisis lyratisque, superioribus pinnatifidis, floribus monandris basi gibbis bracteatis corymbosi.

Centranthus calcitrapa. *Presl l. c. — Parlat. fl. pan. 1. p. 2*—V. foliis Calcitrapae. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 91*, et ex emendatione ipsius auctoris ad hanc speciem quoque spectant — V. perennis, alpina, Valerianae annuae alterae Clusii foliis affinis, ingenti sobole subcrescente. *H. Cath. p. 226*, et V. tenuifolio, pulchre laciniato, dentato, loboso pennate disposito, annua. *H. Cath. l. c.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 30* — V. annua minor, folio Centaurii majoris

modo diviso. *Cup. panph.* 1. *t.* 75 — V. annua, sive aestiva. *Clus. hist.* 2. *p.* 54.

In sabulosis maritimis inter *Juncos*, ac in collibus herbidis in Sicilia = et in graminosis apricis maritimis vel submontoals in *Ustica alla guardia di mezzo*, *Alicuri sopra la Chiesa*, *Felicuri presso la marina del porto, e sotto la vetta del monte*, *Salina sul monte*, *Marctimo*, *Pantellaria*, *Favignana*.

Martio, Aprili. ⊙

Planta glabra, laete virens, tenerrima· *caules* solitarii, vel plures ex eadem radice, erecti, 3-12-poll.: *folia* ima obovata, integra; radicalia et inferiora lyrato-pinnatifida: *corymbi* terminales, brachiati; ramis ut plurimum dicthotomis; *bracteae* lanceolatae, sessiles, acuminatae, oppositae, altera florifera, glabra: *corollae* roseae, parvae; limbi laciniis ovalibus, obtusis; tubo gracili, fere filiformi; *stamen* et *pistillum* exserta, corollae concoloria: *semen* oblongo-ovatum, glabrum.

3. *V.* OFFICINALIS. *Lin. sp. pl.* 45—*Guss. pr. suppl. p.* 6.

V. glabra, caule fistuloso sulcato, foliis omnibus impari-pinnatis, pinnis lanceolatis integris vel dentatis, floribus corymbosis triandris.

V. palustria, major. *Cup. H. Cath. p.* 226?

Ic. *Fl. dan.* 570—*Plenk off. t.* 27.

In sylvis; *a Collebascia fra Randazzo e Castiglione* (*Arrosto*).

Aprili, Majo. ♃

*Radices* fibrosae, minime repentes: *caules* simplices, 2-4-pedales, stricti: *folia* laete virentia; radicalia petiolata, foliolis dentatis: *caulina* sessilia, foliolis integris, acutis: *corymbi* plus minus densiflori: *bracteae* acutae, margine albo-membranaceae ac ciliatae, adpressae: *corollae* albido-carneae, tubo hinc gibbo: *limbi* laciniis subaequalibus, obtusis: *stamina* sub-exserta, corollae concoloria, antheris viridulis: *fructus* ovato-oblongi, compressi, facie interna puberuli.

4. *V.* TUBEROSA. *Lin. sp. pl.* 46 — *Ucria l. c. p.* 46 — *Presl fl. sic. pr. p.* 10 — *Guss. pr.* 1. *p.* 23.

V. glaberrima, radice tuberosa oblonga-subsstolonifera, caule glabro, foliis radicalibus lanceolato-oblongis indivisis, caulinis pinnatifidis, floribus corymbosis densis.

Nardus montana, radice oblonga. *Cup. H. Cath. p.* 151 — *Cast. H. Mess. p.* 16.

Ic. Nardus montana, Scorzonerae siculae fere bulbo. *Cup. panph.* 2. *t.* 89 — V. tuberosa, longa. *Moris. hist.* 3. *s.* 7. *t.* 15. *f.* 21.

In herbosis montosis:, et inter muscosas saxorum rimas humo repletas; *Pizzuta* (*Parlat. Heldr*) *Madonie*, *Busambra*, *Cammarata*, *Monte Salvatesie*, *Monte Scuderi*, ec.

Maio, Junio. ♃

*Radicis* tubera semper oblonga, nunquam subglobosa, crassitie saepius semipollicari, valde aromatica; hinc loco *V. officinalis* saepius usurpantur: *caules* erecti, solitarii: *folia* radicalia, obtusa, petiolata: *caulina* remota, pauca, sessilia, laciniis linearibus; superiora aliquando indivisa: *racemi* terminales, brachiati, parvi, subglobosi: *bracteae* integrae, vel pinnatifidae, basi dilatatae: *corollae* roseae; tubo longiusculo: *semina* hirta.

## FEDIA.

*Moench. met. p. 486—Dec. pr. s. nat. 4. p. 630.*

*Cal.* adherens; limbo libero, recto, inaequali, persistente: *Cor.* 1-petala, supera, bilabiata, ecalcarata, basi hinc gibba. *Fruct.* calyce coronatus, 3-locularis; loculis duobus angustioribus vacuis, unico fertili latiore 1-spermo. (*Herba* laete virens, annua, glaberrima, tenera: *folia* opposita, simplicia, integra, exstipulata: *caules* dichotomi: *flores* rosei, parvi, fasciculato-corymbosi. *Valerianeae. Dec.*)

1. *F.* CORNUCOPIAE. *Vahl en. 2. p. 19—Presl fl. sic. pr. p. 10—Guss. pr. 1. p. 24—Parlat. fl. pan. 1. p. 24.*

*F.* floribus diandris, pedunculis incrassatis, foliis nervosis, inferioribus ovatis petiolatis subintegris, superioribus sessilibus amplexicaulibus ovato-oblongis dentatis.

Valeriana Cornucopiae. *Lin. sp. pl. 44*—V. locusta. *Ucria H. Pan. p. 46*, non *Lin.*, ex synonymo siculo—V. indica Clusii. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 92*, et ex ejusdem emendatione—Valerianella echinata. *H. Cath. p. 227*—Valeriana sicula, rubra. *Cast. H. Mess. p. 24.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 32*—Valeriana indica. *Clus. hist. 2. p. 54.*

*b.* flore albo. *Cup. l. c.*

In cultis, pascuis, collibus herbidis ubique communis, et inter olera adhibetur in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Lampedusa*: Var. *b.* cum specie, sed rara.

Decembri, Junio. ⊙

*Caules* palmares, vel inter herbas sat raro pedales, tetragoni, simplices, vel a basi ramosi, superne dichotomi vel bifidi, basi saepius rubro-sanguinei: *folia* ima orbiculata, obtusa; superiora aliquando acutiuscula: *pedunculi* inflato-conici, latere interiore complanati: *bracteae* imbricatae, basi virentes, ad apicem abrupte acuminatae; acumine fusco-rubente, sub anthesi divaricato-recurvo, corollis breviore: *flores* dense fasciculato-corymbosi: *corollae* limbus una cum *staminibus* ac *pistillo* exsertis amoene roseus; tubo filiformi, gracili, 3 4-lin. longo, una cum antheris atropurpureo; *labio* superiore plano, erecto, ad margines hinc inde ciliato, obovato, bilobo: inferiore aequaliter bilobo, lobo medio paullo longiore; lobis istis ac superioribus apice rotundatis: *fructus* in pedunculorum dichotomia occultati, compressi, coronati, semper fertiles; sed qui in lateribus pedunculorum sunt dispositi, il subrotundi, inflati, apice corona brevissima vel obliterata, ac ut plurimum steriles observantur.

## VALERIANELLA

*Moench. met. p. 486—Dec. pr. s. nat. 4. p. 625.*

*Cal.* adhaerens; limbo vel obsoleto, vel libero persistente, dentato, fructum coronante. *Cor.* 1 petala, supera, hypocrateriformis; limbo aequaliter 5-lobo; tubo ecalcarato, basi hinc gibbo. *Fructus* nudus vel apice coronatus, 2-3-locularis; loculis 1-2-sterilibus, 1-2-fertilibus. (*Herbae* annuae: *caules* dichotomi: folia, flores, et familia ut in praecedente).

* *Bracteis in fructu adpressis.*

1. *V. coronata. Dufresn. in Dec. pr. 4. p. 628 — Parlat. fl. pan. 1. p. 29.*

V. foliis lanceolatis obtusis, superioribus basi pinnatifido-dentatis, floribus dense capitatis, bracteis oblongis ciliatis, fructu ovoideo villoso subtetragono coronato, coronae foliaceae cyathiformis 10-dentatae dentibus lanceolatis erectis aequalibus interne dense villosis aristatis, aristis uncinatis.

Fedia sicula. *Guss. pr.1.p.25*—F. discoidea. *Jan. Cat. p. 1*—F. coronata. *Presl fl. sic. pr. p. 10*— Valerianella semina Scabiosaa major, lusitanica. *Cup. H. Cath. p. 227.*

Ic. *Dufr. hist. des Val. p. 60. n. 11. t. 3. f.2*—Valerianella lignosa, Scabiosae semine stellato, pycnosphaerocephalos. *Cup. panph. 2. t. 191.*

In collibus aridis meridiem spectantibus; *Palermo, Marsala, Siracusa, Noto, Chiaromonte, Terranova.*

Aprili, Majo. ☉

*Caules* scabriusculi: *folia* pilosa, vel glabriuscula: *bracteae* villosae: *corollae* parvae, albo-coeruleae, dense fasciculatae—Sequenti affinis, at in hac corona campanulata patens, glaberrima, dentibus obtusis at inde aristatis, insigne nervosis; nervis patenti-ramosis. In *V. hamata* corona tubuloso-campanulata, dentibus lanceolatis acutis in aristam uncinatam productis, obsolete nervosis; nervis erecto-ramosis.

2. *V. hamata. Bast. in Dec. pr. 4. p. 628.*

V. foliis lanceolatis obtusis, superioribus basi pinnatifido-dentatis, floribus dense capitatis, bracteis oblongis ciliatis, fructu ovoideo subtetragono villoso coronato, coronae foliaceae campanulatae 6-dentatae dentibus ovatis obtusis patentibus aequalibus utrinque glaberrimis aristatis, aristis uncinatis.

Fedia coronata. *Guss. pr.1.p. 25*, et *Reich. cent.1.p.54*, non *Marsch.* —Valerianella. *Cast. H. Mess. p. 47.*

Ic. *Reich. l. c. t. 66. f. 153, 154, 155*—Valerianella altera, tenuifolia, semine Scabiosae stellato. *Columm. ecphr. 1. t. 209.*

In herbidis montosis; *Madonie, Monti di Caronia, della Noara, Monte Scuderi: Palermo alla Pizzuta presso la portella della Piana de' Greci (Parlatore).*

Majo, Junio. ☉

*Habitus* omnino praecedentis, et flores ejusdem coloris, ita ut non nisi fructuum characteribus indicatis inter se differunt.

3. *V. eriocarpa. Desv. Journ. de Bot. 2. p. 314 —Dec. pr. 4. p. 626 —Parlat. fl. pan. 1. p. 31.*

V. caule angulis scabro, foliis caulinis inferioribus oblongo-linearibus integerrimis, superioribus subcordato-lanceolatis basi dentatis, fructu ovato obsolete costato hispido umbilicato coronato, corona campanulata obliqua truncata 6-dentata, dentibus rectis, tribus anterioribus brevioribus.

Fedia eriocarpa. *Guss. pr. 1. p. 26* — *F.* campanulata. *Presl fl. sic. pr. p. 11* — F. muricata. *R. S. s. veg. 1. p. 366*, ex *Marsch.* — F. auricula. *Jan. elench. p. 1. non Dec.*—V. campanulata. *Biv. stir. rar. man. 4. p. 18*—V. pratensis, floribus muscosis, coerulescentibus, in planam amplamque umbellam sparsis. *Cup. H.Cath. p. 227*, et *supp. alt. p. 92* — Eadem foliis dissectis. *Cup. supp. alt. p. 92.*

Ic. *Desv. l. c. t. 11 — Lois. not. t. 3. f. 2*— Valerianella lignosa, Sca-

biosae semine stellato, pycnosphaerocephalos cum flore. *Cup. panph.* *1. t. 158*, et *2 t. 177*.
*b.* fructibus ad costas solummodo hispidis.
*c.* fructibus omnino glabris.
Inter segetes, in arvis, ac in pascuis ubique communes varietates *a.* et *c.* sed haec rarior in Sicilia = et in *Lipari*, *Panaria*, *Favignana*, *Levanzo*—Var. *b*; *Caltanissetta*.
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* superne bifidi, aut saepius dichotomi: *folia* radicalia oblongo-spathulata, in petiolum attenuata: *bracteae* e basi lata lanceolato-lineares, margine membranaceae et serrato-ciliatae: *flores* coerulei, plus minus dense-fasciculati: *loculi* 2 - steriles fructum angustissimi.
Synonymon *Bivonae* immerito ad *F. coronatam* amandatur a *R. S.* in *mant. 1. p. 267*, ac a *Spr.* in *s. veg. 1. p. 144*; et Phu minimum alterum *Lobel. ic. 717*, a *Biv.* sub hac specie relatum, ad *F. pumilam* a *Poir.* refertur. Tandem icon Cl. *Reich. l. c. t. 65.f.152*, quoad fructuum figuram, non quoad inflorescentiae habitum cum nostra convenit.

4. *V. mixta. Dufr. hist. des Val. p. 58 — Dec. pr. 4. p. 627—Parlat. fl. pan. 1. p 52.*
F. caule angulis levi, foliis inferioribus oblongo linearibus integerrimis, superioribus subcordato-lanceolatis basi dentatis, fructu pubescente-hirto ovato-conico umbilicato coronato, corona obliquo truncata integra vel subtridentata, fructu plus duplo angustiore et breviore.
V. microcarpa. *Loisl. not. p. 151*—Fedia microcarpa. *Guss. pr. 1. p. 27. excl. syn. Reich.*
Ic. *Dufr. l. c. t. 3. n. 6.*
*b. lejocarpa*, fructibus glaberrimis.
Inter segetes, et in herbidis maritimis cum praecedente; *Palermo a Sferracavallo*, ed a *Mondello*, *Mazzara*, *Caltanissetta*, *Bagheria a Catilfano (Parlat.)* in Sicilia = et in *Saline*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Lipari*, *Ustica*, *Pantellaria*, *Lampedusa*.
Martio, Majo. ⊙
*Caules* ut in praecedente, sed breviores: *folia* ima radicalia obtusa, lanceolata: *bracteae* pilosae, subciliatae: *corollae* albo-coeruleae, plus minus fasciculatae: *loculi* steriles fructuum angustiores—Ab affinii *V. Morisonii* distinguitur fructibus ovoideis, minutissimis, umbilicatis; *bracteis* fructu longioribus numerosioribus, approximatis; dum in *V. Morisonii* fructus conici, vix umbilicati, jam perfecti bracteis sublongiores; *bracteae* minus numerose ac minus approximatae.

*** Bracteis in fructu patentibus.*

5. *V. puberula. Bertol. fl. ital. 1. p. 189—Dec. pr. 4. p. 627.*
V. caule angulis scabro, foliis lineari-oblongis, superioribus sessilibus subintegris lincaribus ciliato-serrulatis, fructu ovato subangulato non umbilicato puberulo coronato, corona brevissima oblique truncata subtridentata, unico dente latiore et longiore.
Fedia puberula. *Bertol. in Guss. pr. 1. p. 27.*
Ic. Fedia microcarpa. *Reich. pl. cr. cent. 2. f. 229.*
Inter segetes, in collibus elatioribus, et in montosis prope *Delia*, *Caltanissetta*, *Vallelonga*.
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* praecedentium altiores, tamen superne graciliores: *folia* ima radicalia obtusa, fere spathulata, non ciliata, in petiolum atte-

nuata: *corollae* albo-coeruleae sub-corymbosae: *loculi* 2 steriles fructuum angustissimi—A *V. auricula Fl. fr. supp. p. 492* et *Dec. pr. s. nat. 4. p. 627.* differt, fructu non altero latere linea excavato, nec coronato dente unico auriculaeformi, sed dentibus 3-5; a *V. dentata* fructibus non altero latere planis, sed undique convexis; ab utrisque loculis sterilibus filiformibus; qui in illis diametrum fertilis superant, aut aequant, idaoque ad sect: *Platycoelae Dec. l. c.* spectant, et non ad sect: *Psilocoelae Dec. l. c.* A *V. mixta Vahl en. 2. p. 21.* corona oculo etiam nudo conspicua, fructibus non umbilicatis, at habitu ab icone *Moris. hist. 3. s. 7. t. 16. f. 35.* omnino diverso.

6. *V.* PUMILA. *Dufr. l. c. p. 57—Dec. pr. 4. p. 628— Parlat. fl. pan. 1. p. 34.*

V. caule angulis levi, foliis imis lanceolato linearibus integris, caulinis basi pinnatifidis scabriusculis, bracteis lanceolatis acutis margine scariosis ciliatis, fructu globoso altera facie umbilicato, altera convexo bicostato coronato. corona oblique truncata brevissima tridentata, dente unico longiore.

V. sphaecrocarpa. *Dec. l. c. p. 628*—Fedia sphaecrocarpa. *Guss. pl. rar. p. 14*, et *pr. 1. p. 28.*

Ic. *Guss. l. c. t. 4. f. 1.*

In pascuis apricis montosis: *Madonie al piano della Battaglia di Petralia: Palermo alla Scala del Mezzagno (Parlat.)*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* 2-6-pollicares: *folia* radicalia in petiolum attenuata; *caulina* inferiora basi tantum dentata: *flores* parvi, rosei. *fructus* glabri; *loculis* duobus lateralibus sterilibus, medio fertili latioribus.

7. *V.* OLITORIA. *Dufres. l. c.—Dec. pr. 4. p. 627.*

V. caule angulis scabro, foliis omnibus lineari-oblongis subintegris, bracteis oblongo-linearibus obtusiusculis margine ciliato-serrulatis, fructu globoso subcompresso altero latere coarctato utraque facie biatriato, obsolete tridentato, corona subnulla.

Valeriana olitaria. *Lin. sp. pl. 47*— F. olitoria. *Guss. pr. 1. p. 28.*

Ic. *Reich. pl. cr. 1. f. 121* — Valerianella arvensis, praecox, humilis, flore diluta coeruleo, semine compresso. *Moris. hist. 3. s. 7. t. 16. f. 36?*

In herbosis montosis, et inter segetes; *Val Demone a Montalbano, Caronia, Floresta, Francavilla.*

Majo, Junio. ⊙

*Herba* tenerrima, laete virens, glaberrima: *caules* dichotomi, ramosissimi, corymbosi: *folia* radicalia obovata-spathulata, obtusa: *bracteae* flores excedentes: *corollae* subfasciculatae in apicibus ramorum, dilutae coeruleae, parvae: *fructus* glabri loculus fertilis ad dorsum cellulosus, sterilia subaequans

8. V. GIBBOSA. *Dec. pr. 4. p. 626.*

V. caule laeviusculo, foliis omnibus oblongo-linearibus obtusis, bracteis lineari-oblongis margine integris subcartilagineis, fructu globoso subcompresso ecoronato, altero latere coarctato plano, altero gibbo longiore, utraque facie bistriato, costis prominulis.

Fedia gibbosa. *Guss. pr. 1. p. 28.*

Ic. *Dec. Msm. sur les Valer. p. 22 t. 3. f. 3.*

In pascuis apricis; *Madonie al piano della Principessa (Gasparrini).*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* erecti, bifidi, raro dichotomi, graciles, 2-3 poll.: *flores* fasciculati in apice ramorum, parvi, dilute coerulei: *fructus* glabri loculus fertilis ad dorsum cellulosus; *loculi* steriles duo angustiores.

9. *V. CARINATA.* *Lois not. p. 149* — *Dec. pr. 4. p. 629* — *Parlat. fl. pan. 1. p. 33.*
V. caule angulis levi, foliis omnibus lineari-oblongis integris, bracteis oblongis obtusiusculis margine ciliato-serrulatis, fructu oblongo cymbiformi apice brevissime 1-dentato, corona obliterata.
Fedia carinata. *Guss. pr. 1. p. 29.*
Ic. *Reich. pl. cr. 1. f. 123* — *Dec. mem. 1. 3. f. 10* — V. semine umbilicato, nudo, oblongo. *Moris. hist. 3. s. 7. t. 16. f. 31?*
In pascuis montosis; *all' Occhio, alla Pizzuta, a Renda (Heldr. Parlatore) Marineo verso il cuozzo di Scanzano (Parlat.) Busambra, Madonie, Mistretta.*
Majo, Junio. ⊙
*Caulis* dichotomus, saepe pubescens: *bracteae* ciliato-serratae, uti notat *Cl. Marsch. fl. taur. cauc. 3. p. 29,* et repraesentantur a *Reich. l. c.*; non levea ut ex *Loisl. l. c.*: *flores* parvi, dilute coerulei, in apice ramorum fasciculati: *fructus* glaber, dorso convexus, tricostatus; *loculis* duobus sterilibus compressis, curvis fertili, subaequalibus: reliqua ut in praecedente a qua fructibus tantum diversa!
10. *V. VESICARIA.* *Dec. pr. 4. p. 628.*
F. caule angulis leviusculo subvilloso, foliis lineari-oblongis, radicalibus sinuato-dentatis, supremis integris vel basi pinnatifido-dentatis, bracteis lanceolatis pubescentibus, fructu ovato villoso limbo calycis vesicario coronato.
Fedia vesicaria. *Guss. pr. 1. in add. p. 1*—Valeriana locusta *b.* vesicaria. *Lin. sp. pl. 47.*
Ic. V. vesicaria. *Sibth. fl. gr. 1. p. 25. t. 34*—V. cretica, fructu vesicario. *Boerh. lugdb. 1. p. 78. t. 75.*
In Siciliae pascuis apricis invenit amicissimus *Jan*, qui specimina sicca mihi communicavit.
Aprili, Majo. ⊙

## LOEFLINGIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 71—Juss. 299.*

*Cal.* liber, 5-sepalus; sepalis tribus exterioribus utrinque uni-setosis. *Cor.* infera, 5-petala, minima, calyce brevior; petalis conniventibus. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis, polysperma. ( *Herba* annua, triste virens, subviacoso-pubescens: *caules* breves, alterne ramosi, geniculati: *folia* simplicia, integra, opposita, exstipulata: *flores* parvi, axillares, solitarii, subspicati. *Paronichyeae Juss.* et *Dec.*)
1. *L. HISPANICA.* *Lin. sp. pl. 50* — *Presl fl. sic. t. p. 139* — *Guss. pr. 1. p. 29.*
L. caule adscendente ramoso-articulato, foliis oppositis linearibus mucronatis basi utrinque unisetosis, floribus triandris monogynis.
Alsine lignosa, geniculata, Camphoratae foliis et ritu, polyspermon. *Cup. H. Cath. p. 7.*
Ic. *Cav. ic. 1. p. 64. t. 94* — *Lam. ill. gen. t. 29*, mala — Alsine lignosa, polysperma, Camphoratae foliis. *Cup. panph. 2. t. 255.*
In campis arenosis cultis a mare non dissitis; *Comiso, Terranova, Vittoria.*
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* ab ipsa basi ramosi, 3-6-pollicares: *folia* sessilia, supra canaliculata, dorso convexa: *flores* axillares, solitarii, approximati instar spicae in apice ramorum: *sepala* lanceolato mucronata, petalis albis duplo longiora: *capsula* ovata, trigona.

## CROCUS.

*Gen. pl. ad. Schreb. n. 75—Juss. 59.*

*Spat.* radicalis, plerumque 2-valvis; valvula interiore angustiore. *Cor.* supera, 1-petala, infundibuliformis; limbo 6-partito, laciniis tribus exterioribus majoribus; tubo longissimo, gracili. *Stig.* profunde 3-sectum; laciniis convolutis, cristatis. *Caps.* ovato-oblonga, 3-locularis, 3-valvis. ( *Bulbus* tunicatus, duplex, bulbis duobus superimpositis: *folia* auguste-linearia: *flores* radicales, in siculis coerulei. *Irideae Juss.* )

1. *C. pusillus. a. Ten. mem. sulla specie di Croc. p. 8—R. S. s. veg. mant. 1. p. 272—Guss. pr. 1. p. 50.*
   C. spatha 2-phylla acuminata, stigmate incluso trifido staminibus sublongiore, laciniis filiformi-cucullatis crispo-ciliolatis, foliis synanthiis lineari filiformibus margine revolutis, linea alba exaratis, tunicis radicalibus membranaceis.
   Crocus vernus, angustifolius, parvo flore. *Cup. H.Cath. p.61*—C. sylvestris vernali. *Cast. H. Mess. p. 6.*
   Ic. *Ten. l. c. t. 2.*
   In pascuis apricis montosis; *Caronia, Mistretta, S. Fratello, Montalbano, Floresta: collina di S. Caterina ( Tineo ).*
   Martio, Aprili. ♃
   *Tunicae* radicales plerumque circumscissae: *vaginae* inferiores apice rotundatae: *spathae* 2-5-florae: *corollae* tubus gracilis: *limbi* laciniae oblongae, obtusiusculae, tries exteriores ex albo-coeruleacentes, externe fascis tribus atrocoeruleis saepius ramosis instructae; tres interiores in plantis siculis albae: *capsula* oblonga, utrinque obtusa.
2. *C. siculus. Tineo in Guss. pr. suppl. p. 7.*
   C. stigmate incluso trifido staminibus breviore, lobis cuneiformi-lanceolatis, corollae laciniis oblongis obtusis, fauce glabra, foliis erectis anguste linearibus albo-lineatis synanthiis, tunicis radicalibus reticulato-fibrosis.
   Ic. *nulla.*
   In pascuis apricis submontosis; *Madonie al ferro, e sopra Montetesoro ne' luoghi scoperti fra Troina, e S. Fratello ( Tineo ).*
   Majo, Aprili. ♃
   *Bulbi* parvi, gemini: *vaginae* radicales scariosae, 2-3, obtusae: *folia* laete virentia, glabra, subtus bisulcata, ad margines revoluta: *spathae* 1-phyllae, 1-florae: *flores* parvi; limbi laciniis vix 5-lin. longis, basi albidis, coeruleis, concoloribus (ex sicco): *pistillum* antheras nonnisi ad medium attingens—*C. minimo* valde affinis, sed indicatis characteribus diversus; nam C. minimus. *Red. lil. 2. t. 81*, et *Fl. fr. 3. p. 243*, est alia species.
3. *C. longiflorus. Rafinesque caratt. p. 84 — Parlat. fl. pan. 1. p. 55.*
   C. stigmate trifido incluso segmentis apice multifidis staminibus subaequale, corollae tubo longissimo, spatha monophylla vaginisque radicalibus superioribus acutis, foliis subsynanthiis linearibus canaliculatis margine revolutis, tunicis radicalibus externis fibrillosis.
   C. autumnalis, monoflore majori, aphyllus, purpureus. *Cup. H. Cath. p. 61*—C. sylvestris, autumnalis. *Cast. H. Mess. p. 8.*
   C. vernus. *Ucria H. Pan. p. 46!* non *Lin.* e loco. —C. odorus *Biv. stirp. rar. sic. man. 3. p. 8 — Presl. fl. sic. pr. 44 — Guss. pr. 1. p. 50.*
   Ic. *Biv. l. c. t. 2—Raf. l. c. t. 19. f. 2*—C. autumnalis, monoflo-

rus et biflorus, Croci sativi flore accedente, remisse purpureo. *Cup. panph. 1. tab. 7.*

In pascuis apricis, tam montosis quam maritimis totius Siciliae = et in *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*.

Octobri, Decembri. ♃

*Tunicae* radicales fibrosae, intertextae: *bulbi* parvi, magnitudine praecedentis: *folia* angusta, superne canaliculata, albo-lineata: *flores* violacei, odori; tubo gracili, longe exserto; *fauce* glabriuscula, celluloso-flava: *stigmata* crocea, at minus quam in *C. autumnali*, pro quibus colliguntur possim.

## ROMULEA.

*Maratti* in *Sebast.* et *Mauri fl. rom. pr. p. 11*—*Bertol. fl. ital. 1. p. 219.*

*Spath.* 2-valvis; valvis brevibus, inferiore angustiore. *Cor.* supera, campanulato-patens; tubo brevissimo, gracili; limbo aequaliter 6, fido. *Stam.* inclusa, filamentis basi antice hirtis. *Stig.* 3-partitum, inclusum; laciniis bifidis. *Caps.* globoso-ovata, obtusa. *Sem.* plurima, subrotunda. (*Bulbus* solidus, tunicatus, simplex: *folia* anguste linearia, scapo simplici, vel ramoso longiora: *flores* solitarii, saepius violacei. *Irideae. Juss.*)

1. *R.* BULBOCODIUM. *Sebast.* et *Mauri*, ac *Bertol. l. c.*—*Parlat. fl. pan. 1. p. 37.*

R. foliis linearibus compressis sulcatis distorto-recurvis scapo simplici unifloro, spathae valva superiore late membranaceo-marginata, pistillo staminibus longiore.

Ixia Bulbocodium. *Lin. sp. pl. 51* — *Ucria H. Pan. p. 47* — *Presl fl. sic. pr. p. 11* — *Guss. pr. 1. p. 51*—Sisyrinchium minus, angustifolium. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 85.*

Ic. *Red. lil. t. 88. f. 2* — Sisyrinchium aspreusium, angusto folio alterum. *Column. ecph. 2. t. 7. f. 1.*

In pascuis apricis in Sicilia, ubi in montosis una cum *R. ramiflora* magis adscendit = et in *Alicuri*, *Felicuri*, *Lipari*, *Maretimo*, *Lampedusa*; sed quia in hisce insulis nonnisi fructus vidi, sic dubitanter hanc speciem, uti harum insularum indigenam refero. Varietatem floribus albis prope *Palagonia* collegit *Heldreich.*

Martio, Aprili. ♃

*Bulbus* parvus, ovatus, albus, tunicis fuscis membranaceis tectus: *vaginae* communes albae, acutiusculae: *folia* primum recta, subinde recurva vel distorta, lineari-subulata, compressa, superne sulcata, scapo subduplo longiora: *scapus* semiteres, plerumque uniflorus, raro biflorus: *spathae* valva inferior viridis, ovato-lanceolata, acuta, concava, margine membranaceo; superior brevior, acutiuscula, dorso viridi, margine late hyalino-membranaceo: *corolla* pollicem longa, violacea vel pallide violacea, ungue luteo, numquam vidi concolorem: *laciniae* ejus lanceolatae, acutiusculae; tribus exterioribus, sublongioribus, variegatis; tribus interioribus cum lineis ternis purpureis longitudinalibus: *stamina* pistillo breviora: *filamenta* basi villosa: *stigma* album, laciniato-sexfidum. (*Parlat. l. c.*)

2. *R.* LINARESII. *Parlat. fl. pan. 1. p. 38* — *Bertol. fl. ital. 4. p. 779.*

R. foliis linearibus compressis sulcatis recurvis, scapo ramoso subtrifloro, spathae valva superiore late membranaceo-marginata striata, corollis spatha subduplo longioribus, pistillo staminibus breviore.

Ic. *Parlat. fl. pan. t. 5.*

In herbosis maritimis: *Palermo alla Renella (Parlat.)*, *alla Vergine Maria ( Todaro )*.

Martio, Aprill. ♃

*Bulbus* ut in praecedente: *folia* radicalia et caulina compressa, sulcata, semper reflexa vel distorta, scapo multo longiora: *scapus* brevis, 2-3-pollicaris, ramosus; ramis alternis, axillaribus cum vagina alba, lineari, acuta, dierumque triflorus, sed etiam 2-4-florus: *spathae* valva inferior major, angustior, ovato-lanceolata, acuta, viridis, margine anguste membranaceo; valva superior fere ut in praecedente, ovata, obtusiuscula, margine late membranaceo cincta, striis rubris longitudinalibus, maculisque purpureis notata: *corolla* fere magnitudine bulbocodii, purpurea, fauce atropurpurea, laciniis lanceolatis acutiusculis, omnibus cum venis purpureis ramulosis usque ad apicem protractis; tribus exterioribus saepe dorso viridibus sublongioribus: *stigma* trifidum, staminibus brevius.

Species inter *R.bulbocodium* et *ramiflorum* media, differt ab illa praecipue scapo ramoso et staminibus pistillo longioribus, et a *ramiflora* floribus majoribus, spathaeque valva superiore late membranaceo-marginata, et laciniis corollae cum venis ramulosis usque ad apicem protractis. *(Parlat l. c.)*

3. *R.* PURPURASCENS. *Ten. mem. p. 117 — Parlat. fl. pan. 1. p. 39.*

R. foliis linearibus compressis sulcatis rectis scapo unifloro, spathae valvis anguste marginatis, staminibus pistillo longioribus.

Ixia purpurascens. *Ten. fl. nap. 1. p. 15 — Presl fl sic. pr. 1. p. 11 — Guss. pr. 1. p. 31.*

Ic. *Ten. l. c. t. 5.*

In collibus, et in pascuis apricis depressis vel montosis; *Palermo*, *Cammarata*, *Piana de' Greci*, *Trapani.*

Martio, Aprili. ♃

*Bulbus* subrotundus, albus, *Ciceris* magnitudine, tunicis badiis vestitus, fibris subtus impositis: *scapus* 2-3-pollicaris: *folia* linearia, compressa, sulcata, recta, raro reflexa, florem longe superantia: *spathae* valvae subaequales, ovato-lanceolatae, acutae, virides, striis rubris sub lente notatae, margine perangusto cinctae: *corolla* 4-6-lineas longa, violacea, fauce citrina, laciniis lanceolatis, acutiusculis, aequalibus; tribus exterioribus dorso luteolis vel viridibus cum lineis atropurpureis ramulosis; interioribus violaceis, lineis fuscis longitudinalibus simplicibus notatis: *stamina* pistillo paullulum superantis: *antherae* luteae; *filamenta* albida, basi villosa: *stigma* trifidum, laciniis bifidis. — Affinis *R. bulbocodio*, sed floribus parvis, spathae valva superiore margine perangusto membranaceo, et longitudine pistilli diversa. *( Parlat. l. c.)*

4. *R.* RAMIFLORA. *Ten. Mem. p. 113 — Parlat. fl. pan. 1. p. 40.*

R. foliis linearibus compressis sulcatis rectis recurvisque, scapo ramoso, spathae valvis anguste marginatis, corollis spatham paullo superantibus, pistillo staminibus breviore.

Ixis ramiflora. *Ten. syll. p. 25 — Guss. suppl. p. 7.*

Ic. *Ten. l. c. t. 7.*

In herbosis maritimis, nec non in collibus mari proximis: *Palermo a Mondello, e Baida*: *Monreale e Ficarazzi ( Parlat.)*: *Aci Castello (Heldr.) Girgenti* = et in *Pantellaria, Favignana.*

Februario, Martio. ♃

*Bulbus* ut in praecedente: *vaginae* communes albae, acutiusculae: *folia* radicalia basi vaginantia, recta, vel recurva, longissima, lovia, compressa, sulcata, linearia, acuta, caulina breviora: *scapus* ramosus, 2-3-florus: *pedunculi* semiteretes, erecti, subinde reflexi:

*spathae* valvae totae virides, oblongo lanceolatae, acutae, margine perangusto membranaceo cinctae, corolla paullulum breviores: *corolla* pallide violacea vel albida, fauce citrina; laciniae ejus longitudine aequales, lanceolatae, acutae; tres exteriores interne basi cum lineis tribus purpureis longitudinalibus simplicibus, quarum intermedia longior: *antherae* sagittatae, pistillum superantes: *stigma* staminibus brevius. *(Parlat. l. c.)*

5. R. *COLUMNAE*. *Sebast et Maur. l. c. p. 18* — *Parlat. fl. pan. 1. p. 41.*

R. foliis subfiliformibus gracilibus compressis sulcatis rectis recurvisque, scapo ramoso, spathae valva superiore late membranaceo-marginata, corollis spatha subaequalibus, staminibus pistillum superantibus.

Ixia Columnae. *Guss. pr. 1. p. 52*, et *suppl. p. 8.*

Ic. *Red. lil. t. 88. f. 1!* — Sisyrinchium Theophrasti. *Column. ecphr. 1. p. 327.*

In apricis herbosis arenosis maritimis, et in collibus in Sicilia = et in *Pantellaria*, *Maretimo.*

Januario, Februario. ♃

*Bulbus* parvus, *Ciceris* magnitudine, albus, tunicis fusco-castaneis tectus, parvas radiculas fibrosas albidas emittens: *vaginae* albae, membranaceae, acutiusculae: *folia* subulato-filiformia vel linearia, compressa, sulcata, saepius recurva sed aliquando recta: *scapus* ramosus, 2-5-florus, raro uniflorus, ramis sive pedunculis semiteretibus, in fructu incurvatis: *spathae* valvae subaequales, ovato-lanceolatae, acutae, corolla breviores, virides; superior margine late albo-membranaceo cincta, lineolis fuscis sub vitro notata, carina viridi vel purpurea: *corolla* pallide coerulea vel alba, fauce citrina, 3-4-lineas longa; laciniae ejus lanceolatae; tres exteriores saepe dorso virides, vel carina tantum viridi; interiores breviores, omnes interne cum lineis tribus purpureis, quarum duo laterales breviores: *antherae* sagittatae: *stigma* trisectum; laciniis filiformibus, bifidis, staminibus parum brevius: *capsula* oblonga, obtusa, 5-6-lineas longa, saepe cum linea longitudinali purpurea. *(Parlat. l. c.)*

Hujus generis species satis affines, et extricatu difficiles sunt; ideoque descriptiones Cl. *Parlat.*, qui nuper illas vegetantes descripsit, et sedulo illustravit in integrum hic tradera putavi, ut melius innotescant.

## GLADIOLUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 77* — *Juss. 58.*

*Spat.* 2-valvis; valvis inaequalibus, concavis. *Cor.* supera, infundibuliformis, 6-partita; laciniis inaequalibus; tubo brevissimo, curvato. *Stam.* adscendentia sub labio superiore. *Stigm.* trifidum. *Caps.* ovata, 3 locularis, 3-valvis. *Sem.* alata. ( *Bulbus* tunicatus, duplex, bulbis duobus superimpositis: *folia* disticha, equitantia, alterna, integra: *flores* spicati, majusculi, violacei, spica demum elongata: *plantae* glaberrimae. *Irideae. Juss.* )

1. G. *BYZANTINUS*. *Ait. H. Kew. ed. 2. v. 1. p. 102*—*Guss. pr. 1. p. 52*—*Parlat. fl. pan. 1. p. 45.*

G. bulbo-ovato fibris parallelis tunicato, foliis ensiformibus nervosis, spicha disticha laxa, corollis subringentibus, tubo spatha breviore, laciniis tribus superioribus conniventibus suprema lateralibus tecta, inferioribus tribus macula alba marginata lineari-lanceolata notatis

inaequalibus, duobus lateralibus minoribus, antheris filamento longioribus, seminibus marginato-alatis.
G. communis. *Ucria H. Pan. p. 47*—G. utrinque floridus. *Cup. H. Cath. p. 85*—G. vulgaris, flore purpureo. *Cast. H. Mess. p. 40.*
Ic. *Reich. cent. 7. f. 866!* G. utrinque floriferus. *Dod. pempt. 209*—G. italicus, binis florum ordinibus cinctus. *Lob. ic. 99!*
Inter segetes ubique communis.
Martio, Aprili. ♃
*Folia* et habitus omnino sequentium, a quibus praeter characteres datos, floribus laxioribus dilute purpureis remotioribus, ac spica magis elongata distinguitur. In Ic. *Reich.* corollae nimis amplae.

2. *G. dubius. Guss. pr. suppl. p. 8—Parlat. fl. pan. 1. p. 44.*
G. bulbo ovato fibris parallelis tunicato, foliis ensiformibus nervosis, corollis subringentibus secundis imbricatis, lacinia suprema lateralibus tecta, inferioribus macula alba marginata ovali-lanceolata notatis, lateralibus cuneiformibus brevioribus obtusis, antheris filamento brevioribus, seminibus marginato-alatis.
Ic. G. communis. *Sibth. fl. gr. t. 37.*
In collibus calcareis aridis mari finitimis: *Palermo alla Bagheria, a Sferracavallo, a Mondello, sotto Monte Peregrino, Monte Gallo* = et in *Ustica*, *Favignana*.
Aprili, Majo. ♃
*Bulbi* solidi, gemini, altero praecedentis anni exsiccato, tunicis plurimis testaceis ex parallelis fibris compositis, non vero reticulatis, tunicati: *vaginae* 1-3, radicales, aphyllae, obtusinsculae: *spathae* apice rubentes, antrorsum inclinatae, inaequales, corolla subduplo breviores, sed ejusdem tubo longiores: *flores* ex purpureo-rosei, imbricati, secundi, erecto-patentes: *corollae* laciniae omnes obtusae!, non mucronatae, subundulatae; suprema omnium latior, concava, a lateralibus conclusa; laterales duae superiores obovato-oblongae, apicibus externe recurvis; tres inferiores maculatae, quarum duae laterales angustiores, superne carinatae, apice aliquando emarginatae, macula albida ovali et fasciis marginalibus duabus coccineis ad carinae ungues confluentibus notatae; lacinia media latior et longior, duabus superioribus lateralibus aequalis, macula lanceolata albida ad margines coccinea notata: *filamenta* recta, albida, apice purpurascentia, *antheris* nubilibus atrocoeruleis longiora: *stylus* et *stigma* rosei.
Differt a *G. communi* cum quo associatur a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 227.* bulbo duplici, et tunicis ex fibris parallelis non vero reticulatis constantibus; filamentis anthera vix subduplo longioribus, corollae lacinia superiore, quae in hoc nostro e lateralibus inclusa, in *G. communi* ex ipso auctore a reliquis recedente!!, aliisque notis; a *G. imbricato*, cui quoad flores omnino similia, iisdem bulbi characteribus, corollarum laciniis obtusis, tubo corollae spathis multo breviore. Confer *R. S.* in *mant. 1. p. 289*, et in *addit. ad mant. p. 362.* nec non *Parlat. l. c.* — Icon. *Sibth.* etiam quoad bulbos nostrum bene refert.

3 *G. segetum. Ait. l. cit.— Guss. pp. 1. p. 35 — Parlat. fl. pan. 1. p. 42.*
G. bulbo ovato fibris parallelis tunicato, foliis ensiformibus nervosis spica secunda densa, corollis subringentibus tubo spatha breviore, laciniis tribus superioribus distantibus, suprema divaricata, tribus inferioribus subaequalibus macula alba lineari lanceolata notatis, antheris filamento subaequalibus, seminibus subbaccatis globosis deorsum productis.
G. communis. *Presl fl. sic. pr. p. 12—Desf. atl. 1. p. 35.* ex semi-

nom descriptione. — G. floribus uno versu dispositis. *Cup. H. Cath. p. 83.*
Ic. Gladiolus. *Dod. pempt. 209 ?* — G. narbonensis. *Lob. ic. 98 ?*
Inter segetes, et in arvis praesertim Siciliae meridionalis, *Palermo, Caltavuturo, Alicata, Terranova, Spaccaforno, Girgenti, Sciacca.* Aprili, Majo. ♃
*Caules* 1 - 3 - pedales: *folia* acuminata, 3-6 lin. lata: *spathae* valvae virentes, concavae, foliaceae; interiore fere duplo breviore: *corollae* fere kermesinae, praecedentium nonnihil majores, et magis approximatae; *laciniis* basi albidis, obtusis; tres inferiores spathulatae, basi, longe angustatae: *capsulae* globosae.
*Seminibus* subrotundis nec alatis, et selummodo deorsum productis a praecedentibus, ac a *G. communi* facillime dignoscitur.

## IRIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 97 — Juss. 57.*

*Spat.* 2 - valvis, 1 -vel multiflora. *Cor.* supera, 6- partite; laciniis tribus alternis reflexis, tribus erectis conniventibus; tubo erasso, angulato, saepe cum stylo connato. *Styl.* nullus. *Stigm.* tria, petaliformia, staminibus incumbentia. *Caps.* 3-gona, 3-valvis, 3 - locularis. *Sem.* numerosa, subrotunda. ( *Radix* transversa, repens vel tuberosa: *folia* ensiformia, equitantia, aliquando canaliculata, vel tetragona, integerrima, vaginantia: *flores* spathacei: *plantae* glaberrimae. *Irideae Juss.* )

### ** *Barbatae foliis ensiformibus.*

1. *I.* GERMANICA. *Lin. sp. pl. 55 — Ucria H. pan. p. 48 — Guss. pr. 1. p. 34.*
I. caule multifloro foliis altiore, spathis basi foliaceis superne longissime scarioso-membranaceis, floribus inferioribus pedunculatis, laciniis corollae interioribus erectis subrotundis, tubo germine longiore.
I. vulgaris, Germanica, sive sylvestris. *Cup. H. Cath. p. 103* — I. coerulea, vulgaris. *Cast. H. Mess. p. 12.*
Ic. *Red. lil. t. 309* — I. vulgaris, Germanica, sive sylvestris. *Bauh. theatr. p. 571.*
In muris vetustis, et in ruderatis: *Polizzi, Castrogiovanni*, in Sicilia = et in *Salina, Stromboli*, sed ibi potius culta.
Aprili, Majo. ♃
*Radix* lu hec, et in tribus sequentibus transversa, repens, erassiuscula: *folia* sempervirentia, laete virida, glaucescentia: *caules* erecti, superne ramosi: *spathae* diphyllae: *flores* saturate coerulei, in apice caulis plerumque duo, odore potius ingrato praediti: *corollae* laciniae exteriores reflexae intensius coloratae, *barbis* albidis, apice luteolis: *stigmata* apice acute-bifida, pallide coerulescentia, ad latera albida.
2. *I.* FLORENTINA. *Lin. sp. pl. 55 — Guss. pr. 1. p. 34 — Parlat. fl. pan. 1. p. 46.*
I. caule subbifloro foliis altiore, spathis breviter scarioso-marginatis, floribus inferioribus pedunculatis, laciniis corollae interioribus erectis obovato-oblongis, tubo germine aequali.
I. hortensis, alba, germanica. *Cup. H. Cath. p. 103* — I. alba, vulgaris. *Cast. H. Mess. p. 12.*
Ic. *Red. lil. t. 23* — I. alba, florentina. *Moris. hist. 2. s. 4. t. 5. f. 5.*

In sylvaticis, et muris vetustis cum praecedente, sed rarior: in *Palermo a S. Maria a Gesu (Parlatore.)*
Aprili, Majo. ♃
*Folia* et *caules* ut in praecedente; sed *flores* sibi, grate olentes (fere ut in *Lilio candido*), et nonnihil majores. Caeterum uti recte notat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 231* spatharum, et petalorum erectorum characteribus a praecedente imprimis facile dignoscitur !!

3. *I.* PUMILA. *Lin. sp. pl. 56 — Biv. cent. 2. p. 52 —Presl fl. sic. pr. p. 12—Guss. pr. 1. p. 34—Parlat. fl. pan. 1. p. 47.*
I. scapo breviasimo unifloro foliis breviore, tubo spathas superante (exserto), laciniis reflexis angustioribus.
I. graminea. *Ucria H. Pan. p. 49 ?*
Ic, *Jacq. austr. 1. t. 1—Red. lil. t. 262.*
*b. lutea* corollis omnino luteis.
*c. discolor*, laciniis corollae interioribus luteis, exterioribus violaceis.
I. lutescens. *Guss. cat. H. R. Boc. p. 105*, non *Lam.* — I. *pseudopumila*, scapo brevi unifloro, spatha erecta longitudine tubi, foliis ensiformibus erectis scapo longioribus. *Tin. cat. H. Pan. an. 1827. p. 283*; nam ipse Cl. auctor me monuit nonnisi varietatem *I. pumilae* esse.—I. lutea, praecox, purpureo-rubro labello, magno, demisso, margine luteo. *Cup. H. Cath. p. 105.*
Ic. I. lutea, labello purpureo-atrorubente, margine luteo. *Cup.panph. 2. t. 260—Bon. t. 17.*
In collibus, et in montosis omnes varietates passim ubique crescunt in Sicilia.
Martio, Majo. ♃
*Flores* coerulei in *a.* Varietas *b.* quamvis *I. lutescenti* similis, pro qua habui, tamen diversa, tubo corollae longe exserto, qui in illa brevis et inclusus.

### ** *Imberbes.*

#### *a. foliis ensiformibus planis.*

4. *I.* PSEUDO-ACORUS. *Lin. sp. pl. 56—Ucria H. pan. p. 48 — Guss. pr. 1. p. 35—Parlat. fl. pan. 1. p. 48.*
I. corollae laciniis interioribus erectis stigmate minoribus, germinibus trigonis.
I. palustris, lutea, sive Acorus adulterinus. *Cup. H. Cath. p. 105.*
Ic. *Refl. lil. t. 235*—Pseudo-iris. *Dod. pempt. 248.*
In fossis, paludosis, lacubus, ad ripas fluviorum in Sicilia.
Aprili, Majo. ♃
*Scapi* 2 - 5 - pedales, saepius ramosi, teretes: *spatha* valvis oblongis, carinatis, auctis: *flores* inodori, flavi; *petalis* macula crocea, striis fuscis: *stigmatis* laciniae acutae, serratae: *capsula* oblonga.

5. *I.* FOETIDISSIMA. *Lin. sp. pl. 57—Ucria H. pan. p. 49 — Guss. pr. 1. p. 35—Parlat. fl. pan. 1. p. 49.*
I. corollae laciniis tribus interioribus erecto-patulis, germinibus trigonis, angulis sulco notatis, foliis acuminatis caulem 3-5-florum angulatum superantibus.
I. agria, foetida. *Cup. H. Cath. p. 105.*
Ic. *Red. lil. t. 351*—Spathula foetida. *Dod. pempt. 247.*
In sylvaticis montosis humidiusculis, et secus sepes; *Palermo, S. Maria del Bosco, Ficuzza, Castelbuono, Castrogiovanni, Bisacquino, Messina, Mistretta, selve dell' Etna*, ec.
Majo, Junio. ♃

*Folia* atroviridia, odoris ingrati, tenue striata: *spathae* virentes, exteriores foliis conformes; interiores vero concavae, tenniores, margine albido-striato, scariosae: *flores* ingrate olentes, pedunculati; pedunculo damum elongato, uniangulato: *corollae* tubus brevissimus; *laciniae* exteriores patenti-recurvae, sordide albo-coerulescentes, lineis triste coeruleis pictae, emarginatae; tres interiores albido-flavescentes, oblongo-lanceolatae, margine undulatae, concolores, longe unguiculatae; ungue conduplicato-canaliculato: *stigmata* petalis interioribus concoloria, bifida; *laciniis* acutis, recurvis: *capsulae* virentes, longe pedicellatae: *semina* arillo coccineo nitido involuta, globosa.

*b. foliis lato, vel anguste linearibus.*

6. SCORPIOIDES. *Desf. atl. 1. p. 40—Presl fl. sic. pr. p. 12—Guss. pr. 1. p. 36.*

I. acaulis, foliis latis canaliculatis carinatis acuminatis, corollae laciniis tribus minimis horizontaliter patentibus, tubo longissimo.

I. alata. *Poir. it. 2. p. 86—Biv. cent. 1. p. 44— Parlat. fl. pan. 1. p. 50*—I. microptera. *Vahl en. 2. 2. p. 142* — I. verna. *Ucria H. Pan. p. 50*—I. humilis, oporina, Narcissi jacobaei folio, coerulea, odora, Asphodeli radice. *Cup. H. Cath. p. 105, et supp. alt. p. 42*, cum varietatibus—Chamaeiris. *Cast. H. Mess. p. 6.*

Ic. *Fl. sic. t. 14—Desf. l. c. t. 6—Red. lil. t. 211* —Iris autumnalis, purpurea, Asphodeli radice. *Cup. panph. 2. t. 130. Bon. t. 18.*

In arvis, et in collibus sterilibus, vel herbosis apricis ubique in Sicilia = et in *Levanzo*, *Favignana*, *Maretimo.*

Novembri, Martio. ♃

*Bulbus* ovatus, nucis fuscis obductus, fibris fusiformibus fasciculatis, *folia* glauco-virentia, arcuato-recurva, nervosa, autumno emergentia: *flores* odori, lacte coerulei, magnitudine fere *I. germanicae*: *corollae* laciniae minimae, lineares, horizontaliter patentes, non erectae ut in icone, et diagnosi *Desfontanesii.* Varietas flore albo, quae admodum rara, mihi occurrit ad vias, *Palermo presso la Favorita.*

7. *I.* SISYRINCHIUM. *Lin. sp. pl. 59 — Ucria H. Pan. p. 49 — Biv. cent. 2. p. 53—Presl. fl. sic. pr. p. 12—Guss. pr. 1. p. 36—Parlat. fl. pan. 1. p. 52.*

I. radice bulbosa, bulbo solido reticulato-fibroso tunicato, foliis angustis canaliculatis carinatis arcuatim flexis scapo longioribus, tubo corollae filiformi longissimo, laciniis interioribus erectis angustioribus, floribus subspicatis.

I. involuta. *Garsia eff scient. di Sic. fasc. 34. Dic. 1834. p. 286*— I. zelantea. *Lett. di Lion. Vigo a Francesco Arrosto nello Spett. Zancleo* — Sisyrinchium medium. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 83* —S. majus. *Cast. H. Mess. p. 48.*

Ic. *Cav. ic. 2. t. 195—Red. lil. t. 29—Sibth. fl. gr. t. 42*—I. fugax. *Ten. fl. nap. 1. t. 4*—Moraea Tenoreana. *Brits. fl. gard. an. 1824 t. 110* et *Swet fl. Brit. 1827*—M. Sisyrinchium. *Ker.* in *Bot. mag. t. 1407.* ex *Bertol.* — Sisyrinchium minus. *Dod. pempt. 240.*

In arvis, collibus aridis, ad maris littora ubique.

Aprili, Majo. ♃

*Bulbi* globosi, depressi, plerumque duo, alter alteri superimpositus: *folia* demum convoluta, apice subulata, striata, non undulata, varie flexa: *scapus* erectus, subflexuosus, 6-12 pollicaris, simplex vel aliquando fere ramosus, multiflorus: *spatha* 2-valvis; valvis ventricosis, margine albo-membranaceis: *flores* parvi, pallide coerulei, ali-

quando albi, qui ab hora tertia post meridiem usque ad noctem vigilant; *lacinias* corollae exteriores macula lutea notata: *corollae tubum* male descripsi, nam recte monet. *Ker. irid. p. 42* germinis sterilis prolungationem esse. Confer quoque *Schult. s. veg. mant. 1. p. 514.* Praeterea ob corollae lacinias a basi ad medium brevissime barbatas inter *Irides* foliis linearibus instructas novam sectionem sistit. Denique quibus characteribus haec nostra a descriptione *I. Sysyrinchii* auctorum discrepat, confer Cl. *Ten. syll. p. 26.*

8. *I. juncea. Poir. it. 2. p. 85—Willd. sp. pl. 1. p. 235.G. ss.s.p.159.*
I. radice bulbosa, caule subbifloro, foliis linearibus canaliculatis apice subulatis, laciniis corollae interioribus lanceolatis obtusis erectis, pistillis bifidis margine exteriore denticulatis, tubo corollae elongato.
Ic. *Desf. atl. 1. p. 39. t. 4.*
In collibus apricis Siciliae meridionalis; *fra Palmi ed Alicata presso la strada (Splitgerber* et *Tineo).*
Aprili, Majo. ♃
*Habitus I. xiphii: folia* vix lin. lata; radicalia caulem superantia: *spatha* 2-valvis; valvis saepe acuminato-aristatis: *flores* flavi, corollae tubo elongato spatham aequante; laciniis tribus exterioribus latioribus, reflexis, integris vel subemarginatis: *capsula* trigona, fere pollicem longa, breviter pedunculata, in icone *Desf.* pedunculo fere pollicari suffulta.
In *Spr. s. veg. 1. p. 159, I. juncea Poir.* ab *I. juncea Desf.* distinguitur, quae posterior *I. mauritanicae* nomine designatur, sed an revera differant affirmare non audeo; tamen confer, quae notat ipse *Desf. l. c.* de icone *Poir.*

9. *I. tuberosa. Lin. sp. pl. 58—Ucria H. Pan. p. 49—Presl fl. sic. pr. p. 15—Guss. pr. 1. p. 37—Parlat. pan. 1. p. 51.*
I. radice tuberosa, tuberibus 2-3 oblongis, scapo 1-floro, foliis tetragonis breviore.
I. tuberosa, folio anguloso. *Cup. H. Cath. p. 105.* et — I. tuberosa rubro-atropurpurea, anguloso folio, tuberulis binis oblongis, terminate minutis, *supp. alt. p. 43* — I. tuberosa. *Cast. H. Mess. p. 12.*
Ic. *Red. lil. t. 48*—I. tuberosa. *Moris. hist. 2. s. 4. t. 5. f. 1.*
In sylvaticis, et fruticetis apricis; *Monreale, Alicata, Terranova, Messina, Caronia, Caltanissetta, Piazza, Buccheri, Noto, ec. fra Palagonia, e Militello (Heldr.); Castellobuono (Parlatore).*
Martio, Aprili. ♃
*Tubera* nuda, albida, cylindraceo-fasciculata: *folia* flaccida, elongata viridi-glaucescentia, 1 1/2 2-pedala; *scapi* simplices, graciles, debiles, fere pedales, vaginia aphyllis acute carinatis tecti: *spatha* 2-valvis; valvis concavis, acutis; exteriore ad carinam virenti, interiore tenuiore, viridi-scariosa: *flores* odori: corollarum tubus tenuis, virescens, 3-lin. longus: *laciniae* corollinae tres exteriores in tubum conniventes, sordide plumbeae, uti *stigmata* interne fascis vix flavescente notatae, limbo ovato patente fusco-violaceo et holosericeo; tres interiores angustissimae, lanceolatae, viridi-flavescentes, longe mucronatae: *capsula* oblonga, pedicellata, obtuse trigona: *flores* inodoros male in *pr. 1. p. 37* dixi. Varietatem tuberibus brevioribus, crassioribusque notat. *Cup. l. c. supp. alt. p. 2.*

† 10. I. *VERSICOLOR*. *Bin. sp. pl.* 57—*Ucria H. Pan. p.* 49—*Guss. pr.* 1. *p.* 37.
I. corollis imberbibus, germinibus subtrigonis, caule tereti flexuoso, foliis ensiformibus.
In montosis; *Madonie* ( *Ucria*).

*CYPEROIDEÆ — Juss.*

( *Herbae* perennes, aut annuae, *Graminibus* similes: *culmi* nodosi, vel enodes: *folia* integerrima, anguste lineari-canaliculata, alterne vaginantia, vagina integra: *flores* glumacei; glumis 1-valvibus, exterioribus plerumque sterilibus: *fructus* superus, 3-angularis, aut compressus, 1-spermus. Genera a *Cladio* ad *Scirpum*.)

## CLADIUM.

*R. Brown. jam. p.* 114.

*Cal.* 1-florus, multivalvis; valvis glumaceis, undique imbricatis; exterioribus minoribus sterilibus. *Cor.* nulla. *Styl.* simplex, capillaris, deciduus. *Setae* hypogynae nullae. *Nux* putamine duplici. ( *Herba* glaberrima, perennis: *culmi* foliosi, vaginati, nodosi: *folia* tenacia, carinata; *flores* paniculati).

1. C. *GERMANICUM*. *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 75 — *Guss. pr.* 1. *p.* 20.
C. culmo subtereti, foliis margine carinaque serrulatis, panicula composita elongata contracta, corymbis confertis, floribus fasciculatis.
Schoenus mariscus. *Lin. sp. pl.* 62 — *Host. gram. austr.* 3. *p.* 37 — *Ucria H. Pan. p.* 50 — Gramen cyperoides, serratum, altissimum, palustre, semine Sorghi. *Cup. H. Cath. p.* 244.
Ic. *Schrad. l. c. t.* 5. *f.* 7 — *Host. l. c. t.* 53 — Gramen cyperoides, altissimum, foliis et carina serratis. *Cup. panph.* 2. *t.* 188 — *Bocc. sic. t.* 39—Scirpus palustris, altissimus, foliis et carina serratis *Bon. t.* 27.
In fossis, lacubus, et paludosis; *Messina*, *Catania*, *Agosta*, *Siracusa*, *Spaccaforno*, *Terranova*, *S. Croce*.
Majo, Junio. ♃
*Radices* firmae, repentes ac caespitosae: *culmi* 4-6-pedales, apicem versus longe ramoso-paniculati, stricti, floriferi triquetri: *folia* elongata, superne canaliculata, longe acuminata: *paniculae* rami breves: *spiculae* 4-6 in quovis fasciculo, ovatae, subtriflorae: *glumae* ferrugineae, carinatae.

## SCHOENUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 92 — *Juss.* 27.

*Cal.* glumae 1-florae, 1-valves, concavo-carinatae, conniventes, in spiculas undique imbricatae; interioribus fertilibus; exterioribus sterilibus, minoribus. *Cor.* nulla. *Sem.* unicum, nudum, vel setis hypogynis obvallatum ( *Herbae* glaberrimae, perennes: *culmi* enodes, teretes aut triangulares, basi foliosi: *spiculae* glomeratae ).

1. S. *MUCRONATUS*. *Lin. sp. pl.* 63 — *Biv. cent.* 1. *p.* 71 — *Guss. pr.* 1. *p.* 58 — *Parlat. fl. pan.* 1. *p.* 55.
S. culmo tereti nudo, foliis anguste-linearibus canaliculatis recurvatis, spiculis ovato-lanceolatis in capitulum subglobosum fasciculatis, involucro 3-6-phyllo longissimo reflexo, setis nullis.

Mariscus mucronatus. *Presl fl. sic. pr. p. 15*, ac *cyp. et gram. sic. p. 12.*

Ic. *Host. gram. austr. 4. t. 70* — Cyperus marinus, compacta eleganti panicula, obsolete coccinea. *Cup. panph. 1. t. 104*, et *2. t. 114* — C. radice longa, odora, angustifolius, in umbella trifolius. *Bon. t. 12* — Juncus maritimus. *Lob. ic. 87.*

Ubique in arenosis maritimis in Sicilia.

Majo, Septembri. ♃

*Radices* late repentes, remote squamosae; *folia* viridi-glaucescentia, perennantia, acuminato-mucronata: *spiculae* acutae, globosae, basi fuscae, apice virentes, multiglumes: *culmi* demum declinati

2\. *S. NIGRICANS Lin. sp. pl. 64* — *Ucria H. pan. p. 60* — *Guss. pr. 1. p. 58* — *Parlat. fl. pan. 1. p. 54.*

S. culmo tereti nudo foliis junceis rectis strictis subaequale, spiculis fasciculatis, involucri diphylli foliola exteriora spiculas superante, setis subnullis.

S. *compressus*, spiculis fasciculatis, involucri diphylli foliolis ovato-lanceolatis altero subulato spiculas superante, culmo compresso (*male*) nudo, vaginis aphyllis (*male*) *Presl fl. sic. pr. p. 15 !*, *ac cyp. et gram sic. p. 12 !*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 38. f. 1* — Juncus cyperoides, cristata panicula, nigra. *Cup. panph. 1. t. 104*, et *2 t. 114* — *Bon. t. 12* — Juncus capitatus, Lithospermi semine. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 10. f. 28.*

b. *recurvus*; culmo tereti nudo foliis irregulariter apice recurvis longiore.

S. *nigricans*, spiculis fasciculatis, involucri diphylli foliolis ovatis, altero subulato spiculas superante, culmo tereti nudo, vaginis foliiferis. *Presl l. c. !*

Ic. *nulla.*

In inundatis, turfosis, palustribus, et pascuis udis maritimis; *Palermo*, *Trapani*, *Marsala*, *Alicata*, *Spaccaforno*, *Scoglitti*, *Siracusa*, *Catania.* Varietas *b.* in collibus aridis, *Palermo a S. Martino*, *Mazzara*, *Marsala*, *Spaccaforno.*

Martio, Majo; varietas *b.* Majo, Augusto. ♃

*Radices* fibrosae, tenacissimae, dense caespitosae: *culmi* erecti, stricti striati, rigidi: *folia* virentia, perennantia, tenacia, rigida, culmis similia, basi in vagina lata nigricante dilatata: *spiculae* lanceolatae, glabrae, apice attenuatae, nigricantes, nitidae: *semina* alba, trigona, laevia.

Varietas *a.* est certe *S. nigricans Lin.*, et omnium recentiorum ex loco ac descriptione, idcirco immerito pro nova specie descripsit *Presl l.* c. Potius var. *b.*, quae *S. nigricans Presl*, non *Lin.*, foliorum habitu, et loco natali species diversa; sed quibus firmis characteribus a *S. nigricante* discriminetur adhuc non inveni; nam foliorum directio ac habitus cultura non perstant, et omnino a loco provenire videntur. Hinc pro varietate melius, quam pro specie habere malui. Observandum est quoque, quod nonnulli characteres a *Preslio S. compresso* suo adscripti, nec veri, nec constantes sunt: sic neque vaginae aphyllae, nec culmi compressi, nec involucri foliola semper ovato-lanceolata — Confer, quae ad *Morettium* conscripsi in *decad. 5. p. 3.*

## CYPERUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 93 — Juss. 27.*

*Cal.* glumae 1-valves, 1-florae, concavo-carinatae, in spiculas compressas distiche imbricatae; duabus exterioribus saepe sterilibus. Cor nulla. *Styl.* capillaris, deciduus; stigmatibus 2-3. *Setae* hypogynae nullae. *Sem.* unicum. (*Herbae* glaberrimae, annuae, vel perennes: *culmi* enodes, teretes vel triangulares, basi foliosi: *spicae* aggregatae, vel umbellatae, et involucratae.)

1. *C.* MUCRONATUS. *Vahl en. 2. p. 306—Presl fl. sic. pr. p. 14, ac syp. et gram. sic. p. 13—Guss. pr. 1. p. 40—Parlat. fl. pan. 1. p. 36.*
C. radice repente, culmo tenui erecto basi subtereti apice trigono, involucri diphylli foliolo altero elongato, spiculis viridi-atris linearl-lanceolatis aggregatis sessilibus.
*b. ater. Vahl l. c.;* spicularum glumis omnino nigris.
C. distachyos. *All. Biv. cent. 1. p. 30*—Juncellus panicula duplici, nigra. *Cup. H. Cath. p. 103.*
Ic. C. junciformis. *Cav. ic. 3. t. 204. f. 1—Desf. atl. 1. t. 7*—Juncellus asperis paniculis binis vel ternis, nigris. *Cup. panph. 2. t. 123*—Juncus fistulosus, sterilis. *Cup. panph. 1. t. 233?*
In humidis, turfosis, inundatis, ad rivulos. Varietas *a.* prope *Palermo*, et *Olivieri*; varietas *b.* in maritimis Siciliae meridionalis, *da Girgenti a Spaccaforno*; et orientalis, *da Siracusa a Messina.*
Aprili ad Octobrem. ♃
*Planta* plus minus caespitosa, laete-virens: *folia* subnulla, culmo 3-12-pollicari similia, nam vaginae radicales vel aphyllae, vel in folium subulatum filiformem erectum apice mucronulatum abeuntes: *involucri* foliolum alterum elongatum (quod culmi productio), spiculis 2-3 plo longius: *spiculae* 3-8, lanceolatae, inaequales (breviores ovatae), obtusiusculae, plerumque incurvae, 1-6 lin. longae; in *a.* fere omnino virentes vel ad marginis fuscae; in *b.* longiores, undique nigrae: *semen* album, glabrum, ovale, laeve, altera facie fere planum subcarinatum, altera convexum.

2. *C.* DIFFORMIS. *Lin. sp. pl. 67—Guss. pr. 1. p. 40.*
C. digynus, culmo triquetro nudo, involucro triphyllo umbellis subcompositis longiore, spiculis sessilibus denss capitatis, capitulis globosis pedunculatis sessilibusque, glumis ovatis obtusis, seminibus laevibus (virentibus) acute triquetris.
Ic. *Rottb. gram. t. 9. f. 2—Sibth. fl. gr. t. 46* — Gramen cyperoides, elegans, paniculis mollibus compositum, maderaspatanum. *Plukn. alm. t. 192. f. 3.*
In oryzetis; *nelle Risaje di Fiume grande (Gasparrini)*, *Adernò a Carcaci*, *Paternò*, *Catania presso il Simeto.*
Septembri, Octobri. ♃?
*Radices* fibrosae: *culmi* erecti, debiles, subcaespitosi, 1/2 1-1/2 pedales: *folia* canaliculato-triquetra, carinata, levia, culmo duplo fere breviora: *umbellae* radii 2-8, graciles, patentes, simplices, vel in fertilibus subdecompositi, valde inaequales, 1-lin 2 poll. longi, centrales breviores: *involucri* foliola inaequalia, alteroque longissimo: *spiculae* glabrae, lineares, obtusae, 1-2 lin. longae, sordide brunneae: *spiculae* dense congestae, tamen nunquam arcuatas deprehendi: *radices* potius annuae, quam perennes mihi visae sunt.

3. *C.* FLAVESCENS. *Lin. sp. pl. 68—Guss. pr. 1. p. 41—Parlat. fl. pan. 1. p. 37.*

C. digynus, culmo triquetro, spiculis lanceolato - linearibus alternis laxe glomeratis, glomeribus sessilibus pedunculatisque, glumis obtusis, involucro triphyllo umbellis subcompositis longiore, seminibus (nigris) obtuse triquetris subcompressis punctulato-scabris.
Gramen cyperoides, minus, panicula subflavescente. *Cup. H. Cath. p. 91.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 47—Host. gram. austr. 3. t. 72*—Cyperus longus, minor, pulcher, panicula lata, compressa, subflavescente. *Moris. hist. 3. f. 8. t. 11. f. 37.*
In humidis, paludosis, et ad rivulorum alveos communis.
Julio, Septembri. ⊙
*Radices* fibrosae, subcaespitosae: *culmi* graciles, fere filiformes, *foliis* apice attenuatis longiores, erecti, 4-12-pollicares: *spiculae* flavescentes, glumis enerviis carinatis.

4. C. *fuscus. Lin. sp. pl. 69 — Ucria H. Pan. p. 51 — Guss. pr. 1. p. 41 — Parlat. fl. pan. 1. p. 57.*
C. trigynus, culmo triquetro, spiculis linearibus alternis dense glomeratis, glomerulis sessilibus pedunculatisque, glumis obtusis, involucro 3-5-phyllo umbellis subcompositis longiore, seminibus (albidis) nitidis levibus acute triquetris.
C. diandrus. *Biv. Andr. pl. ined. p. 2* — Gramen cyperoides, minus, panicula sparsa nigricante. *Cup. H. Cath. p. 91.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 48 — Host. gram. aust. 3. t. 73* — Cyperus longus, minimus, pulcher, panicula compressa nigricante. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 11. f. 38.*
*b.* glumis omnino virentibus.
Cum praecedente eodemque tempore floret. ⊙
Praeter characteres datos recedit ab antecedente; *culmis* acute trigonis, firmioribus; *foliis* latioribus, (quae culmo breviora non tantum vaginae uti ex *Host. fl. aust. 1. p. 55*), spicis in glomerulis confertioribus, tamen brevioribus ac angustioribus.

5. C. GLABER. *Lin. mant. p. 179.*
C. culmo triquetro basi folioso, involucro umbellis subcompositis longiore, spiculis linearibus latiusculis dense glomeratis, glomerulis sessilibus pedunculatisque, flosculis laxiusculis, glumis nervosis carinatis acutiusculis (fusco-viridique variis).
C. pictus *Ten. fl. nap. 3. p. 47—Guss. pr. 1. p. 41.*
Ic. *Reich. cent. 5. f. 547—Seguier. pl. ver. supp. p.56 t. 2. f 1.*
In oryzetis; *Sciddato, Carcaci sotto Adernò, Catania al Simeto: Militello in Val di Noto (Tineo).*
Septembri, Octobri. ♃
*Radices* fibrosae; *culmi* caespitosi, 1-1 1/2-pedales, erecti: *folia* margine scabra, culmo breviora: *umbellae* radii elongati, 1-3-pollicares; *spiculae* 4-6 lin. longae, 2. lin. latae: *semina* ovalia, triquetra, levia, fusca, tamen punctis furfuraceo-cinereis tecta.—In fertilibus pedunculi irregulares, 2-4-pollicares, dum in aliis ita breves sunt, ut umbella omnino compacta sicut in icone *Segueri*. — Affinis *C. patulo Kit.*, a quo glumarum carina non scabra differre videtur. Cl. *Spr. in s. veg. 1. p. 224* hujus synonymon facit *C. brachystachium Presl*, quem ad *C. badium* retuli. Confer *Bertol. fl. ital. 1. p. 257.*

6. C. OLIVARIS. *Targ. diss. p. 6—Moretti. dec. 2. p.7—Dietr. sp. pl. v.1. pars 2. p. 268—Guss. pr. supp. p. 10—Parlat. fl. pan. 1. p. 58.*
C. radice repente tuberoso-fibrosa, tuberibus horizontalibus subovatis obsolete zonatis, culmo triquetro basi folioso, foliis carinatis apice margine et carina scabris rectis vel recurvis (intense virentibus), involucro umbella supradecomposita longiore, spiculis li-

neari-lanceolatis acutis (spadiceis), glumis nervosis carinatis obtusis.

C. rotundus. *Moret. dec. 5. p. 1—Guss. pr. 1. p.42*—C. tetrastachya. *Ten. fl. nap. pr. supp. p. 45—Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp et gram. sic. p. 14.*, excl. syn. *Bon. t. 12.* et *Rottb.*— C. rotundus, inodorus, Germanicus. *Cup. H. Cath. p. 64 ?* — C. rotundus, vulgaris. *Cast. H. Mess. p. 36.*

Ic. C. rotundus, odoratus, vulgaris. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 11. f. 1.* mediocris.

In cultis vitium summum ubique in Sicilia = et in *Saline*, *Stromboli*, *Panaria*, *Lipari*, *Pantellaria*, *Favignana*.

Junio, Octobri. ♃

*Radices* fibrosae, longe lateque excurrentes, in tubera nigricantia oblonga radicantia amara, sed aromatica, inter se remota incrassatae: *culmi* 5-12-pollicares, et in fertilibus humentibus sesquipedales ac ultra: *folia* numerosa, superne canaliculata, 1-2 lin. lata: *involucri* foliola foliia conformia, valde inaequalia: *umbellae radii* plus minus numerosi, inaequales, 1-6-pollicares: *spiculae* patentes, remotiusculae vel approximatae, 3-12 lin. longae, acutae: *glumae* obtusae cum acumine, ut plurimum margine albido-scarioso angustissimo cinctae: *stylus* ac *stigmata* longissima: *semina* albida, laevia, glabra, acute triquetra.

Noster a specimine autentico *C. rotundi* herb. *Lin.* recedit, ideoque ad *C olivarem Targ.* est referendus. Hic adest quoque in herb. *Lin.* sub nomine *C. rotundi—Scheuz. syn.* a *Lin.* sub suo *C. rotundo* relatum ad nostram plantam spectat—Recte notat Cl. *Ten.* in *syll. p. 32. C. radicosum Sibth. fl. gr. t. 43*, et *C. comosum t. 44.* duas varietates hujus plantae sistere spicis brevibus vel elongatis; nam specimina *Sibth.* in herb. *Banks.* et illa *Sieberi*, quamvis radicibus careutia, de hac re nullum dubium relinquunt. In herbario *Sibth.* desiderantur.

A *C. hydra*; cui valde affinis, differt involucris umbella longioribus, sed potius ejusdem speciei varietates videntur.

7. **C. aureus.** *Ten. fl. nap. 5. p. 45.* (non *R. S. s. veg. 2. p. 201*) —*Presl cyp. et gram. sic. p. 14—Spr. s. veg. 1. p. 229 — Guss. pr.1. p. 45.*

C. radice repente tuberoso-fibrosa, tuberibus subglobosis, culmo triquetro basi folioso foliis canaliculatis recurvis (laete virentibus) altiore, involucro folioso subpentaphyllo umbella composita vel decomposita longiore, spiculis alternis distichis linearibus (aureo-lutescentibus), glumis acutiusculis nervosis subpatulis remotiusculis.

C. Tenorii. *Presl fl. sic. 1. p. XLIII—R. S. s. veg. in add. ad mant. vol. 1. p. 544 — Guss. suppl. p. 10.*

Ic. *Ten. l. c. t. 101 — Reich. pl. cr. cent. 5. f. 556.*

In arvis arenosis nonnihil a mare dissitis; *Brolo*, *Caltabiano*, *Melasso*, *Itala*, *Misterbianco*, *Catania*, *Aci*, *le Giarre*: *Bagherio* (*Tineo*), *Messina* (*Parlatore*), *Favarotta* e *Secciara* (*Gasparrini*) in Sicilia = et in *Salina*, *Stromboli*, *Pantellaria*, *Favignana*.

Julio, Octobri. ♃

*Tubera* parva, a radicibus dependentia, (non fibrae in tubera incrassatae, ut in praecedente) vix aromatica, zonis careutia, fusca; at minus agris infesta planta: *spiculae* in umbellae radiis 1-2-pollicaribus exacte alternae: *semina*, oblonga, triquetra, laevia, glabra—*Habitu* et *spicularum* coloro magis *C. esculento*, quam aliis affinis; sed *spiculae* intensius lutescentes, vix 1 2 lin. longae, *umbella* minus ampla, *folia* recurva, et tandem *tubera* non edu-

lla, quia amarissima — *C. aureus Hum.* et *Bonpl.*, ac *R.S. l. c.*, est *C. quitensis Spr. s. veg. 1. p. 224.*

8. *C.* ESCULENTUS. *Lin. sp. pl. 67* — *Ucria H. Pan. p. 54* — *Presl cyp. et gram. sic. p. 14*, ac *fl. sic. prodr. p. 44*, excl. ab hoc synonymo *C. aurei Ten.—Guss. pr. 1. p. 43.*

C. radice repente tuberoso-fibrosa, tuberibus ovato-globosis zonatis, culmo triquetro nudo foliis canaliculatis rectis (laete virentibus) altiore, involucro subpentaphillo umbella decomposita longiore, apiculis lineari-lanceolatis alternis distichis (pallide lutescentibus), glumis acutiusculis nervosis subpatulis remotia.

C. rotundus, esculentus, angustifolius. *Cup. H. Cath. p. 64* — C. esculentus. *Cast. H. Mess. p. 7* — et Trasi Veroneusium, *id. l. c. p. 23.*

Ic. *Host. gram. austr. 3: t. 73* — Melinathalla. *Columm. phyt. 5. t. 2* — Dulichium. *Dod. pempt. 340.*

Julio, Augusto. ♃

*Tubera* dulcia, edulia, saporem *Coryli avellanae* haud male referunt: *culmi* 1-1 1/2-pedales; erecti: *umbellae* radii elongati, 1-4-pollicares, apiculis ut in praecedente exacte alternis, demum in fructo pallide albido-stramineis, 5-6 lin. longis: *semina* perfecta non vidi.

Non videtur Siciliae indigenus, sed a plurimis annis cultus nunc in arvis arenosis prope *Trapani* sua sponte provenit.

9. *C.* BADIUS. *Desf. atl. 1. p. 45* — *Dietr. sp. pl. 1. pars 2. p. 254* — *Guss. pr. 1. p. 44* — *Parlat. fl. pan. 1. p. 60.*

C. culmo basi folioso triquetro, foliis carinatis margine carinaque serrulato-scabris, involucro subtetraphyllo inaequali umbellae radiis compositis erecto-patentibus longiore, spiculis linearibus (badiis) acutis subcompressis confertissimis corymboso-fasciculatis.

Ic. *Desf. l. c. t. 7.*

*b.* spiculis abbreviatis, paucifloris (4-10), subteretibus.

C. *brachystachys*, culmo triquetro erecto folioso, foliis carinatis margine carinaque serrulato-scabris, involucro subtetraphyllo inaequali umbella composita quadruplo longiore, apiculis ovato-lanceolatis badiis 4-6-floris teretiusculis aggregatis. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 15*, ex loco et duratione ad hunc, et minime ad *C. glabrum* spectat, uti ex *Bertol. fl. ital. 1. p. 258.*

In humidis, inundatis, ec. undique communis in Sicilia.

Majo, Augusto. ♃

*Radices* aromaticae, firmae, ac repentes, ut in tribus sequentibus, qui minus obvii: *culmi* crecti, firmi. 1-2-pedales: *folia* apice attenuata, tenacia, culmo breviora: *umbellae* radii 1-2-pollicares: *spiculae* 2-6 lin. longae; quae aliquando incurvae, quae varietas prope *Fiume di Nisi*; et prope *Catania* (*Cosentini*).

C. *brachystachys Preslii* est potius hujus speciei non *C. fusci* varietas, ut male *Morettium* admonui, quem confer in *dec. 3. p. 4*; at ab hac specie disjungere nolui, nam quamplurimis inspectis speciminibus deprehendi in iisdem plantis spiculas 6-16-floras. primo subteretes deinde compressas. Forsan *C. badius* non est nisi insignis varietas sequentis; sed utrique tamen a *C. longo* prorsus alieni; secus ac opinatur Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 269*, nam stationes diversae, et dum in eodem loco proveniunt, characteres immutati perdurant! Confer quoque Cl. *Reich.* in *fl. germ. excurs. 1. p. 23.*

10. *C.* TENUIFLORUS *Rotth. gram. 30* — *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 15* — *Guss. pr. 1. p. 45* — *Parlat. fl. pan. 1. p. 61.*

C. culmo basi folioso triquetro, foliis carina margineque scabriusculis, involucro universali subtetraphyllo inaequali umbellae radiis

erecto-patentibus compositis et decompositis longiore, spiculis corymbosis laxe approximatis linearibus ( fusco spadiceis ) convexiuscalis multifloris, glumis obtusis.

Ic. *Jacq. collect. 3. p. 190*, et *ic. rar. 2. t. 296.*

In paludstribus, ad fluviorum, et rivulorum margines; *Monregale*, *Palermo*, *Terranova*, *Spaccaforno*, *Siracusa*, *Catania* et in *Lipari lungo il corso delle acque de' Bagni di S. Calogero.*

Majo, Augusto. ♄

Umbellarum *radii* 1-8-pollicares; radiolis saepe pollicaribus: *spiculae* ad summum 6 lin. longae.

11. *C. intermedius. Guss. pr. suppl. p. 10.*

C. culmo basi folioso triquetro, involucro universali subtetraphyllo insequali umbellae radiis laxis gracilibus elongatis compositis decompositisque longiore carina margineque una cum foliis serrato-scabris, spiculis laxiusculis linearibus ( pallentibus ) brevibus patentibus 4-10-floris, glumis obtusiusculis.

In humentibus, et stagna, et ad rivulos; *Catania ( Cosentini)*, *Fiume grande ( Gasparrini)*; *Fiume di Nisi.*

Ic. *nulla.*

Junio, Julio. ♃

*Statura* praecedentis, sed *umbellae radii* diffusi, graciles et laxi, ut in *C. longo*. Ab utrisque spiculis brevibus, vix 3 lineas excedentibus recedit — *C. corymboso Roth. gram. p. 42. t. 7. f. 4*, quoad umbellae radios et spiculas graciles quoque proximus.

12. *C. longus. Lin. sp. pl. 67 — Ucria H. Pan. p. 50 — Guss. pr. 1. p. 45 — Parlat. fl. pan. 1. p. 61.*

C. culmo folioso triquetro, foliis margine carinaque serrato-scabris, involucro universali subtetraphyllo inaequali umbellae radiis erectis supradecompositis longiore, spicis lineari lanceolatis distantibus ( spadiceis ) compressiusculis multifloris, glumis lanceolatis obtusiusculis.

C. odoratus, radice longa. *Cup. H. Cath. p. 64* — C. longus. *Cast. H. Mess. p. 36.*

Ic. *Jacq. ic. rar. 2 t. 297* — *Host. gram. austr. 3. t. 76* — C. longus, odoratus, major, panicula sparsa, speciosa. *Moris hist. 8. s. 8. t. 11. f. 13.*

Ad fluviorum margines; *Siracusa*, *Agosta*, *Spaccaforno*, *Terranova.*

Julio, Augusto. ♄

Praecedentibus duobus simillimus, a quibus potissimum differt *umbella* supradecomposita; *radiis* longioribus, usque 9-pollicaribus, erectis, strictis; *spiculis* magis elongatis, fere pollicaribus, minusque confertis; et *culmis* saepe altioribus ac firmioribus.

13. *C. papyrus. Lin. sp. pl. 70 — Ucria H. Pan. p. 51 — Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 15.*, excluso synonymo, *Bon. t. 9. — Guss. pr. 1. p. 45.*

C. culmo apice triquetro basi obtusangulo aphyllo, involucro polyphyllo umbella breviore ( 2-2 1/2 pollicari ), foliolis latis lanceolatis, radiis numerosis elongatis gracilibus fastigiatis basi vaginatis, involucellis, setaceis; spiculis subulatis anguste linearibus distichis remotiusculis.

Papyrus antiquorum. *Willd.* in *Spr. p. veg. p. 232 — Link H. Bertol. 1. p. 322 — Dietr. sp. pl. 1. pars 2. p. 328.*

Ic. *Cyr. monogr. t. 1.* et *2.* Cyperus maximus, umbellatus, syriacus vel siculus, Papyrus vulgo. *Cup. panph. 2. t. 138 — Bon. 13 — Raf. t. 111.*

Ad fluviorum, et rivulorum margines, in aquis lente fluentibus; *Spac-*

*caforno*, *Siracusa al fiume Pisma*, *Mililli a S. Cosimano*, *Caltabiano al fiume Cantara.*

Julio, Augusto. ♃

*Culmi* erecti, stricti, basi vaginis aphyllis rufescentibus acuminatis imbricatis tecti, aliquando 14-16-pedales, diametro ad basim 6-8-pollicari: *umbellae* radii saepe 1 1/2-2-pedales, effusi, numerosissimi, subaequales: *involucra* basi 4-5-lineas lata; *involucella* setacea, umbellulis quintuplo vel decuplo longiora; at aliquando in eadem umbella observavi radiolos longitudinem involucellorum fere aequantes: *spiculae* fere filiformes, 5-6 lin. longae, patentes, testaceo-virentes.

---

† 14. C. FASCICULARIS. *Desf. Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp.* et *gram. sic. p. 14.*

C. culmo triquetro acutangulo, involucro subtetraphyllo longissimo deflexo, umbella corymboso-capitata, spiculis confertissimis lineari-lanceolatis.

In salsis paludosis non procul a *Castrogiovanni*, et *Mineo.*

Augusto. ♃ (*Presl*).

## SCIRPUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 94 — Juss. 27.*

*Cal.* glumae 1-valves, 1-florae, concavo-carinatae, in spicam vel spiculas undique imbricatae; exteriorum una aut altera saepe sterili. *Styl.* capillaris, deciduus; *stigmata* 2-3-partito. *Sem.* unicum, nudum, vel setis hypogynis cinctum, lenticulare vel triquetrum. (*Herbae* annuae, saepius perennes ac glabrae: *culmi* enodes basi foliosi, vel nudi: *spiculae* terminales, solitariae; aut plures laterales).

* *Spica terminali solitaria.*

1. *S.* OVATUS. *Vahl. en. 2. p. 249—Willd. sp. pl. 1. p. 294*, exclus. syn. *Bergen* et *Rupp.* ex *R. S. in s. veg. 2. p. 152— Guss. supp. p. 11.*

S. radice fibrosa, vaginis aphyllis muticis truncatis, culmis gracilibus teretiusculis substriatis, spica ovali nuda, glumis oblongis obtusis, floribus subdiandris digynis.

Eleocharis ovata. *R. S. l. c.*

Ic. *Sturm fl. germ. fasc. 10*—Juncus clavatus (medius) minor, capitulis rotundioribus. *Moris. hist. 3. p. 233. s. 8. t. 10 f. 34.*

In uliginosis, et ad stagna; *Bosco di Caronia al gurgo di Bassano* (*Gasparrini*).

Junio, Julio. ♃

Affinis praecedenti, a quo *radice* fibrosa, *culmis* gracilioribus, et *glumis* diversus. *Culmi* in siculis plantis saepe pedales et ultra, fere semper erecti, et habitus parum robustior quam in germanicis.

2. *S.* PALUSTRIS. *Lin. sp. pl. 70—Ucria H. Pan. 51— Guss. pr. 1. p. 47.*

S. radice repente, vaginis aphyllis muticis truncatis, culmis subteretibus rectis striatis, spicis oblongo-linearibus multifloris bracteis duabus subrotundis suboppositis instructis, glumis lanceolatis acutis apice demum patulis.

Eleocharis palustris. *Presl fl. sic. pr. p. 6*, ac *cyp.* et *gram. sic. p. 17 — Parlat. fl. pan. 1. p. 65*— Juncus capitulis Equiseti, major. *Cup. H. Cath. p. 104.*

Ic. *Lam. ill. gen.* t. 38. f. 1 — *Host. gram. austr.* 3. t. 55 — Juncus capitulis Equiseti, major. *Moris. hist.* 3. s. 8. t. 10. f. 32, et 33.
*b. minor*, *Schrad. fl. germ.* 1. p. 127; culmis striatis caespitosis, plurimis sterilibus recurvis, spica brevi-ovata panciflora, glumis obtusis adpressis.
In uliginosis, paludosis, stagnis, et ad rivulos ubique in Sicilia. Varietas *b.* in pascuis humidis montosis; *Madonie al piano de' Valieri* (*Gasparrini.*)
Aprili, Julio. ♃
*Culmi* caespitosi, erecti, 1-2-pedales, striati, spicigeri vel steriles: *spicae* 3-7 lin. longae, glumis fuscis aut virentibus: *semina* brunnea, glabra, nitida, obovata, hinc planiuscula, hinc convexa: *setae* hypogynae numero variae.
Varietas *b. culmis* vix tripollicaribus, *spica* vix duas lineas longa, *radice* magis lignescente a specie differt. Cum *S. reptante Thuil.* (qui caeterum ad hanc varietatem refertur a *Dietr.* in *sp. pl.* 1. *pars* 2, p. 75) adamussim conveniret, si squamae essent acutissimae; et a *S. uniglumi*, cui magis affinis, bracteis duabus ad spicarum basim, non unica amplexante, recedit.

** *Spicis lateralibus pluribus.*

3. S. SAVII. *Sebast.* et *Maur. fl. rom. pr.* p. 22 — *Guss. pr.* 1. p. 47.
S. culmo foliisque setaceis subteretibus strictis, involucro diphyllo brevi, spicis 1-3 ovatis (parvis) obtusis sessilibus, seminibus tuberculatis.
S. setaceus. *Biv. cent.* 1. p. 72, excl. syn., praeter *Savii* et *Cup.panph.* (illud vero *H. Cath.* ad *Cyperum mucronatum* spectat, et ibi ab ipso auctore jam citatum) — S. acicularis. *Ucria H. Pan.* p. 52, non *Lin.* — S. gracilis. *Jan. elench.* p. 1, non *Poir.* — Isolepsis sicula *Presl fl. sic. pr.* p. 46, ac *cyp. et gram. sic.* p. 13 — I. Saviana. *R. S. s. veg. mant.* 2. p. 63. — Junculus panicula quandoque simplici, quandoque duplici, triplicive flava. *Cup. H. Cath.* p. 104.
Ic. Juncellus minimus, capillaris, paniculis nigris, singularibus. *Cup. panph.* 2. t. 52.
*b. major*, culmis gracilibus, elongatis, pedalibus et ultra.
In uliginosis, inundatis, pascuis humidis, montosis vel maritimis ubique in Sicilia = et in *Levanzo*: varietas *b.* in uliginosis montosis, *Scala della Targia presso S. Giuseppe.*
Martio, Octobri. ☉, et ♃
In locis hyeme solummodo inundatis, annuus; at in illis omni tempestate uliginosis perennis evadit: *radices* fibrosae; *culmi* plures, caespitosi, 1-6-pollicares in *a*: *folia* semiteretia, culmo breviora: *involucri* foliolum alterum spiculas aliquando ovales lin. longas 2-3-ploque superans: *glumae* glabrae, obtusae, aut acutiusculae, ovatae, ad carinam virentes, lateribus fuscis, non raro undique virentes: *semina* albida, triquetra, nitidiuscula: *setas* nullae.
4. S. MUCRONATUS. *Lin. sp. pl.* 73, excl. syn. ! praeter *Pluckn* ? — *Guss. pr.* 1. p. 49.
S. radice fibrosa, culmo acute triquetro, vaginis aphyllis, involucro 1-phyllo recto demum divergente, spiculis ovatis lateralibus sessilibus glomeratis, stigmatibus tribus, setis hypogynis subsenis, seminibus obsolete trigonis, transverse rugoso-punctatis.
Ic. S. glomeratus. *Host. gram. austr.* 4. t. 68 — Scirpo-cyperus, panicula glomerata, e spiculis imbricatis composita. *Scheuch. agr.* t. 9. f. 14.

In oryzetis; *Sciddafo*, *Carcaci sotto Adernò*, *Catania al Simeto*, et forsan in aliis Siciliae locis, ubi *Oryza* colitur.

Augusto, Septembri. ☉?

*Culmi* fasciculati, debiles, basi vaginis oblique truncatis vestiti, 1-1-1/2-pedales, erecti: *involucrum*, quod continuatio culmi, acutum, 1-1/2, 2-1/2 poll. longum, supra canaliculatum: *spiculae* dense glomeratae, 4-12, glabrae, 1-3-lin. longae; *glumis* late-ovatis, obtusis, vix mucronatis. nervosis, pallide vireutibus: *semina* demum nigra, nitidiuscula, obovato-trigona, transverse rugosa: *setae* hypogynae retrorsum scabrae.

5. *S.* HOLOSCHOENUS. *Lin. sp. pl. 72 — Guss. pr. 1. p. 48.*

S. culmo tereti nudo basi vaginis foliiferis, umbella laterali, capitulis globosis sessilibus pedunculatisque, involucro 2-3-phyllo foliolo uno alteroque ultra umbellam valde elongato, glumis pubescentibus.

Isolepsis holoschoenus. *R. S. s. veg. 2. p. 115*—Holoschoenus vulgaris. *Link H. Berol. 1. p. 293.*

Ic. *Host. gram. austr. 3. t. 62 !* — Juncus maritimus, capitulis rotundis. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 10. f. 17*—Scirpoides maritimum, capitulis sparsis, glomeratis. *Scheuch. agr. t. 8. f. 2, 5.*

*b.* capitulis subsessilibus.

S. romanus. *Lin. spl. pl. 72* — S. supinus. *Ucria H. Pan. p. 52 ?*, non *Lin.*

Ic. *Jacq. austr. t. 448* — Scirpoides acutum, maritimum, capitulo glomerato, solitario. *Scheuch. l. c. t. 8. f. 6.*

In pratis humidis, et palustribus praesertim maritimis, in torrentium alveis humentibus ubique.

Junio, Augusto. ♃

*Radices* validae, horizontaliter repentea: *culmi* caespitosi, tenaces, 1-2 ped. alti: *folia* culmo similia, semiteretia, tenue canaliculata cuspidata: *radii* umbellarum inaequales, aliquando iterum ramosi, et interdum nulli, ut in *b.*; *capitula* virentia, diametro 2-3-lineari, ex spiculis numerosis dense congestis composita: *semina* minutissima, trigona, levia, glabra: *setae* hypogynae nullae.

6. *S.* GLOBIFERUS. *Lin. supp. 104—Guss. pr. 1. p. 49—Parlat. fl. pan. 1. p. 67.*

S. culmo tereti nudo, umbella laterali supradecomposita involucro diphyllo brevissimo suffulta, capitulis subglobosis sublobatis, centrali sessili.

S. parlatoria. *Biv. Andr. piant. ined. p. 2* — Holoschoenus globiferus. *Dietr. sp pl. 1. pars 2. p. 164.*

In humidis torrentium alveis; *Altavilla*, *Palermo a Mondello.*

Junio, Augusto. ♃

*Habitus* omnino *S. holoschoeni*; sed *culmi* crassiores, robustiores, steriles pauci: *vaginae* acutae: *involucri* foliola mucronata, brevissima, vix 6-8 lin. longa, subaequalia; *umbellae* radii valde inaequales, saepe 3-4-pollicares in fertilibus: *capitula* pedunculata, e basi prolifera fere lobulata, nempe superficie glomerulis extantibus interrupta; *spiculae* ovatae, glomeratae; *glumis* concavis, acutis, vel mucronulatis, ad carinam scabris: *semina* obtuse trigona, punctato-scabra: *setas* hypogynae saepe quatuor.

7. *S.* LACUSTRIS. *Lin. sp. pl. 72—Ucria H. Pan. p. 52—Presl fl. sic. pr. p. 36., ac cyp. et gram. sic. p. 11. — Guss. pr. 1. p. 50*, excl. var. *b.* — *Parlat. fl. pan. 1. p. 67.*

S. culmo tereti basi vaginis interioribus in folium brevissimum desinentibus tecto, umbella terminali supradecomposita, involucro brevi valde inaequali 2-4-phyllo suffulta, spicis ovatis vel oblongis glabris, glumis levibus fimbriatis cum mucrone emarginatis, stigmatibus tribus, seminibus trigonis levibus.

Juncus maximus, sive Scirpus. *Cup. H. Cath. p. 104.*
Ic. *Host. gram.austr. 3. t.61—Fl.dan. t. 1442*—Juncus major. *Schmid. Gesn. ic. t. 23. f. 73. A. B.*— Juncus holoschoenus. *Dod. pempt. 606.*
In aquis stagnantibus fluminum, in lacubus, in palustribus passim in Sicilia.
Aprili, Majo. ♃
*Radices* validae, repentes: *culmi* erecti, 2-8-pedales, medulla spongiosa farcti, teretes, superne attenuati, basi plerumque caespitosi, vaginis pallide rufescentibus vestiti: *involucrum* 2-4-phyllum, foliolis omnibus umbellae radiis maxime inaequalibus brevioribus: *spiculae* fasciculato-aggregatae, subcorymbosae, rufescentes aut ferrugineae: *glumae* ovatae, concavo-carinatae: *semina* obovata, badia, nitidiuscula: *setae* hypogynae 4-6, retrorsum scabrae.

8. S. TABERNEMONTANI. *Gmel. bad. 1. p. 101 — R. et S. s. veg. 2. p. 136, et mant. 3. add. 1. p. 557 — Spr. s. veg. 1. p. 209.*
S. culmo tereti basi vaginis interioribus in folium brevissimum desinentibus tecto, umbella terminali supradecomposita involucro brevi 2-3-phyllo valde inaequali suffulta, spicis ovatis vel oblongis glabris, glumis externe undique tuberculato-scabris fimbriatis cum mucrone emarginatis, stigmatibus duobus, seminibus subtrigonis convexis levibus.
S. glaucus. *Smith. angl. fl. 1. p. 57*— S. lacustris *b.* tuberculatus. *Guss. pr. 1. p. 50* — Heleogiton glaucum. *Lestib.* in *Reich. fl. germ. exc. 1. p. 77.*
Ic. *Engl. bot. t. 2321* ex *Smith.*—Juncus sylvaticus. *Tabern. p. 556*— Juncus, sive Scirpus medius. *C. Bauh. theatr. bot. p. 181.*
In fluminibus ac lacubus; *Terranova, Spaccaforno.*
Aprili, Majo. ♃
Praecedenti simillimus, a quo indicatis notis satis distinctus; sed Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 282,* et *Koch syn. fl. germ p. 741.* potius illius varietatem putant.

9. S. MARITIMUS. *Lin. sp. pl. 74. — Guss. pr. 1. p. 50 — Parlat. fl. pan. 1. p. 68.*
S. culmo triquetro superne aspero spicisque glabro, vaginis foliiferis, panicula decomposita involucro polyphyllo elongato cincta, spicis oblongis ovatisque fasciculato-corymbosis, fasciculis pedunculatis sessilibusve, glumis mucronatis lacero-trifidis.
Gramen cyperoides, panicula sparsa. *Cup. H. Cath. p. 91.*
Ic. *Host. gram. austr. 3. t. 67*—Cyperus longus, inodorus, latifolius, spicis tumidioribus. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 11. f. 25.*
*b.* spicis crassioribus, fasciculis pedunculatis.
S. maritimus *y. Will. sp. pl. 1. p. 306—Vahl en. 2. p. 269.*
Ic. Cyperus panicula compacta, e spicis teretibus crassioribus composita. *Scheuch. agr. p. 400 t. 9. f. 9,* et *10.*
*c.* spicis brevibus crassioribus fere omnibus sessilibus, glumis tridentatis.
Ic. *nulla.*
*d.* spicis cylindricis, valde elongatis, fasciculatis longe pedunculatis (pedunculis poll. longis).
S. macrostachys. *Widll. en. 1. p. 78* — S. maritimus *δ, Wlld. l. c.* — *ε. Vahl l. c.*
Ic. Cyperus panicula sparsa e spicis longioribus, tenuioribus, teretibus, composita. *Scheuch. agr. p. 389 t. 9. f. 7, 8.*
*e. tuberosus;* radice tuberosa repente, spicis ut in *a.*
S. maritimus *ε. Willd. l. c.* — S. tuberosus. *Desf. atl. 1. p. 50.* — Cyperus rotundus, inodorus, germanicus. *Cup. H. Cath. p. 64.*
Ic. *Fl. dan. 937*—Cyperus rotundus, paniculis vulgari duplo crassio-

ribus, inodorus. *Cup. panph. 1. t. 104*, et *2. t. 114*—*Bon. t.12*—*Raf. t. 46. f. 2* — C. rotundus, maritimus, inodorus, nodulatus, Cyperi syriaci zonis. *Cup. l. c. 2. t. 194*; sed solae radices in tubera hic inde incrassatae in icone exhibentur — C. rotundus, inodorus. *Moris hist. 3. s. 8. t. 11. f. 9.*

Ad fluviorum, lacuum, fossarum ripas, et in pascula udis maritimis vel paludosis ubique communis in Sicilia: var. *b.* ad ripas fluminis *Giarretta*: var. *c.* in inundatis; *Palermo a Mondello*, *Selinunte*, *Girgenti*; var. *d. Termini*; et var. *e. Catania*, *Siracusa*, *Palermo.*

Majo, Julio. ♃

*Radices* longe lateque repentes: *culmi* 1-3-pedales, erecti, inferna foliosi: *folia* carinata, late canaliculata, apice attenuata, et ibi scabriuscula ad margines, saepe culmis longiora: *involucrum* 2-4-phyllum; foliolis folis conformibus, sed ad margina scabrioribus; infimo elongato: *umbellarum* radii 1-2-pollicares: *spicae* ferrugineae, vel fuscae, glabrae, 4-9-lineares in var. *a. b. c. e*: *glumae* ovatae, concavae, nervo medio in aristam brevem producto: *semina* obovata, obscura, trigona, fusca, laevia: *setae* hypoginae 4-6, retrorsum scabrae.

10. *S. dichotomus. Lin. sp. pl. 74* — *Guss. pr. 1.* in *add. p. 2.*

S. culmo triquetro, foliis angustissimis subhirsutis, umbella decomposita involucris breviore, spicis lanceolatis acuminatis, glumis mucronatis eminenter carinatis, seminibus costatis.

S. annuus. *Guss. pr. 1. p. 51.* non *All.* — Fimbristylis annua. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 11*, exclusis nonnullis synonymis, praeter illud *Hostii.*

Ic. S. annuus. *Host. gram. austr. 3. t. 63*, non *All.*

In arenosis hyeme inundatis inter *Catania*, et *Siracusa* (*Schow* et *Presl*).

Julio, Augusto. ⊙

*Radices* fibrosae: *culmi* caespitosi, erecti vel declinati, 1-4-pollicares, graciles, uti folia, quae valde superant: *involucri* foliola 2-4, unico umbellam excedente: *spiculae* virentes vel ferrugineae, graciles, 1/2 1-1/2 lin. longae, in radiis corymbosae; unica sessili tam in umbellae, quam in umbellularum centro: *stylus* basi articulatus, deciduus: *semina* obovata, lenticularia, fusca: *setae* hypogynae nullae.

Specimina exsiccata tam *S. annui* quam *S. dichotomi*, quae Cl. *F. Meyer* mihi benevole communicavit, plantam siculam ad *S. dichotomum*, non vero ad *S. annuum* procul dubio spectare docuerunt.

## II. Digynia.

### GRAMINA.

(*Herbae* annuae, aut perennes, vel raro *frutices*: *culmi* cylindrici, raro compressi, solidi aut fistulosi, nodosi; nodis prominulis, interne clausis: *folia* e nodis egredientia, lanceolato-linearia, simplicis, integra, culmum vaginantia: *flores* glumacei, hermaphroditi vel polygami, capitati, spicati, racemosi, vel saepius paniculati; *cal.* gluma 1-2-valvis; valvis alternis: *cor.* gluma 1-2-valvis; valvulis alternis; interiore minore, saepius 2-nervia, aliquando deficiente: *stam.* 2-3, hypogyna: *styli* 1-2; stigmatibus simplicibus, vel penicilliformibus: *semen* superum, liberum, aut valvis involutum. Genera a *Lygeo* ad *Heteropogonem.*)

## LYGEUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 99 — Juss. 53.*

*Spatha* 1-valvis, persistens, flores 2-3 parallelos includens. *Gluma* calycina nulla. *Cor.* 2-valvis; valvulae muticae, basi in pericarpium spurium oblongum hirsutum coalitae, caeterum liberae; exterior 1-nervia, acuta; interior 2-3-plo longior, 2-nervia, bifida, circa genitalia convoluta. (*Herba* perennis, glaucescens: *radices* firmae, per horizontales series excurrentes: *culmi* erecti ac *folia* junciformes.)

1. *L.* SPARTUM. *Lin. sp. pl. 78 — Ucria H. Pan. p. 52 — Guss. pr. 1. p. 52 — Parlat. fl. pan. 1. p. 70.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 59 — Pollin. agr. t. 25. f. 6 — Schreb. gram. 2. t. 32, 33, optimae* — Avena juncifolia, monogluma, arundinacea radice. *Cup. panph. 2. t. 107—Bon. t. 192* — Spartum herba alterum. *Clus. hist. 2. p. 220*; sed figura mala quoad radicem.

In collibus argillosis; *Bagheria*, *Termini*, *Sutera*, *Campofranco*, *da Girgenti a Trapani*, *Caltanissetta*, *Priolo*, *Nicosia*, *Melazzo*, *Giuliana*, *Favare*, *Alicata*, *Capopassaro*, *Castrogiovanni a S. Giuliano*, ec.

Aprili, Majo. ♃

*Radix* squamis albidis tecta, fibras verticales emittens: *culmi* simplices, caespitosi, nodo uno aut altero instructi: foliorum *vaginae* exteriores aphyllae, ad culmorum basim imbricatae, breves, foliiferae, culmum arcte et longe involventes: *folia* glaucescentia, recta, aut varie curvata: *spatha* terminalis, solitaria, striata, virescens, ad margines albo-scariosa: *spicula* sub anthesi a spatha involuta, genitalibus ab apice spathae emergentibus, inde lateraliter exserta ac horizontalis: *pseudo-pericarpium* ciliis plus minus densis hirsutum: *semen* oblongum, liberum, 1-sulcatum.

Variat *spatha* simpliciter acuta, et plus minusque longe mucronata, integra vel apice bifida — Dum flores duo valvulae corollinae quatuor, dum tres valvulae numero sex observantur. Confer *Guss. pl. rar. p. 18*, et *Bertol. fl. ital. 1. p. 826.*

## AEGYLOPS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 1572—Juss. 30.*

*Spica* simplex. *Spiculae* polygamae, solitariae, in rachidis articulatae scrobiculis alterne insertae, arcte adpressae ac sessiles. *Cal.* rachide oppositus, 3-4-florus; flosculis lateralibus bermaphroditis, fertilibus; 2-valvis: *valvae* coriaceae, dorso convexae, ecarinatae, striatae, apice dentatae; dentibus subulatis, muticis aristatisque. *Cor.* inclusa, membranacea, 2-valvis: *valvula* exterior apice truncata, saepe 1-4-aristata. *Sem.* liberum. (*Herbae* annuae: *culmi* erecti aut adscendentes, saepe ramosi: *vaginae* foliorum superiorum spathaeformes: *aristae* rigidae, plus minus divaricatae, spiculis crassis approximatis longiores: *stigmata* plumosa, ad basim floris egredientia: *semina* illis *Tritici sativi* similia; ideoque perperam a botanicae imperitis pro illius typo spontaneo habitae hujus generis species.)

1. *A.* OVATA. *Lin. sp. pl. 1489—Ucria H. Pan. p. 424 — Presl fl. sic. pr. 1*, ac *Cyp. et Gram. sic. p. 47.*

A. spica brevi ovata, spiculis 3-4, suprema saepe sterili, valvis

calycinis scabris multistriatis 3-4 aristatis, aristis patulis apicem excedentibus.

Festuca altera, capitulis duris. *Cup. H. Cath. p. 73* — Aegylops. *Cast. H. Mess. p. 32.*

Ic. *Host. gram. austr. 2. t. 5—Lam. ill. gen. t. 839. f. 4 — Sibth. fl. gr. t. 93*—Aegylops *11. Matth. comm. 2. p. 547— Reich. cent. II. f. 1353 !*

In muris, in campis incultis sterilibus, et ad vias utique in Sicilia = et in *Saline, Panaria, Lipari, Pantellaria, Favignana, Maretimo.*

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* genu procumbentes, vel erecti, caespitosi, palmares vel semipedales: *folia* brevia, scabra, vaginis superiorum spathaeformibus, *spicas* sub anthesi includentes, quae demum exsertae: *spiculae* turgidae, 3-4 lin. longae: *aristae* maturae divaricatae.

Variat foliis valvisque calycinis glabris, vel piloso-hirsutia.

2. *A. triticoides. Requ. pl. exsicc.*, et *Bertol. fl. ital. 1. p. 788 ?*

A. spica cylindracea crassa, rachide dilatata ad margines valvisque calycinis hispida, spiculis 7-9, 4-5-floria, flosculis calycem striatum 2-3-aristatum excedentibus, ultimo mutico sterili, aristis calycinis et flosculorum inferiorum elongatis (sub 2-poll.) strictis adpressis.

Ic. *nulla.*

In argillosis, tam in campis, quam ad vias in herbosis; *Vicari, Cefalù, Caltanissetta, Capizzi, Cerami, sotto Ganci, Collesano, Girgenti.*

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* erecti vel adscendentes, pedales et ultra: *folia* glabra, striata, 2-3 lin. lata: *ligula* brevis, truncata, ciliata: *spicae* vagina foli superioris fere semper basi inclusae, aine aristis 1-1 1/2 pollicares, una cum illis 3-4-pollicares: *spiculae* sub anthesi compressae, demum turgidiusculae, arcte imbricatae, distichae; rachide flosculorum hispidula, flosculo tertio, et quarto (si 5) masculis; ultimo neutro mutico, vel brevissime aristato: *valvula corollina* exterior lata, concava, multinervosa, membranacea, albida, superne hirsutiuscula, apice 1-2-dentata, inter dentes longe aristata; et in flosculo hermaphrodito infimo 1-dentata, 2-aristata, arista altera parum breviore.

Habitus singularis *Tritico sativo* omnino similis, nec nulla cum *A. neglecta* affinitas. *Aristae* ac *valvae calycinae* aliquando nigro-fuscescentes.

3. *A. triuncialis. Lin. sp. pl. 1498.*

A. spica cylindracea gracili elongata superne attenuata, spiculis 5-7 approximatis, valvis calycinis muricatis 2-3-aristatis, aristis divaricato-patentibus, spicularum superiorum duplo longioribus.

A. triaristata. *Requ. pl. exsic.* et *Bertol. fl. ital 1. p. 788*, non *Willd.* — A. echinata. *Presl pr. fl. sic. 1*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 47 — Guss. pl. rar. p. 373.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1355 !*

In collibus aridis arenosis, et ad torrentium alveis in maritimis: *Finale, Barcellona, marina della Scaletta, di Mandanici ec.*

Majo, Junio. ☉

*Culmi* caespitosi, erecti vel adscendentes, palmares vel semipedales: *folia* brevia, scabra, demum involuta: *spica* longe exserta, vel folii superioris vagina elongata subinvoluta; aine aristis 1-2-pollicaris, cum illis 2-3-pollicaris, diametro 2-lineari: *valvae* calycinae 2-3-aristatae, arista intermedia brevissima: *valvula corollina* ex.

**terior tridentata**, dente unico vel duobus in aristam valvulam ipsam aequantem vel superantem producto.

Sententiae Cl. *Bertol.* et *Requ.*, qui hanc pro *A. triaristata Willd.* habent assentire nequeo, de quo ipse Cl. *Bertol. l. c.* dubitat; siquidem nec spica oblonga, nec alii characteres tam a *Willd.*, quam a *Reich.* in *fl. germ. excur. 1. p. 17*, et a *Kock in syn. p. 829*, huic speciei adscripti, nec icon *Reich. cent. II. f. 1354.* cum hanc nostra conveniunt, et *A. triaristatam* germanicam ad *A. neglectam Requ.* et *Bertol. l. c.* spectare potius censeo, uti jam dixi in *pl. rar. p. 321*—Denuo hic monere puto, quod *A. triuncialis* mea *l. c.* ad *A. triticoidem Requ.* certissime spectat ! !

## NARDUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 97—Juss. 33.*

*Spica* simplex. *Spiculae* secundae, solitariae, 1-florae, rachidis alterius lateris scrobiculis alterne immersae, et sessiles. *Cal.* nullus. *Cor.* 2 - valvis; *valvula* exterior subcoriacea, subulata, interiorem planam brevem membranaceam obtusam includens. *Styl.* 1. *Sem.* liberum. (*Herba* dense caespitosa, perennis: *culmi* erecti, graciles: *folia* juncea, tenuia, tamen rigida: *spiculae* graciles, acuminatae, saepe rubentes: *stigmata* filiformia, simplicia, puberula, ex apice floris emergentia. )

*N.* STRICTA. *Lin. sp. pl. 77 — Guss. supp. p. 13.*

N. foliis radicalibus caespitosis setaceis rigidis, spica recta gracili filiformi secunda, spiculis subulatis.

Ic. *Host. gram. austr. 2. t. 4—Leers herbor. t. 1. f. 7—Reich. cent. II. f. 1733*—Spartum nostras, parvum. *Lobel. ic. 90.*

In apricis montosis; *falde di Montesoro fra S. Fratello e Troina* (*Tineo*).

Majo, Junio. ♃

*Radix* caespitosa: *culmi* fere setacei, nudi, superne saepe vagina unica aphylla instructi, 3-4-pollicares: *folia* glaucescentia, canaliculata, ad oras villosiuscula: *spiculae* tenues, adpressae, 1-florae: *gluma* exterior violaceo-purpurea, in aristam brevem attenuata.

## PSILURUS.

*Trin. fund. agr. p. 93—Spr. s. veg. 1. p. 5. n. 42.*

*Spica* simplex. *Spiculae* solitariae, rarius geminae, 2-florae, in rachidis articulatae scrobiculis alternatim immersae, et sessiles. *Flos* inferior in qualibet spicula sessilis; superior pedicellatus, saepe sterilis. *Cal.* muticus, in spiculis lateralibus rachidi oppositus, 1-valvis; in spicula terminali 2 - valvis. *Cor.* exserta, 2 - valvis; *valvula* exterior ex apice, vel sub apice aristata. *Sem.* corolla corticatum. (*Herba* annua, gracilis: *culmi* simplices, erecti: *folia* convoluto-setacea: *spica* sicca varie curvata, et matura fragillima; *stigmata* plumosa, e basi floris egredientia. )

1. *P.* NARDOIDES. *Trin. l. c.—Spr. l. c.*

Nardus aristata. *Lin. sp. pl. 78—Biv. cent. 2. p. 37*—Rotboella monandra. *Cav. ic. rar. 1. p. 27—Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et Gram. sic. p. 51—Guss. pr. 1. p. 139.*

Ic. *Rich. cent. II. f. 1332—Cav. l. c. t. 39. f. 1* — Asprella nardiformis. *Host gram. austr. 4. p. 17. t. 29*—Gramen junceum, nodosum, minimum, capillare. *Barr. ic. 117. f. 1.*

In collibus aridis sterilibus, et in arenosis: *Palermo a Boccadifalco (Parlatore)*, *Giojosa*, *Fiume di Nisi*, *Catania*, *Torrenova*, *Olivieri* = et in *Saline*, *Panaria*, *Lipari*, *Vulcano*.
Aprili, Majo. ☉
*Culmi* solitarii vel caespitosi, palmares vel semipedales, ad nodos saepe rubentes; *folia* radicalia capillaria, brevia, glabra vel acabriuscula: *spica* gracilis uti culmi, longa, subulata, ad articulos scabra: *spiculae* tenues, rachide arcte adhaerentes; *valva calycina* acuta, trinervia: *valvulae corollinae* subaequilongae; exterior compresso-canaliculata; interior angustissima

## ROTBOELLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 1575—Juss. 31.*

*Spica* simplex: *spiculae* muticae, 1-florae, vel cum rudimento secundi floris, in rachidis articulatae scrobiculis alternatim insertae ac immersae, sessiles. *Cal.* cartilagineus, sub anthesi patens, corollam superans vel aequans; in spiculis lateralibus rachidi oppositus, 1-2-valvis; in terminali 2-valvis. *Cor.* membranacea, 2-valvis: *valvulae* subaequales, concavae. *Sem.* corolla corticatum. (*Herbae* annuae, aut perennes, glabrae: *caules* adscendentes, ramosi: *foliorum* superiorum vagina subspathacea: *spicae* saepius curvatae, ad nodos fragiles: *stigmata* plumosa, ad latera floris egredientia.)

* *Calyce in spiculis lateralibus 1-valvi.*

1. *R.* CYLINDRICA. *Willd. sp. pl. 1. p. 464.*
R. spica tereti subulata recta vel subincurva, calyce lanceolato acuminato adpresso unifloro sub anthesi patente, foliis superne sabria.
R. subulata. *Savi cent. p. 55—Guss. pr. 1. p. 139*— Ophiurus subulatus. *Link H. Ber. 1. p. 5* — et O. cylindricus *id. l. c. p. 171.* Lepturus subulatus. *Kunt. en. 1. p. 462* — Monerma subulata. *Presl fl. sic.* ac *Cyp. et gram. sic. p. 52.*
Ic. *Savi Giorn. pis. v. 4. f. 48* — Ophiurus subulatus. *Reich. cent. II. f. 1333* — Gramen loliaceum, junceum, majus. *Barr. ic. 5* — Gramen myurus, erectum, minimum, arundinaceum. *Bocc. mus. p. 70. t. 59.*
In arenosis maritimis, et secus vias praesertim in argillosis hyeme inundatis; *Palermo*, *Girgenti*, *Castelvetrano*, *Trapani*, *Carini*, *Capopassaro*, *Siracusa*, *Catania* = et in *Ustica*, *Felicuri*, *Lipari a S. Calogero*, *Marettimo*, *Favignana*, *Lampedusa*.
Majo, Junio. ☉
*Culmi* 2-8-pollicares, ut plurimum adscendentes: *folia* glabra, externe levia: *spicae* terminales et axillares, crassae, saepius rectae, 2-6-pollicares: *rachis* ad latera striata: *spiculae* valde approximatae: *valvae calycinae* spicularum lateralium subcanaliculatae, nervosae; *nervis* leviusculis. — Variat *spicis* crassioribus, vel elongatis, et tunc *R. stricta*, *Presl fl. sic. pr. p. 52*; quae species ab ipso auctore in *Cyp. et gram. sic.* fuit deleta.

** *Calyces omnes 2-valves.*

2. *R.* FASCICULATA. *Desf. atl. 1. p. 110—Guss. pr. 1. p. 140.*
R. spicis subteretibus crassiusculis rectis axillaribus 2-3-pedunculatis, spiculis distichis demum cruciato-oppositis, culmis decumbentibus adscendentibusque.

**Lodicularia fasciculata.** *Presl l. c. p. 52* — R. spathacea. *Ten. fl. nap. pr p. 11.*
Ic. *Desf. l. c. t. 36.*
In herbosis humidis inundatis, inter *Juncos; presso il fiume Giarretta da Paternò al mare (Presl), Siracusa presso il fiume Ciane, Spaccaforno.*
*Culmi* inter *Juncos* erecti, alioquin decumbentes in rosam expansi; floriferi apice assurgentes, 1-3-pedales: *folia* glabra, carinato-canaliculata, brevia, vaginis compressis: *spicae* 1-1/2-2-pollicares, glabrae, exsertae vel incluse pedunculatae, aliquando una cum culmis foliisque rubentes, ut plurimum rectae: *spiculae* 1-florae: *calyx* etiam in spiculis lateralibus 2-valvis; *valvae* acutae, tamen non parallelae ut in sequentibus, sed oppositae, altera externa, altera rachidis scrobiculo fere abscondita, parum longiore et apice magis attenuata—*Spicarum axis* in exsiccatione contorquetur, et *flores* qui in plantis vivis distichi, tunc quadrifariam dispositi videntur—Uti optime notat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 770.* cum *Spartina stricta* pessime associata a *Roem.* et *Schult.*, a *Reich.*, aliisque, a qua omnino diversa.

3. *R.* INCURVATA. *Lin. supp. 114—Guss. pr. 1. p. 140.*
R. spica crassa tereti subulata incurvata, calyce unifloro adpresso, foliis planis, culmo ramoso adscendente.
Ophiurus incurvatus. *Presl l. c. p. 51.*
Ic. *Host gram. austr. 1. t. 23—Cav. ic. 3. t. 213* —Lepturus incurvatus. *Reich. cent. 11. f. 1333!* — Gramen scorpioides, polygonatum. *Cup. H. Cath. p. 90*, et *Panph. 2. t. 51—Bon. t. 7.*
In arenosis, campis aridis maritimis, vel in lapidosis in Sicilia ⧋ et in arenosis maritimis; *Ustica, Saline, Panaria, Liscabianca, Lipari, Lampedusa, Lampione, Linosa, Favignana, Maretimo, Pantellaria.*
Aprili, Majo. ⊙
*Culmi* valde ramosi, una cum spicis 3-10-pollicares: *folia* angustissima, scabra, glabra: *spicae* axillares, et terminales incluse pedunculatae, sed saepe ita approximatae sunt, ut fasciculatae videntur, 1-3-pollicares: *spiculae* 1-florae: *valvae calycinae* nervosae, parallelae, ideoque utraeque rachide oppositae: *flosculi* alterius rudimentum in hac, et in sequente.

4. *R.* FILIFORMIS. *Roth cat. 2. p. 21*, et *Willd. sp. pl. 1. p. 404*, exclus. synon. *Mont.* et *Barrel—Jan elench. p. 2.*
R. spica subulata subcompressa tenui recta vel subincurva erecta, calyce unifloro sub anthesi patente, foliis glabris, culmo erecto vel adscendente ramoso, ligula brevissima.
R. erecta. *Savi bot. etr. 1. p. 26—Guss. pr. 1. p. 140* — Lepturus filiformis. *Reich. cent. 11. p. 1.*
Ic. *Savi Giorn. pis. t. 4. f. 5, 6—Reich. l. c. f. 1334!* — Gramen loliaceum, junceum, minus. *Barr. ic. 6.*
*b.* culmo humiliore, spicis magis compressis, gracilioribus.
Ophiurus compressus. *Presl l. c. p. 51?*
In arvis argillosis post messem, et in humidis maritimis; *Girgenti, Palermo;* varietas *b. fra Trabia e S. Croce (Presl), Trapani, Marsala.*
Aprili, Julio. ⊙
*Culmi* raro simplices, 3-pollicares, vel sesquipedales una cum spicis: *folia* fere praecedentis: *spicae* sat raro parum arcuatae, 2-7-pollicares: *calyx* 2-valvis; *valvae* acutae, ut in praecedente parallelae, versus apicem in margine albo-membranaceae: *corollae valvulae* subaequales, calyce paullo breviores.

A *R. filiformi Roth.* diversam una cum Cl. *Ten.*, quem confer in *Syll. p. 53*, putavi, sed collata icone *Reich.*, et ipsius specimine differre non vidi. — A *R incurvata*, cui magis affinis; *spica* recta, *culmo* altiore, foliorum *vaginis* non spathaeformibus et dilatatis, nec culmi genicula undique obtegentibus, et *nodis* purpurascentibus satis recedit—Varietas *b.* nonnisi *statura* minori, et *habitu* graciliore a specie parum aliena.

## LOLIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 126 — Juss. 31.*

*Spica* simplex (raro ramosa): *spiculae* 3-multiflorae, solitariae, in rachidis articulatae scrobiculis alternatim insertae, sessiles. *Cal.* in spicis lateralibus 1-valvis, rachido oppositus, in terminali 2-valvis. *Cor.* 2-valvis: *valvula* exterior major, mutica, vel sub apice aristata; arista non articulata. *Sem.* corolla corticatum. (*Herbae* annuae, aut perennes, glabrae: *culmi* simplices, erecti aut decumbentes: *spiculae* approximatae, latere angusto rachidem spectantes: *stigm.* plumosa, e basi floris egredientia.)

1. *L.* PERENNE. *Lin. sp. pl. 122—Ucria H. Pan. p. 65—Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 46—Guss. pr. 1. p. 150*, excl. var *b.*
L. spiculis lanceolatis compressis 3-multifloris calyce longioribus, flosculis muticis vel breviter aristatis, radice culmos fertiles et fasciculos foliorum sterilium agente.
L. complanatum. *Jan elench. p. 2*, non auctorum.
*a. vulgare*; culmis caespitosis adscendentibus, spica simplici.
Ic. *Host gram. austr. 1. t. 25—Lam. ill. gen. t. 48. f. 1 — Reich. cent. 11. f. 1346*—Gramen loliaceum, spica simplici, vulgare. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 2. f. 2.*
*b. cristatum. Pers. syn. 1. p. 110*: spica composita ex spiculis plurimis approximatis compressis distichis.
L. perenne compositum. *Schrad.*, et *aliorum* — Gramen loliaceum, humi accubans, polystachyon, seu spica ramosa. *Cup. H. Cath. p. 87.*
Ic. G. loliaceum, spica lata, ex plurimis spicis duplici versu dispositis constante. *Scheucz. agr. t. 2.*
*c. ramosum*; spica ramosa.
Ic. Gramen loliaceum, spica longiori ramosa, supinum. *Cup. panph. 2. t. 23—Bon. t. 3—Raf. t. 6. f. 3.*
In pratis, pascuis, ad vias, et ad margines agrorum — Varietas *b.* in submontosis. Varietas *c.* in cultis inter segetes in Sicilia = et var. *a.* in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Lampedusa*, ubi rarum: var. *c. Ustica.*
Majo, Junio. ♃
*Culmi* palmares, vel 1 1/2 pedales, caespitosi, erecti aut adscendentes: *folia* ad margines scabra, brevia, saturate virentia; *vaginis* subcompressis: *spica* 2-10-pollicaris, recta vel parum curvata: *spiculae* approximatae, vel remotiusculae: *valva* calycina exterior obtusa, mutica aut brevissime aristata, 5-nervia: *rachis* ad margines scabra.
Var. *b.* a reliquis in primis distinguitur, habitu sui proprio ob spicam brevem densam compressam et dilatatam, *Cynosurum durum* fere referentem.

2. *L.* MULTIFLORUM. *Lam. fl. fr. 3. p. 64—Pers. syn. 1. p. 110.*
L. spica simplici, spiculis lanceolatis compressis 7-13-floris calyce

suo longioribus, flosculis muticis, culmo levi, radice fasciculis foliorum sterilium destituta.

Ic. *nulla.*

*b.* flosculis superioribus in qualibet spicula aristatis, aristis corolla brevioribus.

Ic. *Reich. cent. II. f. 1345* — Gramen loliaceum, angustiore folio et spica, aristis donatum. *Vaill. bot. paris. t. 17. f. 3.*

*b. ramosum*, spica ramosa.

L. compositum. *Thuil. fl. paris. p. 62*—L. tumulentum *b. ramosum. Guss. pr. 1. p. 152.*

Inter segetes; *Palermo, Girgenti, Pianura di Catania*: var. *b.* prope *Palermo* rara = var. *a.* in *Ustica.*

Martio, Majo. ⊙

*Habitus* omnino praecedentis, cujus varietatem faciunt; sed *radice* annua, fasciculis foliorum sterilium destituta, et spiculis frequentius aristatis diversum. Confer quae monet Cl. *Link* in *H. Berol. 2. p. 175.*

3. *L.* TENUE. *Lin. sp. pl. 122* — *Ucria l. c.*

L. spica subulata culmoque simplici strictis, spiculis muticis teretiusculis rachide arcte adpressis 3-5-floris calycem subaequantibus, radice fasciculis foliorum sterilium destituta

L. perenne *b. tenue. Guss. pr. 1. p. 151*—*Bertol. fl. ital. 1. p. 737* — L. strictum. *Presl cyp. et gram. sic. p. 49*, ac *Guss. pr. l.c.* — Gramen angustifolium, loliaceum, spica multo minore, humile. *Cup. H. Cath. p. 87.*

Ic. *nulla.*

In pascuis submontosis, in collibus, ac etiam in arenosis maritimis: *Palermo, marina d' Itala, di Fiume di Nisi* in Sicilia = et in *Ustica, Alicuri, Felicuri, Saline.*

Aprili, Junio. ⊙

*Culmi* palmares, et pedales, raro caespitosi, graciles vel firmiusculi, leves: *spica* 2-5-pollicaris; *spiculis* saepe aetate rubentibus, et in rachide adpressis, ut in *Triticis*: *calycis* valva acutiuscula, 5-nervia: *valvula* corollina exterior in hoc magis punctato-scabra, quam in praecedentibus.

Spiculis teretiusculis (ideoque spica tereti), non compressis ac a rachide remotiusculis a praecedentibus cito dignoscitur; nec varietas est à loco orta; nam cum *L. perenne* simul provenit— *L. strictum*, *Presl* nune pro vero *L. tenui Lin.* habeo, nam diagnosis *Lin. spica mutica tereti*, cum hac planta exacte convenire, et a *L. perenni*, pro quo plurimi auctores habuerunt, omnino alienam esse videtur. De radice *Lin.* silet, et tantum *Willd. sp. pl. 1. p. 462.* perennem dicit—Ad *L. rigidum*, *Gaud.* refert hanc plantam Cl. *Kock* in *syn. fl. germ. p. 828*—Icones *Phoenix Matth. comm. 2. p. 371*, ac *Dalech. hist. 1. p. 416* a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 237*, sub *L. perenni b.* citatae, quod calycem conveniunt, sed habitu ab hoc nostro omnino alienae sunt.

4. *L.* ARVENSE. *Smith. brit. 1. p. 150* — *Guss. pr. 1. p. 152.*

L. spica erecta stricta, spiculis calycem aequantibus brevioribusque, flosculis muticis ellipticis turgidiusculis, culmo stricto superne scabro, radice annua.

Ic. *Host gram. austr. 3. t. 25* —*Reich. cent. II. f. 1337 ad 1339* — L. verum Gesneri. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 2. f. 1.*

In arvis, et inter segetes in Sicilia.

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* sequente graciliores, subcaespitosi; *valvae calycinae* angustio-

res *spiculas* breviores, et *semina* minora. *Aristae* in hoc vel nullae, vel brevissimae, ut in illo.

Cum praecedente aasociat Cl. *Bertol. l. c.* sub *L. perenne*, et nequidem varietatem putat; sed hoc ab utrisque distinguitur flosculorum structura; qui siquidem turgidiusculi, nec ut in illis compressi; duobus supremis vel unico in quavis spicula abortivis, ut in sequente, cujus habitum minorem potius diceres, quam praecedentium?

5. *L.* MAXIMUM. *Willd. sp. pl. 1. p. 462*, ex *Link H. Berol. 2. p. 174.*

L. spica culmoque superne scabro strictis, spiculis (majusculis) multifloris approximatis valva calycina acuta brevioribus. flosculis ellipsoideis turgidis arctis muticis vel ariata tenui brevissima terminatis, radice annua.

L. speciosum. *Guss. pr. 1. p. 151*, excl. syn. *Marsch.* et *R. S.* — *Link H. Berol. 1. p. 7* —L. robustum. *Reich. fl. germ. excurs. 1. p. 137.* in *add.*, ex specimine sicco.

Ic. L. decipiens. *Dum. agr. bel. p. 98 t. 2. f. 8* — L. robustum. *Reich. cent. 11. f. 1340!* — Lolium. *Dalech. hist. 1. p. 417* — *Matth. comm. 1. p. 372.*

Inter segetes; *Val di Mazzara* = et in *Alicuri*, *Saline*, *Lipari*, *Panaria*, *Basiluzzo*, *Maretimo*.

Aprili, Majo (•)

*Culmi* solitarii, aut caespitosi, 2-3-pedales, firmi, superne laves, vel scaberrimi: *folia* superne acabra, 3-4 lin. lata: *calyx* striatus, latus, levis: *spiculae* rachidi adpreasae, nunc duplo calyce breviores, nunc subaequales, omnino muticae vel breviter aristatae; *flosculis* crassiusculis, inferioribus in quavis spicula arctis ac fertilibus, 1-2 supremis remotiusculis sterilibus: *semina* magna.

L. *temulenti* var. *b.* secundum *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 761*, sed indicatis notis videtur certe differre.

6. *L.* TEMULENTUM. *Lin. sp. pl. 122—Presl l. c. p. 49— Guss. pr. 1. p. 152* excl. var. *b.*

L. spica culmoque superne scabro strictis, spiculis (majusculis) multifloris approximatis valva calycina acuta subbrevioribus, flosculis ellipsoideis turgidis arctis aristatis, arista valvam subduplo excedente, radice annua.

Gramen loliaceum, spica longiore. *Cup. H. Cath. p. 87*

Ic. *Host gram. austr. 1. t. 26* — *Lam. ill. gen. t. 48. f. 2—Reich. cent. 11. f. 1342 ad 1344—Leers herborn. t. 12. f. 2.*

Inter segetes, ubique in Sicilia = et in *Alicuri*, *Saline*, *Favignana*, *Levanzo*.

Aprili, Majo. (•)

Habitus et characteres omnino praecedentis, nec differt nisi aristis, valvulaque corollina exteriore apice minus membranacea.

## GAUDINIA.

*Paliss. agr. p. 95.*

*Spica* simplex, articulata: *spiculae* multiflorae, solitariae, in rachidis articulatae scrobiculis alternatim insertae. *Cal.* 4-11-florus, 2 valvis: *valvae* rachidi oppositae, inaequales, flosculis breviores, compresso-canaliculatae. *Cor.* 2 valvis; *valvula* exterior bifido-dentata, dorso supra medium aristata; arista geniculata, basi contorta. *Sem.* corolla corticatum. (*Herba* annua: *culmi* erecti, saepe sim-

plicea; *spica* gracilis, elongata; spiculis approximatis vel inferioribus remotis, demum compressis: *stigmata* plumosa, a basi floris egredientia.)

G. FRAGILIS. *Paliss. l. c.* — *Presl fl. sic. pr.* ac *Cyp. et gram. sic. p. 31.*

Avena fragilis. *Lin. sp. pl. 119—Guss. pr. 1. p. 131.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1367*—Avena fragilis. *Host gram. austr. 2. t. 54—Schreb. gram. t. 24. f. 3*—Gramen avenaceum, vimineale, humile, longissima spica, uno verso referta. *Cup. H. Cath. p. 92*, et *panph. 2. t. 185—Bon. t. 2—Raf. t. 2*—Gramen loliaceum, spurium, hirsutum, aristis geniculatis, minus, medium, sive vulgare maximum. *Barr. ic. 905.*

In campis, et inter segetes in Sicilia = et in *Ustica, Lipari, Saline, Favignana, Pantellaria.*

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* caespitosi. 1/2 1-1/2 pedalea: *folia* plana, angustate-linearia, una cum vaginis pilosa: *spica* terminalis, 3-8-pollicaris, exsiccatione fragilis: *spiculae* ex viridi-purpurascentes, 5-12-lineares, rachidi arcte adpressae: *valvae* calycinae valde inaequales, acutiusculae, margine anguste membranaceo-scariosae; *superior* obtusiuscula, latior, multinervosa, levis; *inferior* 3-4-plo brevior, acuta, enervia, ad carinam scabra: *valvula* corollina exterior margine late albo-scariosa, obsolete 5-7-nervia, aliquando apice integra; interior angustior, brevior, et omnino scariosa, ad apicem 2-3-denticulata, ad nervos ciliato-scabra: *flosculi* ob axim glabrum elongatum remotiusculi: spiculis pubescentibus variat.

## ELYMUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 128 — Juss. 31.*

*Spica* simplex: *spiculae* 2-multiflorae, parallelae, saepius tres in rachidis articulatae dentibus alternatim insertae, breviter pedicellatae. *Cal.* cujusque spiculae 2-valvis; *valvae* anguste lineares, in aristam attenuatae, ante flosculos positae, involucrum 4-6-phyllum referentes. *Cor.* 2-valvis: *valvula* exterior major, acuminata. *Sem.* corolla corticatum. (*Herba* perennis: *culmi* erecti, simplices: *folia* elongata, lato-linearia: *spicae* densiflorae, hordeiformes: *stigmata* plumosa, a basi floris egredientia.)

1. E. EUROPAEUS. *Lin. mant. 35* — *Guss. pr. 1. p. 141.*

E. spica erecta, spiculis ternis 1-2-floris, calycibus flosculos subaequantibus lineari lanceolatis angustissimis et corollina valvula exteriore aristata scabris, foliis planis glabris, vaginis pilosis.

Hordeum europaeum. *Link H. Berol. 2. p. 180.*

Ic. *Host gram. austr. 1. t. 28—Reich. cent. 11. f. 1359*—Gramen hordaceum, montanum, spica strigosiore, brevius ariatata. *Scheuch. agr. t. 1.*

In sylvis montosis; *Ficuzza*, *S. Maria del Bosco*, *Madonie*, *boschi di Caronia*, *dell' Etna*, ec.

Majo, Junio. ♃

*Radices* repentes, tamen in Sicilia graciles, non robustae (*Bertol. Host*): *culmi* erecti, glabri, saepius solitarii, 2-3-pedales: *folia* laete virentia, 3-4 lin. lata, flaccida: *spica* glabra, virens, 2-3-pollicaris: *spiculae* approximatae: *valvae calycinae* 5-7-lineares, striatae: *corollae* valvula exterior hispidula-scabra, arista sua, et calyce multo brevior.—Excludatur in *pr. fl. sic. 1. p. 141*, syn. *Cup.* ac *Bon.*, pro quibus confer *Triticum caninum*.

## HORDEUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 129 — Juss. 32.*

*Spica* simplex: *spiculae* tres, parallelae, uniflorae, in rachidia articulatae dentibus alternatim insertae; intermedis hermaphrodita, sessili; lateralibus masculis vel neutris, breviter pedicellatis. *Cal.* cujusque spiculae 2-valvis; *valvae* involucriformes (ut in *Elymo*), anguste lineares vel semilanceolatae, attenuato-aristatae. *Cor.* 2-valvis; *valvula* exterior major, in flosculis lateralibus mutica aut aristata, in intermedio aristata. *Flosculi* omnes basi interiore aristis rigidulis angustissima subulata instructi. *Sem.* corolla corticatum. (*Herbae* annuae, aut perennes: *culmi* erecti, simplices aut ramosi, in speciebus annuis basi infracti, vel superne refracti, et in istis folii superioris vagina spathaeformis: *spicae* densiflorae, rachide utrinque marginata, saepius demum fragili: *stigmata* plumosa, versus basim floris egredientis).

1. *H. bulbosum. Lin. sp. pl. 125, ex herb.* — *Presl fl. sic. pr.* ac *cyp. et gram. sic. p. 30* — *Guss. pr. 1. p. 142.*
   H. flosculis lateralibus masculis muticis, spica longissima exserta, valvis calycinis omnibus setaceis scabris, radice tuberosa.
   H. strictum. *Desf. atl. 1. p. 113* — *Biv. cent. 2. p. 31* — H. nodosum. *Ucria H. Pan. p. 64*, non *Lin.*
   Ic. *Def. l. c. t. 37* — *Sibth. fl. gr. t. 98* — *Host gram. austr. 4. t. 13* — *Reich. cent. II. f. 1363* — Gramen hordesceum, leptocaulos (sic), praealtum, macrostenostachyon. *Cup. H. Cath. p. 89*, et *panph. 1. t. 114* — Gramen secalinum, bulbosa radice, seu ex Aleppo. *Barr. ic. 112. f. 2.*
   Secus vias, et in collibus aridis herbidisque in Sicilia.
   Majo, Junio. ♃
   *Radicis* tubera ovoidea vel globosa, coacervata, saepe alterum altero impositum, vel in rhizomate horizontale diaposita, vaginis squamaeformibus tecta: *culmi* erecti vel adscendentes, 1-4-pedales, simplices, ad apicem nudi: *folia* angusta, superne scabra, mollia, ac una cum vaginis glabra: *spica* compressa, 2-4-pollicaris, glabra, arefactione fragilis: *valvae* calycinae lineari-angustissimae, flosculis excedentea, una cum aristis corollinis scabrae, et saepius maturae purpurascentes; duae exteriores flosculorum lateralium longiores: *corollae* valvula exterior levis, in flosculis masculis acuta.
   H. Sieberianum. *Bess.* in *Schult. s. veg. mant. 2. p. 662.* huc spectat. Confer quoque *Schult. l. c. mant. 1. p. 436*—*Flores* lateralea certe masculi, non neutri, ut in descriptione *Linnaei.*

2. *H. nodosum. Lin. sp. pl. 126.*
   H. flosculis lateralibus masculis vel obliteratis breviter aristatis, valvis calycinis omnibus setaceis scabris, apics longissime exserta, radice perenni fibrosa.
   H. pratense. *Huds.* et *Smith brit. 1. p. 156!* — *Guss. pr. 1. pr. 142.*
   Ic. H. secalinum. *Host gram. austr. 1. p. 26. t. 33* — *Reich. cent. II. f. 1363.*
   In pascuis herbidis montosis, nunquam in demissis; *Mistretta*, *Caronia.*
   Majo, Junio. ♃
   *Radices* tenues, fibrosae, sed certe perennantes: *culmi* graciles, elongati, superne nudi, 2-3-pedales, simplicissimi: *folia* brevia, glabra; *vaginis* inferioribus pilosis, superioribus non spathaeformibus: *spicae* intense virentes, praecedentis graciliores, aristis

brevioribus ; 1-3-pollicares , demum fragilissimae: *flosculi* laterales ut plurimum obliterati : *valvula* corollina exterior flosculi intermedii levis, aristata ; arista calycem excedente.

*H. secalinum* spica complanata disticha, flosculis lateralibus neutris unipalcatis. *Dumort. agr. belg. p. 93. t. 4. f. 3.*, quoad spiculas omnino hoc videtur, sed radix dicitur annua.

3. *H. murinum. Lin. sp. pl. 126 — Ucria l. c. p. 61 — Presl l. c. p. 50 — Guss. pr. 1. p. 143.*

H. flosculis lateralibus masculis neutrisque, omnibus aequaliter aristatis, valvis calycinis flosculorum lateralium setaceis scabris, intermedii lineari lanceolatis ciliatis, radice annua.

Gramen hordaceum minus , et vulgare. *Cup. H. Cath. p. 89.*

Ic. *Host gram. austr. 1. t.32—Reich. cent. 11. f. 156* — Gramen secalinum, vulgatissimum , viarum. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 6. f. 4.*

Ad vias , ad muros , in ruderatis , et etiam in arenosis maritimis in Sicilia — et in *Ustica , Isole Eolie , Maretimo , Favignana, Levanzo , Pantellaria , Lampedusa ,* ubi vero satis rarum.

Aprili , Majo. ⊙

*Culmi* adscendentes , basi plerumque ramosi : *folia* pilosiuscula , brevia , supremum brevissimum , vagina spathaeformi spicam basi involvente ; *spica* crassa, aristis raro purpurascentibus, 1-3.pollicaris: *flosculi* duo laterales intermedio duplo fere majores ( non minores *Smith* ) , et in istis calycis valva interior lineari-lanceolata margine tantum interiore ciliata , in flosculo intermedio vero valvae ambae utrinque ciliatae ; *corollae* valvula exterior glabra , levis , longe aristata ; arista uti calyce scabra , illos longe excedente: *rachis* ad margines ciliata , ad dentes nitide purpureo-maculata.

4. *H. secalinum. Pers. syn. 1. p. 108 — Guss. pr. 1. p. 143.*

H. flosculis glabris , lateralibus neutris breviter aristatis tenue pedicellatis , eorum valva calycina interna basi semilanceolata margine scariosa, aliis omnibus tenue setaceis scabris , spicarum rachide fragili , radice annua.

Ic. *Guss. pl. rar. t. 11* — Gramen hordaceum, minimum, exilissimum. *Cup. panph. 2. t. 137*— G. hordaceum, minimum. *Barr. ic. 111 ?*

In inundatis maritimis herbidis , vel arenosis ; *Palermo a Mondello, da Girgenti a Spaccaforno , Siracusa* = et in *Alicuri* sed ibi rarum.

Aprili , Majo. ⊙

Quibus aliis characteribus haec species differat ab *H. pratensi*, cum quo saepius confusa ; et pro reliquis synonymis harum specierum, confer quae dixi in *pl. rar. p. 57, 59*, sed phrasis ibi corrigenda.

5. *H. maritimum. Smith brith. 1. p. 156? —Biv. cent. 2.p.30— Guss. pr. 1. p. 144.*

H. flosculis glabris, lateralibus masculis breviter aristatis crasse pedicellatis , valvis calycinis omnibus scabris , interna flosculorum lateralium semilanceolata , reliquis setaceis crassis , corollina valvula exteriore majore flosculi hermaphroditi subnervia glabra spicarum rachide tenaci , striis foliorum glabris , radice annua.

Ic. *Host gram. austr. l. t. 34 — Fl. dan. 1632 — Reich. cent. 11. f. 1364* — Gramen hordaceum , pumilum. *Cup. H. Cath. p. 89*, et *panph. 2. t. 82.*

*b. pubescens ;* valvula corollina exteriore pubescente, apice subtrinervia , striis foliorum pubescentibus.

H. maritimum. *Sebast.* et *Mauri fl. rom. pr. p. 65*—et *Dec. fl. fr. 3. p. 94.* ex descriptione , sed radices in nostro non perennes — H. pubescens. *Guss. pr. 1. p. 144.*

In herbosis, et arenosis inundatis maritimis, ac prope *Caltanissetta a Terrapilata, Nicosia presso il Gurgo*: var. *b. Palermo a Mondello.*

Aprili, Majo. ⊙

*Species* praecedenti proxima, et cum ipsa confusa a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 782*, sed in illa spicae tenuiores, aristae longiores, magis virentes; *valvae calycinae* vix canaliculatae, et illaa flosculi hermaphroditi plerumque duplo reliquis breviores, magis approximatae: in hac *valvae calycinae* omnes subaequales, basi fere incrassatae, canaliculatae, in fructu patenti-divaricatae; *spicae* breviores et crassiores; *flosculi laterales* sat raro fertiles, nec fere obliterati, et *valvae calycinae* lanceolatae, nec ut in illo angustissimae: in utrisque rachis utrinque pubescens.

Specimina *H. maritimi* a Cl. *Wodd* ex Anglia communicata cum praecedente fere ex asse quadrant. An illud verum *H. maritimum Lin.*, et hoc ad *H. rigidum* Roth. trahendum, quod forsan male eum ipso fuit associatum?

## SECALE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 127—Juss. 52.*

*Spica* simplex: *spiculae* solitariae, in rachidis articulatae dentibus alternatim insertae, sessiles, 2-florae; flosculis parallelis, cum rudimento tertii flosculi pedicellato. *Cal.* 2-valvis: *valvae* anguste lanceolato-lineares, flosculis breviores. *Cor.* 2-valvis; *valvula* exterior compresso-carinata, ad carinam pectinato-ciliata, acuminata, vel ad apicem longe aristata. *Sem.* liberum. ( *Herba* perennis: *culmi* erecti, elati: *spica* densiflora, demum fragilis: *spiculae* latere plano rachidem spectantes, ad illam arcte adpressae: *stigmata* plumosa, a basi flosculi egredientia. )

1. *S. montanum. Guss. ind. sem. H. R.* in *Bocc. an. 1825*, et *pr.1. p. 145.*

S. spica subuntante compressa, rachide fragili ad oras pilosa, calycinis valvis anguste linearibus acutis vel apice attenuato-aristatis, radice fibrosa perenni.

Ic. *nulla.*

In glareosis, sylvaticis, et in dumetis montosis; *Pizzuta*, *Busambra*, *Etna*, *Madonie*, *Mistretta*.

Junio, Julio. ♃

*Culmi* erecti, 2-3-pedales, foliosi, glabri: *folia* virentia, 1-3 lin. lata, superne scabra, flaccida: *ligula* brevissima, truncata: *spica* 2-4-pollicaris, spiculis distichis approximatis: *calycis valvae* margine scabrae, carinatae, attenuato-acuminatae, nunquam longe aristatae, margine albo-membranaceae: *corollina* valvula exterior trinervia, carina serrulato-ciliata, arista sua aequalia; interior carina etiam serrato-ciliata, virescens, margine late membranacea, albida, apice integra—Habitus *S. cerealis*, et *S. sylvestris Host*. Differt a *S. cereali*, *radice* perenni, et *spica* per articulos dissiliente; *rachide* ad oras piloss, non tantum sub flosculorum insertione. A *S. fragile Marsch.* et *S. sylvestre Host*, *calycibus* brevissime non longe aristatis, carina tantum ciliato-scabris; *flosculis* brevioribus; *culmo* undique glabro, non apice pilis brevissimis obsito.

## TRITICUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 130 — Juss. 32.*

*Spica* simplex; *spiculae* 3-multiflorae, solitariae, in rachidis articulatae scrobiculis alternatim insertae, sessiles, facie latiore rachidem spectantes. *Cal.* 2-valvis: *valvae* carinatae, acutae, vel aristatae, flore proximo breviores. *Cor.* 2-valvis: *valvula* exterior mutica, vel apice aristata; interior minor, 2-dentata; nervis ciliatis vel scabris. *Sem.* liberum. ( *Herbae* annuae, aut perennes: *culmi* erecti; *spica* plus minus elongata, spiculis saepius compressis, inter se approximatis vel remotiusculis, rachidi adpressis: *stigmata* plumosa, a basi floris egredientia.)

1. *T. villosum.* *Palis* in *R. et S. syst. veg.* 2. *p.* 768— *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p.* 48.

T. spica longe aristata compressa, spiculis sub 4-floris, calycinis valvis truncato-cuneatis ad costas rachidem dentesque fasciculato-pilosis, foliis pubescentibus, culmo erecto.

Secale villosum. *Lin. sp. pl.* 124—*Guss. pr.* 1. *p.* 146.

Ic. *Reich. cent.* 11. *f.* 1399—Secale villosum. *Host gram. austr.* 2. *t.* 48—*Sibth. fl. gr.t.*97—Gramen hordaceum, montanum, sive majus. *Cup. H. Cath. p.* 89, et *panph.* 2. *t.* 121.

*b. multiflorum*; spiculis 5-floris, floribus duobus inferioribus fertilibus, reliquis in rachide filiformi glabra elongata alterne insertis sterilibus, tertio brevius aristato, duobus ultimis muticis.

In collibus aridis, ad vias, et in campis ubique: var. *b.* in collibus Siciliae meridionalis; *S. Croce*, *Camiso*, *Modica*.

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* erecti, aut adscendentes, 1-3-1/2 pedales: *folia* brevia, 1-3 lin. lata: *spica* absque aristis 1-2-pollicaris, virescens, demum nigropurpurascens, erecta, fragilis: *spiculae* compressae, imbricatae: *valvae calycinae* (absque aristis) flosculis breviores, longe aristatae: *valvula corollina* exterior compresso-canaliculata, superne 5-nervia, et ad carinam pilorum fasciculis stipata; in flosculis inferioribus cartilaginea et longe aristata, tenue tuberculato-scabra; in reliquis (qui saepius steriles, vel masculi) tenue membranacea, et breviter aristata; arista saepe obliterata. Varietas *b,* praeter characteres datos recedit a specie, spica longiore, 2-pollicari; aristis validioribus; pilis in calyce longioribus: *aristae* in utrisque demum divergentes.

2. *T. panormitanum.* *Bertol. fl. ital.* 4. *p.* 780.

T. spica recta, spiculis subimbricatis sub-5-floris oblongo-linearibus demum compressiusculis, calycibus acuminatis 7-9-nerviis sulcatisque spicula subbrevioribus, corollina valvula exteriore apice aristata, arista flosculis longiore, foliis planis demum involutis superne scabris, radice fibrosa.

Agropyrum panormitanum. *Parlat. pl. rar. sic. fas.* 2. *p.* 20.

Ic. *Parlat. fl. pan. ined. t.* 8.

In sylvaticis montosis calcareis; *Busambra ad Amorosa, Monti della Piana*: *alla Moarta*, *ed a Monte Cuccio* (*Parlat.*)

Majo, Junio. ♃

*Radix* fibrosa, pubescens, albida: *culmi* erecti vel adscendentes, teretes, striati, glabri, toti tecti: *folia* linearia 2-2-1/2 lin. lata, striata, scabra, acuminata, elongata, arefactione involuta: *vaginae* striatae, glabrae, inferiores arctae, suprema subventricosa,

spicae basim vel dimidiam ejus partem includens; *vaginae* superiores internodio longiores: *ligula* brevissima, truncata, vel subnulla: *spica* terminalis, a tribus pollicibus ad semipedem usque longa, recta, 5-9 spiculas gerens: *rachis* angulata, scaberrima, articulato-dentata, articulis alterne ad excipiendas spiculas concaviusculis: *spiculae* sub-5-florae, grandes, innuptae teretiusculae, dein subcompressae, sessiles, alternae, subimbricatae, longe aristatae: *valvas calycinae* cartilagineae, subaequales, flosculos sine aristis longitudine aequantes, lanceolatae, acuminatae, vel apice brevissime aristatae, 7-9 nerviae, nervis validis sursum scaberrimis, infra nervos profonde sulcatae: *stipitulus* communis scaber: *valva* corollina externa coriacea, lanceolata, apice acuminata, aristata; arista recta, scabra, flosculis longiore, 5-nervia; nervis viridibus scabris, apicem versus magis conspicuis, valva interior brevior, obtusa, apice subbidentata, utrinque ad marginem inflexum nervo viridi ciliato, ciliis sursum versis, instructa: *nectarii* squamulae obtusae, ciliatae. ( *Parlat. l. c.* )

3. *T. caninum. Lin. sp. pl. ed. 1. p. 86—Guss. pr. 1. p. 146*, excluso a locis natalibus *Busambra*.

T. spica demum subnutante, spiculis sub-linearibus sub-5-floris remotiusculis turgidulis, calycibus brevissime aristatis 3-5-nerviis margine ad apicem scariosis, valvula corollina apice aristata, arista flosculis longiore, foliis superne et ad margines scabris demum involutis, radice fibrosa.

Elymus caninus. *Lin. sp. pl. 124—Ucria H. Pan. p. 65*—Agropyrum caninum. *R. S. s. veg. 2. p. 756—Reich. cent. II. p. 1*—Brachypodium serratum. *Tin.* ex specimine sicco—Gramen loliaceum, nemorense, percrassum, latifolium, glaucum, thyrsoides. *Cup. H. Cath. p. 90.*

Ic. *Reich l. c. t. 1381 — Host gram. austr. 2. t. 25* — Gramen caninum, aristatum, radice non repente. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 1. f. 2*— Gramen loliaceum, nemorense, thyrsodides. *Cup. panph. 2. t. 238* —G. hordaceum, nemorense, thyrsoide spica. *Bon. t. 51.*

In sylvaticis montosis; *Bosco di Caronia e di Mistretta*; *bosco della Cirasia presso Mistretta* ( *Tineo* ); *Madonie nel bosco di Castellobuono* ( *Parlat.* )

Majo, Junio. ♃

Praecedenti simillimum, a quo tantum discriminatur praeter characteres notatos, spiculis gracilioribus, magis teretibus, valvis calycinis angustioribus. Synonyma *Cup.* et *Bon.* ad *Elymum europaeum* a me in *pr. 1. p. 141.* relata, observante Cl. *Bertol.* in *fl. ital. p. 807* ad hanc spectant.

4. *T. scirpeum. Guss. pr. 1. p. 148—Link H. Berol. 2. p. 186—Bertol. fl. ital. p. 801.*

T. spica erecta elongata, spiculis remotis lanceolato-ovalibus 5-7-floris muticis, valvis calycinis multinerviis truncatis, valvula corollina exteriore obtusa 9-nervia, nervis lateralibus per paria approximatis!, foliis omnibus demum involutis, radice subrepente.

Agropyrum scirpeum. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 49* —T. junceum. *Smith?* ex specimine *Sieberiano.*

Ic. *nulla.*

In humidis, et in argillosis salsis; *Palermo a Mondello, Termini, Serra di Falco; Catania ( Cosentini )*, ≡ et in *Marettimo.*

Majo, Junio. ♃

*Radix* fibrosa, vix repens: *culmi* 1-1/2 2-pedales, saepe plures ex eadem radice, non fragiles: *folia* apice attenuato-acuminata, vix

lin. lata, superne scabra ac striata: *ligula* brevissima, truncata, plerumque, uti nodi caulini, nigrescens: *spica* 4-9-pollicaris, ad articulos vix fragilia; *rachide* ad margines serrulato-scabra: *spiculae* adpressae, virentes, cylindraceae, inde compressae, 4-6 lin. longae: *valvae calycinae* flosculis duplo breviores: *valvula corollina* exterior canaliculato-concava, punctato-scabra, nervo carinali solitario, quatuor lateralibus parum praminulis per paria approximatis, quo charactere ab aliis facile dignoscitur: *planta* undique glaberrima, laete virens, non glaucescens: *habitus T. repentis a.* —*Folia* in hoc, ut in antecedente, superne striata, sed glabra, et culmi farcti.

Cl. *Viviani in app. alt. ad Fl. Corsic. p. 5, T. farctum* suum cum hac specie associat, et denuo a *T. junceo* distingnit; sed in *T. scirpeo* spiculae illas *T. repentis* aemulantur, et non sunt *ita in rachide excavata receptae et appositae ut connatae videantur,* sicut Cl. *Viv.* describit. *Spicam* subcontinuam dixi, quia spiculae inter se parum remotae sunt.

5. *T. REPENS. Lin. sp. pl. 128—Biv. cent. 2. p. 71 — Guss. pr. 1. p. 147.*

T. spica erecta, spiculis compressis remotiusculis 6-7-floris cuneato-ovatis. calycinis valvis 5-7-nerviis et corollina valvula exteriore apice acuto-mucronata aristatisque, foliis planis superne scabris, culmo fistuloso, radice late repente.

Agropyrum repens. *Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et Gram. sic. p. 48*— Gramen caninum, arvense. *Cast. H. Mess. p. 38.*

*a. imbricatum. Guss. pr. sup. p. 54*—Spiculis confertis ut plurimum imbricatis, spiculis obtusiusculis muticis. foliis virentibus.

T. repens *b. Guss. pr. 1. p. 147*—Agropyrum repens imbricatum. *R. S. s. veg. 2. p. 755.*

Ic. *Schreb. gram. t. 26?* Agropyrum repens, arvense. *Reich. cent. II. f. 1384.*

*b. subulatum. Guss. supp. l. c.* — Spiculis subconfertis subimbricatis, valvis calycinis subulatis, valvula corollina exteriore brevissime mucronata calyce longiore.

T. repens. *a. Guss. pr. l. c.*—Agropyrum repens. *R. S. s. veg. l. c.*
Ic. *Host gram. austr. 2. t. 21*—Agropyrum repens subulatum. *Reich. cent. II. f. 1385*—Gramen caninum, vulgatius. *Moris. hist. 3. f. 8. t. 1. f. 8.*

*c. dumetorum*—Spiculis muticis oblongis latis imbricatis 7-15-floris breviter aristato-mucronatis.

T. pungens. *Guss. pr. 1. p. 147.* excl. syn.?— T. pugens eo. *Guss. supp. p. 54.*

Ic. Agropyrum repens dumetorum. *Reich. cent. II. f. 1386.*

*d. Leersianum. Guss. supp. l. c.*—Spica simplici vel basi ramosa continua pedali et ultra, spiculis oblongis latis imbricatis 7-15-floris, infimis saepe geminis ternisque, calycibus acuminatis carina scabris, valvula corollina exteriore aristata, arista illam superante, rachide levi, foliis glaucescentibus profunde striatis.

Ic. Elymus europaeus. *Leers herbor. f. 46. t. 12. f. 4.*

In campis maritimis, ad sepes, ad agrorum margines in campis arenosis ubique in Sicilia = et in *Favignana* var. *c. alle Acque dolci presso S. Agata*; var. *d. Catania* (*Cosentini*).

Majo, Junio. ♃

Species pro locorum natura admodum polymorpha, tamen *radices* semper longe et late repentes: *folia* fera semper glaucescentia: *culmi* erecti: *spiculae* glabrae. — De varietate *d.* loquitur Cl. Savi

in *bot. etr. 1. p.94*, cujus descriptio in *fl. pis. 1. p. 149* optima; quae varietas ob indicatos characteres forsan potiori jure tanquam species propria habenda erit. *Spiculae* in omnibus enumeratis varietatibus glabrae.

6. *T.* ELONGATUM. *Host gram. austr. 2. p. 181?—Guss. pr. sup. p. 55.*
T. spica crecta elongata, spiculis lanceolatis 6-10-floris muticis remotiusculis, valvis calycinis sub 7-nerviis ad apicem carinatis retusis truncatisve, corollae valvula exteriore levi obtusa, rachide glabra margine subscabra, foliis planis supra striatis scabriusculis, radice fibrosa.
Ic. *Host l. c. t. 23?*
In arenosis maritimis; *Catania ( Cosentini ).*
Junio, Julio. ♃
*Radix* certe fibrosa, caespitosa, non repens: *culmi* 2-4-pedales, firmi, glabri, striati, scabriusculi: *folia* viridi-glaucescentia, plana, 2-4 lin. lata, arefactione solummodo involuta, superne exquisite nervosa, scabra: *spica* 7-12-pollicaris; spiculis sub anthesi cylindraceis, demum compressis, oblongis, internodium superantibus, 3-4 lin. latis, 6-12 lin. longis, virentibus, glabris: *valvae* calycinae exquisite nervosae, scabrae. flosculis laxiusculis 3-4-plo breviores: *valvula* corollina exterior 5-nervis, punctato-scabra. — Differt tantum a descriptione *Hostii* rachide ad margines scabra.

7. *T.* JUNCEUM. *Lin. sp. pl. 128*, excl. syn — *Guss. pr. 1. p. 147.*
T. spica erecta elongata, spiculis 4-8-floris oblongis remotiusculis muticis, valvis calycinis sub-9-nerviis spicula brevioribus et valvula corollina exteriore oblongo-linearibus obtusis, rachide glabra levissima, foliis culmeis planis, fasciculorum involutis, culmo farcto stricto, radice repenta.
Agropyrum junceum. *Presl l. c.* —Gramen tritici spica muticae simili, angustifolium. *Cup. H. Cath. p. 87.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 99 — Host gram. austr. 3. t. 53—Reich. cent. 11. f. 1394.*—T. farctum, *Viv. fl. it. fragm. 1. t. 26. f. 1.*
*b.* vaginis foliorum velutinis striatisque.
Ic. *nulla.*
In arenosis maritimis in Sicilia = et in *Stromboli.* Varietas *b. Palermo all' Abate, Altavilla.*
Junio, Julio. ♃
*Culmi* 2-3-pedales, caespitosi: *folia* radicalia numerosa, glaucescentia, acuminata, superne striata ac brevissime pubescentia, inferne glabra: *spica* 4-12 pollicaris, demum fragilis, quod non in reliquis: *spiculae* 6-12 lin. longae, glabrae, rachide adpressissimae, vix 3 lin. latae: *valvae calycinae* cartilagineae, canaliculatae, multistriatae: *valvula corollina* exterior in siculis plantis fere semper retusa cum mucronulo, versus apicem obsolete 3-5 nervia.

8. *T.* HISPANICUM. *Lin. sp. pl. edit. Reichardii 1.p.240—Willd. sp. pl. 1. p. 479—Biv. cent. 2. p. 71—Guss. pr. 1. d. 149.*
T. spica erecta stricta secunda, spiculis ovatis (parvis) glabris remotiusculis 5-9-floris, calyce flosculis breviore, valvis subaequalibus muticis acutis, valvula corollina exteriore aristata, arista valvulam aequante; foliis anguste linearibus glabris, demum involuto-filiformibus, culmo simplici gracili erecto.
T. festucoides. *Bertol. fl. ital.1.p.808*—Agropyrum hispanicum. *Presl l. c. p. 49.* —Brachypodium festucoides, *Link H. Berol. 2. p. 193* —T. tenuiculum. *Loisel. not. p. 27.*
Ic. *Viv. fl. ital. fragm. 1. t. 25. f. 2.*
In collibus arenosis; *Monte rosso ( Filipp. ) Itala, Nicolosi.*
Aprili, Majo. ☉

*Culmi* 3-6-pollicares, solitarii vel caespitosi: *folia* virantia; radicalia numerosa, striata; *caulina* parum latiora: *spica* 2-3 pollicaris, saepe folii supremi vagina sub anthesi involuta; spiculae turgidiusculae, vix 1 1/2 lin. longae: *valvae calycinae* oblongae, carinatae, trinerviae: *valvula* corollina exterior acumine in aristam producto, non sub apice aristata; interior paullo brevior, ad nervos minute ciliata, apice bidentata, ideoque ad *Brachypodia* referri nequit, et potius *Festucis* proximum.

---

+ 9. *T. strictum. Presl l. c. p. 48.—Guss. pr. 1. p. 130.*
T. panicula spicata oblonga, locustis distichis imbricatis bifloris, paleis scrina hispidis, culmo erecto stricto, radice fibross annua.
In acervis arenae vulcanicae; *Etna*.
Augusto. ☉ ( *Presl* )

## CATAPODIUM.

*Link H. Berol. 1. p. 44. n. 20.*

*Spica* simplex, vel basi ramosa; rachida altera facie nuda, altera alterne excisa, ibique spiculas latere suo angusto rachidem spectantes breviter pedunculatas, ac cum pedunculo articulatas secundas muticas gerente. *Cal.* 2-valvis; *valvae* inaequales, carinato-concavae, flosculo proximo breviores; inferior minor. *Cor.* 2-valvis: *valvula* exterior concava, ad apicem carinata; interior obsolete 2-dentata, ad nervos tenue ciliata. *Sem.* corolla inclusum. ( *Herbae* annuae, glabrae: *culmi* humiles: *spiculae* compressae: *flosculi* arcte approximati: *stigmata* plumosa a basi flosculi egredientia. *Genus* a precedente, habitu! et spicularum situ; a sequenta eodem charactere et valvula corollina interiore 2-dentata; denique a *Sclerocloa* valvula corollina exteriore apice carinata distinguitur ).

1. *C. loliaceum. Link l. c.*
C. spica rigida simplici vel basi ramosa, spiculis lineari-lanceolatis 5-9-floris rachide arctissime adpressis approximatis, foliis angusta linearibus demum involutis, culmo decumbente ramoso.
Triticum loliaceum. *Smith fl. britt. 1. p. 139—Guss. pr. 1. p. 149* — T. Rotbolla. *Dec. fl. fr. 3. p. 86*—Brachypodium loliaceum. *Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 41*—Gramen loliaceum, maritimum, minimum. *Tourn. herb* in *Mus. H. Paris*, et *inst. p. 517.*
Ic. *Reich. cent. 11. f. 1372*— T. unilaterale. *Host gram. austr. 3. p. 21. t. 27—Viv. fl. ital. fragm. 1. t. 23*, excl. syn. — Gramen paniceum, marinum, spica loliacea. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 1. f. 6.*
In herbosis, in ruderatis, vel arenosis maritimis in Sicilia = at in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria.*
Aprili, Majo. ☉
*Culmi* 2-5-pollicares, caespitosi, raro simplices: *folia* 1 2 poll. longa, vix lin. lata: *spica* 1-3-pollicaris, plerumque basi ramosa; *spicis* secundariis etiam unilateralibus: *spiculae* lin. latae, 2-3 lin. longae, virentes, jam maturae pallidiores: *valvae calycinae* 3-nerviae: *corollina valvula* exterior ad margines scariosa, obtusa, et 3-nervia, nervis prope marginem: *rachis* ad angulos serrulato-scabra.

2. *C. siculum. Link 1. c. v. 2. p. 194.*
C. spica simplici, spiculis compresso-carinatis latis oblongis ovatisque approximatis erecto-patentibus 6 20-floris, valvula corollina

majore basi externe pubescente, foliis anguste linearibus planis demum involutis, culmo adscendente erectoque simplici.

Triticum unioloides. *Ait. Kew. 1. p. 122—Guss. pr. 1. p. 148*—Brizophorum siculum. *Link l. c. v. 1. p. 159*—Megastachya unioloides. *Presl l. c. p. 44.*

Ic. Cynosurus siculus. *Jacq. observ. 2. t. 43*—Poa sicula. *Id. pl. rar. p. 2. t. 505—Cyr. pl. neap. fasc. 2. p. 19. t. 8*—Briza cynosuroides. *Scop. del. fl. ins. 2. t. 11* — Gramen filiceum, panicula integris. *Cup. H. Cath. p. 86*, et *panph. 2. t. 51—Bon. t. 7—Bocc. sic. t. 33.*

In collibus aridis, et in campis arenosis maritimis in Sicilia.

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* caespitosi, aut raro basi ramosi, 3-8-pollicaros: *folia* vix lin. lata, 1-2 poll. longa, acuta, striata, levia: *spiculae* 3-15, disticho-pinnatae, valde approximatae, ex albido-virentes, obtusiusculae, 2-2 1/2 lin. latae, aliquando ovalos: *valvae calycinae* subaequales, acutae, margine scariosae: *corollae* valvula exterior obsolete nervosa, sub lente punctata, margine acariosa.

An *Megastachia triticea*, panicula spicata simplici, rachi uninervia inferno complanata, locustis ovalibus distichis compressis sessilibus 6-floris, paleis trinerviis, ligula exserta, foliis planis, culmis diffusis. *Presl l. c. p. 45*, hujus speciei varietas?

## BRACHYPODIUM.

*Link H. Berol. 1. p. 58. n. 16.*

*Spica* simplex: *spiculae* multiflorae, solitariae, in rachidis articulatae dentibus distiche et alterno insertae, breviter pedunculatae, facie angustiore rachidem spectantea. *Cal.* 2-valvis: *valvae* muticae, inaequales, flosculo proximo breviores; exterior minor. *Cor.* 2-valvis: *valvula* exterior concava, ex apice aristata; interior plana, apice rotundata vel obtuso truncata, ad nervos setis rigidis pectinato-ciliata. *Sem.* corolla adcorticatum. ( *Herbae* annuae, aut perennes: *culmi* saepius ramosi: *spiculae* fere semper a rachide remotae, nubilos tereti-acuminatae, demum compressae: *stigmata* plumosa, a basi flosculi egredientia. )

1. *B. sylvaticum.* *Link l. c. p. 41—R. S. s. veg. 2 p. 741.*

B. spica subnutante, spiculis 7-9-floris subteretibus demum compressis remotiusculis erectis aristatis, aristis in flosculis supremis valvula corollina exteriore acuminata longioribus, foliis planis pilosiusculis, culmo simplici erecto, vaginis molliter pubescentibus, radice fibrosa.

B. gracile. *Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et Gram. sic. p. 40*—Bromus gracilis. *Willd. sp. pl. 1. p. 438—Biv. cent. 2. p. 14*—B. sylvaticus. *Host gram. austr. 1. p. 17*—Festuca gracilis. *Guss. pr. 1. p. 109.*

Ic. *Host l. c. t. 21*—B. gracile. *Reich. cent. 11. f. 1373. ad 1375.*

*b.* spiculis glabris, foliis pilosiusculis vel omnino cum vaginis glabris.

Ic. Gramen bromoides, panicula minus sparsa. *Buxb. cent. 4. p. 52. t. 56.*

In sylvis, dumetis, ad sepes in Sicilia = et in *Lipari a piana greca.*

Majo, Junio. ♃

*Culmi* 2-3-pedales, striati, ad genicula uti vaginae in *a.* molliter pubescentes: *folia* scabriuscula, 2-8 lin. lata, ad margines praeser-

tim pilosa: *spicae* 1/2-pedales: *spiculae* absque aristis 8-16 lin. longae: *calycis* valvae inaequales, acuminatae, muticae, vel breviter aristatae; interior major 7 exterior 5-nervia: *corollae* valvula exterior in inferioribus flosculis arista sua longior, tenue pubescens, basi-obsolete nervosa, apice 5-7-nervia; interior apice obtuse truncata ac ciliolata. In *b.* culmi ad genicula villosi.

2. *B.* PINNATUM. *Link l. c. p.39—R. S. veg. 2. p.736—Presl fl. sic.*, ac *Cyp. et Gram. sic. p. 39.*

B. spica erecta, spiculis pubescentibus remotiusculis sub anthesi patentibus ante ac postea adpressis aristatis, aristis corolla brevioribus, flosculis semper imbricatis, foliis planis glabriusculis, ligula brevissima truncata, culmo basi ramoso, radice repente.

Bromus pinnatus. *Lin. sp. pl. 115—Host gram. austr. 1. p. 18*—Festuca pinnata. *Guss. pr. 1. p. 110*—Gramen spica Brizae, majus. *Cup. H. Cath. p. 90.*

Ic. *Host l. c. t. 22—Reich. cent. 11. f. 1376— Ger. gallpr. p. 95 t. 2. f. 2.* — Gramen spica Brizae majus. *Bauh. pr. p. 18.*

*b. glabrum*; spiculis glaberrimis.

*B. contractum*, spica erecta, spiculis remotiusculis aristatis erectis glaberrimis, aristis valva brevioribus, valva calycina superiore retusa, inferiore majore, foliis canaliculatis culmo adpressis, radice repente. *Presl l. c.?*

Ic. B. caespitosum. *Reich. cent. 11. f. 1377*, et var. foliis brevibus—B. caespitosum *collinum. Reich. l. c. f. 1378.*

*c.* spiculis ut in praecedente, sed ligula longiuscula obtusa non truncata.—Festuca pinnata *b. Guss. pr. 1. l. c.*

Ic. Bromus rupestris. *Host gram.austr.4.p.10.t.17.*—B. rupestre. *Reich. cent. 11. f. 1376*, quoad ligulam, non quoad spiculas et habitum.

In collibus aridis calcareis, vel argillosis in Sicilia = et in rupestribus a *Felicuri*, *Pantellaria*: var.*a. Palermo a Sferracavallo*; var. *c. marina delle acque dolci a S. Agata.*

Aprili, Junio. ♃

*Culmi* caespitosi, 1-2-pedales: *folia* aliquando ad margines ciliata ac scabra, subtus laevia, 3-12-pollicaria et ultra, plana et demum involuta, erecta aut patentia: *vaginae* scabriusculae, ad oras villis albis uti geniculi instructae: *spiculae* subteretes, inde parum compressae, flosculis semper arcte imbricatis, pollicem et ultra longae, in *a.* virentes, in *b.* et in *c.* ut plurimum viridi-luteolae, aliquando incurvae: *valva calycina* exterior 3-interior 7-nervia: *corollae* valvula exterior basi obsolete nervosa, ad apicem exquisite 5-nervia, in *b.* vero aliquando nervi etiam superne fere obsoleti; interior sub anthesi saepe longior — A sequente culmo basim tantum ramoso, foliis latioribus, et habito praecedenti magis simile certe recedit.

3. *B.* PHOENICIOIDES. *Link H. Ber. 1. p. 39*, (non *R. S. s. veg. p. 737.*)

B. spica erecta, spiculis glabris erectis approximatis aristatis, aristis valvula sua brevioribus, flosculis sub anthesi patentibus, foliis planis erecto-patulis distichis cito involuto-subulatis, culmo basi ac superne ramoso caespitoso, radice repente.

B. caespitosum. *Presl fl. sic.1.*, ac *Cyp. et Gram. sic. p. 40.* ex loco—Bromus ramosus. *Lin. mant. p. 34—Sibth. fl. gr. 1.p.66*—B. Pluknetii. *All. fl. ped. 2. p. 260.* ex herb. *Lin.*, uti jam notavit *Vahl* — Festuca ramosa. *Guss. pr. 1. p. 110.* excl. syn. *B.* contracti *Presl.*

Ic. *Sibth. l. c. t. 84*—Gramen spica Brizae, majus, asperum, pani-

cula supra caulem seriatim procumbente. *Cup. H. Cath. p. 89*, et *panph. 1. t. 135—Bon. t. 137.*

*b*. spiculis pubescentibus.

In collibus aridis, et in montosis calcareis in Sicilia = et in collibus herbosis, *Ustica*, *Felicuri*, *Stromboli*, *Panaria*, *Basilazzo*, *Lipari*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*.

Aprili, Junio. ♃

*Culmi* caespitosi, 1/2-2 1/2-pedales: *folia* plana, vix 1-1/2 lin. lata, superne scabra: *vaginae* aliquando ad oras una cum *ligula* truncata ciliatae; *valva calycina* exterior minor 3-nervia, interior 5 raro 7-nervia; *corollina* valvula exterior 5-nervia, nervis ad apicem elevatis, aut obsoletis; arista 2-3 lin. longa.

4. *B.* PLUKENETII. *Link. H. Ber. 1. p. 40*, et *2. p. 192.*

B. spica erecta pauciflora, spiculis glabris approximatis aristatis, aristis corollina valvula valde brevioribus, vaginis glabris, foliis glaucis patentissimis involutis subulatis brevibus rigidis, culmo basi ac superne ramoso, radice repente.

Bromus Pluknetii. *Host gram. austr. 4. p. 11?* — B. retusus. *Pers. syn. 1. p. 96*—Festuca caespitosa. *Desf. atl. 1. p. 91*, et *Guss. pr. 1. p. 111*—Triticum caespitosum. *Dec. Cath. H. Monsp. 1813. p. 163*, et *Fl. fr. supp. p. 284?*, exclusis nonnullis synonimis.

Ic. *Desf. l. c. t. 24*—*Host l. c. t. 19*—B. ramosum, et B. Pluknetii *Reich. cent. 11. f. 1379*, et *1380.*

In collibus aridis, calcareis, ac fruticetis arenosis maritimis; *Palermo alla scala del Mezzagno (Parlatore)*, *Spaccaforno*, *Capopassaro*, *Terranobile*.

Aprili, Majo. ♃

*Habitus* ab omnibus praecedentibus sat distinctus: *culmi* caespitosi, graciles, non solum basi sed etiam superne valde ramosi, 1/2-1-pedales: *folia* glaucescentia, angusta, vix lin. lata, 1-2 1/2 pol. longa, superiora fere fasciculata ob ramorum exortum, omnia rigida, et dum adhuc tenera fere involuta, ad margines scabra; *ligula* brevis, truncata, apice breviter ciliato-laciniata: *spiculae* 2-8, aliquando unica terminalis, sub anthesi teretiuscula; inde compressa, 8-14 lin. longae, rectae vel parum incurvae: *calycis* valva exterior minor, 3-nervia, ad margines versus apicem scariosa: *corollae* valvula exterior ut in praecedente, et arista ut in illa.

Bromus Pluknetii *Host*, Brachypodium *Pluknetii Reich. l. c.* nec non B. *Hostii Link H. Berol. 1. p.40*, ex ipso Cl. auctore nonnisi varietas depauperata speciei sistunt. — Interim summa synonymorum confusio circa hujus generis species apud auctores passim invenitur (confer *Bertol. fl. ital. 1. p. 644*, et seq., nec non *R.S. s. veg. 2. p. 737*) quapropter meliori consilio omnes species ut *prodromo l. c.* servare censui.

5. *B.* DISTACHYUM. *Link H. Berol. 2. p. 192* — *Presl fl. sic. 1.*, ac *Cyp. et Gram sic. p. 40.*

B. spica erecta, spiculis (paucis) 6-20-floris approximatis teretiusculis demum compressis aristatis, aristis valvula sua longioribus, calycinis valvis acuminatis, culmo glabro basi geniculato, radice fibrosa annua.

Trachynia distachya *Link H. Berol. 1. p. 42* — Festuca distachya. *Guss. pr. 1. p. 112*—Bromus distachyos. *Lin. sp. pl. 115* — *Ucria H. Pan. p. 61*—*Host gram. austr. 1. p. 16.*

*a. monostachya*; culmo humili 2-3-pollicari, spica unica terminali compressiuscula.

Ic. F. monostachya. *Desf. atl. 1. p. 92. t. 24. f. 2.*

*b. genuinum*; spiculis 2-3, reliqua ut in sequente.
Ic. *Host l. c. t. 20* — Trachynia diatachya. *Reich. cent. 11. f. 1563* —Bromus spiculis subbinatis compressis sessilibus. *Ger. galloprov. p. 98. t. 5. f. 1!*
*c. pentastachyum*; foliis pilosis, vaginis striatis, spiculis 4-5, culmis levibus.
Bromus pentastachyos. *Tin. pug. p. 4.*
*d. undulatum*; foliis villosis scabris margine undulato-crispis exquisite nervosis, vaginis striatis, culmo levi superne incrassato, valva majore acuta vel obtusa, et apice in altero latere 1-dentata. ( Variat et haec foliis, culmis, spiculisque molliter pubescentibus. )
In collibus asperis sylvaticis, ad sepes, in cultis in Sicilia ≡ at in Insulis Aeolicis, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Lampedusa*, *Linosa*, in quibus duabus posterioribus fere omnia pascua vernalia graminosa constituit—Interim var. *a. b.* et *c.* magis obviae: var. *d. Palermo a Baida*, *a Boccadifalco* ≡ et in *Ustica*.
Aprili, Majo. ⊙
*Culmi* 2-18-pollicares, solitarii vel caespitosi, striati, superne leves, simplicissimi vel ramosi, erecti aut adscendentes: *folia* brevia, plana, scabra: *spiculae* absque aristis 4-14 lin. longae, 1-2 1/2 lin. latae, lanceolatae: *calycis* valva inferior major, 7-9-nervia, acuta; superior 5-nervia: *corollae* valvula exterior scabra, versus apicem exquisite 3-5-nervia, interior setis rigidioribus quam in aliis pectinato-ciliata.
Varietates *a.* et *d.* ab aliis magis habitu recedunt, at characteres multorum speciminum inspecti in plures species illas distrahere minime suadent. Varietas *d.* ad *Festucam rigidam Roth.* quoad habitum proxima, et forsan species propria ulterius observanda.

## BROMUS.

*Link H. Berol. 1. p. 162. n. 91.*

*Panicula* simplex, vel composita. *Spiculae* teretes, vel compressae, multiflorae. *Cal.* 2-valvis: *valvae* concavae, vel compresso-carinatae, inaequales, flosculo proximo breviores. *Cor.* 2-valvis: *valvula* exterior concava, vel compresso-carinata, sub apice emarginato, quandoque 2-laciniato aristata; arista recta, vel demum recurva; interior apice integra, vel 2-dentato-laciniata, ad nervos ciliato-pubescens. *Germen* spice pilosum, in latere anteriore supra medium stylos emittens ( *Koch.* ) *Sem.* denique corolla adhaerens. ( *Herbae* annuae, aut perennes: *culmi* erecti, aut adscendentes: *folia* ut plurimum pubescentia: *flosculi* demum fere in omnibus decidui: *stigmata* plumosa, ad basim flosculi egredientis. )

* *Spiculae compresso-turgidae, etiam fructiferae apicem versus angustiores, flosculis semper imbricatis.* B. secalini *Bertol.* — Serrafalcus *Parlat.*

1. *B.* MOLLIS. *Lin. sp.112—Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 37—Guss. pr. 1. p. 115.*
B. panicula demum contracta densiflora, pedunculis ramosis ( raro simplicibus ) spiculis oblongo-ovalibus subcompressis, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriore 7-nervia bifida aristata, ari-

stis rectis (non divaricatis) illam aequantibus, vaginis inferioribus spiculisque mollissime pubescentibus.
Serrafalcus mollis. *Parlat. Br. sic. p. 16.*
Ic. *Host gram. austr. 1. t 19 — Lam. ill. gen. t. 46. f. 1 — Leers herbor t. 11. f. 1 — Reich. cent. 11. f. 1591, et 1592.*
*b.* spiculis glabris. *Parlat. l. c*
In arvis, inter segetas, ad vias, in pascuis in Sicilia = et in *Ustica, Isole Eolie, Lampedusa, Marettimo, Pantellaria, Favignana, Levanzo.*
Aprili, Majo. ⊙
*Culmi* 1-5-padales: *folia* lacte virentia, 2-4 lin. lata: *panicula* sub anthesi pateutiuscula, oblongo - lanceolata, 2-6-pollicaria; *pedunculis* raro simplicibus, saepius ramosis, alterne verticillatis, brevibus aut elongatis: *spiculae* 4 16-florae, apice attenuatae, laete virentes, absque aristis 5-8 lin. longae: *calycis* valvae acutiusculae, margine scariosae, inferior 5, superior 7-nervia: *corolla* valvula interior apica acute bifida, longe et remota ciliata: *flosculi* demum decidui, ut in aequente — ;Variat foliis vaginisque superioribus glabris vel molliter pubescentibus, ac fere canescentibus — Noster ad *B. mollem b. affinem, Dum. agrost. Bel. p. 118* spectare videtur, nam culmi infra geniculum glabri ac scabriusculi, non velutini.

**2.** *B.* RACEMOSUS. *Lin. mant. 33—Guss. pr. 1. p. 113.*
B. panicula erecta, elougata laxiflora demum contracta, pedunculis subsimplicibus oblongis subcompressis glabris, flosculis depressis imbricatis, corollae valvula exteriora obtusa indivisa vel bifida aristata, aristis rectis (non divaricatis) illam aequantibus, foliis glabriusculis.
B. secalinus. *Ucria H. Pan. p.60 ?* non *Lin.*—Sarrafalcus racemosus. *Parlat. l. c. p. 14.*
Ic. *Reich. cent. 11. f. 1590* — Gramen avenaceum, pratanae, gluma squamosa longiore glabra. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 7. f. 19.*
*b.* spiculis villosis. *Parlat. l. c.*
*c.* panicula simplici pauciflora, flosculis villosis *Parlat. l. c.*
Ic. *Engl. bot. f. 1079,* ex *Bertol.*, et *Parlat.*
In arvis, et pascuis maritimis; *Palermo a Mondello, Girgenti, Alicata, S. Croce, Spaccaforno* = et inter segetes *Felicuri*: var. *b.Palermo a Mondello (Parlat!) Catània (Cosentini)*: et var. *c. Pizzuta (Parlat.)*
Aprili Majo. ⊙
*Penduculi* inferiores in fertilibus 2-4-spiculas gerunt; in reliquis cum descriptione optima *Smithii* convenit, et ab illa *Schaderi* foliis villosioribus parum recedit—Affinis praecedenti, a quo differt; *panicula* magis elongata: *pedunculis* ut plurimum simplicibus, laxioribus; *spiculis* glabris, nitidioribus, non confertis: *corollae* valvula exteriore saepius integra — Synonymum *Morisonii* auctoritate *Smithii* et *Schraderi* hunc traxi, uam pari jure ad varietatem glabram *B. mollis* spectare potest— B. elongatus *Gaud. agr. 1. p. 305*, et *Dumort. agr. bel. p. 118*, cum nostro quoad descriptionem paniculae, non vero vaginae foliorum, exacte convenit. Tamen ex observatione *Panzeri* in *R. S. s. veg. mant. 2. p. 353*, non est nisi varietas *B. racemosi.*

**3.** *B.* VELUTINUS. *Schrad. fl. germ. 1. p. 349—Guss. pr. 1. 114.*
B. panicula laxiflora fructifera apice nutante, spiculis oblongis tumidiusculis subcompressis, flosculis sub-imbricatis demum laxis, aristis in fructu patentibus valvula corollina exteriore obtusissima sub-

emarginata longioribus, foliis pilosis, vaginis spiculisque mollissime cano-pubescentibus.

B. grossus. *Desf. ined.*, in *Dec. fl. fr. 3. p. 68*—Serrafalcus velutinus. *Parlat. l. c. p. 16.*

Ic. *Schrad. l. c. t. 6. f. 3* — Festuca graminea, glumis hirsutis. *Scheucz. agr. t 5. f. 9.*

In dumetis, et sylvaticis montosis; *Polizzi alle novalla (Gasparrini).*

Junio, Julio. ⊙

*Culmi* 2-3-pedales, erecti: *panicula* circumscriptione ovata: *pedunculi* graciles, elongati, raro ramosi, inollissime pubescentes, paucispiculiferi: *spiculae* 4-10-florae, maturae subovatae, turgidinsculae; *valva* calycina inferior latior, obtusiuscula; superior acuta; istae ac *valvula* corollina exterior obsolete 5-nerviae, margine scariosae, in fructu laxatae.

Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 656* hunc cum *B. secalino* conjungit, sed habitus, allaeque notae satis diversae: at Cl. *Link* in *H. Berol. 2. p. 279* a *B. lanuginoso Poir.* diversum non putat.

4. *B. INTERMEDIUS. Guss. pr. 1. p. 114 — Bertol. fl. ital. 1. p. 663.*

B. panicula erecta, densiflora, pedunculis subsimplicibus, spiculis molliter villosis oblongo-linearibus subcompressis sub 10-floris, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriore apice acute bidentata aristata, aristis primo rectis demum divaricato-patentibus illam aequantibus, foliis vaginisque pubescentibus.

Serrafalcus intermedicus. *Parlat. l. c. p. 17.*

Ic. *nulla.*

In pascuis apricis collium; *Palermo a Baida, Ficuzza, Piana: Pizzuta, Monte dell' occhio, Madonia a Monte Scalone, ed a Quacedda (Parlatore).*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* 6-14-pollicares: *folia* angusta linearia, vix 2 lin. lata: *ligula* brevis, ciliata, truncata, lacera: *panicula* 1-2-pollicaris: *spiculae* 4-6 lin. longae, 2 lin. latae, aetate purpurascentes: *pedunculi* superne parum incrassati et pubescentes, uti *rachis* leves: *calycinae valvae* acutae, margine vix scariosae ad apicem; inferior 3, superior 5-nervia: *corollae* valvula exterior 5-7-nervia; interior paullo brevior, ad nervos longe et sparse ciliata: *aristae* demum inter se divaricatae, non rectae ut in *B. molli.*

Species inter *B. mollem*, et varietatem *b. B. lanceolati* media. *Spiculae* et *panicula B molli* similes, at illae magis lineares, nec oblongo-ovatae, et habitus gracilior, nam culmi ad summum 1-2-pedales ac tenues; *aristae* vero, ut in citata varietate *B. lanceolati*, a quo differt; *spiculis* gracilioribus, paucifloris; *pedunculis* et *rachide* levibus, ac habitu; *corollina* valvula exteriore apice bidentata, non profunde bifida. Nulla cum *B. squarroso* affinitas, nec cum *B. commutato*, a quo *panicula* semper erecta, nec fructifera apice nutante, *aristisque* divaricatis certe recedit; ideoque immerito hujus varietatem credit Cl. *Ten. in syll. p. 49.*

5. *B. LANCEOLATUS. Roth catal. bot. 1. p. 19 — Willd. sp. pl. 1. p. 429— Guss. pr. 1. p. 115.*

B. panicula lanceolata subsimplici erecta contractiuscula, spiculis glabris subteretibus lanceolatis acutis 8-16-floris solitariis longe pedunculatis pedunculo longioribus, aristis rectis maturescente semine divaricatis et subcontortis corollae valvula exteriore bifida sublongioribus, vaginis pubescentibus.

Ic. *Guss. pl. rar. t. 8. f. 1.*

*b.* spiculis pubescentibus.

B. lanuginosus. *Poir. dict. enc. supp. 1. p. 703?* — B. divaricatus.

*Loisel. not. p. 22 ? — Dec. fl. fr. sup. p.276 ?* — B. eincinnatus. *Ten. fl. nap. 3. p. 85 !* ea ayu. *Bon.*, an et *syll. p. 47.* in qua spiculae dicuntur glabrae.

Ic. *Ten. l. c. t. 104* — Gramen spicae Brizae majus, minus, aspera, ramosa, barbata. *Cup. panph. 2. t. 251* — *Bon. t. 3.* — *Raf. t. 69. f. 2.*

Inter segetes, in collibus herbidis apricis, in pascuis submontosis in Sicilia = et in *Felicuri*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*.

Aprili, Majo. (•)

*Culmi* 1 - 3 - pedales: *folia* laete virentia, glabra aut pubescentia, 1-3 lin. lata: *ligula* brevis, truncato-lacera: *panicula* 2-5-pollicaris, in sterilibus simplex: *pedunculi* 4-10-lineares, tamen semper spiculis breviores, aut illas aequantes, uti rachiis scabri: *spiculae* 6-12-lineares, exacte lanceolatae, utrinque attenuatae, virentes, flosculis arcte adpressis, ac incumbentibus: *calycis* valva inferior 3, superior 5-7-nervia, utraeque acutae ac margine scariosae: *corollae* valvula exterior 7-nervia, acute bifida, scabriuscula; interior laxe et longe ciliata ad nervos, obtusa, aut vix emarginata.

Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 664*, et *Link H. Berol. 2. p. 279* excludunt a var. *b.* omnia synonyma; sed *B. cincinnatus Ten.* certe ad hanc speciem, et minime ad *Avenam pratensem* pertinet !!, et descriptiones auctorum *Fl gallicae* a nostra planta non recedere videntur.—Vide quoque quae dixi in *pl. rar. p. 41.*

6. *B. MACROSTACHYS. Desf. atl. 1. p. 96.* ex herbar ! — *Prsl l. c. p. 38* — *Guss. pr. 1. p. 115.*

B. panicula lanceolata subsecunda, spiculis subteretibus elongatis (maximis), inferioribus nutantibus pedunculo longioribus, aristis rectis maturescente semine reflexo-patentibus et subcontortis corollae valvula exteriore bifida sub-aequilongis, foliis glabris, vaginis molliasime pubescentibus.

Ic. *Desf. l. c. t. 19. f. 2.* — Gramen phalaroides, majus, acerosum, nutante spica. *Barr. ic. 24 f. 1.*, quae icon potius huic speciei, quam *B. velutino*, uti putavi, vel *B. squarroso*, uti ex auctoribus, spectat.

In collibus herbidis apricis; *Altavilla*, *Termini*.

Aprili, Majo. (•)

Affinis praecedenti, a quo differt, *panicula* subsecunda; *spiculis* crassioribus longioribus (1-1 1/2 pollicaribus), et inferioribus nutantibus: has vero semper pubescentes in Sicilia huc usque vidi. Hinc non immerito tamquam varietatem praecedentis habet Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 664*; sed si planta sicula a *B lanceolato* non differt, nequidem planta africana ab illo dissocianda est, uti ex specimine herb. *Desf.* certus sum, secus ac putant Cl. *Bertol. l. c.*, et *Steudel nom. bot. ed. 2. p. 228.*

7. *B. SCOPARIUS. Lin. sp. pl. 114,* ex ejus herbl — *Guss. suppl. p. 26.*

B. panicula oblongo-lanceolata erecta confertissima, spiculis fasciculatis lineari-lanceolatis 12-15-floria subsessilibus, aristis divaricatis inferne spiraliter contortis corollae valvula exteriore acute bifida sublongioribus, vaginis pubescentibus.

Serrafalcus scoparius. *Parlat. l. c. p. 19* — B. alopecuros. *Poir. it. 2. p. 100*, non *Vahlii* — *Presl l. c. p. 38*, excl. syn. *Vahlii* — B. contortus. *Desf. atl. 1. p. 95*, ex herbario — *Guss. pl. rar. p. 42, et pr. 1. p. 116*, cum omnibus synonymis.

Ic. *Desf. l. c. t. 25* — B. humilis. *Cav. ic. rar. t. 589. f. 2*, ex ejus herbario; quod jam notavit *Smith* in *fl. gr. pr. 1. p. 442* — Gramen spica Brizae majus, lene, paniculis congestis, barbatis. *Cup. H. Cath. p. 80*, et *panph. 2. t. 64* — *Bon. t. 36.*

In pascuis apricis, et inter segetes in Sicilia = et in *Ustica al Nord della Guardia di mezzo, Felicuri, Lipari al Palmito, Favignana, Levanzo.*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* 1/2 2-pedales, solitarii vel plures ex eadem radice: *folia* cum vaginis plus minus molliter pilosa: *panicula* 1-5-pollicaris, semper densiflora; spiculis 1/2-1-pollicaribus, glabris aut pubescentibus, scabriusculis, rachide dense adpressis, fere cylindraceis: *pedunculi* breves, vix 2-4 lin. longi, superne incrassati, striati, una cum rachide scabri: *calycis valvae* acuminatae, ad margines scariosae, inferior 3, superior 5-nervia: *corollae valvula* exterior 7-nervia; interior ad nervos sparse ac longe ciliata, apice 2-denticulata.

** *Spiculae sub anthesi teretiusculae vel compressae, demum ob flosculos attenuato-acuminatos ac divaricatos superne latiores; calycina valva inferior 1, superior 3-nervia* — B. festucacei, et B. genuini. *Bertol.*

8. *B.* ASPER. *Lin. supp. 111 — Presl l. c. p. 38 — Guss. pr 1. p. 117,* et *pl. rar. p. 40 — Parlat. l. c. p. 13.*

B. panicula flaccida laxiflora composita nutante secunda, spiculis linearl-lanceolatis pendulis 7-9-floris scabriusculis, corollae valvula exteriore 3-nervia fere ex apice integro aut subbidentato-aristata aristam suam rectam superante, foliis retrorsum scabris villosis, vaginis deorsum hirsutis.

Ic. *Host gram. austr. 1. t. 7 — Fl. dan. 1382 — Reich. cent. 11. f. 1603* — Gramen avenaceum, dumetorum, juba longiore, spica divisa. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 7. f. 27.*

In sylvis, nemoribus, et ad sepes; *Palermo, Ficuzza, Castellobuono, Polizzi, Boschi di Valdemone.*

Majo, Junio. ♃

*Culmi* 2-4-pedales: *folia* elongata, 2-4 lin. lata, superne striata, ad margines praesertim pilosa: *panicula* pedalis et ultra, sed laxiflora, ob semiverticillos pedunculorum, et spiculas ipsas remotas: *rachis* et *pedunculi* striati, scabri, inferiores aliquando semipedales et ramosi: *spiculae* virentes, 3-8-lineares, sub anthesi teretiusculae, inde compressae, flosculis remotiusculis: *calycis valvae* valde inaequales; inferior lineari-lanceolala; superior obtusiuscula, et mucronata: *corollae* valvula exterior 5-nervia, nervis duobus carina proximis obliteratis, glabris; duobus extimis prominentibus hirsutiusculis; valvula interior acuta, integra; aut 2-dentata.

Species haec ob aristam fere ex valvulae exterioris corollae apice hoc genus cum sequente conjungit. Occurrit varietas spiculis pollicaribus et ultra, corollae valvula superiore apice acuta, ex apice ipso aristata, foliis vaginisque villosioribus. An species propria?

9. *B.* TECTORUM. *Lin. sp. pl. 114 — Presl l. c. p. 38 — Ucria H. Pan. p. 61 — Biv. cent. 2. p. 15 — Guss. pr. 1. p. 116 — Parlat. l. c. p. 10.*

B. panicula apice nutante secunda, pedunculis subdivisis scabris, spiculis tenuibus subcompressis pendulis 5-8-floris aristatis, aristis rectis corollae valvula exteriore apice acutae bipartita subaequalibus, spiculis pedunculis foliis vaginisque molliter pubescentibus.

Festuca graminea, glumis hirsutis. *Cup. H. Cath. p. 73.*

Ic. *Host gram. austr. l. t. 15—Sibth. fl. gr. t. 82—Reich. cent. 11, f. 1582.*

*b.* spiculis glabris, calycis valva superiore saepius bidentata.

Ad vias, in collibus aridis, et ab arenosis maritimis Siciliae meridionalis usque ad elatam regionem montium; *Etna, Madonie: Monte Cane (Parlatore, Todaro)* = et in *Alicuri, Saline, Panaria, Lipari, Vulcano, Lampedusa, Linosa*: varietas *b.* praesertim in collibus, et in montosis occurrit.

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* subcaespitosi, graciles, 6 - 12 - pollicares: *folia* brevia, striata: *panicula* 1-2-pollicaris, densa vel laxiflora; pedunculis gracilibus nutantibus, in utrisque varietatibus pubescentibus, 2-6 lin. longis: *spiculae* 6 - 8 - lineares, sub anthesi teretes, demum compressiusculae, et aetate rubentes: *calycis* et *corollae* valvula exterior ad margines scariosae; nervis intensius coloratis, ideoque apiculae demum albido et purpureo-variegatae videntur: *corollae* valvula exterior apice omnino scariosa, acute bipartita et fere bisetosa; interior multo brevior, acute bidentata, ad nervos laxe et longe ciliata.

10. *B.* MADRITENSIS. *Lin. sp. pl. 114 — Biv. cent. 2. p. 14,* ex eorum herbario—*Guss. pr. supp. p. 27—Parlat. l. c. p. 7.*

B. panicula subcontracta erecta, fructifera apice subnutante, pedunculis inferioribus vix ramosis leviusculis, spiculis (tenuibus) sub anthesi lineari-lanceolatis scabris pedunculisque glabris, corollae valvula exteriore obsoleta 7-nervia acute bipartita aristata, ariata valvulam ipsam subexcedente, valvula interiore acuminata, foliis vaginisque glabriusculis.

B. diandrus. *Smith britt. 1. p. 135*—B. sterilis. *Guss. pr. 1. p. 118*—B. scaberrimus *b. Bertol. fl. ital. 1. p. 676.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1584*—B. sterilis, erecta panicula, major. *Barr. ic. 76. f. 1.* optima.

*b. ciliatus*; spiculis pubescentibus, corollae valvula exteriore tuberculata, nervis marginalibus, ac valvula interiore ad nervos longe ciliatis. *Guss. supp. l. c.*

*c. monandrus*, panicula pauciflora, spiculis glabris ut in *a.*, sed gracilibus, floribus monandris. *Parlat. l. c. p. 8*, sub var. *b.*

In collibus sterilibus, inter segetes, ad muros ubique in Sicilia = et in *Ustica, Isole Eolie, Maretimo, Favignana, Levanzo, Pantellaria, Lampedusa, Linosa*; var. *b. Palermo, Terranova*; var. *c. Catania all' Isola de' Ciclopi (Heldreich).*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* erecti aut adscendentes, solitarii vel plures ex eadem radice, 6-18-pollicares: *folia* laete virentia, brevia, acuminata: *panicula* oblonga, saepius densiflora, 2-4-pollicaris, laete virens, demum varia atropurpurasceus: *pedunculi* et *rachis* vix scabriusculi: *spiculae* vix 2 lin. latae: *calycis valvae* lineari-lanceolatae, acuminatae: *corollae* valvula interior in *a.* et *c.* ad nervos sparse ac breviter ciliata; exterior anguste lanceolata, margine scariosa, ad carinam tenuissime scabra, apice 2-laciniata, laciniis fere setaceis: *arista* tenuis, valvulam ipsam parum excedens.

11. *B.* STERILIS. *Lin. sp. pl. 115 —Ucria H. Pan. 40— Presl fl. sic.,* ac *Cyp. et Gram. sic. p. 38—Parlat. l. c. p. 6.*

B. panicula laxissima denique apice nutante, pedunculis scabriusculis horizontalibus elongatis glabris, inferioribus subramosis, spiculis 4-10-floris oblongis pedunculis utrinque planis, corollae valvula exteriore apice acute bipartita anguste-lanceolata exquisite 7-nervia aristata, arista illam duplo superante, foliis vaginisque pubescentibus, culmo glabro.

B. jubatus. *Ten. fl. nap. 3. p. 89— Guss. pr. 1. p. 117* — Festuca avenacea, sterilis, elatior. *Cup. H. Cath. p. 72.*
Ic. *Reich. cent. II. f. 1585—Ten. l. c. t. 106 ! — Host gram. austr. 1. t. 16—Leers herbor. p. 37. t. 11. f. 4*—Festuca graminea, annua, sterilis, apicis dependentibus. *Moris. hist. 3. f. 8. t. 7. f. 11.*
In sylvaticis; *Palermo al Parco, ed alla Pizzutu (Parlat.)* : *Madonie, Etna.*
Aprili, Majo. ⊙
*Culmi* ut plurimum solitarii, erecti, 1-1/2-pedales: *folia* virentia, elongata; *panicula* aperta, pauciflora, pedunculis et rachide piloso-scabris; inferioribus 2-3, horizontaliter patentibus, raro divisis: *spiculae* virentes, compressae, glabrae, scabrae, absque aristis fere pollicem longae, 2-4 lin. latae: *calycis valvae* acuminatae; inferior lineari-lanceolata, margine albo-scariosa; superior lanceolata, exquisite trinervia, nervis apicem non attingentibus: *corollae valvula* exterior, uti calycinae, ad margines albo-scariosa, apice bipartita, laciniis attenuato-setaceis; interior spice obtusiuscula, ad nervos sparse ciliata.

**12.** *B. GUSSONII. Parlat. Br. sic. p. 8.*
B. panicula laxiuscula subsecunda apice propendente, pedunculis scabriusculis glabris erecto-patulis; inferioribus longioribus subramosis, spiculis utrinque convexiusculis sub 6-floris erectiusculis longe aristatis, aristis validis rectis corollae valvula exteriore lato lanceolata scaberrima 7-nervia profunde bifida triplo longioribus, calycis valva superiore acuminata, foliis vaginisque villosis.
B. maximus. *Guss. pr. 1. p. 117*—et B. sterilis? *Guss. supp. p. 27*, excl. syn- — B. maximus *a. Bertol. fl. ital. 1. p. 678.*
Ic. B. maximus. *Reich. cent. 11. f. 1586?* non *Desf.*
In collibus apricis, ad sepes, et praesertim in herbosis arenosis maritimis in Sicilia = et in *Ustica, Alicuri, Saline, Stromboli, Panaria, Basiluzzo, Lipari, Vulcano, Pantellaria.*
Aprili, Majo. ⊙
*Culmi* et *folia* duorum praecedentium, *spiculae* vero sequentis similes: *panicula* 4-10-pollicaris, multispiculifera: *pedunculi* inferiores ad summum 2-pollicares, nunquam villosi: *spiculae* absque aristis pollicem et ultra longae; non utrinque planissimae, ut in *B. sterili*, sed ob flosculos teretiusculos utrinque convexiusculae: *calycis valvae* margine scariosae, acuminato-attenuatae, ad carinam scabrae: *corollae* valvula interior ad nervos sparse et breviter ciliata 2-3-plove brevior; exterior concava, vix carinato-convexa, aliquando ob nervos marginales obsoletos 5-nervia, ad apicem bisetoso-bifida: *aristae* apice invicem divergentes, 1 1/2-poll. longae, validae, scaberrimae: *flosculi* in hoc, et in sequente non patentes, sed spicularum axi approximati.

**13.** *B. MAXIMUS. Desf. atl. 1. p. 95— Presl fl. sic.*, ac *Cyp. et Gram. p. 39—Guss. pr. supp. p. 27—Parlat. l. c. p. 9.*
B. panicula erecta laxiuscula demum contracta, spiculis crassis confertis omnis breviter pedunculatis 4-6-floris utrinque convexiusculis longe aristatis, aristis rectis corollae valvula exteriore scaberrima compresso-concava apice profunde bisetoso-bifida 2-3-plo longioribus, valvula interiore acuminata, rachi pedunculis foliis vaginisque pubescentibus.
B. maximus *b. Bertol. fl. ital. 1. p. 678*—B. madritensis. *Guss. pr. 1. p. 118*, excl. syn.
Ic. *Desf. l. c. 26.*
In arenosis maritimis saepe cum praecedente commixtus in Sicilia.
Aprili, Majo. ⊙

*Habitus* praecedentis; sed *culmi* ut plurimum humiliores; *panicula* semper erecta, vix aliquando apice nutans: *spiculae* inter se approximatae, rachide demum adpressae, superiores semper erectae, inferiores erecto patulae, vel aliquando subnutentes; omnes ob flosculos crassos turgidiusculae ac convexiusculae, ut in *B. Gussonii;* a quo pedunculis brevissimis, inferioribus vix 5-9 lin. longis, ac villosis statim dignoscitur.

*B. maximus Link H. Berol.* 2. *p.* 280, et *Reich. fl. germ. excurs. f. p.* 42, ec *cent.* 11 *f.* 1586, ob paniculam, quae dicetur ac repraesentatur effusa, ab hoc nostro differre videtur, et potius ad praecedentem spectat.

14. *B.* RUBENS. *Lin. sp. pl.* 114. ex herb.! —*Presl l. c. p.*39—*Sibth. fl. gr.* 1. *p.* 66—*Guss. pr* 1. *p.* 119—*Parlat. l.* c. *p.* 11.

B. panicula simplici brevissima oboveta erecta confertissima, spiculis pubescentibus subsessilibus sub 8-floris lineari-lanceolatis teretiusculis demum compressis, *corollae* valvula interiore longe ciliata acuta, exteriore 7-nervia apice bifido-aristata, arista recta illam excedente, rachide pedunculis foliis vaginisque pubescentibus.

B. rigidus. *Roth. catal. bot. t. p.* 17? et *fl. germ.* 1. *p.* 168 — Festuca rubens. *Pers. syn.* 1. *p.* 64—*R.S. s. veg.* 2. *p.* 731.

Ic. *Sibth. l.* c. *t.* 83—*Cav.* ic. 1. *t.* 45. *f.* 2. etiam ex herb.!

*b.* spiculis glabris, corollae valvule interiore ad nervos breviter et laxe cilieta.

B. rubens. *Willd. H. Berol. p.* 121? — *Guss. pr.* 1. *p.* 119!

In collibus aridis; *Piana*, *Mezzojuso*, *Sutera*, *Girgenti*, *Siculiana*, *Alicata*, *Terranova*: var. *b. Pizzuta* (*Todaro*), *Sutera.*

Aprili Majo. ☉)

*Culmi* adscendentes aut erecti, 2-8-pollicares: *folia* brevie, una cum vaginis molliter pubescentia: *panicula* 1-2 1/2-pollicaris; *spiculis* approximatis et arcte adpressis, pedunculo vix 2-3 lin. longo suffultis, maturis ut plurimum purpurescentibus: *calycis* valvae acutae (non acuminatae), compresso-cenaliculatee: *corollae* valvula exterior apice setoso-bifida, scabriuscula, ad margines et ad apicem undique albo-scariosa; inferior anguste linearis, acutiuscule, paullo brevior: *aristae* vix poll. longae, valvulam auem parum excedentes.

*Habitus* omnino praecedentis, a quo differt; *panicula* brevissima, vix sesquipollicem longa, confertissima; *spiculis* rubentibus, subsessilibus; *aristis* brevioribus, et in spicularum apice magis divaricatis; *culmis* brevioribus, vix pedalibus — Non est verietas a solo orta, nam etiam in locis pinguibus iisdem characteribus et habitu permanet — Penitus ignoro cur *B.rigidus Roth.* a *B.rubents* sejungatur in *Link H. Berol.* 2. *p.* 279 — Praeterea *B. rubens* certe hujus generis, nec ad *Festucas* spectat ob valvulam corollinam exteriorem apice bifidam, et sub epice aristatam, ut in iconibus *Fl. gr.* et *Cav.* delineetur. Tandem in icone *Hostii gram. austr.* 1. *t.*18. spiculae graciliores, ac panicula minus conferte, quam in plantis siculis observentur. Confer de hac specie *R. S. s. veg. mant. ad vel.* 2. *p.* 402, et *Bertol. fl. ital.* 1. *p.* 582.

15. *B.* FASCICULATUS. *Presl l.* c. *p.* 39—*Guss. pr.* 1. *p.* 119—*Parlat. l. c. p.* 12.

B. panicula simplici oboveto-cuneiformi brevissima erecta conferta, spiculis subsessilibus glabris scabris compressis 4-12-floris, flosculis tenuibus remotiusculis, *corollae* valvula exteriore obsolete 5-7-nervia apice setoso-bifida aristata; aristis demum intortis apice divergentibus illam subaequantibus, vaginis velutinis, foliis glabris.

B. scoparius. *Lam. dict. enc.* 1. *p.* 468? non *Lin.*

*b.* spiculis pubescentibus, corollae valvula interiore longe ciliata.
Ic. *Guss. pl. rar. t. 8. f. 2.*
In collibus aridis, sterilibus, vel graminosis in Sicilia = et in *Ustica a S. Maria*, *Felicuri a Capo Graziano*, *Panaria*, *Maretimo*, *Favignana*, *Lampedusa*: var. *b. Palermo* (rara), *Pantellaria*.
Aprili, Majo. ☉
*Culmi* erecti, aut adscendentes, etiam superne una cum pedunculis et rachide glabri et leves, 2-9-pollicares, in sterilibus spicula unica saepe terminati: *folia* ut plurimum glabra: *panicula* 1-12 poll. longa; spiculis confertis ac approximatis, viridibus, aetate demum rubentibus: *pedunculi* vix 2-3 lin. longi: *calycis valvae* valde inaequales, lineari-lanceolatae, margine membranaceae, acuminatae; *corollae* valvula interior paullo brevior, anguste linearia, apice 2-denticulata, ad nervos tenue breviter et remote ciliata; in *b.* cilia sat longa, ita ut spiculae ad margines ciliatae videntur; exterior compresso-concava, scabriuscula, margine angustissimo membranaceo cincta: *aristae* ad summum pollicares, tenues, non a valvula, sed inter se ad apicem invicem remotae.
Species a precedente luce clarius distincta, nec ejus varietas, uti Cl. *Link* in *H. Berol. 2. p. 28* suspicatur: *panicula* quidem, ut in illo; sed *spiculae* prorsus ut in *B. madritensi*. Confer quae dixi in *pl. rar. p. 46.*

16. *B.* TENUIS. *Tin. pug. p. 3 — Guss. pr. supp. p. 28*, exclus. syn. *Salzm.* — *R. S. s. veg. mant. 2. p. 362.*
B. panicula simplici vel composita erecta subsecunda demum contracta, pedunculis articulatis brevibus angulatis subincrassatis rachideque scabris, spiculis compressis 5-11-floris, corollae valvula interiore profunde bifida, exteriore parum longiore exquisite 3-nervia ex apice integro vel bifido aristata, arista illam subaequante, foliis anguste linearibus culmoque glabris.
B. sabulosus. *Guss. pr. 1. p. 120* — B. sardous. *Spr. s. veg. 4. par. 2. p. 30*, et *Schult. l. c. mant. 3. p. 632* — Brachypodium tenue. *Tin. cat. H. Pan. an. 1827 p. 48* — Festuca incrassata. *Bertol. fl. ital. 1. p. 642*, excl. syn. *Salzm.* — Vulpia tenuis. *Parlat. obs. p. 8.*
Ic. *nulla.*
In sabulosis maritimis Siciliae meridionalis; *Girgenti*, *Alicata*, *Terranova*, *Vittoria*.
Aprili, Majo. ☉
*Culmi* geniculati, erecti, vel adscendentes, plures ex eadem radice, 3-12-pollicares, ad nodos rubentes: *folia* brevia, 1-3-pollicaria, ad margines scabriuscula; superiore paullo latiore: *ligula* fere 2 lin. longa, truncato-lacera: *panicula* densa, 1-3-pollicaris, oblonga: *pedunculi* saepius articulato-ramosi, ad nodos fragiles, 2-10 lin. longi: *spiculae* 2-3 lin. latae, absque aristis 4-8 lineares, demum uns cum pedunculis purpurascentes, *flosculis* remotiusculis: *calycis* valvae valde inaequales; superior major, ad carinam scabra; inferior levis: *corollae* valvula exterior compressa, acute carinata, ad nervos et praecipue ad carinam serrulato-scabra, caeterum levis; apice bifida, et tunc sub apice aristata; vel integra, et tunc fere ex apice aristata; interior ad nervos crebre ciliato-pectinata, apice fere bisetosa.
Cum *B. asper* ad hoc genus ab omnibus auctoribus referatur, eadem ratione et hic quoque ad *Bromos* erit referendus, quamvis habitus paniculae *Festucis* similis, et ut ille genera haec inter se conjun-

gens — *Festuca incrassata Salzm.* ex specimine misso a *Parlat.* ad aliam speciem satis affinem spectat.

† 17. *B. arvensis. Lin. sp. pl. 113—Ucria H. Pan. p. 61.*
B. panicula nutante, spiculis ovato-oblongis.
Inter segetes; *S. Stefano ( Ucria ).*

*Bromus paradoxus*, *Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 39*, ut ipse amicissimus autor me in litteris monuit, a Flora sicula delendus est.

## FESTUCA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 119—Juss. 32. ex parte.*

*Panicula* simplex, vel composita. *Spiculae* lanceolatae, vel lanceolato-subulatae, compressae, multiflorae. *Cal.* 2-valvis: *valvae* inaequales, acutae, carinatae. *Cor.* 2-valvis; valvula exterior acuminata, vel apice aristata, superne carinata; interior apice 2-dentata, ad nervos subtilissime ciliata. *Germen* glabrum aut villosum. *Sem.* liberum, intra corollam persistentem. (*Herbae* annuae, aut perennes: *culmi* erecti, vel adscendentes: *folia* saepius glabra: *pedunculi* ut plurimum compressi: *spiculae* parvae: *stigmata* plumosa, ad basim floris egredientia ).

* *Pedunculi versus apicem incrassati*: *flores lanceolato-subulati*, *saepius monandri*: *valvae calycinae valde inaequales*: *corollina inferior ex apice attenuato longe aristata.* Vulpia *Gmel.*

1. *F. uniglumis. Smith brit. 1. p. 118—Willd. sp. pl. 1. p. 56—Biv. cent. 2. p. 23—Presl l. c. p. 36—Guss. pr. 1. p. 103.*
F. panicula spiciformi coarctata secunda erecta subsimplici, spiculis 5-7-floris glabris undique scabris compressis aristatis arista multo brevioribus, calycis valva inferiore brevissima vel obliterata, superiore aristata, foliis anguste linearibus demum involutis.
Ic. *Host gram. austr. 4. t. 64—Reich. cent. 11. f. 1525, 1526 !*
In sabulosis maritimis, nec non in collibus arenosis a mare dissitis, uti prope *Caltanissetta*, *Butera*, *Pietrapersia* = et in *Favignana*, *Levanzo.*
Aprili, Majo. ☉
*Culmi* caespitosi vel solitarii, erecti, infracti, aut adscendentes, 6-12-pollicares: *folia* glabra, levia: *panicula* 3-5-pollicaris, densiflora, ut plurimum simplex, longe exserta, vel folii superioris vagina basi involuta, semper erecta nunquam apice nutans: *valva calycina* superior spiculam subaequans; inferior vix conspicua, minutissima: *valvula* corollina exterior compresso-canaliculata, carinata, superne magis scabra, obsolete 3-5-nervia, apice in aristam longam attenuata: interior angustissima, acute setoso-bifida: *spiculae* semper virentes ( non rubentes ), aristis demum apice inter se divergentibus, flosculis supremis saepe sterilibus.

2. *F. geniculata. Willd. en. Berol. p. 118.*
F. panicula erecta subaequali, spiculis compressis 3-5-floris glabris leviusculis anguste linearibus cylindraceo-compressis arista sublongioribus, calycis valva inferiore dimidio breviore, superiore acuta spiculam aequante culmo basi geniculato.

Bromus geniculatus. *Lin. mant. p. 33*, ex ejus herbario, et B. stipoides *Lin. mant. p. 537* ex *Willd.*, et ex *Brotero*—Confer *Schult. s. veg. mant. ad vol. 2. p. 402*, et *addit. ad mant. Cl. 111. p. 632* —*Savi cose bot. p. 32.*

Ic. *Schreb. gram. 2. t. 31*—*Brot. fl. lusit. 1. t. 100*—*Savi l. c. t. 3. f. 3.*

In herbosis maritimis Siciliae ( *Jan* ).

Aprili, Majo. ☉

In speciminibus a *Jan* communicatis, *panicula* aequalia; *pedunculi* elongati, spiculas aequantes vel superantes, valde compressi; *aristae* spiculis fere breviores; *habitus F. ligusticae*, a qua valva altera calycina non brevissima, sed dimidio tantum minori, et aristis brevioribus distinguitur. Confer *Savi l. c.*

**3.** *F.* LIGUSTICA. *Bertol. am. it. p. 8*, et *fl. ital. 1. p.631*—*Presl l.c. p. 36*—*Guss. pr. 1. p. 105.*

F. panicula secunda nutante sub anthesi patentissima demum contracta, spiculis glabris compressis subquinquefloris arista breviobus, calycis valva inferiore brevissima vel obliterata, superiore aristata spiculam superante, foliis planis demum convolutis.

Bromus ligusticus. *All. Biv. cent. 2. p. 21*—*R. S. s. veg. 2. p. 649.*

Ic. *Savi cos. bot. p. 33. t. f. 10*—Vulpia ligustica. *Reich. cent. 11. f. 1528* —Gramen bromoides, festucea tenuique panicula, minus. *Scheuch. agr. t. 6. f. 13.*

In collibus, campis, et in pascuis praesertim maritimis in Sicilia.

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* erecti aut adscendentes, solitarii vel plures ex eadem radice, palmares vel 1 1/2 pedales: *folia* glabra, angusta; superius latius: *panicula* sub anthesi virens, demum plus minus purpurascens, quod non in praecedentibus: *pedunculi* sub anthesi horizontales, spiculis dependentibus, fructiferi erecti: *flosculi* remotiusculi: *valva calycina* inferior saepius obliterata; superior carinato-canaliculata, ad carinam scabra, obsolete trinervia, sd marginem uti valva corollina superior scariosa: *valvulae corollinae* subaequales; interior apice acute-bifida, ad nervos ciliata, ut in praecedente; exterior in aristam longam attenuata, obsolete 5-nervia, levis aut scabriuscula, carinato-canaliculata.

**4.** *F.* SETACEA. ( *Parlat. sub Vulpia*, non *Poir.* )

F. panicula laxiuscula secunda stricta, spiculis sub 4 - floris arista brevioribus glabris levibus, valva calycina superiore flosculis sublongiore inferiorem duplo excedente, valvula corollina exteriore obsolete trinervia interiorem bifidam angustissimam subaequante, foliis flaccidis setaceis demum convolutis.

Vulpia setacea. *Parlat. obs. p. 6.* ( non F. setacea *Poir.*, quae ad F. tenellam *Willd.* spectat )—F. sicula. var. *a. Guss. pr. 1. p. 130.*

Ic. *nulla.*

In collibus apricis, et in pascuis submontosis; *Palermo a Monte Cuccio, Busambra, Monte di Cammarata, Vicari, Alia, Lercara, Mezzojuso, Priolo, Maniaci, Cesarò, Mistretta.*

Aprili, Majo. ♃

*Radix* fibrosa: *culmi* 1-1 1/2-pedales, erecti aut adscendentes, solitarii vel plures ex eadem radice, graciles: *folia* glabra, virentia, levia: *ligula* brevissima, obtusa: *panicula* sub anthesi patentiuscula: *pedunculi* scabriusculi, parum compressi, 2-3 lin. longi: *spiculae* tenues: *valva* calycina superior concavo-carinata, acuminata, et uti valvula corollina exterior obsolete trinervia, ad carinam superne scabriuscula, ad margines scariosa; inferiore anguste lineari-acuminata.

Cum *F. ligustica* immerito associata a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 631*, a qua prorsus aliena est, et certis characteribus distints; nam caly-cis valva inferior nec minima, nec obliterata. A sequente vero digno-scitur; *panicula* laxiuscula, pallide viridi-flavescente; *spiculis* tenuio-ribus (ob valvas calycinas, ac corollinas angustiores) et apice magis attenuatas: tamen aliquando valva calycina superior spiculam sub-aequat, et inferiorem, ut in praecedentibus et in sequente, ab 1-ad 2 lin. vsrisre vidi.

5. *F. sicula. Presl fl. sic.*, ac *Cyp. et Gram. sic. p. 36? — Guss. pr. 1. p. 105.* var. *b.*

F. panicula contracta densa secunda stricta, spiculis sub-4-floris a-ristsm aequantibus glabris leviusculis, valva calycina superiore flo-sculis subbreviore inferiorem duplo excedente, valvula corollina exteriore obsolete 5-nervia superiorem angustam bidentatam sub-aequante. foliis linesri-setaceis rigidiusculis demum convolutis.

Vulpia sicula. *Link H. Berol. 2. p. 247—Parlat. obs. p. 5.*

Ic. *nulla.*

In pascuis submontosis; *Monte Pizzuta, ed a Mondello (Parlat.)*: *Fi-cuzza*, *Vicari*, *Ficuzza*, *Lercara.*

Aprili, Majo. ♃

*Radices*, et *culmi* ut in praecedente, sed isti firmiores: *spiculae* in panicula magis approximatae, ac confertae, intense virentes, bre-vius aristatae: *valvae calycinae* ac *corollina* exterior margine latio-re scarioso circumdatae, et ideo latiores, ac spiculae inde minus de-pressae crassioresque: *valvula corollina* interior exteriorem aequans, ad nervos, ut in praecedente, ciliis brevissimis crebris instructa; et ex loco potius illa quam haec ad speciem *Preslii* foret referenda.

6. *F. ciliata. Dec. fl. fr. 3. p. 55—Presl l. c. p. 36*, exclusis syn.—*Poir. dict. enc. supp. 2. p. 654—Guss. pr. 1. p. 104.*

F. panicula subsimplici secunda coarctata continua, spiculis linea-ribus teretiusculis 4-6-floris, valva calycina superiore flosculis bre-viore, altera minima, corollina valvula exteriore margine bssique longe ciliata acuminato-aristata, aristam ausm subsequante, foliis convolutis lineari-setaceis.

F. myurus. *Lin.* ex *Willem. not. p.152*—Vulpia myurna. *Reich. cent. 11. p. 24.*

Ic. *Host gram. austr. 4. t. 65—Savi cos. bot. p. 52. t. 3. f. a. b. —Reich. l. c. f. 1524*—Gramen aristatum, cristatum, lanuginosum. *Cup. panph. 2. t. 234—Bon. t. 37* — G. festucaceum, myurum, minori apice beteromalis. *Scheuch. agrost. t. 6. f. 12.*

In collibus aridis sterilibus, muris, et tectis in Sicilia ≍ et in *Ustica*, *Isola Eolie*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Levanzo.*

Martio, Aprili. ⊙

*Culmi* plures ex eadem radice, 3 12-pollicares: *folia* inferiora setacea, brevissima; superius latius, vagina sua spathaeformi paniculam 3-5-pollicarem basi involvens: *spiculae* anguste lineares, tenues: *ca-lycis valvae* acutae; inferior aliquando obsoleta; *valvula corollina* exterior canaliculata, obsolete 5-nervia, longe barbata; interior acute bifida, ad nervos ciliato-scabra.

*Habitus* omnino sequentis, a qua tamen satis superque diversa, nec ut varietas habenda. Confer quae dixi in *pl. rar. p. 38*, nec non *Savi* et *Willem l. c.—F. alopecurus. Schous.*, quoad specimina au-thentica ipsius auctoris in herb. *Cav.*, a *B. barbato Savi* nullimo-do differt! In istis valva calycina altera brevissima, ut in affinibus An ideo *Poir.*, uti Cl. *Ten.* in *fl. med. p. 49.* suspicatur, hanc spe-ciem male descripsit, quia valvulas calycinas aequales dixit?

7. *F.* MYURUS. Pollich. *palat. p. 104 — Savi cose bot. p. 52 — Guss. pr. 1. p. 104.*

F. panicula laxiuscula elongata secunda contracta apice nutante demum stricta ; spiculis glabris scabris lanceolato-attenuatis compressis 4-8-floris, valva calycina superiore lanceolata acuta 2-3, inferiore 1. lin.longa anguste lineari, corollina valvula exteriore acuminato-aristata, arista illam triplo excedente, foliis setaceis, culmo superne fere ad apicem folii superioris vagina involuto.

F. pseudo myurus. *Villem. not p. 150* — Vulpia pseudo-myurus. *Reich. cent. 11. p. 24.*

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 23—Reich.* l. *c. f. 1525— Leers herbor. t. 3. f. 3*, optima—Gramen festucaceum, myurum, elatius, spica heteromalla, gracili. *Scheuch. agrost. p. 295. t. 6. f. 11.*

In sterilibus, in sylvaticis, et in collibus aridis in Sicilia = et in *Ustica , Isole Eolie , Pantellaria , Favignana , Levanzo.*

Aprili , Majo. ☉

*Culmi* plures vel solitarii, 6-18-pollicares, erecti : *folia* glabra, vel superne pubescentia, scabriuscula, cito convoluta, brevia; supremum paniculam aliquando pedalem laxifloram virentem ut plurimum vaginans : *pedunculi* et *rachis* scabri : *valvae calycinae* utraeque muticae ; superior canaliculato carinata, 3-nervis ; nervis lateralibus obsoletis : *valvula* corollina exterior canaliculata, 5-nervia, vel potius 3-nervia ob nervos laterales obsoletos; interior paullo brevior, acute bidentata, ad nervos crebre ciliolata.

Pro controversis synonymis hujus speciei conferantur, *Savi l. c. — Willem* l. *c. p. 128-133—Reich. fl. germ. exc. 1. p. 37*, et *Bertol. fl. ital. 1. p. 636.*

8. *F.* BROMOIDES. *Smith brit. 1. ed. 2. p. 142*, non *Lin.* ex observatione *Savi l. c. p. 51—Guss. pr. 1. p. 105— Presl* l. *c. p. 36 — Ucria H. Pan. p. 60.*

F. panicula secunda laxiuscula abbreviata (vix 2-pollic.) subsimplici erecta demum contracta, spiculis glabris lanceolato-attenuatis compressis 3-6-floris, valva calycina superiore lanceolata acuta 1 1/2-2 lin. inferiore vix 1/2 lin. longa, corollina valvula exteriore acuminato-aristata, arista illam duplo excedente, foliis setaceis, culmo superne longe nudo.

Vulpia bromoides. *Link H. Berol. 2. p. 271—Reich. cent. 11. p. 25.*

Ic. *Reich. l. c. t. 1529—Lam. ill. gen. t.46. f. 4.* mediocris—Gramen bromoides, panicula heteromalla, longioribus aristis donata. *Scheuch. agr. t. 6. f. 10.*

*b. ambigua*; panicula simplici stricta lineari, spiculis 2-3-floris.

Ic. Bromus ambiguus. *Cyr. fasc. pl. rar. 1. p. 10. t. 2.*

In collibus aridis ; *Palermo (Jan.), Messina , Catania , Buccheri ,* = et in *Ustica , Maretimo , Pantellaria , Favignana* : var. *b.* passim cum specie, sed precipue prope *Messina , Floresta , Montalbano , Francavilla.*

Aprili , Majo. ☉

*Culmi* plures ex eadem radice vel solitarii, 2-6-pollicares, graciles; *folia* radicalia numerosa, convoluta; caulino superiore nonnihil latiore, vagina sua paniculam nunquam involvente,ut in praecedente: *panicula* 1/2 ad summum 2-pollicaris; reliqua ut in praecedente; a qua potius habitu sui proprio, quam firmis characteribus diversa. Confer quoque *Koch syn. p. 811.*

*F. sciuroidis* specimina, quae Cl. *Reich.* communicavit ; habitu, spiculis crassiusculis ac magis teretibus, et aristis longioribus ab hac nostra recedit, uti ejusdem icon spiculis paullo latioribus.

** *Pedunculi filiformes, vix apice crassiores: flores lanceolati breviter aristati vel mutici: valvae calycinae inaequales: corollina valvula inferior ex apice attenuato-aristata.* — Festucae genuinae *auctorum*.

9. *F.* DURIUSCULA. *Lin. sp. pl. 108 —Ucria H. Pan. 60 — Guss. pr. 1. p. 102.*

*F.* panicula secunda stricta patente demum contracta, spiculis compressis 4-8-floris, flosculis aristatis muticisve, valvis calycinis acutis, superiora semel longiore, corollina valvula inferiore obsolete 3-5-nervia superiorem apice subbidentatam aequante, foliis radicalibus rigidis junceis rectis (4-6-pollicaribus), culmis elatis (10-18-poll.) apice striatis levibus, radice fibrosa.

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 83—Reich. cent. 11. f. 1558—Leers herbor. t. 8. f. 2.*

*b.* culmis basi infractis gracilibus 4-8-pollicaribus, foliis radicalibus setaceis brevissimis aliquando recurvis.

F. ovina. *Ucria l. c.—Presl fl. sic. pr., ac Cyp. et gram. sic. p. 35*, an et *Lin.?*

Ic. F. ovina. *Host gram. austr. 2. p. 60. t. 84* — F. curvula *Reich. cent. 11. f. 1559?*, sed spiculae videntur teretiusculae.

In siccis, et aridis montosis; *Pizzuta e Renda (Parlatore): Madonie, Monte di Cammarata, Busambra, Castrogiovanni, Monte Scuderi, Etna.*

Majo, Julio. ♃

*Culmi* plures, dense caespitosi, erecti vel adscendentes in *a.* ; *folia* radicalia numerosa, viridia aut glaucescentia, levia, glabra: in *a.* crassiora, et saepius recta; in *b.* breviora, tenuiora. magis virentia. et saepius recurva; caulina 1-2, breviora: *ligula* biauriata: *panicula* 1-3-pollicaris; ramis sub anthesi patentibus, levibus aut scabriusculis: *spiculae* leves, virentes, lanceolatae, aliquando viridi purpurascentes: *valva calycina* superior flosculis brevior, 3-nervia: *valvula corollina* exterior sub lente scabriuscula, superne carinata, aristam suam semper excedens, margine non scariosa.

Quamvis Cl. *Link* in *H. Berol. 2. p. 266*, et *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 60, F. ovinam Lin.* cum *duriuscula* conjugant; tamen (quantum recordor) in planta herb. *Lin.* spiculae teretiusculae, non ita compressae, ac glaciliores diversam speciem sistere videntur. Confer *Smith fl. britt. ed. 2. v. 1. p. 141.*

10. *F.* HETEROPHYLLA. *Willd. sp. pl. 1. p. 421—Guss. pr. 1. p. 102.*

*F.* panicula laxa nutante subsecunda florente patula, spiculis compressis subsexfloris lineari-lanceolatis glabris, valva calycina inferiore semel longiore, corollina exteriore aristato-acuminata, foliis radicalibus capillaribus longis flaccidis, culmeis latioribus planis, radice fibrosa.

Ic. *Host gram. austr. 3. t. 18*—F. nemorum. *Reich. cent. 11. f. 1558* —Gramen tenuifolium, glabrum. *Vaill. bot. paris. t. 18. f. 6.*

In nemoribus; *Ficuzza, Montalbano, Fransavilla, Floresta, Maletto, Bronte.*

Junio, Julio. ♃

*Radices* non repentes; *folia* virentia, levia, glabra, non pubescentia, uti ait *Spr.* in *s.veg.1.p.354*; *culmi* 2-2 1/2 pedes alti: *ligula* biaurita: *panicula* laxiflora, 3-10-pollicaris: *spiculae* glabrae, leves, virentes, vel pallide coerulescentes, teretiusculae, inde compressae, flosculis parum remotis, 2-3 lin. latae: *valvae* calycinae valde inaequales; et uti corollina exterior margine scariosae; superior 3-

nervia, acuta: *valvulae* corollinae subaequales; exterior canaliculata, superne carinata, obsolete 5-nervia, aristam suam aequans vel excedens sub lente tuberculato-scabriuscula.

Discrepat a descriptione *Hostii*, valvis corollinis et calycinis non ciliatis, pedunculis vix scabris, arista longiore, culmis elatioribus. An species distincta?

*** *Pedunculi, ut in sectione praecedente: valvas calycinae subaequales; corollina inferior ex apice emarginato-dentato breviter aristata, vel mutica* — Scheonodorus. *Paliss.*

11. *F.* POAEFORMIS. *Host gram. austr. 2. p. 84—Guss. pr. 1. p. 106.*

F. panicula oblonga subaequali erecta, pedunculis semiverticillatis approximatis, spiculis glabris oblongis 3-5-floris compressis levibus, flosculis basi pilis brevibus involucratis, axi piloso, valvula corollina exteriore carinata mutica vel brevissime aristata, foliis junceis involuto-filiformibus elongatis retrorsum vaginisque scabriusculis, radice fibrosa.

F. nebrodensis. *Jan. elench. p. 2.*

Ic. *Host l. c. t. 84—Reich. cent. 11. f. 1554*—Gramen angustifolium, alpinum, paniculis ramosis, purpureo-viridibus, asperulis. *Cup. panph. 1. t. 143—Bon. t. 69.*

In aridis elatioribus montosis; *Madonie alla Curma de' Pini, ed al Cuozzo del Salvatore, Etna nella regione arenosa.*

Junio, Julio. ♃

*Culmi* erecti, superne scaberrimi vel scabriusculi, basi foliorum vaginis dense tecti: *folia* semper erecta, glabra, striata, plus minus scabra, radicalia in densum caespitem congesta, culmo breviora; *ligula* lin. longa, truncata: *panicula* 2-3-pollicaris, densiflora; *pedunculis* flexuosis, hispidulis: *spiculae* nitidae, concolores, aut viridi et purpureo variegatae, compressae, 2. lin. longae: *valvae* calycinae inaequales, spicula breviores; superior concava, 3-nervia, longior, ad carinam scabra: valvula corollina interior apice acute bifida, ad nervos crebre ciliata; exterior obsolete 3-nervia, concava, apice bidentata, mutica, aut arista brevissima inter duos dentes vel parum infra instructa, flosculi basi involucrati pilis brevibus, propter quos villo connexos male dixi in *l. c.*

Excludatur ab hac specie in *pr. l. c. F. aetnensis Presl*, quae ad *Poam aetnensem* potius pertinet, et ad hanc speciem quoque sunt referenda, quae Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 601* dicit sub *F. poaeformi! !*— Icon *Bonanni* ad *P. trivialem* a Cl. *Bertol.* in *excer. de re herb. p. 20.* relata, ex loco natali et habitu ad hanc speciem certe spectat.

12. *F.* DRYMEJA. *Mert.* et *Koch fl. germ. 1. p. 670*, et *Koch syn. p. 815.*

F. panicula ramosissima diffusa secunda apice nutante, pedunculis scabris laxis sub anthesi divaricatis, spiculis oblongis compressis muticis 3-5-floris, valva calycina superiore nervis tribus supra medium productis, valvula corollina inferiore 5-nervia acuta subtilissime punctata, foliis latiusculis (2-4 lin.) planis, radice repente.

F. exaltata. *Presl fl. sic. p. XLV — Kunt en. pl. 1. p. 410 — Schult. s. veg. add. ad mant. cl. III. p. 644.*, ab omnibus erronee descripta —*Bertol. fl. ital. 1. p. 615*—F. sylvatica. *Presl l. c. p. 37.* et *Guss. pr. 1. p. 107* excl. synon. — Gramen alterum, paniculatum, asperum, pulchris paniculis surrectis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 54.*

Ic. *Host l. c. t. 78*—F. montana. *Reich. cent. 11. f. 1564?*

In sylvaticis montosis in Sicilia.

Junio, Julio. ♃

*Planta* undiquo glaberrima, et *habitus Poae*: *radices* parum repentes: *culmi* erecti, superne longo tractu nudi, 2-5-pedales: *folia* firmiuscula, superne striata ac glaucescentia, subtus virentia, ad margines scabra: *panicula* saepe ampla, tamen rariflora, 4-6-poll. longa: *pedunculi* scabri, demum erecti, inferiores longiores, et saepe bracteola brevissime truncata suffulti: *spiculae* laete virentes, 2-3 lin. longae, demum compressae: *valvae calycinae* valde inaequales, acutae, lanceolatae, ed margines tenue scariosae: *valvula* corollina exterior mutica, acnta, non vero acnminata, interiorem ad nervos tenue ciliolatam et bidentatam aeqnans.

A vera *F. Drymeja*, sive *F. sylvatica Host* parum aliena; nam in plantis germanicis radices non ita late axcurrentes; paniculae rami breviores; spiculae longiores, sed tenuiores; valvula corollina exterior minutis tuberculis scabra, apice acnminato-mucronata; interior exteriori paullo minor: at in plentis siculis, nec non in illis prope *Neapolim* nascentibns, paniculae rami longiores; spiculae saepe numerosiores, breviores, magis latae; valvula corollina exterior acnta, sed non acnminato-mucronata; interior exteriori eequalis ant longior. Interim dum plantae in Apratii nemoribus collectae cum germanicis ex asse quadrant, illae quae in *Aspromonte* in Calabria observavi ac in nemoribus Siciliae septentrionalis proveniunt (quae ad *F. calamariam* a *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 615.* referuntur) transitus ab una ad alteram speciem probant; siquidem in istis valvula corollina exterior scabriuscula, et quoad apicem exacte inter plantas germanicas, et illas Siciliae magis meridionalis mediae sunt: species idcirco melius observanda ec comparanda—Monendum quoque ast, quod in descriptione male *Presl* locustas 1-floras, valvulas 3-nerves, vaginas scabras, huic speciei tribuit: nam spiculae 3-5-florae, valvulae corollinae 5-nerviae (ideoque etiam a me male 3-nerviae dictae), vaginae leves, aut vix scabrae. Confer *Schult. l. c.* sub *Schoedonoro calamario*, et *Bertol. l. c.*

13\. *F.* PRATENSIS. *Huds. angl. ed. 1. p. 37—Smith fl. britt. ed. 2. v. 1. p. 148—Presl l. c. p. 36?—Bertol. fl. ital. 1. p. 619.*

F. panicula elongata rariflora subsecnnda subnutante, pedunculis semipatentibus demum erectis, inferioribns subramosis pauciepiculiferis, spiculis glabris levibus 8-10-floris teretibus demum flosculorum remotione compressis oblongis, valva calycina superiore semel longiore, corollina exteriore emarginato-aristata; arista illam subaequante, foliis planis flaccidis, radice fibrosa.

F. elatior. *Lin. fl. svec.* (non *spec.*) *ed. 2. p. 32*, exclus. syn. *Barr.*—F. multiflora. *Presl l. c. p. 37—Guss. pr. 1. p. 108*—F. pluriflora. *Schult. s. veg. mant. 2. p. 402—Guss. pr. supp. p. 24.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1565*—F. elatior. *Host gram. austr. 2. p. 57. t. 79—Schreb. gram. 1. p. 54. t. 2*—Gramen loliaceum, panicula multiplici, et spicata. *Scheuch. agr. t. 4. f. 6.*

In dumetis et in pascuis sylvaticis montosis umbrosis; *Palermo a S. Martino, Carini, Monte Pizzuta, Ficuzza, Buccheri*: *Moarta* (*Parlat.*).

Majo, Junio. ♃

*Culmi* saepins solitarii, 2-3-pedales, erecti aut adscendentes: *folia* radicalia anguste linearia, demum convolute; superiora longior a. latiora, margine scabrinscula, 1-1 1/2 lin. lata, fere pedalia, lae te virentia: *panicula* 4-6-pollicaris; *pedunculis* et rachide vix scabris, inferioribus geminis (altero longiore) ac ramosis et longioribus:

*spiculae* virentes, aut ex viridi-purpurascentes, 4-6 lin. longae: *valvae* calycinae valde inaequales, acutiusculae; superior 3 nervia, duplo fere longior: *valvula* corollina exterior margine scariosa, concavo-canaliculata, obsolete 5-nervia, inter emarginaturam aristata; superior 2-dentata, ad nervos tenue et crebre ciliolata.

A sequenti differt, foliis angustioribus, habitu graciliore, loco natali, sed praesertim spicularum forma: istae in hac specie elongatae, non turgidae, flosculis demum remotiusculis, ideoque latiores; in illa semper turgidae; ovales, numerosae, approximatae; flosculis non remotis, et panicula ramosior. Optime ad veram *F. pratensem* plantam *Preslii* traxit Cl. *Bertol. l. c.*, uti comparatis speciminibus anglicis certus sum; tamen flosculos in planta sicula semper aristatos, et radicem hinc inde excurrentem vidi.

14. *F.* ELATIOR. *Lin. sp. pl. III.*, excl. syn. *Barr.* — *Smith fl. britt. 1. p. 124* — *Ucria H. Pan. p. 60* — *Biv. cent. 1. p. 58* — *Presl l. c. p. 36* — *Guss. pr. 1. p. 107.*

F. panicula ramosissima elongata densiflora subnutante, pedunculis sub anthesi patentibus demum erectis contractis, inferioribus multifloris, spiculis ovali-lanceolatis compresso-turgidis, flosculis approximatis, valva calycina superiore parum longiore, corollina exteriore ex apice brevissimo emarginato subaristata, foliis latolinearibus planis firmis, radice repente.

F. arundinacea. *Schreb. spicil. 57*—*Reich. fl. germ. exc. 1. p. 40*, et *cent. II. p. 29*—F. pratensis. *Guss. pr. 1. p. 108*, excl. syn.— Gramen alterum, paniculatum, asperum, pulchris paniculis surrectis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 38.*

Ic. Bromus littoreus. *Host gram. austr. 1. p. 7. t. 8* — *Reich. l. c. p. 1568*—Gramen pratense, paniculatum, altum, asperum, latifolium, panicula magna, multiplici, pendula. *Cup. H. Cath. p.87*, et *panph. 1. t. 156*—G. arundinaceum, locustis viridi-spadiceis, loliaceis, brevius aristatis. *Scheuch. agr. t. 5. f. 18.*

In pascuis pinguibus, ac humentibus elatioribus; *Buccheri, Mistretta, Floresta, Montalbano, Guddemi al Sud di Busambra*: et forma minor, quae est *F. pratensis pr. l.*, in pascuis siccis demissis apricis ubique in Sicilia = et in *Saline sul monte.*

Aprili, Majo. ♃

*Radices* et *culmi* validi; isti 2-3-pedales, erecti, superna nudi: *folia* radicalia numerosa, dense caespitosa, uti reliquae partes glaberrima, superne striata, ad margines scabra, 2-4 lin. lata, intense virentia: *panicula* 4-12-pollicaria, pedunculis omnibus ramosis scabris; inferioribus geminatis, altero longiore: *spiculae* semper compressoturgidae, 3-7-florae, virentes aut vix viridi-purpurascentes: *valvae* calycinae lanceolatae, carinato-canaliculatae; superior 3-nervia: *valvula* corollina exterior concava, oblonga vel acuminata, aut ex apice emarginato mucronato-aristata; obsolete 5-nervia, sub lente punctato-scabra, inferiorem breviter bidentatam, ad nervos minute ciliatam aequans.

In *Fl. sic. pr. l. c.* excludatur ab hac specie syn. *Bonanni*, quod ad *Glyceriam fluitantem* spectat. Praeterea recte monet Cl *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 618*, quod radices aliquando simpliciter fibrosae appareant, dum inter eradicandum stolones divelluntur.

## DACTYLIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 117—Juss. 31.*

*Panicula* composita, subsecunda, et ob ramos ultimos brevissimos *spiculae* conglobatae; quae multiflorae, carinato-compressae, et inaequilateres. *Cal.* 2-valvis: valvae acutae, inaequales, obliquae. *Cor.* 2-valvis; valvulae subaequalos; exterior ex apice integro vel emarginato breviter aristata. *Sem.* corollae adnatum. ( *Herbae* perennes, caespitosae, nonnullae stoloniferae: *culmi* erecti, aut adscendentes: *folia* sparsa vel disticha, saepius carinata ac glaucescentia: *panicula* densa, brevis. *stigmata* plumosa, a basi floris egredientia. )

1. *D.* GLOMERATA. *Lin. sp. pl. 105 — Ucria H. Pan. p. 59—Guss. pr. 1. p. 100.*

D. panicula secunda supradecomposita glomerata, ramis divaricatis, glomerulis distantibus, valvis calycinis at corollina exteriori ad carinam ciliatis, spiculis 3 4-floris, foliis carinatis virentibus, stolonibus nullis.

Gramen spicatum, folio aspero. *Cup. H. Cath. p. 87.*

Ic. *Schreb. gram. t. 8. f. 2—Host gram. austr. l. t. 94—Reich.cent. 11. f. 1525!* — Gramen spicatum . folio aspero. *Bauh. prod. p. 9.*

*b. hispanica*; panicula secunda glomerato-spicata subsimplici basi interrupta, spiculis subtrifloris, foliis carinatis glaucescentibus.

D. hispanica. *Roth. catalect. 2. p. 8 — Dumor. agrost. belg. tent. p. 115. t. 6. f. 24—Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp.* at *Gram. sic. p. 34— Guss. pr. 1. p. 100.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1521 ! — Dumor. l. c. p. 115. t. 6. f. 24.*

*bb. glabrata*; valvis calycinis corollinisque ad carinam glabratis.

Varietas *a.* in sylvaticis montosis; *Madonie*, *Etna*, *boschi di Valdemone*; var. *b.* in campis aridis, et collibus asperis mari finitimis in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Lampione*, *Linosa*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*; var. *bb. Ustica*, *Isole Eolie*, *Pantellaria.*

Aprili, Majo. ♃

*Radices* crassiusculae, fibrosae: *culmi* erecti, aut adscendentes, 1/2 - 3 - pedales, saepe caespitosi: *folia* plus minus elongata, rigidiuscula, erecta; in *b.* saepius patentia, ad margines scabra: *ligula* oblonga, acuta vel erosa: *panicula* 1 - 4 - pollicaris, interrupta: *spiculae* virentes, non demum purpurascentes: *valvae* calycinae parum inaequales, acutae vel acuminatae, flosculis sub breviores, in *a.* fere non marginatae; in *b.*, et *bb.* dorso virentes ac cartilagineae, caeterum albo-membranaceo-scariosae, inferior minor, enervia; superior aliquando aristulata, nervo unico in latere exteriore latiore: *valvula corollina* exterior 5-nervia, apice emarginata et aristata; interior acute-bifida, ad nervos ciliata.

In *b.* et *bb. panicula* minus composita; *valvae calycinae* magis aequales; flosculorum *axis* magis elongatus; *spiculae* magis pubescentes; *folia* breviora, angustiora, glaucescentia; *habitus* gracilior: variat praeterea *panicula* viridi et rubente—Praeuntibus *Spr.*, *Bertol.*, *Linkio*, et *Koch D. hispanicam* cum *glomerata* conjunxi, sed in maritimis locisque depressis inter innumeros hujus varietatis lusus, nunquam *D. glomeratae* forma invenitur—Specimina *D. hispanicae* ex *H. R. Matr.* vix differunt a nostris, et ab icona citata, *racemulis* inferioribus non sessilibus, sed breve pedunculatis; *spiculis* obtusioribus et fere truncatis; in reliquis conveniunt.

2. *D. LITORALIS. Willd. sp. pl. 1. p. 408—Bertol. amoenit. ital. p. 258*, cum omnibus synonymis—*Guss pr. 1. p. 100*, excl. synon. *Cup.* et *Bon.* ad sequentem spectantibus.

D. panicula spicata brevi oblonga interrupta, spiculis scabriusculis compressis approximatis glabris. valvula corollina externa apice angustata obsolete emarginata, foliis distichis rigidis glabris patentibus involutis, stolonibus diffusis repentibus.

D. maritima. *Schrad. fl. germ. 1. p. 515*—D littoralis, et maritima. *R. S. s veg. 2. p. 627* et *628*—D. distichopylla. *Brignoli fasc. pl. forol. p. 16*—Festuca litoralis. *Sibth. fl. gr. 1. p. 65*—Calotecha litoralis. *Spr. s. veg. 1. p. 347.*

Ic. *Sibth. l. c. t. 80!—Host gram. austr. 4. t. 28—Reich. cent. 11. f. 1520.*

In argillosis inundatis, et uliginosis maritimis; *Catania, Agosta, Siracusa, Trapani, Marsala.*

Junio, Julio. ♃

*Herba* undique glabra: *stolones* valde elongati, ramulos plurimos floriferos annotinos 2-pollicares foliis fere undique tectos ex nodis emittentes: *folia* ex viridi-glaucescentia, vix poll. longa, acuta, una cum vaginis, levia ac striata (margine scabra ex *Host* et *Bertol.*): *ligulae* loco pilorum series: *panicula* 6-12-lin. longa; *ramis* brevissimis, adpressis, et *spiculis* 4-10-floris subsessilibus approximatis: *valvae* calycinae acutae, ad carinam scabrae: *corollina* valvula exterior multistriata, apice brevissime aristata; interior bidenticulata, ad nervos scabra.

3. *D. REPENS. Desf. atl. 1. p. 79—Guss. pr. 1. p. 101.*

D. panicula spicato-capitata ovata densissima, spiculis hirsutis compressis confertis, valvula corollina externa apice dilatata emarginata aristata, folii distichis rigidis patentibus albo-villosis involutis stolonibus diffusis repentibus.

Ic. *Desf. l. c. t. 15* — Gramen caninum, marinum, pumilum, graminis filicini pauiculis in spiculam compactis. *Cup. panph. 1. t. 176*, et *2. t. 145 — Bont. t. 1.*

In arenosis salsis inundatis maritimis; *Comiso al lago di Camerana, Spaccafórno, Capopassaro* = et in *Lampedusa alla salina sotto il castello.*

Julio, Septembri. ♃

*Stolones* longe lateque repentes, et ex singulo nodo radicantes; *rami* plurimi annotini, fere fasciculati, 1-3-pollicares: *folia* brevia, semipollicaria, glaucescentia, angustiora quam in icone *Desf.*; *racemuli* plures in paniculam densam 4-5-linearem congesti.

*Habitus* omnino praecedentis, a qua differt, praeter *villositatem* satis superque variabilem; florendi tempore seriore; ramis floriferis apice longo tractu nudis; foliis brevioribus ac tenuioribus; *panicula* spicato-capitata, idest ex spiculis omnibus arcte approximatis composita, et inde fere ovata. vix 2-3 lin. longa; *valvula* exteriori corollina apice dilatata, interiore apice truncata. Nostra cum speciminibus *Desf.* exacte convenit. Confer *Schult. s. veg. add. ad mant. Cl 111. p. 627*—Melius inspectis iconibus *Bonanni* ac *Cupani*, quoad spicularum formam melius ad hanc speciem, quam ad praecedentem spectare jure arbitratur Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. fl. 574*; sed iconem *fl. gr.* potius ad praecedentem pertinet.

## DIPLACHNE.

*Link H. Berol. 1, p. 155. n. 85.*

*Paniculae* laxiflorae pedunculi patentes, racemosi. *Spiculae* lanceolato-lineares, pauciflorae, demum laxatis flosculis compressae. *Flosculi* basi villo involucrati, et introrsum ventricoso-conici. *Cal* 2-valvis: valvae inaequales, canaliculatae, subcarinatae, flosculo proximo breviores. *Cor.* 2-valvis: valvulae subaequales; exterior ex apice integro aut bidentato brevissime aristulata. *Sem.* liberum intra corollam persistentem. (*Herba* perennis, glaberrima; *culmi* erecti: *folia* brevissima: *spiculae* demum purpurascentes: *stigmata* plumosa, ad basim floris egredientia).

*D. SEROTINA. Link l. c.*

D. spiculis 2-5-floris remotiusculis, valvula corollina inferiori 5-nervia, foliis divaricato-patentibus, culmo fere ad apicem foliorum vaginis tecto, radice repente.

Festuca serotina. *Presl fl. sic. 1*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 37—Guss. pr. 1. p. 108*—Molinia serotina. *Koch syn. p. 808.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1571*—F. serotina. *Host gram. austr. 2. t. 92*—Gramen loliaceum serotinum, panicula dispersa. *Seguier veron. supp. p. 146. t. 5. f. 2.*

In glareosis maritimis; *Messina* (*v. s.* communicatam a *Preslio*). Septembri, Octobri. ♃

*Culmi* saepe ima tantum basi ramosi, 1-1 1/2-pedales, semiteretes: *folia* vix 1-1 1/2 poll. longa, et una cum spiculis demum purpurascentia, margine scabriuscula: *panicula* depauperata, pedunculis remotis: *spiculae* laterales pedunculis adpressae: *valvae* calycinae acutae, ad carinam scabriusculae, ad margines scariosae; inferior duplo minor; corollina *valvula* exterior 5-nervia, superiorem acute bidentatam ad nervos ciliolatam aequans: arista brevissima.

## SCLEROCHLOA.

*Link H. Berol. 1. p. 149. n. 80.*

*Panicula* secunda aut disticha, pedunculis rigidis (non dilatatis) a spiculis articulatim distinctis, ex altera facie tantum racbidis prodeuntibus. *Spiculae* muticae, multiflorae, cylindraceae aut compressae, flosculis liberis. *Cal.* 2-valvis: valvae subaequales, compresso-carinatae, flosculo proximo breviores. *Cor.* 2-valvis: valvulae concavae, ad apicem non carinatae; interior 2-dentata, ad nervos ciliata. *Sem.* liberum, intra corollam persistentem. (*Herbae* annuae, glabrae: *culmi* ut plurimum ramosi: *pedunculi* saepius horizontaliter patentes: *flosculi* persistentes, aut decidui: *stigmata* plumosa, a basi floris egredientia. — Valvula corollina inferiore ad apicem non carinata a *Catopodio* genus hoc dignoscitur; valvis valvulisque coriaceis a *Festuca* et a *Diplachne.*)

1. *S. MARITIMA. Link H. Berol. 2. p. 274.*

S. paniculae secundae pedunculis patentibus divaricatis levibus angulatis, spiculis ovali-lanceolatis brevibus elongatisve crassis compressis, flosculis demum deciduis, valvis calycinis corollinisque valida nervosis, culmo basi geniculato.

S. dichotoma. *Link l.c.1.p.149*—Triticum maritimum. *Lin. sp. pl. 128*—*Biv. cent. 1. p. 79*—*Cyr. pl. rar. neap. f. 2. p. 2*— *Guss. pr. 1. p. 149*, excl. ab omnibus icon *Bocc. t. 95*— Festuca maritima.

*Dec. fl. fr. 3. p. 47*, et *Bertol. fl. ital. 1. p. 814*—Brachypodium maritimum. *Presl fl. sic. 1*, ac *Cyp. et Gram. sic. p. 41.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1519—Cyr. l. c. t.2*—Gramen maritimum, locustis bians, rostellum aviculae imitantibus. *Cup. H. Cath. p 92; panph. 2. t. 85—Bon. t. 2—Raf. t. 68. f. 4.*

In arenosis maritimis Siciliae ; et in *Stromboli.*

Majo, Junio. ⊙

*Culmi* ramosi, adscendentes, ad nodos saepe et foliorum vaginae rubentes, 3-10 - pollicares ; *folia* brevis, cum spiculis glaucescentis, angusta, margine scabriuscula, demum subinvoluta, vaginis superiorum spathaeformibus : *panicula* 1-4- pollicaris ; pedunculis ramosis, inferioribus geminis valde inaequalibus : *spiculae* sub anthesi teretiusculae, demum compressae, 4-10 florae ; laterales sessiles ; *valvae* calycinae parum inaequales, 3-nerviae, acutae, ad margines scariosae : *corollina* exterior, uti calycinae, compresso-carinata, mucronulata, 3-nervis ; superior vix bidentata ad nervos fere glabra—Variat spiculis angustis, vel dilatatis (2 1/2 lin. latis), approximatis inter se, vel remotis, 3-8 lin. longis.

2. S. DIVARICATA, *Link H. Berol. 2. p. 151.*

S. paniculae subsecundae pedunculis rigidis patentibus angulatis scabris, spiculis tereliusculis gracilibus elongatis, flosculis persistentibus, valvis calycinis corollinisque obsolete nervosis, culmo basi geniculato.

S. articulata. *Link H. Berol. 1. p. 150*—Festuca divaricata. *Desf. atl. 1. p. 89—Biv. cent. 2. p. 26—Guss. pr. 1. p. 109*—Brachypodium divaricatum. *Presl fl. sic. 1. p. 40*, et Schoenodorus divaricatus id. *Cyp. et Gram. sic. p. 40.*

Ic. *Desf. l. c. t. 22*—Gramen maritimum, paniculis asperis loliaceis. *Bocc. mus. t. 95*, quae, uti recte notat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1, p. 846* ad praecedentem male a me et ab aliis adducta.

In sabulosis maritimis ; *da Trapani a Catania, presso Termini* ; et in arenosis a mare dissitis, *Caltanissetta*, *Delia*, *Pietrapersia*, *Montallegro.*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* ut in praecedente, sed graciliores, et minus superne ramosi ; *folia* angustiora ; vaginis superiorum non spathaeformibus ; *pedunculi* non gemini, sed plures ex eodem rachidis dente, valde inaequales ; *spiculae* 5-12 lin. longae, multiflorae, diametro vix lineari, virentes aut ex viridi - purpurascentes : *valvae* calycinae inaequales, uninerviae, acutae, margine albo-membranaceae : valvulae *corollinae* subaequales ; exterior 3-nervia, apice obtusiuscula, aut retusa cum mucronulo : *superior* bifida, ad nervos crebre ciliata.

A praecedente, cui proxima, indicatis characteribus cito dignoscitur.

3. S. HAEMIPOA.

S. paniculae confertiusculae secundae distichae pedunculis rigidis erecto-patentibus ad angulos serrulato-scabris, spiculis lanceolato-linearibus compressis, flosculis cylindraceis obtusiusculis persistentibus, valvis ad carinam superne scabris, calycina superiore crasse 3-nervia, corollina exteriore immarginata acutiuscula subenervia, foliis demum sub-involuto-setaceis, ligula truncata-ciliato-lacera, culmis erectis adscendentibusque.

Triticum haemipoa. *Delisl. pl. exsicc.*, ex *Ten. syll. p.56—Guss. pr. supp. p. 56*—Festuca haemipoa. *Spr. s. veg. 4. par. 2. p. 36* — Gramen gramini exili, duriusculi Lobelii simile, panicula latiore. *Tourn. Herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. *nulla.*

In herbosis arenosis maritimis ; *Palermo, Castellammare, Girgenti.*

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* aetate decumbentes ac rubentes, 2-7-pollicares, basi ramosi aut simplices, superne nudi: *folia* brevia, vix lin. lata, ad margines scabriuscula, vaginis inferioribus ut plurimum ampliatis: *panicula* 1-3-pollicaris: *pedunculi* et *rachis* subtriquetri, margine serrato-scabri: *spiculae* 1-4 lin. longae, vix 1 lin. latae, 5-9-florae: *valvae* calycinae parum inaequales, carinatae; inferior non albo-marginata: *corollina* exterior mucronulata, obsolentissime nervosa, et saepius sub lente tenue tuberculata, concava et vix carinata.

4. S. RIGIDA. *Link H. Berol. 1. p. 150— Presl fl. sic. 1.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 45.*

S. paniculae confertae secundae distichae pedunculis rigidis erecto-patentibus scabriusculis ad angulos serrulato-scabris submarginatis, spiculis lanceolato-linearibus, flosculis subcompressis acutiusculis persistentibus, valvis ad carinam levibus anguste albo-marginatis, calycina superiore crasse 3-nervia, corollina exteriore subenervia obtusiuscula, foliis planis vel demum involutis, ligula brevi truncata, culmis erectis adscendentibusque.

Poa rigida. *Lin. sp. pl. 101—Guss. pr. 1. p. 97* cum varietatibus— *Host gram. austr. 2. p. 53.*

*a. glaucescens*; pumila, culmo 2-3-pollicari violaceo, foliis glaucescentibus, panicula abbreviata confertiore rigidiore.

*b. muralis;* virens, culmo palmari et semipedali adscendente fere undique vaginis tecto, spiculis adpressis.

Poa rigida — *Savi bot etr. 1. p. 62*—Sclerochloa rigida. *Presl l. c.*

Ic. *Reich. cent. II. f. 1518—Host gram. austr. l. c. t. 74*—Gramen rigidiusculum, paniculis compactis. *Cup. panph. 2. t. 155* — G. arvense, filicina duriore panicula, gracilius. *Barr. ic. 49.*

*c. patens*; virens, culmo erectiusculo, pedunculis leviusculis patentibus.

Sclerochloa patens. *Presl l. c.*

Ic. Gramen hortorum, rigidulum, tamariscinis glumis. *Bon. t. 901*

Varietas *a.* in maritimis argillosis inundatis: *Comiso, Vittoria, Spaccaforno, Girgenti* = et in *Ustica, Isole Eolie, Lampedusa, Linosa, Maretimo, Levanzo, Favignana, Pantellaria:* varietas *b.* in cultis, muris, interque segetes undique communis: varietas *c.* in sylvis submontosis, prope *Polizzi, Mistretta, Militello, Caronia*, = et in *Ustica, Felicuri, Saline, Pantellaria.*

Aprili, Junio. ☉

*Culmi* et *habitus* fere praecedentis, sed *folia*, excepta varietate *a.* plana sat raro involuta, ac latiora, margine scabra, nec vaginae superiores dilatatae: *flosculi* magis compresai, ac acuti.

Varietas c. quamvis habitu a specie magis recedat, tamen nullis firmis characteribus ab illa sejungi potest, et varietates intermediae passim observantur. Forsan, uti putat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 525*, ad hanc speciem quoque et praecedens erit referenda; sed quamvis certos characteres desiderantur adhuc ad species istas rite discriminandas, tamen quia haec servat semper habitum sui proprium, sic ab illa distinctam enumerare malui, ut alii in posterum accuratiori examine plantas istas subjiciant.

## SPHENOPUS.

*Trin. fundam. agr. p. 153—Reich. fl. germ. exc. 1. p. 45. n. 87.*

*Panicula* expansa, laxiflora; *ramis* trichotomis, divaricatis, capillaribus, extimis cuneiformibus. *Spiculae* minutae, muticae, sub-3-florae, teretiusculae; flosculis deciduis. *Cal.* 2-valvis; valvae inaequales, inter se distantes, concavae (non carinatae), flosculo proximo longiores, persistentes. *Cor.* 1-valvis: valvulae subaequalea; exteriore concava, canaliculata, ad apicem obtusum vel retusum mucronulata, obsolete 5-nervia; interiore subretusa. *Sem.* liberum, corolla tectum. (*Herba* annua, glaberrima: *culmi* diffusi aut adscendentes, simplices: *folia* angustissima, brevia: *panicula* ob pedunculos capillares, et spiculas nitidulas exiguas pulchra: *stigmata* pennata, basi nuda, a basi floris egredientia.)

1. *S. divaricatus Reich. l. c.*
   Poa divaricata. *Gov. ill. p. 4—Guss. pr. 1. p. 96*—Sphenopus Govani. *Trin. l.c.*—Sclerochloa divaricata. *R. S. s. veg. 2. p. 697*—Gramen duriusculum, paniculis multis exilibus, longulis, viridibus. *Cup. H. Cath. p. 91 ?*
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1616—Gov. l. c. t. 2. f. 1*, sed spiculae nimis latae, nec paniculae habitus ad naturam pictus.
   In campis argillosis maritimis hyeme inundatis, vel in salsis a mare dissitis: *Trapani*, *Marsala*, *sotto Menfrici*, *Montallegro*, *Rivera*, *Cattolica*, *Girgenti*, *Alicata*, *Terranova*, *Siracusa*, *Agosta*, *Catania*, *Caltanissetta a Terrapilata* = et in *Lampedusa alla Salina*. Aprili, Majo. (⊙)
   *Culmi* palmares vel pedales, plures ex eadem radice, simplices vel basi ramosi, aliquando basi rubentes: *folia* vix pollicem longa, non semper filiformia, sed in fertilioribus et humidioribus lin. lata, demum involuta; superiore semper parum latiore: *panicula* oblonga, 1-2-pollicaris: *pedunculi* leves, 6-12 lin. longi, ultimi flores vel spiculas gerentes cuneiformes et incrassati: *spiculae* vix 1 1/2 lin. longae, levissimae, et sub anthesi nitidulae, demum pallide atramineae: *valvae* calycinae concavo-canaliculatae, leves, obtusiusculae, et uti corollina inferior (quae lacera) basi viridulae, caeterum albo-scariosae: *valvula* corollina interior apice subretusa, ad nervos crebre ciliolata.—Species pulcherrima et propter habitum singularem omni jure tam a *Poa*, quam a *Sclerochloa* distincta.

## POA.

*Reich. fl. germ. exc. 1. p. 45. n. 88.*

*Panicula* ramosa, laxa vel densa. *Spiculae* pauci- vel multiflorae, muticae, ovatae vel lanceolatae, carinato-compressae; flosculis acutis, dense imbricatis, saepe villo connexis, cum axeos ad articulos denique secedentis deciduis. *Cal.* 2-valvis: valvae subaequales, flosculo infimo parum breviores. *Cor.* 2-valvis: valvulae subaequilongae; exterior carinato-compressa, acuta; interior 2-fida. *Sem.* liberum, corolla tectum. (*Herbae* annuae, aut perennes, glabrae: *culmi* simplices, erecti, aut adscendentes; *vaginae* ad oras glabrae: *panicula* sub anthesi patens: *spiculae* parvae: *stigm.* plumosa, ad basim floris egredientia).

1. *P. annua. Lin. sp. pl. 99—Presl fl. sic. pr., ac Cyp. et gram. sic. p. 43—Guss. pr. 1. p. 91.*

P. panicula ovata subsecunda, ramis inferioribus geminatis levibus glabris divaricatis demum deflexis, spiculis ovatis 3-5-floris, flosculis liberis inferne sericeis, lignlis oblongis, culmo subcompresso.
Ic. *Lam. ill. gen. t. 45. f. 3* — *Host gram. austr. 2. t. 64* — *Reich. cent. 11. f. 1621*—Gramen arundinaceum, vulgare. *Cup. panph. 1. t. 150.*
In cultis, ruderatis, ad vias ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Maretimo*, *Pantellaria*.
Januario, Majo. ☉
*Planta* glaberrima: *culmi* adscendentes, basi ramosi, 4-10-pollicares: *folia* laete virentia, vix lin. lata, subcarinata, margine saepe undulata, flaccida, una cum vaginis levia ac glabra: *ligulae* obtusae: *panicula* 1-2-pollicaris, ramis distantibus: *spiculae* 1-2 lin. longae, glabrae, remotae, ex albo et viridi variae: *valvae* calycinae, flosculis breviores, inaequales, 3-nerviae, obtusae: *valvula corollina* exterior 5-nervia; interior emarginata, ad nervos ciliata.

2. P. TRIVIALIS. *Lin. sp. pl. 99*—*Ucria H. Pan. p. 58*—*Presl l. c.*—*Guss. pr. 1. p. 89.*
P. panicula aequali sub anthesi patente, ramis scabris, spiculis ovalibus subtrifloris, flosculis basi villo longo connexis, valvis valvulisque exquisite nervosis, foliis margine vaginisque scabris, ligula suprema elongata acutiuscula, radice fibrosa.
Poa angustifolia. *Ucria l. c.*, non *Lin.*—P. scabra. *Koel. gram. 161* —Gramen pratense, paniculatum, majus, angustiori folio. *Cup. H. Cath. p. 87.*
Ic. *Host gram. austr. 2. t. 62*—*Reich. cent. 11. f. 1654* — P. dubia. *Leers herbor. p. 25. t. 6. f. 3*—Gramen pratense, panicula multiplici minore, surrectis glumis ac pulchrioribus. *Cup. panph. 1. t. 162?* et *2. t. 172?*—*Raf. t. 16? f. 1.*
b. culmis vaginisque levibus.
In pascuis apricis, et palustribus, ad margines sylvarum in Sicilia = et in *Alicuri sulla vetta dell' Rice*, *Lipari a S. Angelo.* Var *b.* prope *Carini.*
Aprili, Majo. ♃
*Culmi* erecti, vel adscendentes, subcaespitosi, superne semper in Sicilia leves vidi, 1-3-pedales: *folia* inferiora angustiora et breviora, una cum vaginis plerumque rubentia, striata: *ligula* in foliis inferioribus 1-in superioribus 2-3-linearis: *panicula* oblonga, ante et post anthesim ramis erectis non vero patulis: *spiculae* parvae, virentes, vel omnino purpurascentes, sub anthesi pendulae: *valvae* calycinae et corollina exterior, quae 5-nervia, acutae; inferior 1-superior 3-nervia: *corollina* valvula interior apice bidentata, ad nervos scabra: *flosculi* demum sejuncti, laxato villo pendoli.

3. P. NEMORALIS. *Lin. sp. pl. 102*—*Guss. pr. 1. p. 90.*
P. panicula elongata diffusa subsecunda apice nutante, ramis capillaribus scabris sub anthesi patentibus, spiculis lanceolatis acutis subtrifloris, flosculis liberis flocciferisque obsolete nervosis, ligula brevissima truncata, vaginis internodio brevioribus, culmo foliisque glabris, radice subrepente.
Ic. *Host gram. austr. 2. t. 71*—*Reich. cent. 11. f. 1640*—Gramen paniculatum, angustifolium, alpinum, locustis rarioribus et angustioribus, non aristatis. *Scheuch. agr. p. 18. t. 2. f. dextera.*
In nemoribus montosis; *Madonie*, *Caronia*, *Etna.*
Junio, Julio. ♃
*Culmi* graciles, subcompressi, 1-3-pedales, erecti vel adscendentes, ad nodos fusci: *folia* vix lin. lata, margine scabriuscula, superiora longiora: *vaginae*, uti culmi, leves: *panicula* 3-5-pollicaris, lan-

ceolata, ramis paucispiculiferis, ante et post anthesim erectis; *spiculas* glabrae, compressae, virentes, vix lin. longae: *valvae calycinae* acutae, 3-nerviae, ad carinam superne scabrae, flosculos subaequantes: *corollina* valvula exterior 5-nervia, acuta, ad apicem tenue albo-scariosa; interior bidentata, ad nervos scabra.

4. P. AETNENSIS. *Guss. pr. 1. p. 90.*

P. panicula aequali lanceolata contracta subsecunda, spiculis compressis lanceolatis 2-3-floris, valvis calycinis et corollinis obsolete nervosis lanceolatis acutis, flosculis basi liberis flocciferisque, foliis carinato-plicatis brevibus, culmo vaginisque levinsculis, radice repente.

Ic. *nulla.*

In nemoribus Aetnae solo arenoso.

Junio, Julio. ♃

*Culmi* vix pedales, adscendentes, compressi: *folia* radicalia brevia, glauco-virentia, vix pollicem longa; superiora longiora: *ligula* brevia, acuta, non truncata: *panicula* 1-2-pollicaris, densiflora, angusta; ramis scaberrimis, brevibus, plus minus flexuosis, inferioribus semiverticillatis, sub anthesi patentiusculis: *spiculae* lanceolatae, viridi et purpureo-variae, glabrae: *valvae calycinae* subaequales, acutae, compresso-carinatae, ad carinam superne scabrae, flosculis aequilongae, vel subaequales: *corollina* valvula exterior obtusiuscula, ad carinam superne scabra, et versus apicem ad margines scariosa; interior bidenticulata, ad nervos ciliato-scabra. — Habitus culmi, et foliorum *P. compressae*, sed panicula *Festucae poaeformi* similia: huc ad hanc speciem forte spectat planta de qua loquitur Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 601* sub *Festuca poaeformi*, quam confer — An *Festuca aetnensis*, panicula contracta stricta, locustis ovatis 4-5-floris, flosculis basi villo connexis, glumis calycinis trinerviis, ligula oblonga; foliis canaliculato-vaginatis vaginisque scabris, culmo teretiusculo scabro, radice fibrosa. *Presl l. c. p. 35* huic est referenda?

5. P. COMPRESSA. *Lin. sp. pl. 101 — Guss. pr. 1. p. 92.*

P. panicula subsecunda pauciflora coarctata, ramis scabris brevissimis, spiculis lanceolatis 4-6-floris, flosculis obsolete nervosis liberis, foliis carinato-plicatis vaginisque levibus, ligulis brevissimis obtusissimis, culmo adscendente compresso, radice repente.

*P. anceps* panicula simplici aequali, locustis oblongo-ovatis 4-5-floris, flosculis liberis obtusis, culmo vaginisque ancipitibus, radice repente. *Presl l. c. 43*, et *P. planiculmis*, in *add. et emend.*

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 70 — Reich. cent. 11. f. 1636* — Gramen paniculatum, radice repente, culmo compresso. *Vaill. bot. par. t. 18. f. 5.*

In pascuis sylvarum, et glareosis montosis; *Selve di Malètto*, *di Bronte*, *Madonie*, *Termini*.

Junio, Julio. ♃

*Culmi* aliquando nodis inferioribus infracti, 1/2-2 1/2-pedales, graciles: *folia* 1-1/2 lin. lata, viridi-glaucescentia, inferiora vix pollicaria; superiora plerumque 2-3 poll. longa: *vaginae* striatae, glabrae, leves: *panicula* subsimplex, poll. longa, lanceolata; ramis sub anthesi patentibus: *spiculae* vix lin. longae, glabrae, acutae, in Sicilia virentes: *valvae* calycinae obsoletissime nervosae, flosculis laxiusculis liberis et nudis breviores, compressae, ad carinam, uti corollina exterior, scabrae et acutiusculae.

Nostra species ad varietatem (flosculis basi liberis) a Cl. *Schrad.* in *fl. ger. 1. p. 304* memoratam pertinere videtur — *Flosculorum* numerus variat a 4 ad 7 pro loci natura, et etiam *panicula* ex-

dem causa nunc simplex, nunc magis divisa; hinc plantam *Preslii* a specie sejungera non putavi, in icone Cl. *Hostii* et *Reich.* panicula locustis numerosioribus constat quam in nostra. Confor Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 850.*

6. P. BULBOSA. *Lin. sp. pl. 102—Biv. cent. 1. p. 66—Presl l.c.—Guss. pr. 1. p. 91.*

P. panicula abbreviata aequali subovata demum contracta, spiculis ovatis 4-6-floris, flosculis basi villo longo connexis, culmo fasciculisque foliorum basi tuberascentibus, ligulis omnibus lanceolatis acutis.

Ic. *Host gram, austr. 2. t. 65. f. sinistra — Reich. cent. 11. f. 1619.*

*b.* floribus viviparis.

P. crispa. *Link H. Berol. 1. p. 104, et 2. p. 291?*—Gramen arvonse, panicula crispa. *Cup. H. Cath. p. 87.*

Ic. *Host l. c. f. dextera—Reich. l. c. f. 1620*—Gramon saxatile, erispum, Xerampelinum. *Cup panph. 2. t. 74. f.* AA — G. panicula prolifere, crispa, nutabunda. *Bon. t. 6. f.* AA—G. arvense, paniculo crispa janthina, foliis geniculatis, minus, et — G. arvense, panicula pallida. *Barr. t. 705.*

In collibus herbidis, pascuis apricis, in muris, ad vias in Sicilia et in *Maretimo*, *Pantellaria*; var. *b.* in pascuis montosis.

Januario, Aprili. ♃

*Culmi* erecti, caespitosi, 4-12-pollicares: *folia* viridi-glaucescentia, rigidiuscula, fere filiformia, canaliculato-compressa, margine et carine scabriuscula; suprema brevissime, sed latiora: *vaginae* levos, striatae: *panicula* 1/2-1 1/2-pollicaris; ramis approximatis, densifloris, sub anthesi patulis: *spiculae* vix lin. longae, viridi-purpurascentes: valvae ac valvulae acutae, margine albo-scariosae; *calycinae* subaequales, flosculis breviores, 3 - nerviae, ad carinem scabrae; *corollina* exterior 5 - nervia; nervis inferne villosis, praeter floccum in basi—In *b.* valvas fere lanceolates et acuminatas, minusque ad margines scariosas video; et ideo an species diversa, uti putat Cl. *Link* in *H. Berol. l. c.* dissentiento tamen Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 538?*

7. P. ALPINA. *Lin. sp. pl. pl. 99—Guss. pr. 1. p. 92.*

P. panicula aequali subovata abbreviata demum contracta, spiculis ovatis acutis 4-6-floris, flosculis liberis carina nervisque ad marginem inferne sericeis, ligulis imis brevissimis, reliquis oblongis, foliis latiusculis brevibus, culmo superne nudo, radice dense fibrosa.

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 67. f. sinistra —Reich. cent. 11. f. 1626.* —Gramen alpinum, latifolium, paniculatum. *Cup. panph. 1. t. 207*— G. alpinum, latifolium, paniculis o purpureo-aureis. *Bon. t. 98* — G. alpinum, paniculatum, mejus, panicula speciosa variegata. *Scheuch. agr. t. 3.*

In fertilioribus pascuis montosis; *Madonie*, *Busambra*, *Pizzuta*, *Monte di Cammarata*, *ec.*

Majo, Junio. ♃

*Culmi* dense caespitosi, palmares, vel ad summum pedales, erecti: *folia* virentia, 1-2 lin. lata, vix scabriuscule, erecte vel patentia: *panicula* 1/2-1 1/2-polliceris; ramis sub anthesi patulis, densifloris, ut plurimum geminatis, ut in praecedente: *valvae calycinae* acuminatae, 3-nerviae, ad carinem superne scabrae, flosculis breviores. *corollina* valvula exterior 5-nervia; nervis ad basim villosis; *habitus* praecedentis—*Spiculae* fere semper concolores, non viridi et purpureo-variae; valvae calycinae dorso minus pubescentes, quam in plantis helveticis, ac *panicula* densior ramis brevioribus.

8. *P. BIVONAE. Parlat. ined.*

P. panicula aequali oblonga laxiuscula, spiculis acutis ovalibus 4-6-floris, flosculis liberis carina inferne sericeis, ligulia inferioribus brevissimis truncatis, reliquis oblongis, foliis latis (elongatis) culmo usque ad apicem foliorum vaginis tecto.

P. ciliaoensis. *Biv. herb.* non *All.*

Ic. *nulla.*

In *Etna* (*Biv.*, ex cujus herbario specimina duo habui a *Parlat.* et *Todaro*).

Julio. ♃

*Radix* fibrosa, et uti videtur perennis; *culmi* solitarii, 2-6-pollicares: *folia* 1 1/2-3 lin. lata, fere plana, apice statim attenuata; vaginis inferioribus latis albidis: *panicula* 3-4-pollicaris, ramis pluribus semiverticillatis, inaequalibus, glabris, sub anthesi patentibus, 4-12 lin. longis: *spiculae* omnino praecedentis, sed remotiusculae, nec confertae: *valvae* et *valvulae* acutae, ad carinam scabriusculae ac stramineo-virentes, margine lato scarioso circumdatae; *calycinae* 3-nerviae, subaequales, flosculis subbreviores: *corollina* exterior obsolete 5-nervia; *interior* paullo brevior, apice bidentata, ad nervos ciliata, ut in *P. alpina.*

Praeter characteres notatos differt a praecedente, *culmo* magis firmo; *foliis* etiam superioribus latioribus; *panicula* magis elongata, ac minus compacta; *flosculis* magis approximatis; *valvula* corollina exteriore latiore, obtusiuscula, subacuminata, et margine membranaceo latiore.

---

† 9. *P. FERTILIS. Host. Presl l. c. p. 43—Guss. pr. 1. p. 98.*

P. panicula aequali diffusa, locuatis lanceolato-ovatis subquinqueflo-ris, flosculis basi villo connexis obsolete 5-nerviis, culmo vaginisque scabriusculis, ligula oblonga, radice subrepente.

In pratensibus montosis, *Madonie.*

Julio. ♃ (*Presl*).

## GLYCERIA.

*Brown.* in *Koch syn. p. 806. n. 49.*

*Spiculae* cylindraceae, demum compressiusculae, pauci-vel multiflorae; flosculis obtusis, dorso semicylindricis, introrsum subventricosis. *Valvae* calycinae, et valvula corollina exterior saepius obtusae concavae; ista fere ecarinata: reliqua ut in *Poa.* (*Herbae* annuae, aut perennes: *culmi* simplices erecti, aut adscendentes: *vaginae* ad oras glabrae: *spiculae* saepe elongatae.)

* *Valvulis corollinis obsolete nervosis.*

1. *G. PERMIXTA. Guss.*

G. paniculae aequali ramis semiverticillatis, fructiferis semipatentibus adpressisque, spiculis (abbreviatis) ovali oblongis sub 4-floris, valvis calycinis fere obovatis (latis) rotundatis margine scariosis, majore 3-nervia, flosculis ventricosis, valvula corollina majore obsolete 5-nervia, foliis anguste linearibus brevibus flaccidis demum subinvolutis, radice fibrosa.

Ic. *nulla.*

In argillosis inundatis; *Palagonia al lago di Palici*, *Mineo al lago di Naftia.*

Aprili, Majo. ♃

*Habitus* ita sequenti similis, ut cum illa commutaverim; tamen sedulo inspecta ab illa differt; *foliis* magis flaccidis, paullo latioribus, et inter strias superne puberulo-scabria; *paniculae* ramis non ita patulis, nunquam vero deflexis; *spiculis* nitidioribus, brevioribus, at ob flosculos turgidos latioribus respectu longitudinis, quam in illa; sed praecipue *valvarum* calycia figura.

2. *G. distans. Vahl. fl. Ups. p. 36.*

G. paniculae aequali ramis semiverticillatis, fructiferis patulis deflexisque, spiculis oblongo-linearibus sub 5-floris, valvis calycinis oblongis obtusinsculis, majore obsolete 3-nervia, flosculis cylindraceo-oblongis, valvula corollina exteriore obsolete 5-nervia, foliis lineari-filiformibus rigidiusculis demum involutis, radice fibrosa non repente.

P. distans. *Lin. mant. 32 —Host gram. austr. 2. p. 46 — Guss. pr. 1. p. 93*, exclusis a loco natali *Mineo* et *Palagonia*.

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1609—Host l. c. t. 63.*

In argillosis aqua dulci, vel salsa inundatis; *Girgenti ai Macalubbi, Regalmuto.*

Majo, Junio. ♃

*Culmi* in loco natali caepitosi, erecti, vix pedales: *folia* virentia, aut glaucescentia, levia, 1-3 poll. longa, una cum vaginis glabra, tenuia, superna striata ac scabrinscula, exsiccatione involuta ac junciformia: *vaginae* inferiores fere scariosae, laxiusculae: *ligula* brevis, acuta: *panicula* 2-3-pollicaris; ramis laxifloris, ante anthesim contractis, scabris, inferioribus ut plurimum geminatis: *spiculae* ex albo-virentes, tereti-compressae, 3-5 lin. longae, flosculis remotiusculis: *valvae* calycinae valde inaequales, concavae, non apice rotundatae, sed acutae aut obtusiusculae, et ut in praecedente persistentes, minori 1-nervia; *corollina* exterior obtusa, levis, glabra; interior bidentata, ad nervos ciliolata.

Planta sicula quoad spiculas magis *G. festucaeformem* refert, sed rami fructiferi deflexi.

** *Valvulis corollinis exquisite nervosis.*

3. *G. ochroleuca. Dumor. agr. bel. tent. p. 108.* (sub *Catabrosa*).

G. panicula elongata contracta florifera fructiferaque diffusa, ramis semiverticillatis inaequaliter ramosissimis approximate floriferis, flosculis ad nervos obsolete pilosis valvam calycinam majorem oblongam! obtusam subintegram excedentibus, valvula corollina externa apice erosa, culmo adscendente basi radicante.

Catabrosa ochroleuca. *Dum. l. c.*—Aira aquatica. *Guss. pr. 1. p. 61.* excl. synon. praeter *Host—Bertol. fl. ital. 1. p. 442* ex parte—Catabrosa aquatica. *Parlat. fl. pan. 1. p. 106*, non aliorum.

Ic. *Dumor. l. c. t. 4. f. 14*—Aira aquatica. *Host fl. austr. 2. p. 50. t. 41.*

In pratis udis, ad lacuum et stagnorum margines, et ad rivulos ubique in Sicilia.

Inennte vere per autumnum. ♃

*Culmi* 1/2-2-pedales, striati: *folia* 1-4 lin. lata, obtusiuscula; supremo latiore: *ligula* scariosa, ovata, obtusa, aut acutinscula, integra vel lacera: *panicula* oblonga, palmaris vel semipedalis; *verticillis* inferioribus aequaliter remotis, superioribus approximatis: *spiculae* parvae, numerosae, virentes, vel ob valvularum corollae nervos purpurascentes, variegatae, pedicellatae, per ramulorum flexuosorum paniculae latera dispersae, biflorae; flosculo altero sessili, omnibus deciduis: *valvae* calycinae valde inaequales; supe-

rior major, 1/2 lin. longa, basi 5-nervia: *corollina* exterior, uti valvae calycinae, margine albido-scarioso ad apicem circumdata, 3-nervia; interior apice emarginata, ad nervos glabra.

Ab *Aira aquatica Lin.*, cujus specimina parisiensia habui a Cl. *Rich.*, egregie recedit, panicula ramosiore ac diverso modo composita, valvae calycinae majoris figura, quae in illa obovata!, brevior ac apice eroso-dentata.

4. G. AQUATICA. *Vahl. fl. goth. p. 18—Reich. fl. germ. exc. 1. p. 45,*

G. panicula aequali diffusa ramosissima (ampla), spiculis 5-9-floris, flosculis obtusis remotiusculis oblongis, valvula corollina exteriore scaberrima exquisite 7-nervia, foliis latis, culmo elato firmo, radice repente.

G. spectabilis. *Koch syn. p. 806* — Poa aquatica. *Lin sp. pl. 98* — *Ucria H. Pan. p. 58—Presl fl. sic. 4,* ac *Cyp. et Gram. sic. p. 42—Guss. pr. 1. p. 95.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1614*—Poa aquatica. *Host gram. austr. 2.t.60* — *Leers herbor. t 6. f. 5*—Gramen paniculatum, aquaticum, latifolium. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 6. f. 25.*

In fossis, et ad ripas fluviorum; *Catania al fiume Giarretta, Siracusa (Biv.).*

Junio, Julio. ♃

*Culmi* fere orgiales, et *folia* latiora inter alias hujus generis species Siciliae indigenas, margine scaberrima, glabra, acuminata, 3-5 lin. lata: *vaginae* striatae, glabrae: *ligula* brevis, integra: *panicula* 6-10-pollicaris, oblonga; ramis valde divisis, acabris, multifloris, sub anthesi patentibus: *spiculae* 3-4 lin. longae, glabrae, virentes: *valvae* calycinae carinato-concavae, laeviusculae, enerviae, obtusiusculae, glabrae; *corollina* valvula exterior oblonga, obtusa, erosa, ecarinata, interiorem similem, sed angustiorem, emarginatam, ad nervos serrato-scabram aequans.

5. G. FLUITANS. *Brown. pr. 1. p. 179* — *Presl l. c. p. 55.*

G. panicula irregulariter ramosa subsecunda, ramis sub anthesi divaricatis, spiculis ramo adpressis teretibus elongato-linearibus 7-11-floris, valvula corollina exteriori exquisite 7-nervia, culmis declinatis inferne radicantibus fluitantibusve, radice repente.

Poa fluitans. *Scop. carn. 106—Biv. cent. 1. p. 67—Guss. pr. 1. p. 94—P. spicata,* spica elongata ramosa, ramis fructiferis divaricatis, spiculis 5-10-floris teretibus remotis rachi adpressis, ligula oblonga, radice fibrosa; et *P. Burrelieri. Biv. (Andr.) piant. ined. p. 2. et 5,* ex specimine! — Festuca fluitans. *Lin. sp. pl. 111* — *Host gram. austr. 2. p. 55—Leers herbor. p. 35*—Gramen palustre, paulcula polydactyla, candida. *Cup. H. Cath. p. 90.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1615—Host l. c. t. 77—Leers l. c. t. 8. f. 5* — Gramem polydactyloides, candidum, palustre. *Bon. t. 5* — G. aquis innatans. *Lobel. ic. 1. t. 12.*

In fossis, lacubus, inundatis, et ad rivulos lente fluentes in Sicilia. A vere ad autumnum. ♃

*Culmi* ancipites, 1-3-pedales: *folia* 2-3 lin. lata, glaucescentia, flaccida, glabra, margine scabriuscula, saepe longitudinaliter plicata et fluitantia: *vaginae* striatae, scabriusculae: *ligula* oblonga, brevis: *panicula* 1-1/2-pedalis; ramis distantibus, elongatis: *spiculae* remotae, glabrae, 5-10 lin. longae, glauco-virentes, acutae: *valvae* calycinae enerves, ad carinam substriatae, obtusae, margine scariosae, inaequales: *corollina* valvula exterior oblonga, ad apicem scariosa, obtusa, saepe eroso-dentata ad nervos levis, vel scabriuscula; interior apice bifido-dentata, ad nervos vix ciliata, exteriorem aequans, vel parum excedens.

*Poa spicata* et *P. Barrelieri* ex speciminibus herb. *Bivonae* ab amico *Todaro* communicatis non sunt nisi hujus speciei iusns panicula plus minusque ramosa ac explicata, et descriptio *P. spicatae l. c.* optima.

## ERAGROSTIS.

*Paliss. agr. p. 71—Link H. Berol. p. 187. n. 97.*

*Panicula* ramosa, patens, vel contracta. *Spiculae* ovatae, vel lanceolato-lineares, pauci-vel multiflorae, breves, aut elongatae; axi persistente, non articulatim secedente (ut in *Poa*, et in *Glyceria*). *Flores* dorso carinato-compressi, istere interiore ventricosi. *Cal.* 2-valvis; *valvae* flore proximo breviores. *Cor.* 2-valvis: valvula inferior una cum calycinis decidua; superior saepius persistens. *Sem.* liberum, corolla tectum. ( *Herbae* annuae: *culmi* erecti, adscendentes vel decumbentes, saepe ramosi: *vaginae* ad oras pilosae: *folia* angusta: *stigmata* piumosa, ad basim floris egredientia. )

1. *E.* PILOSA. *Paliss. l. c.—Koch syn. fl. germ. p.800—Presl fl. sic. 1,* ac *Cyp. et Gram. sic. p. 44.*

E. panicula elongata aequali, ramis tenuibus floriferis erectis, fructiferis patulis, inferioribus pluribus semiverticillatis ad basim et ramificationes pilosis, spiculis linearibus 5-9-floris compressis, flosculis acutiusculis nervo laterali debili praeditis.

Poa pilosa. *Lin. sp. pl. 110—Guss. pr. 1. p. 94—Host gram. austr. 2. p. 49.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1659—Host l. c. t. 68*—Gramen paniculis elegantissimis, majus, locustis purpureo-spadiceis, minoribus. *Scheuch. agr. t. 4. f. 3.*

In collibus, et arvis aridis; *Messina (Presl)*; *Milazzo agli archi.* Augusto, Septembri. ⊙

*Culmi* graciles, erecti, subadscendentes, 1/2-1-pedales, inferne ramosi: *folia* anguste-linearia, ad margines scabriuscula, virentia: *ligulae* loco pilorum fasciculi: *panicula* 2-6-pollicaris; ramis levibus, iterum ramosis: *spiculae* glabrae, purpureo-virentes, tenues, compressae, 2-3 lin. longae, acutae, angulatae: *valvae* calycinae inaequales, carinatae, obtusiusculae, flosculis laxiusculis breviores: *valvula* corollina exterior obtusa, obsolete 3-nervia, ad carinam scabriuscula; interior obtusa, brevior.

2. *E.* POAEOIDES. *Paliss. l. c. p. 71—Koch l. c. p. 800.*

E. panicula aequali, ramis patentibus, spiculis linearibus (vix 1/2 lin. latis) 4-20-floris, flosculis obtusis muticis, nervo laterali valido praeditis.

Poa eragrostis. *Lin. sp. pl. 100—Ucria H. Pan. p. 58—Guss. pr. 1. p. 95.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1664*, optima — Poa eragrostis. *Host gram. austr. 2. t. 69—Schreb. gram. t. 38*—Gramen phalaroides, sparsa Brizae panicula, minus. *Barr. ic. 48. f. 2!* (cum nostra omnino conveniens).

In campis aridis, ac arenosis maritimis; *Palermo alla Bagheria, Messina, Melazzo* = et in *Pantellaria alle Favare.*

Junio, Octobri. ⊙

*Folia* et *vaginae* carinatae: *panicula* etiam apud nos ad ramos primarios pilis destituta, ut jam observavit *Marsch. fl. taur. cauc. 3. p. 67*, et *Gaud. agrost. helv. 1. p. 172*, quod negatur a *Schradero* in *fl. germ. 1. p. 287.* In qualibet spicula florum numerus variabilis, nam aliquando sub 2-florae, perinde character nullius

momenti, ut a sequenti discriminetur; sed *habitu* et *spicularum* figura ( quae semper exacte lineares, angustissimae, non ex ovata basi lanceolato-lineares! ); *panicula* minus conferta, et *culmo* humiliore magis diffuso, diversa. Ideo ab opinione cl. *Sibth.*, qui in *fl. gr. 1. p. 57*, ob variabilem flosculorum numerum hanc cum sequente conjungit, et a cl. *Bertol*, qui in *fl. ital. 1. p. 557*, nequidem uti varietates distinguit, recedere posse mihi visum est. Confer quoque *Schrad. l. c.*, et *Savi bot. etr. 2. p. 50* — Plantae quas coram habeo certe inter se differunt, an et illae aliorum quoque diversae sint affirmare non possum.

3. **E. MEGASTACHYA.** *Link. H. Berol. 1. p. 188*—*Presl l. c. p. 44.*

E. panicula aequali, ramis patentibus, spiculis e cordata basi lanceolatis ( 1-1 1/2 lats ) 5-50-floris, flosculis nervo laterali valido praeditis ad apicem obtusum emarginatum brevissime aristatis.

Briza eragrostis. *Lin. sp. pl. 103*—Eragrostis major. *Host gr. austr. 4. p. 14*—Poa megastachya. *Koel. gram. p. 181*—*Guss. pr. 1. p. 95.* Ic. *Reich. cent. 11. f. 1662*—*Host l. c. t. 24*—*Schreb. gram. t. 59*—Poa eragrostis. *Cav. ic. 1. t. 92*—Gramen paniculis elegantissimis, sive Eragrostis majus. *Cup. H. Cath. p. 86*, *et panph. 2. t. 225 Bon. t. 10!*—G. eranthemum, seu Eragrostis phalaroidea, paniculatum, multiplici et tenui Brizae spica. *Barr. ic. 45.*

Hujus speciei varietates sic enumerari possunt:

*a. minor*; spiculis ovatis paucifloris 1-3 lin. longis raris.

*b. intermedia*; spiculis lanceolato-linearibus confertioribus 4-7 lin. longis.

*c. densiflora*; spiculis lanceolato-linearibus multifloris elongatis 6-10 lin. longis confertissimis; quae varietates omnes unquam in *E. poaeoidem* transeunt.

In agris cultis, et sterilibus, in collibus herbidis, ad vias ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Pantellaria.*

Septembri, Octobri. ⊙

Etiam in hac specie ad primarios paniculae ramos pili quandoque desunt. Variat insuper *panicula* valde elongata, praesertim in var. *c.* 5-6 poll. longa; *spiculis* densis invicem incumbentibus, quae est *Poa magastachya b. conferta Ten. syll. p. 558*—In omnibus vero culmi caespitosi, adscendentes aut decumbentes, simplices vel ramosi, 3-18-pollicares: *folia* brevia, margine scabra: *panicula* 1-7-pollicaris; ramis plus minus patentibus, scabriusculis, nunquam elongatis sed brevibus: *spiculae* saepius plumbeae, raro purpureo-virentes: *valvae* calycinae parum inaequales: *corollina* valvula exterior 3-nervia, non marginata; interior parum brevior, ad nervos exquisite ciliata, obtusa, aut emarginata.

---

† 4. **E. LEERSIOIDES.** *Presl l. c. p. 44* ( sub *Megastachya* ) — *Guss. pr. 1. p. 98* sub *Poa.*

P. panicula contracta, ramis glabris, locustis ovatis 2-4-floris, foliis planis paniculam excedentibus, vaginis glabris, ligula pilosa, culmo erecto, radice fibrosa.

In arenosis maritimis, *Palermo.*

Junio. ⊙ ( *Presl* ).

## BRIZA.

*Gen. pl. ed Schreb. n. 113—Juss. 32.*

*Panicula* composita, laxa. *Spiculae* nutiere, cordatae, compresso-turgidae, multi-ac distichiflorae. *Cal.* 2-valvis: valvae aequales, convexae, flosculo proximo subaequilongae. *Cor.* 2-valvis: valvula exterior ovata, obtusa, inflato-ventricosa; interior orbiculata. *Sem.* corolla corticatum, obovatum, breviter 2-rostratum. (*Plantae* glabrae, annuae: *culmi* erecti: *folia* latiuscula: *spiculae* nitidae, nutantes, tremulae: *stigmata* plumosa, ad latera floris egredientia).

1. *B.* MINOR. *Lin. sp. pl. 102?—Ucria H. Pan. p. 59—Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 42—Guss. pr. 1. p. 98.*

B. paniculae erectae aequali multiflorae ramis capillaribus patentibus trichotomis, spiculis deltoideis 5-7-floris, valvis calycinis flosculos inferiores aequantibus, ligula lanceolata acuta elongata (3-5 lin. longa).

Ic. *Host gram. aust. 2. t. 28—Sibth. fl. gr. t. 74—* Gramen tremulum, minus, locusta deltoide. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 6. f. 47.*

In pascuis apricis; *Palermo*; *Comiso*, *Finale*, *Polizzi*; *Modica*; *Itala*, *Etna alle falde.*

Aprili, Majo. ⊙

*Radices* annuae, fibrosae: *culmi* erecti, palmares, vel sesquipedales, sub nodis et superne scabriusculi: *folia* laete virentia, glabra, 1-2 lin. lata, margine scabra: *vaginae* leves: *panicula* ovato-oblonga, pleramque a folii supremi vagina involuta; ramis scabriusculis, ante anthesim erectis, pleramque purpurascentibus: *spiculae* glabrae, lin. longae, sesquilineam latae: *valvae* calycinae persistentes, flosculis vero deciduis, oblongo-naviculares, obtusae, rectangule patentes, uti corollina major, dorso virentes, margine albidae ac scariosae, demum vero sordide purpurascentes, obsolete trinerviae.

Icon *B. virentis Reich. cent. 11. f. 1664*, cum hac nostra ex asse convenit, et illa *B. minoris* spiculis exacte triangularibus recedit. Interim Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 563*, et alii hanc pro *B. minore Lin.* habent: hinc species ulterius observanda.

2. *B.* MAXIMA. *Lin. sp. pl. 103—Ucria H. Pan. p. 59—Presl l. c. — Guss. pr. 1. pr. 99.*

B. paniculae apice nutantis secundae pauciflorae ramis capillaribus subsimplicibus, spiculis cordato-oblongis 13-17-floris (maximis), calyce flosculis breviore.

Gramen tremulum, maximum. *Cup. H. Cath. p.86*, et Idem paniculis rufescentibus. *Cup. l. c.—*Gramen tremulum, majus. *Cast. H. Mess. p. 38.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 76—Host gram. austr. 2.t.30—*Gramen tremulum, maximum. *Bauh. prod. p. 5—Moris. hist. 3. s. 8. t. 6. f. 48.*

In collibus aridis, pratis, pascuis, interque segetes in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Favignana.*

Aprili, Majo. ⊙

*Radices*, *culmi*, et *folia* praecedentis; sed *ligula* brevis, vix 1-1 1/2 lin. longa, obtusa: *paniculae* rami scabriusculi, 5-12-lineares, solitarii, vel inferiores gemini: *spiculae* 4-5 lin. latae, 5-10 lin. longae: *valvae calycinae* ovatae, obtusae, glabrae, virentes, plerumque purpurascentes, persistentes: *corollina* exterior albida, obtusa.

Variat valvis valvulisque concoloribus, et purpurascente-flavis; *nervis* obliteratis, vel prominulis, plus minus pubescentibus, et quando-

que omnino glabris. Haec posterior varietas in nemoribus prope *Caronia* occnrrit.

† 3. *B. MEDIA. Lin. sp. pl. 105—Ucria H. Pan. p. 59 — Guss. pr. 1. p. 99.*

B. apiculis ovatis, calyce flosculis breviore.

Ic. Gramen tremnlum, medium. *Cup. panph. 2. t. 19*—G. tremnlnm, medinm, paniculis minoribus obsolete rufo-pallentibus. *Bon. t. 186.*

In ruderatis (*Ucria*).

## ECHINARIA.

*Desf. atl. 2. p. 385.*

*Spiculae* 2-4-florae, polygamae, in capitulum sphaericum echinatam congestae. *Cal.* 2-valvia: valvae subaequales, flosculis breviores, aristatae. *Cor.* 2 valvis: valvnla exterior trnncata, 5-7-interior minor 2-aristata; aristis in utrisque brevibus, rigidis. *Styl.* nnllus. *Sem.* maturnm liberum, obconicnm, mnticnm. (*Herba* annna: *culmi* humiles, saepe gregarii: *folia* brevia: *capitula* parva, virentia, et ob aristas rigidas valvnlarnm echinata: *stigmata* filiformia, longissima, denticulata, ex apice floris egredientia).

E. CAPITATA. *Desf. l. c.—Guss. pr. 1. p. 53.*

Cenchrus capitatus. *Lin. sp. pl. 1488—Sibth. fl. gr. 1. p. 81*—Sesleria echinata. *Schrad. fl. germ. 1. p. 277—Host gr. austr. 3. p. 6.*

Ic. *Host l. c. t. 8—Sibth. l. c. t. 100—Reich. cent. 11. f. 1507*—Gramen echinatum, tribuloides. *Column. ecphr. 1. p. 340. t. 388.*

In collibus herbidis, et in montosis; *Sutera, Cammarata, Modica, Siracusa, Militli, Regalmuto, Girgenti.*

Aprili, Majo. ☉

*Radices* fibrosae: *culmi* erecti vel adscendentes, paucinodes, simplices, superne nndi, 1/2-4-pollicares: *folia* culmo breviora, villosiusculа; vaginis striatis: *calycis* valvae membranaceae: *corollae valvula* exterior crassa, 5-7-nervia, concava, interiorem amplectens: *aristae* rigidae, snrsnm scabrae, 1-3 lin. longae, demum divaricatae; *capitula* glabra, diametro 2-4-linearі: *semina* matnra fusca, mntica, fere truncata, non rostris duobus divergentibus instrncta.

## SESLERIA.

*Scop. Carn. 1. p. 63.*

*Racemus* spiciformis, densiflorus: *Spiculae* 2-3-florae, compressae; inferiores bractea 1-phylla, saepe decidua, involucratae. *Cal.* 2-valvis: valvae subaequales, acutae, vel breviter aristatae. *Cor.* 2-valvis: valvula exterior integra, vel 2-3-dentata; dentibus inaeqnaliter aristatis, aut lateralibns muticis. *Sem.* liberum intra corollam persistentem. (*Herbae* perennes, glaberrimae: *culmi* adscendentes: *folia* rigidiuscula, carinata, obtusa cnm mucronnlo; *racemus* linearis, basi aliqnando interrnptus: *spiculae* nitidae, vel ex nitido-purpurascentes: *stigmata* filiformia, longissima, denticulata, ex apice floris egredientia).

1. S. NITIDA. *Ten. fl. nap. 3. p. 57 — Presl fl. sic. pr., ac Cyp. et gram. sic. p. 33—Guss. pr. 1. p. 88.*

S. spica oblonga brevi nitida, calyce subquadrifloro corollas supe-

rante, valvis calycinis acuminatis levibus glabrisque, valvulae corollinae exterioris dentibus lateralibus mucronatis, medio aristato, foliis planis rigidis acutis margine scabris.

S. coerulea, *c. Bertol. fl. ital. 1. p. 504*—Gramen spica coerulea, latifolium. *Cup. H. Cath. p. 88.*

Ic. *Ten. fl. nap. t. 105* — Gramen glumis variis, seu albo-coeruleis. *Cup. panph. 1. t. 176*, et *2. t. 145* — *Bon. t. 41* (a *Bertol.* in *excer. de re herb.* ad *S. coeruleam* immerito relata).

*b.* spicis viviparis.

Ic. Gramen caesariatum, latifolium, sive xerampelinum, majus et robustius. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 54*, et *panph. 2. t. 10—Bon. t. 9.*

In pascuis apricis, et inter herbidas saxorum rimas in montosis; *Madonie, Busambra, Monte di Cammarata.*

Junio, Julio. ♃

*Radix* densè caespitosa, ad collum vaginis imbricatis persistentibus foliorum tecta: *culmi* 6-12-pollicares, apice leves vel scabriusculi: *folia* 2-3 lin. lata, culmo breviora, glaucescentia, margine (non carina) serrata: *spica* semper abbreviata, nunquam pollice longior, virens vel ex viridi et purpureo-varia, nitens: *valvula* corollina interior 2-dentata—Differt a *S. alba Fl. gr.*, *valvulis* omnibus corollinis dentatis, non altera integra —Cum *S. coerulea* a Cl. *Bertol. l. c.* immerito associata, nam cultura quamplurium annorum faciem non mutavit.

2. S. CYLINDRICA. *Dec. fl. fr. supp. p. 279—Guss. pr. 1. p 89.*

S. spica densa cylindrica elongata, calyce subtrifloro corollas superante, valvis acuminatis carina ciliato-scabris, valvulis corollinis dentatis, exterioris dentibus duobus lateralibus mucronatis, medio aristato, foliis planis rigidis elongatis acutissimis margine scabris.

Ic. *nulla.*

In pascuis montosis; *Palermo al Caputo (Bivona).*

Majo, Junio. ♃

*Caules* superne leviusculi, graciles, 1-1 1/3-pedales: *folia*, 1-2 lin. lata, margine saepe scaberrima: *spica* sesquipollicaris, viridi-purpurascens, vix basi interrupta: *valvula* corollina interior ut in praecedente.

Potius *S. elongatae*, *Host gram. austr. 2. t. 99*, quam *S. coeruleae* varietas videtur, a qua tamen calycibus minus acuminatis et carina ciliato-scabris recedit. Interim Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 502*, tam hanc quam praecedentem uti lusus *S. coeruleae* habet, tyronesquo monet, non ex siccis stirpem hanc tam ludibundam dignoscere assuescant; sed in locis natalibus non semel et has duas, et *S. junciful iam* vidi, characteribus firmis ac immutatis, imo cultura ipsa permanentibus. Confer *Link H. Berol. 1. p. 201*, et *2. p. 299.*

## CHRYSURUS.

*Pers. syn. 1. p. 80. n. 155—Koch syn. p. 791* (sub *Lamarckia*).

*Panicula* secunda, densa, oblonga, polygama. *Spiculae* fertiles neutris pluribus mixtae. *Spic. fertil.* 1-florae, cum rudimento alterius floris, in quibus: *cal.* 2-valvis; valvae anguste lanceolatae in aristam attenuatae, flores aequantes vel superantes. *Flos* inferior perfectus stipite a valvis remotus, cui: *cor.* 2-valvis; valvula exterior ex apico bifido aristata. *Flos* imperfectus stipitatus; valvula sub apice aristata. *Spic. neutr.* (bractea aliorum) pendulae, qui-

bus: *cal.* 2-valvis, ut in hermaphrodita, 6-8-florus: *cor.* 1 valvis; valvulae obtusae, rotundatae, muticae. *Sem.* liberum intra corollam peraisteutem. (*Herba* annua, glaberrima; *culmi* saepius caespitosi, erecti: *panicula*, uti folia, laete virens, demum aureo-luteola ob spiculas neutras pendulas singularis: *stigmata* elongata, breviter pilosa, ad latera floris egredientia).

1. C. *cynosuroides*—*Pers. l. c.*—*Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 32.*

Cynosurus aureus. *Lin. sp. pl. 107*—*Ucria H. Pan. p. 59*—*Guss. pr. 1. p. 86*—Lamarchia aurea. *Biv. cent. 1. p. 45*—Gramen panicula pendula, aurea vel candida, glumulis longis, denticulatis. *Cup. H. Cath. p. 89.*

Ic. *Palis. agr. t. 22. f. 3* — *Reich. cent. 11. f. 1345* — Cynosurus aureus. *Sibth. fl. gr. t. 79*—*Host gram. austr. 3. t. 4* — Gramen polyglumum, dauticulatum. *Cup. panph. 2. t. 74* — *Bon. t. 6.* — Gramen sciurum, sive alopecurum minus, hateromalla panicula. *Barr. ic. 4.*

In collibus asperis calcareis, rudaratis, tectis ac glareosis; *Palermo, da Trapani a Spaccaforno, Siracusa, Catania, ec.* = et in *Ustica, Isole Eolie, Lampedusa, Linosa, Pantellaria.*

Februario, Martio. ⊙

*Culmi* subcaaspitosi, erecti aut adsecendentes, 2-8-pollicares: *folia* laete virentia, plana, margine scabra, carinata: *ligula* scarlosa, lacera, brevis: *panicula* 1-2-pollicaris, obtusa, saepe folii supremi vagina iuvoluta: *pedunculi* 4-6-lineares, pilis longis subadpressis instructi: *spiculae* hermaphroditae lanceolatae, tenues; in quibus *valvae* calycinae saepe angustissimae, carinato-canaliculatae, subaequales; *corollina valvula* interior vix bifida: *spiculae* neutrae compressae, elongatae; valvulis scariosis, apice erosis, dorso pilosiusculis.

## CYNOSURUS.

*Pers. syn. 1. p. 86. n. 164*—*Koch syn. p. 809.*

*Racemus* spiciformis, elongatus; vel panicula abbreviata, composita, densa. *Spiculae* fertiles 2-3-florae, compressae; singulae basi suffultae spicula neutra (*bractea Lin.*), ex valvis numerosis distichis lanceolatis acutis vel aristatis suboppositis composita. *Spic. fert. cal.* 2-valvis: valvae carinato-canaliculatae, lanceolatae, subaequales; *cor.* 2 valvis; valvula exterior concavo-carinata, ex apice bidentato, vel integro aristata. *Sem.* liberum intra corollam persistentem. (*Herbae* annuae aut perennes, glabrae: *culmi* erecti, vel adscendentes; *racemus*, uti *panicula*, densus: *stigmata* plumosa, e basi floris egredientia.)

1. C. *echinatus*. *Lin. sp. pl. 105*—*Ucria H. Pan. p. 59* — *Guss. pr. 1. p. 86.*

C. panicula glomerata coarctata ovata secunda, spicularum fertilium valvis calycinis lanceolatis, spicularum sterilium valvis lanceolato-linearibus albo scariosis, inferioribus et valvula corollina exteriore scabris longequa aristatis.

Chrysurus echinatus. *Presl l. c.*— Gramen alopecuroides, spica aspera. *Cup. H. Cath. supp. al. p. 53.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t.78*—*Host gr. austr.2.t.98*—*Reich. cent. 11. f.1349*, et *1350*—Phalona echiuata. *Dumor. agr. belg. p. 114. t. 5. f. 20*— Gramen alopecuroides, spica aspera. *Scheuch. agr. t. 2. f. 8.*

In collibus aridis, inter segetes, ad margines agrorum in Sicilia —

et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Pantellaria*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*.

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* 1/2-2-pedales, et ultra: *folia* margine scabra: *ligula* brevissima, integra vel erosa: *panicula* densissima, 4-12 lin. longa: *calycinae* valvae parum inaequales, carinatae, ad margines late albo-scariosae, ad carinam virentes, acuminatae: *corollina valvula* exterior apice acute bidentata, ut in sequente, inter dentes aristata; *arista* scabra, valvula sua longiore; interior acute bifida, ad nervos ciliata —Variat *aristis* purpurascentibus, et valvis calycinis latioribus nitido-scariosis.

2. *C.* ELEGANS. *Desf. atl. 1. p. 82—Pers. syn. 1. p. 87—Guss. pr. 1. p. 87.*

C. panicula ovata secunda laxiuscula demum contracta, spicularum sterilium valvis pallide virentibus, inferioribus et corollina exteriore fertilium longe aristatis pubescentibus, valvis calycinis apiculae fertilis (pallidis) anguste lineari-lanceolatis.

C. gracilis. *Viviani fl. cors. sp. nov. diagn. p. 3.* var. gracilior. — C. effusus *Link* et aliorum, ex ipso auctore in *H. Berol. 1. p. 199*, et *2. p. 299* —Gramen spicatum, echinatum, locustis unam partem spectantibus. *Tourn.* herb. in *Mus. H. Paris.*

Ic. *Desf. l. c. t. 17.*

In umbrosis herbidis montosis, nunquam in demissis in Sicilia, = et in dumetis elatioribus herbosis, vel fruticetis; *Felicuri sul monte della felce*, *Saline alla fontana della Murfa*, *Pantellaria al Filiu*, *Maretimo*, *Favignana*.

Aprili, Junio. ☉

*Culmi* graciles, solitarii vel plures, vix palmares, aut pedales et ultra: *folia* vix 1/2 lin. lata, margine scabriuscula: *ligula* fere praecedentis: *panicula* 4-12 lin. longa; pedunculis gracilibus, pubescenti-scabris: *spiculae* exiguae, oblongae: *calycis* valvae subaequales, carinatae, acutae, sed non aristatae, ad carinam virentes, ad margines tenue membranaceo-scariosae: *valvula* corollina exterior viridi-lutescens, 5-nervis, concava; interior acute-bifida, ad nervos scabra.

Praecedenti affinis, a quo primo intuitu distingnitur; *panicula* pallide virenti; sub anthesi plus minusque aperta; aristis tenuioribus valde elongatis; *habitu* graciliore—Male a *Desf.* et inde ab omnibus recentioribus calycis valva altera aristata huic speciei tribuitur. Hoc de valvulis corollinis est sentiendum, nam calycis valvae sunt inter se similes, quod ex icone *Desfontanesii* etiam clare patet; praeterea planta a Cl. *Desf.* descripta, etiam ex ejus herbario, a nostra non differt.

3. *C.* CRISTATUS. *Lin. sp. pl. 105—Presl l. c. p. 53— Ucria l. c. — Biv. cent. 1. p. 30—Guss. pr. 1. p. 87.*

C. racemo spicato lineari secundo denso, spicularum fertilium valvis calycinis lineari-lanceolatis 3-floris, corollina exteriore ac sterilium valvis carina scabris acuminato-mucronatis.

Gramen pratense, cristatum. *Cup. H. Cath. p. 86* ?—G. spica cupressiformi, aspera. *Cup. l. c. p. 90.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 47. f. 1—Host gram. austr. 2. t. 96 — Reich. cent. II. f. 1551 et 1552* — Gramen spica cupressiformi, aspera, cristata. *Cup. panph. 2. t. 59 et 122—Bon. t. 4—Raf. t. 47. f. 2* — Gramen pratense, cristatum. *Bauh. pr. p. 8.*

*b. viviparus*; flosculis viviparis.

*c. ciliatus*; valvis carina non scabris sed ciliatis, foliis latioribus, brevioribusque.

In pascuis montosis, vel demissis in Sicilia = et in *Felicuri sul monte*, *Levanzo*, *Marettimo*. Varietas *b.* et *c.* in montosis; *Madonia*, *Monte di Cammarata*, a *di Caltauturo*.

Aprili, Majo. ♃

*Culmi* 1/2-1 1/2-pedales, simplices, erecti, tenaces, foliorum vaginis vestiti: *folia* laete virentia, lin. lata, vix scabra: *ligula* brevissima, truncata: *racemus* densus, 2-4-pollicaris, laete virens, *spiculae* compressae: *valvae* calycinae lanceolato-lineares, acuminatae: *corollinae* valvula exterior brevissime aristata, a medio ad apicem hispido-scabra.

Var. *a.* est *C. cristatus Host*, *Laers*, et *Dumort*; et var. *c.* quoad bracteas *C. cristatus Bertol. fl. ital. 1. p. 584.*

## DACTYLOCTENIUM.

*Willd. en. H. Ber. 2. p. 1029 — R. et S. s. veg. 2. p. 53. n. 299.*

*Spicae* crassae, terminales, digitatae (2-5). *Spiculae* 2-7-florae, in latere inferiore racheos spicarum 4-seriatim insertae, invicem adpressae. *Cal.* 2-valvis: valvae flosculis breviores, subaequales, concavo-carinatae, emarginatae, mucronato-aristatae; interior extrorsum versa, longius aristata. *Cor.* 2-valvis; valvula exterior longior, ex apice mucronato-aristata. *Sem.* liberum, transverse rugoso-muricatum. (*Herba* annua: *culmi* diffusi, vel prostrati: *folia* brevia, laete-virentia: *spicae* breves, demum cruciatim dispositae: *stigmata* plumosa, sub apice floris egredientia).

1. AEGYPTIACUM. *Willd. l. c. p. 1029 — Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 46—Parlat. fl. pan. 1. p. 128.*

D. spicis subquaternis digitatis horizontalibus, rachide glabra excedente mucronata, valva calycina altera mucronato-falcata, foliis ciliatis, culmo adscendente diffusoque.

Eleusine aegyptia. *Pers. syn. 1. p. 87—Guss. pr. 1. p. 85*—E. ciliata. *Rafinesqua*, *prec. des decou. p. 45*—Cynosurus aegyptius. *Lin. sp. pl. 106*—Gramen cruciatum. *Cast. H. Mess. p. 38.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 48. f. 2* — Gramen polystachyum, Miliepedae effigie. *Cup. H. Cath. p. 90*, et *panph. 2. t. 59*, et *122—Bon. t. 4—Raf. t. 47. f. 3.*

In herbidis arenosis maritimis, et in locis a mare dissitis propo *Paternò* = ac in *Pantellaria*.

Septembri, Novembri. ⊙

*Culmi* 3-8-pollicares, terrae adpressi vel adscendentes, geniculis inferioribus infractis, et ibi radicantes: *folia* vix pollicaria, patentia, subundulata, acuminata: *ligula* brevissima, truncata: *spicae* 3-9 lin. longae; rachide superne nuda ac carinata, ultra spiculas in aristam protensa, inferne spiculis ex viridi-aeneis 4-serialibus subciliatis tecta.

Nescio quo casu in *pr. 1. l. c.* iconem *Hostii gr. austr. 4. t. 28*, sub hac specie citaverim, quam ad *Dactylem litoralem*, cui pertinet, jam retuli *l. c. p. 101.*

## CYNODON.

*Willd. en. H. Ber. l. p. 90.*

*Spicae* filiformes, terminales, digitatae ( 4-7 ). *Spiculae* muticae, minutae, in latere inferiori racheos spicarum insertae, uniseriatae, inde distichae, 1-florae, cum rudimento clavato ac pedicellato secundi floris. *Cal.* 2-valvis: valvae carinatae, inaequales, basi tantum flosculum amplectentes, in anthesi patentes. *Cor.* 2-valvis: *valvulae* aequales; exterior carinato-compressa, interiorem canaliculatam linearem includens. *Sem.* corolla corticatum. ( *Herba* perennis, radicibus articulatis longe lateque repens: *culmi* diffusi, floriferi erecti: *folia* brevia, disticha: *spicae* floriferae ac fructiferae patentes: *stigmata* penicilliformia, sub apice floris egredientia ).

1. *C. dactylon.* *Willd l. c.—Guss. pr. p. 84.*

C. spicis patentibus basi intus barbatis, spiculis imbricatis solitariis, valvula corollina exteriore glabra, valvis calycinis carina serrulato-scabris, foliis margine scabris ciliatisve subtus pubescentibus, stolonibus repentibus.

Panicum Dactylon. *Lin. sp. pl. 85 — Ucria H. Pan. p. 54 — Host. gram. austr. 2. p. 15*—Digitaria stolonifera. *Schrad. fl. ger. 1. p. 165* — Gramen folio arundinaceo, majus, et minus, cum appendice. *Cup. H. Cath. p. 88*—G. vulgare. *Cast. H. Mess. p. 58.*

Ic. *Host l. c. t. 18 —Schrad. l. c. t. 3. f. 9 — Reich. cent. 11. f. 1404*—Gramen legitimum. *Clus. hist. 2. p. 217.*

In pascuis, in cultis tam siccis quam humidis, ad vias, in arenosis herbidis maritimis in Sicilia = et in *Ustica, Isole Eolie, Maretimo, Favignana, Levanzo, Pantellaria, Lampedusa, Linosa.* Julio, Octobri. ♃

*Radices* squamatae, albae: *culmi* ad nodos radicantes: floriferi annotini, erecti vel adscendentes, palmares aut pedales: *ligula* brevissima, obtusa, longe barbata: *folia* patentia, glaucescentia, plus minusque ciliata: *spicae* 4-5, pollicares vel sesquipollicares, ante anthesim erectae, invicem adpressae: *spiculae* oblongae, virentes aut purpurascentes, parvae: *calycis* valvae acutae, margine albidae ac leves: *valvula* corollina exterior chartacea, albida, obtusiuscula, enervia; interior ad nervos ciliolata: *spicarum* rachis ad angulos scabra.

Hujus speciei radix, quae agros infestat, pro illa *Tritici repentis* in usu medico apud nos usurpatur.

## PANICUM.

*Koch syn. fl. germ. p. 771.*

*Spicae* 1-laterales, digitatae, vel paniculatae, aut *spiculae* per paniculam sparsae. *Spiculae* muticae, vel aristatae, dorso convexae, antice planae aut planiusculae, 2-florae; flosculo inferiore neutro vel masculo, superiore hermaphrodito. *Cal.* 3-valvis: valva tertia ( quae est valva exterior floris inferioris, cujus altera valva saepe deest ) minima. *Flor. herm.*: *cor.* 2-valvis; valvulae cartilagineae; exterior convexa, interiorem planam includens. *Sem.* corolla corticatum. ( *Herbae* annuae, aut perennes: *culmi* simplices, vel ramosi: *folia* aliquando pubescenti-pilosa: *spiculae* parvae non involucratae: *stigmata* penicilliformi, sub apice floris egredientia ).

* *Spiculae in spicas unilaterales subdigitatas dispositae, binae, altera longius pedicellata; valvae obtusae.* Digitaria Scop.

1. P. SANGUINALE. *Lin. sp. pl. 84—Ucria H. Pan. p. 54.*
P. spicis digitatis erecto-patulis subquaternis, spiculis oblongis, valva floris neutri margine pubescente, in nervo laterali extimo ciliis destituta, foliis vaginisque subpilosis, culmo decumbente ad nodos radicante.
Digitaria sanguinalis. *Presl fl.sic.pr.,* ac *Cyp.* et *gram.sic.p.18—Guss. pr. 1. p. 85—Parlat. fl. pan. 1. p.126*—Gramen dactylon, folio latiore. *Cup. H. Cath. p. 87.*
Ic. *Schreb. gram. t. 16—Host gram. aust. 2. p. 17*— Digitaria sanguinalis. *Reich. cent. II. f. 1407*—Ischaemum Plinii. *Clus. hist. 2. p. 17.*
In cultis, in hortis, secus vias solo fertiliori in Sicilia = et in *Ustica, Isole Eolie, Favignana, Levanzo, Pantellaria.*
Julio, Octobri. ⊙
*Culmi* ramosi, late excurrentes in fertilibus: *folia* patentia, subcanaliculata vel plana, virentia aut glaucescentia: *ligula* brevissima, truncata: *spicae* 1-3-pollicares, aliquando alternae et non digitatae, tamen semper approximatae: *spiculae* virentes vel purpurascentes: *valva* calycina major, ovata, obtusa, exquisite multinervia, et ad nervos scabra.

** *Panicula ex spicis alternis unilateralibus formata: valvae in mucronem brevem, vel in aristam scabram attenuatae.* Echinocloa, *Paliss.*

2. P. CRUSGALLI. *Lin. sp. pl. 83—Ucria H. Pan. p. 54.—Biv. cent. 1. p. 6—Guss. pr. 1. p. 81.*
P. spicis alternis conjugatisque subdivisis, valvis calycinis ad nervos hispidis, majore longe aristata, rachide sub 5-angulari ad pedicellorum insertionem pilosissima, foliis concoloribus, culmo adscendente.
Echinocloa crusgalli. *Parlat. fl. pan. 1. p. 117*— Gramen paniceum, spica aristis longis armata. *Cup. H. Cath. p. 257.*
Ic. Oplismenus crusgalli. *Dumor. agr. belg. p. 138. t. 14. f. 53*— Echinocloa crus galli. *Reich. cent. 11. f. 1412.*—Graminis genus, dens caninus secundus, sive Panicum sylvestre, panicula divulsa. *Bon. t. 8*—Gramen paniceum, spica divisa, locustis longis armata. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 4. f. 16.*
*b. muticum*; valva calycina majori acuminato-aristata.
P. crus corvi. *Lin. sp. pl.84* ?—Gramen paniceum, palustre, spicis multis angustis successivis rubro-nigricantibus. *Cup. H. Cath. p. 88.*
Ic. *Host gram. austr. 2. t. 19—Reich. l. c. f. 1411*— Gramen paniceum, sive Panicum sylvestre, palustre, spicis viridi-atrorubentibus Cupani; sive P. sylvestre, panicula alterne divisa, e viridi-atrorubente. *Bon. t. 95*—G. paniceum, spica divisa. *Moris. l. c. f. 15.*
In arvis humentibus, ad rivulos, et fossarum margines, *a.* et *b.* simul crescunt in Sicilia.
Junio, Septembri. ⊙
*Culmi* 1-4-pedales, caespitosi, ad genicula inferiora infracti, plerumque rubentes et ramosi: *folia* 2-6 lin. lata, margine scabra: *ligula* nulla: *spicae* 1/2-1 1/2-pollicares, inferiores longiores, remotiores, saepe geminae aut oppositae: *spiculae* sparse glomeratae, ex albo - et purpureo variae, hermaphroditae vel neutrae: *valvae*

calycinae nervosae, plus minus acuminatae: *valvulae corollinae* glaberrimae, nitidae; exterior tenuissime striata; *aristae* in *a.* pollicem longae, et flosculi mutici cum aristatis intermixti.

In varietate *a. antherae* roseae, et *stigmata* pallide rosea vel carnea; in *b. antherae* luteae, et *stigmata* rosea.

3. P. ZONALE. *Guss. ind. sem. H. R. Bocc. an. 1825*, et *pr. 1. p. 82.*

P. spicis alternis conjugatisque simplicibus basi fasciculo pilorum stipatis, valvis calycinis acuminatis hispidiusculis, rachide trigona ad angulos ciliato-serrata, foliis rubro-zonatis ( raro immaculatis ), culmis decumbentibus erectisque.

P. numidianum. *Presl fl. sic. pr.*, ec *Cup. et gram. sic. p. 19.*, excl. syn. *Desf.* et *Biv.* ( ex ipso auctore in add. et emendanda. ) — P. haematodes. *Presl fl. sic. 1. p.XLIII.*—P. colonum. *Morett. dec. 2 p. 7*, non *Lin.*—Echinocloa zonalis. *Parlat. fl. pan. 1. p. 119* — Gramen paniceum, tenellum, spicis cristatis angustis successivis obscure vireutibus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 31.*

Ic. *nulla.*

In humentibus cultis; *Palermo*, *Bagheria*, *Trabia*, *Ficarazzi*, *Marsala*, *Mazzara*, *Melazzo*.

Augusto, Septembri. ⊙

*Habitus* praecedentis, sed gracilior; siquidem *culmi* ad summum sesquipedales: *folia* 2-3 lin. lata, margine scabriuscula: *ligula* nulla: *spicae* 5-12-lineares: *spiculae* sparse glomeratae, minores, tamen confertiores, et minus hispidae; *antherae* sordide purpureae; *stigmata* nigricantia.

Cl. *Trinius, spec. gramin. fasc. 14. t. 160*, sub *P. colono* in notis haec refert » gluma ( calycina ) inferior paulo major in *P. zonali* » *Guss!*, quod huc pertinet, vaginis laminisque per distantias sub» regulares atropurpureo-zonatis insigne» : sed in *P. colono* ex *Lin. sp. pl. p. 84.* » spiculae alternae, plurimae, sessiles, secundae, » ovatae, aut oblongiusculae, *absque fasciculis pilosis* »; et ipse *Trinius* in descriptione ait » racemi ad axis communis angulum glabrati » ac inferius praeterea observat » in *P. pseudo-colono* di» cto racemi basi pilis barbati sunt ». Qui characteres in icone ac descriptione *P. coloni Jacq. ecl. gram. p. 47. t. 32* notantur, nec non in speciminibus cultis, et Sieberianis aegyptiacis, sed ad nostrum minime quadrant. Siquidem in *P. zonali* fasciculi pilosi ad spicarum basim etiam nudo oculo conspicui sunt, et valvae calycinae hirsutiores, minusque exquisite nervosae. Interim in icone *Trinii* nervi glumarum minus extantes, et spicae basi fasciculo pilorum stipatae videntur. Confer quoque *Bertol. fl. ital. 1. p. 427*, qui interim *P. colonum Jacq.* et *Trin.* ad hoc quoque refert.

*** *Panicula ramosa*; *multiflora*, Panicum, *recentiorum*.

4. P. REPENS. *Lin. sp. pl. 87—Biv. cent. 1, p. 65—Presl l. c. p. 18. —Guss. pr. 1. p. 83—Parlat. fl. pan. 1. p. 121.*

P. panicula virgata, ramis erecto-patulis alternis, spiculis glaberrimis geminis muticis, foliis inferioribus brevioribus patulis, culmo basi nodoso-tuberoso simplici vel ramoso, radice repente.

P. polystachyon. *Ucria H. Pan. p. 54*, non *Lin.*—Gramen palustre, juba et raro semine Sorghi, foliis angustis intra se collectis. *Cup. H. Cath. p. 90*, et *supp. alt. p. 33.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 61—Cav. ic. rar. 2. t. 110*—P. arenarium. *Brot. lusit. 1. p. 82*, et *fl. lusit. 1. t.6*—Gramen arundinaceum, Sorghi panicula sparsa. *Cup. panph. 2. t. 59*, et *122* —*Bon. t. 4*— *Raf. t. 4. f. 1.*

**In humidis arenosis maritimis, ad ripas fluminum, et rivulorum in Sicilia.**

Julio, Decembri. ♃

*Radices* in arenis valde repentes: *culmi* ut plurimum a basi ipsa ramosi, follorum vaginis villosis tecti, 1-2-pedalea: *folia* hinc inde villosiuscula, margine scabra, glauccaceutia, demum involuta et apice rigida; inferiora 2-5 lin. lata, fere disticha; superiora duplo angustiora ac longiora, erecta: *ligula* brevissima, truncata: *panicula* oblonga, 3-5-pollicaris; ramis divisis, erectis, gracilibus: *spiculae* semper biflorae, et male in icone *Cavanillanesti* 1-florae pinguntur, parvae, albo-virentes, vel sparse purpurascentes, ellipticae, glaberrimae: *valvae* fere scariosae; calycina major 7-nervia, ovata, acuta; minima multinervia, late amplexans: *corollinae* glaberrimae, nitidae: *antherae* aurantiacae: *stigmota* purpurea.

Specimen *P. repentis* ex Insula *Mauritii*, quod habui a Cl. *Moricand* ab hoc nostro abunde diversum est; *culmis* gracilioribus: *foliis* vix pollicem longis, glabrioribus; *paniculae* ramis paucis: *spiculis* rarissimis, cylindraceis, solitariia; *valva calycina* minore obtusa quidem, sed oblonga, nec ita late amplexante; ita ut si hoc verum *P. repens Lin.*, tunc nostrum ad *P. arenarium Brot.* referendum erit, uti jam fecit *Nees agr. 170-171*, ex *Link H. Berol. 2. p. 43.* Sed cum descriptio *Linnaeana* potius cum planta nostra, quam cum indica conveniat, et cum *Lin.*, quamvis dubitanter, plantam suam ex Hispania allatam dicat, et tandem haec nostra in herb. *Banks. P. repentis* nomine praestet, sic potiore jure hanc, quam indicam, pro *P. repente* habenda erit.

5. *P.* COMPRESSUM. *Biv. man. 4. p. 6 — R. et S. s. veg. mant. 2. p. 232—Guss. pr. 1. p. 83—Parlat. fl. pan. 1. p. 122.*

P. panicula oblonga, ramis erecto-patulis subverticillatis, spiculis oblongis ciliatis muticis, foliis planis vaginisque molliter pubescentibus, culmo compresso ramoso, radice fibrosa.

Ic. *nulla.*

In asperis calcareis montosis, et in fissuris rupium; *Palermo a Monte Peregrino, Monte Gallo, Carini, Cinisi, Partinico, Cefalù, Messina ( Parlatore ).*

Octobri, Novembri. ♃

*Culmi* plures, erecti, caespitosi, 1-3-pedales: *folia* laete virentia, 2-4 lin. lata, erecto-patula: *vaginae* molliter villosae, vel glabriusculae: *ligulae* loco pili mollissimi: *paniculae* rami graciles, iterum divisi; ramulis flexuosis: *spiculae* pedicellatae, virentes, aut sordide purpurascentes: *valva calycina* exterior minima, obtusissima, oblonga, late amplexans; major oblonga, piloso-ciliata, obsolete 5-nervia: *valvulae corollinae* glabrae, subaequales, transverse rugulosae; exterior latior, etiam obsolete 5-nervia, interiorem augustiorem subaequans: *stamina* et *pistilla* colorata ut in praecedenti, sed *antherae* sordide fulvae, vel sordide rubentes, non ut in illo aurantiacae: *inflorescentia* minime spicato-paniculata, uti ex *Link H. Berol. p. 208*, sed vere paniculata.

Gramen in siccis calcareis ad pascua artificialia autumnalia conficienda aptissimum, quia irrigatione non indiget.

## SETARIA.

*Paliss. agr. p. 51—R. et S. s. vég. 2. p. 27. n. 272.*

*Racemus*, vel *panicula* spiciformis, plus minus conferta. *Spiculae* semper muticae, involucro cristaeformi pedicellorum basi subjecto stipatae; aristis scabris nudis: reliqua ut in *Panico*. (*Herbae* annuae, glabrae, gregarie crescentes: *culmi* erecti, aut adscendentes: *panicula* aliquando pyramidata: *flosculi* demum decidui.)

1. S. VERTICILLATA. *Paliss. l. c.—Parlat. fl. pan. 1. p. 113.*
   S. racemo spiciformi acuto simplici vel composito, racemis tunc subverticillatis, inferioribus longioribus, involucellis unifloris inaequalibus bisetis denticulato-hispidis, denticulis reversis, corollinis valvulis flosculi hermaphroditi leviusculis, culmis erectis.
   P. verticillatum. *Lin. sp. pl. 82—Guss. pr. 1. p. 79* — P. italicum. *Ucria H. Pan. p. 54* ex syn. siculo (pro P. verticillato ejusdem, confer *Agrostis verticillata*.)
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1465*—P. verticillatum, *Host gram. austr. 2. t. 15*—Gramen paniceum, spica simplici. *Cup. H. Cath. p. 88*, et *panph. 2. t. 15*—Panicum sylvestre, spica simplici aspera. *Bon. t. 151*—Gramen paniceum, spica aspera. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 4. f. 11.*
   In cultis, et hortis ubique occurrit in Sicilia ≍ et in *Ustica, Saline, Lipari, Vulcano, Pantellaria, Favignana.*
   Junio, Septembri. ⊙
   *Stamina* in hoc et in sequenti vix exserta: *antherae* purpurascentes; *stigmata* albida vel rosea: *corollae* flosculi hermaphroditi obsolete longitudinaliter nervosae; *involucri* setae obscuro virentes, in hoc retrorsum scabrae, ideoque vestibus adhaerentes: quod non in sequenti; caeterum inter se similes sunt.
2. S. AMBIGUA. *Guss.*
   S. racemo spiciformi acuto simplici vel composito, racemulis tunc verticillatis, inferioribus longioribus, involucellis unifloris inaequalibus bisetis denticulato-hispidis, denticulis sursum versis, corollinis valvulis flosculi hermaphroditi levinsculis, culmis erectis.
   Panicum verticillatum in *ambiguum. Guss. pr. 1. p. 80* — P. viride *Desf. atl. 1. p. 58*, exclus. synon.!
   Ic. *nulla.*
   Cum praecedente et eodem tempore floret. ⊙
   Pro varietate praecedentis habui, sed directio denticulorum in setis cultora persistit, ideoque ab illa disjungere putavi. Interim Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 421* ad *S. viridem* refert, a qua plurimis characteribus et habitu toto coelo diversa est.
3. S. VIRIDIS. *Paliss. l. c. p. 51—Parlat. fl. pan. 1. p. 115.*
   S. racemo cylindrico spicato obtuso simplici, glomerulis sparsis, involucellis subunifloris multisetosis, setis aequalibus denticulatis, denticulis sursum versis, corollinis valvulis flosculi hermaphroditi leviusculis, culmis erectis.
   Panicum viride. *Lin. sp. pl. 83—Guss. pr. 1. p. 80*, excl. syn. *Desf.*
   Ic. *Reich. cent. 11. f. 1467*—P. viride. *Host gram. austr. 2. p. 12. t. 14!*
   In hortis, pomariis, et arvis cultis in Sicilia ≍ et in *Vulcano, Saline, Lipari, Pantellaria, Favignana.*
   Junio, Augusto. ⊙
   *Antherae* atropurpureae, et *pistilla* albida vix exserta: *rachis* hispida fere ut in praecedenti; *involucri* setae pallide virentes: *racemus* om-

nino ut in *S. glauca*, pro cujus varietate a nonnullis recensita; sed *corollis* flosculi hermaphroditi nunquam transverse rugosis; *staminum* longitudine, quae setulis dimidio breviora; *florendi* tempore praecociori omnino diversa.

Icon *Hostii* certe ad hanc speciem pertinet; an illa *Engl. bot. t.873* differat ab hac, affirmare nequeo—Specimina authentica *S. viridis* in herbario *Lin.* desiderantur—Quibus dubiis adhuc haec planta laboret confer *R.* et *S. s. veg. mant.* ad *vol. 2. p. 274.*

4. *S.* GLAUCA. *Paliss. l. c. p. 51 — Presl fl sic. pr.*, ac *Cyp.* et *Gram. sic. p. 19—Parlat. fl. pan. 1. p. 115.*

S. racemo cylindrico spicato obtuso simplici, glomerulis confertis, involucellis unifloris multisetosis aequalibus denticulatis, denticulis sursum versis, corollis flosculi hermaphroditi transverse undulato-rugosis, culmis erectis adscendentibusque.

Panicum glaucum. *Lin. sp. pl. 83—Biv. cent. 1. p. 65—Guss. pr. 1. p. 81*—P. viride. *Ucria l. c.* (excl. syn. siculo), non *Lin.* — Gramen paniceum, spica simplici longiori, ac rarioribus glumis, fulvida. *Cup. H. Cath. p. 88*, et G. paniceum, simplici panicula longiori alopecuroide, cana. *supp. atl. p. 33.*

Ic. *Reich. cent. 11. f.1466*—P. glaucum. *Host gram. austr. 2. t. 16*—Gramen paniceum, spica simplici alopecuroide cano fulva. *Cup. panph. 2. t. 28?*

In arvis humentibus, secus rivulos, fossas, ec. ubique in Sicilia. Julio, Septembri. ⊙

Praeter characteres indicatos, a tribus praecedentibus facillime distinguitur; *involucri* setis demum viridi-fulvis; *staminibus* longe exsertis, 2-3 lin. longis, setulas fere aequantibus. *Antherae* roseae: *stigmata* fere purpurascentia: *flosculus* alter, qui in aliis neuter, in hac specie saepe masculus.

## PENNISETUM.

*Pers. syn. 1. p. 72 — R. S. s. veg. 2. p. 9. n. 202.*

*Racemus* spiciformis. *Glomeruli* ex spiculis muticis 2-5, involucro aristaeformi stipati; setis inaequalibus, interioribus longioribus, a medio ad basim pinnato-barbatis. *Spiculae* 2-florae; flore altero masculo, altero hermaphrodito; utroque sessili. *Cal.* 2-valvis: *valvae* muticae, inaequales, floribus breviores. *Cor.* flor. masc. 1-2, hermaphr. 2-valvis; valvulae cartilagineae, subaequales. *Sem.* liberum, intra corollam persistentem. (*Herba* perennis. *culmi* erecti, aut adscendentes: *folia* brevia, rigidiuscula, carinata: *panicula* longe setosa, demum saepius purpurascens. *Styl.* solitarius, vel duo: *stigmata* duo dense plumosa, sub apice floris egredientia.)

1. *P.* DISTYLUM. *Guss. Ind. sem. H. R.* in *Bocc. ann. 1828. p. 8* — et *suppl. p. 12 — Parlat fl. pan. 1. p 71*

P. culmis basi ramosis erectis, foliis vaginisque pilosis, involucri setis aequalibus, vel (raro) interiorum unica elongata, duplo flores superante, calycinis valvis subaequalibus, floribus digynis!

Cenchrus ciliaris. *Desf. atl. 2. p. 387*, et *Cav. ann. de cienc. nat. 111. p. 12*, ex eorum speciminibus, non vero *Lin.*

Ic. *nulla.*

In collibus calcareis aridissimis; *Palermo alle falde di Monte Pellegrino verso Belmonte (Gussparrini)*= copiose vero in collibus vulcanicis insulae *Lipari al sud di Monte Rosa lungo la strada sul mare, ed all' Ovest dell' Isola fra le pietre sotto il Bagno secco.*

Aprili, Majo in Insulis Aeolicis: Septembri, Octobri prope *Palermo.* ♃

*Radix* caespitoso-fibrosa: *culmi* glabri, 1-2-pedales, sub nodis et spicis scaberrimi: *folia* apice attenuato-involuta, ad margines scabra; superne canaliculato-striata: *vaginae* subancipites, leviusculae, ad oras praesertim pilosae; *ligula* brevissima, truncata, laciniata, ciliata: *flores* spicati: *spicarum axis* flexuosus, compressus, ad margines serrulato-scaber: *spiculae* sessiles, 2-3 ad dentes rachidis inferiores, 1-2 ad superiores: *involucrum* setaceum, basi purpurascens, duplex; setis exterioribus inaequalibus, glabris, scabris; interioribus a basi ad medium latioribus, pinnato-barbatis, a medio ad spicem scabris, unica saepius elongata: *calycis* valvae acutae, enerviae, vix 1/2 lin. longae, ad carinam sub lente scabriusculae, corollinis duplo breviores; exterior major: *corollinae valvulae* floris hermaphroditi glabrae; interior 3-nervia; minor, apice bidentata vel sublaciniata; exterior concava, obtusa cum acumine, lin. longa, 4-vel 6-nervia; nervis duobus mediis in acumen confluentibus: *valvulae corollinae* floris masculi ut in hermaphrodito, breviores et utraeque acutae; interior apice bidentata: *filamenta* glabra, albida: *antherae* oblongo-lineares, sulcatae, glabrae, virescentes, filamentis aequilongae: *styli* capillares, albi; *stigmatibus* plumosis, pallide roseis: *germen* nitidum, glaberrimum, fere ovatum: *squamae* nullae.

Differt ab icone *P. cenchroidis Paliss. agrostr. t. 13. f. 5*, et a plantis cultis; spica duplo et ultra longiore; involucri setis fere omnibus aequalibus, nam etiamsi aliquando unica elongata adest, haec non ad exteriors glabra, sed ad interiors basi plumosa spectat; calycinis valvis subaequalibus, non altera duplo majore; valvulis corollinis interioribus apice bidentatis non integris —A. *P. violaceo*, *R. S. s. veg. 2. p. 260* ( quod *P. setosum Rich.* in *Spr. s. veg. 1. p. 303*, differt involucri setis spicula duplo et ultra longioribus; et ab omnibus pistillis binis.

Synonyma *Cavan.* et *Desf.* ex comparatione speciminum ad hoc spectant. *Panicum vulpinum Willd.* huic quoque affine videtur, sed in hoc pistillum pariter unicum. *Conf. Bertol. fl. ital. 1. p. 593.*

## LAPPAGO.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 131.*

*Racemus* spiciformis. *Spiculae* muticae, 1-florae; et in quolibet racemulo laterales hermaphroditae, intermediae masculae vel neutrae. *Cal.* 2-valvis; *valvae* valde inaequales; superior coriacea, concavo-ventricosa, ad nervos hamis rigidis obsita; inferior minima, inermis, plana, membranacea. *Cor.* 2-valvis, inclusa, hyalina. *Sem.* liberum. ( *Herba* annua: *culmi* decumbentes, ramosi, ramis floriferis erectis: *folia* brevia, aculeato-ciliata; *racemi* breves, laxiflori, cylindracei, demum rubentes: *stigmata* penicilliformia, sub apice floris egredientia. )

1. *L.* RACEMOSA. *Willd. sp. pl. 1. p. 484—Guss. pr.1. p.79—Parlat. fl. pan. 1. p. 112.*

Cencrbrus racemosus. *Lin. sp. pl. 1487—Schreb. gram. p. 45*—Tragus racemosus. *Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 19 — Dumor. agr. belg. p. 139* — Gramen paniceum, tenellum, spicis aristatis angustis successivis obscure virentibus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 34.*

Ic. *Schreb. l. c. t. 4—Host gram. austr. 1. t. 30— Dumor. l. c. t.*

*14. f. 35—Reich. cent. 11. f. 1414*—Gramen caninum, maritimum, spicatum, echinatis glumis. *Barr. ic. 718.*
In maritimis arvis arenosis; *Catania ( Cosentini, Schow,* et *Presl ) Palermo ( Presl ), Milazzo agli archi.*
Majo, Junio. ⊙
*Culmi* saepius terrae arcte adpressi, palmares vel in fertilibus pedales: *folia* glaucescentia, rigidiuscula, poll. longa, 1-2 lin. lata, ad margines subundulata: *ligulae* loco pilorum series: *racemus* 1-3-pollicaris, folii supremi vagina adhuc junior involutus; *spiculae* ob hamos calycinos vestibus adhaerentes: *valvula* corollina exterior major ovato-lanceolata, acuminata, glabra, valvae calycinae minori opposita: altera brevior, sed latior acutinscula.

## PHALARIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 406—Juss. 29.*

*Panicula* densa, spiciformis. *Spiculae* muticae, compressae, 1-florae, cum rudimento squamaeformi unico aut bino alterius floris. *Cal.* 2-valvis: *valvae* carinato-naviculares, subaequales. *Cor.* flor. perfecti cartilaginea, 2-valvis, inclusa. *Sem.* corolla indurata tectum. ( *Herbae* annuae, aut perennes, glabrae: *culmi* erecti, basi plerumque tuberascentes: *panicula*, sub anthesi laxiuscula; *spiculis* plus minus nitidis: *stigmata* erecta, filiformia, ex apice floris egredientia.)

* *Perennes*

**1.** *P.* COERULESCENS. *Desf. atl. 1. p. 56.* ex *herb. ! — R. S. s. veg. 2. p. 404—Spr. s. veg. 1. p. 273—Guss. pr. 1. p. 68—Parlat. fl. pan. 1. p. 93.*

P. panicula cylindraceo-oblonga laxiuscula, valvis calycinis coloratis subaristatis carinatis, carina sursum membranaceo-alata, ala dentata cum apice continua, corolla glabriuscula, flosculorum sterilium valvulis obliteratis, radice tuberosa.

P. bulbosa. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p.26*, excl.syn. ! —Gramen phalaroides, majus, sive italicum. *Cup. H. Cath.p. 89 ?*

Ic. P. bulbosa. *Cav. ic. 1. t. 64 ?* — Gramen phalaroides, hirsutum, spica longissima. *Buxb. cent. 4. t. 53.*

In campis, et collibus argillosis Siciliae = et in *Lipari a quattro pani, ed alle terre rosse.*

Aprili, Majo. ♃

*Tubera* tunicata, oblonga, saepe fasciculata, et alterum altero superimpositum: *culmi* 1-4-pedales: *panicula* 1-3 poll. longa, aliquando folii supremi vagina involuta: *valvae calycinae* lanceolatae, albido-virentes, nervis purpureis, vel albo-et purpureo-variae: *valvulae corollinae* nitidae, acuminatae, subaequales, obsolete striatae.

Pro reliquis synonymis confer quae dixi in *pl. rar. p. 22.*— Interim quamvis Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 341* hanc ad *P. aquaticam* denuo referat ex loco et synonymis, tamen in specimine herb. *Lin.*, panicula vix pollicaris, valvae calycinae lanceolatae acutae, carina integra ! cum apice continua, idcoque a *P. courelescente* aliena.

**2.** *P.* NODOSA. *Lin. syst. veg. ed. 13. p. 88 — Sibth. fl. gr. 1. p. 41*, excluso synonymo. *Cav. ic. 1. t. 64—Guss. pr. 1. p. 69— Parlat. fl. pan. 1. p. 98.*

P. panicula cylindraceo-lanceolata, calycinis valvis concoloribus acutis carinatis, carina sursum vix membranaceo-alata, ala integra cum apice continua, corollae floris fertilis et sterilis valvula unica brevissima lineari-angustissima villosis, culmis basi in tubera oblonga successiva excrescentibus.

P. nodosa. *Cav.* ex herb. !

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 56 — Trin. sp. gram. fasc. 7.*

*b.* valvis calycinis acutis mucronatis, ala carinali tenuissime denticulata.

In campis, arvis, et collibus aridis argillosis, ad agrorum margines; *Palermo*, *Altavilla*, *Girgenti*, *Terranova*, *Alicata*, *Bronte*. Majo, Junio. ♃

*Culmi* subcaespitosi, erecti aut adscendentes, nodis infimis in tubera incrassatis, quod non in praecedente: *panicula* 1-2-pollicaris: *valvae calycinae* nervo prominulo et fascia lineari virente utrinque notatae, caeterum albidae; in *b.* praesertim apice tenuiter sub lente serrulatae; *valvulae corollinae* floris fertilis ad basim utrinque macula nitida notatae, illam floris sterilis 3-4- plo superantes — Excludatur in *pr. 1 p. 69.* var. *b.*, quae non est nisi varietas *P. minoris*.

3. *P. TRUNCATA. Guss. suppl. p. 18 — Bertol. fl. ital. 2. p. 777.*

P. panicula cylindraceo-oblonga, calycinis valvis concoloribus obtusiusculis carinatis, carina sursum membranaceo-alata, ala integra sub apice truncata, corollinis valvulis floris fertilis adpressae villosis, florum sterilium duabus minimis lanceolatis acutis subpilosis, culmis basi non tuberosis, radice fibrosa.

P. aquatica. *Guss. pr. 1. p. 69,* excl. syn.—*Ucria H. P. 53.*

Ic. *nulla.*

In humidis argillosis; *Amorosa presso Mezzojuso*, *S. Michele presso Caltagirone*, *Summatino*, *Mistretta*, *Vizzini*, *Noto* = et in *Alicuri*, *Felicuri*, *Lipari.*

Majo, Junio ♃ et ☉

*Radices* caespitoso-fibrosae: *culmi* 1-3-pedales, basi vix incrassati, erecti; *panicula* 1-3-pollicaris: *valvae* calycinae fere semi-ovatae, utrinque nervo prominulo notatae, albido-virentes, vix aliquando apice purpurascentes: *florum* sterilium valvulae lanceolatae, acutae; quo charactera, uti recte notat Cl. *Bertol. l. c.*, optime a *P. nitida* dignoscitur.

Descriptio et icon *P. aquaticae Fl. gr.* cum nostra planta convenirent, sed *carina* valvarum calycis apud nos semper integra, quae in illa dicitur aliquando denticulata— Praeterea specimen herbarii *Sibth.* ob valvas calycinas potius sequentem refert, nec illud herb. *Lin.* cum nostra quadrat.

** *Annuae.*

4. *P. QUADRIVALVIS. Lag. nov. gen. et sp. p. 3. n. 23—R. S. s. veg. 2. p. 407.*

P. panicula ovoidea, calycinis valvis acutis carinatis, carina sursum membranaceo-alata, ala integra sub apice truncata, florum sterilium valvulis duobus virentibus brevissimis (1/4 lin.) planis squamulaeformibus concavis obtusis glabris corolla villosa quadruplo brevioribus.

P. brachystachys. *Link* ex ipso auctore in *H. Berol. 2. p. 251*, et ex *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 339* — P. nitida. *Presl l. c. p. 26 — Guss. pr. 1. p. 70 — Parlat. fl. pan. 1. p. 90.*

Ic. P. brachystachys. *Trin. sp. gram. fasc. 1.* optima.

In campis, et arvis argillosis in Sicilia.
Junio, Augusto. ⊙
*Radices* fibrosae, ut in sequentibus: *culmi* 1/2 - 1-pedales: *panicula* 4-12 lin. longa: *valvae* calycinae nervis 1-2-prominulis, et fascia virente notatae; reliqua ut in sequente, a qua habitu minore, et valvulis florum sterilium diversa.
Cum *P. coerulescente* species haec associatur immerito a cl. *Link* in *H. Ber. 1. p. 63*, et a *Spr.* in *s. veg. 1. p. 273.* Confer ipse *Link l. c. v. 2. p. 251.*

5. *P.* CANARIENSIS. *Lin. sp. pl. 79—Ucria H. Pan. p. 53 — Guss. pr. 1. p. 70.*
P. panicula ovato-oblonga, calycinis valvis acutis carinatis, carina sursum membranaceo-alata, ala integra sub apice truncata, florum sterilium valvulis duabus compressis carinatis margine carinaque ciliatis corolla villosa duplo brevioribus.
Phalaris Matthioli. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 20.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 55— Host gram. austr. 2. t. 38—Reich cent. 11. f. 1492*—Phalaris minor, semine albo. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 3. f. 1.*
Ad vias, et in locis cultis in Sicilia; praeterea usu oeconomico seritur ad aves nutriendas, et appellatur *Scagliola.*
Aprili, Majo. ⊙
*Culmi* 2-3-pedales: *folia* praecedentis: *panicula* 2-3-pollicaris: *valvae calycinae* nervo unico valido albido notatae.

6. *P.* MINOR. *Retz. obs. 3. p. 8.—Willd. en. H. Berol. 1. p. 83—Guss. pr. 1. p. 70—Parlat. fl. pan. 1. p. 91.*
P. panicula ovato-oblonga, calycinis valvis acuminatis sursum vix membranaceo-alatis, ala denticulata cum apice acuto subcontinua, florum sterilium valvula altera lanceolata lineari angustissima subpilosa corollae adpresse villosae dimidio breviore.
P. bulbosa. *Desf. atl. 1. p. 55*, ex emendatione, et ex herbario — P. aquatica. *Willd. sp. pl. 1. p 326 —Schrad. fl. ger. 1. p. 179* excl. syn., praeter *Hostii—Host gram. austr. 2. p. 29*, excl. syn. *Barrelieri—Dec. fl. fr. supp. p. 249—Reich. cent. 11. p. 19.*
Ic. *Host l. c. t. 59—Reich. l. c. f. 1493.*
In campis, et arvis argillosis *Altavilla al ponte ( Parlatore )*; *Terranova*, *Alicata*, *Girgenti*, *Trapani*, *Mazzara*, *Marsala*, *S. Fratello*, *Nicosia*, *Priolo*, *Patti*, *Milazzo*, *Mistretta*; et etiam ab incolis a praecedentibus distinguitur sub nomine *di Mazzulinedda.* = et inter segetes, *Ustica*, *Alicuri*, *Panaria*, *Lipari*, *Basiluzzo*, *Maretimo*, *Favignana*, *Pantellaria.*
Aprili, Majo. ⊙!
*Culmi* erecti vel adscendentes, 1/2-2-pedales, tenues: *panicula* 4-12-linea longa: *valvae* calycinae utrinque nervis duobus, et fasciis virentibus notatae.

7. *P.* PARADOXA. *Lin. sp. pl. 1665—Presl l. c. p. 26—Guss. pr. 1. p. 71—Parlat. fl. pan. 1. p. 92.*
P. panicula cylindracea, ramulis 6-floris, flore intermedio hermaphrodito, lateralibus neutris 2-4-plo minoribus, anterioribus 4 ramulorum inferiorum cuneatis obtusissimis crenulatis, valvis calycinis floris fertilis cuspidato - aristatis membranaceo - alatis, ala lanceolata eroso-dentata.
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 58—Host gram. austr. 2. t. 40—Reich. cent. 11. f. 1491*—Gramen phalaroides, lusitanicum. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 3. f. 6.*
*b.* ramorum omnium flosculis imperfectis praemorsis.
Inter segetes, et in arvis ubique communis in Sicilia = et in *Ustica*,

*Panaria*, *Lipari*, *Basiluzzo*, *Maretimo*, *Favignana*—Varietas *b.* *Terranova*, *Alicata*, *Girgenti*.

Aprili, Majo. (•)

*Culmi* erecti vel adscendentes, 1-2 1/2-pedales: *folia* superiora latiora, vagina spathaeformi paniculam aliquando oblongam et 1-3-pollicarem saepe basi amplectente: *rami* inferiores paniculae aliquando floribus omnibus neutris praediti; in quibus valvae calycinae cuneatae: in floribus neutris superioribus valvae mucronatae, scabrae: in floribus fertilibus vero valvae calycinae 5-nerviae, ad carinam superne, uti etiam alae carinales floris neutri, ciliato-serratae: *corolla* glabra, nitida, florum sterilium valvulis duabus minimis glabris ovatis concavis obtusis suffulta.

## CRYPSIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 1710.*

*Racemus* densus, spiciformis, brevis. *Spiculae* muticae, 1-florae. *Cal.* 2-valvis: *valvae* carinato-compressae, ovatae, inaequales; inferior brevior. *Cor.* subexserta, 2-valvis: valvulae inaequales, lanceolatae. *Sem.* liberum. (*Herbae* annuae, autumnales: *culmi* decumbentes, ramosi: *folii* superioris vagina subspathacea: *racemi* breves, vel capitati: *stigmata* filiformia, pilosa, ex apice floris emergentia.)

1. *C.* ALOPECUROIDES. *Schrad. fl. germ. 1. p. 167—Guss. pr. 1. p. 71.*

C. spica cylindracea elongata exserta, valvis acutis ad carinam incrassatam ciliatis, culmis ramosis simplicibusque subteretibus diffusis vel adscendentibus.

Heleocloa alopecuroidea. *Host gram. austr. 1. p. 23.*

Ic. *Host l. c. t. 29—Reich. cent. II. f. 1471*—Gramen aquaticum, typhinum, supinum, italicum, minus. *Barr. obs. 1192. ic. 54.*

In argillosis pascuis, et viis hyeme inundatis; *Catania*, *Messina*, *Siracusa*.

Septembri, Octobri. ☉

*Culmi* 1-6-pollicares, plerumque geniculis inferioribus infracti, vel in orbem terrae adpressi, ut in in speciebus 3 et 4; una cum foliis striatis margine scabris glabri: *ligulae* loco pilorum series: *vaginae* articulos subaequantes: *spicae* plus vel minus ab ultimi folii vagina exsertae, basi attenuatae, 1/2-1-pollicares, tenues, virentes, vel viridi-purpurascentes: *spiculae* lanceolatae, arcte invicem adpressae, triandrae: *valvae calycinae* acutae, corollam parum excedentes, ad carinam instructae nervo valido, saepius virente, plus minus ciliato-scabro — In plantis germanicis, et Aprutii carina minus incrassata, minusque ciliato-scabra.

Pro synonymis *Fl. gr.*, et *Barrel.*, confer quae dixi in *pl. rar. p. 24.*

2. *C.* NIGRICANS. *Guss. pr. 1. p. 72.*

C. spica brevissima obovato-elliptica longe exserta, valvis calycinis obtusiusculis ad carinam ciliato-scabris (non incrassatis atroapadiceis), culmis gracilibus simplicibus diffusis adscendentibusque.

C. sicula. *Jan. elench. p. 1*, ex ejus specimine —Vilfa brachystachya *Presl fl. sic. 1. p. XLIV*, excluso synonymo—Agrostis brachystachya. *R.* et *S. s. veg. mant. 5. p. 569—Steud. nom. bot. ed. 2. p. 59*; sed ab *Agrostide* omnino aliena.

Ic. *nulla*.

In argillosis viis hyeme inundatis; *Trapani*, *Marsala*, *Mazzara*, *Girganti*, *Tarranova*.

Octobri, Novembri. ☉

*Culmi* dense caespitosi, plerumque prostrati, 1-3-pollicares, filifor-

mes; *folia* 1 lin. lata, 3-6 lin. longa, margine levia, superne striato-scabra, vagina sua subbreviora: *ligula* ut in praecedente: *spicae* 2-4 lin. longae, inferne attenuatae; *flores* triandri: *valvae* calycinae ad carinam non incrassatae, caeterum glabrae ac leves.

Differt a praecedente, cui affinis, et cum qua mala associata in *Steud. l. c.*; *valvis calycinis* latioribus; *spicis* abbreviatis, inferne attenuatis; *habitu* graciliore ac humiliore.

3. C. SCHOENOIDES. *Lam. ill. gen. n. 855—Pers. syn 1. p. 79—Guss. pr. 1. p. 72—Parlat. fl. pan. 1. p. 97.*

C. spica ovato-oblonga basi vagina unius folii horizontali inermi cincta, valvis calycinis elliptico-lanceolatis carina serrulato-ciliatis, floribus triandris, culmis ramosis diffusis compressis.

Phalaris vaginiflora. *Smith fl. gr. pr. 1. p. 38.*

Ic. *Host gram. austr. 1. t. 30—Cav. ic. rar. 1. t. 52. f. V.—Reich. cent. II. f. 1470.*

In pascuis, et viis hyeme inundatis, in torrentium alveis; *Palermo, Bagheria, da Trapani a Terranova.*

Julio, Septembri. ☉

*Culmi* plures, caespitosi, in orbem expansi et terrae arcte adpressi, palmares vel pedales, ut plurimum simplices: *folia* horizontalia, rigidiuscula, superne striato-scabra ac hirsutiuscula: *vaginae* folio aequilongae, articulo duplo fere breviores, ut in praecedente: *ligula* ut in *C. alopecuroidi*: *spicae* virentes, 4-7-lineares, et dum culmi jam explicati sunt vagina dilatata margine albida unius folii cinctae.

4. C. ACULEATA. *Ait. Kew. 1. p. 48—Pers. syn. 1. p. 79—Guss. pr. 1. p. 72.*

C. spica subrotundo-ovata basi vaginis duorum foliorum horizontalium pungentium cincta, valvis calycinis elliptico-lanceolatis carina serrulato-ciliatis, floribus diandris, culmis ramosis subcompressis diffusis.

Gramen minus, repens, typhoides, capitulo oblongo minori, foliis culmum amplexantibus, veluti in aculeum desinentibus. *Cup. H. Cath. p. 94.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 42. f. 2—Host gram. austr. 1. t. 31 — Reich. cent. II. f. 1469*—Phleum schoenoides. *Jacq. austr. ap. p. 29. t. 7* — G. aculeatum Matthioli, sive foliis aculeatis, album, repens, capitulatum. *Cup. panph. 1. t. 240*—Gramen supinum, aculeatum. *Bauh. hist. 2. p. 461.*

In argilloso-arenosis inundatis mari finitimis; *Fiume grande, e Buonfornello presso Termini, Siracusa, Catania*: *Mondello (Tineo), Trapani (Heldr.).*

Augusto, Septembri. ☉

Affinis praecedenti, at diversa; *foliis* spica vaginantibus apice attenuatis, subpungentibus, horizontalibus; *spicis* subrotundis, et *valvis calycinis* glabriusculis.

## PHLEUM.

*Gen. pl. ad. Schreb. n. 128— Juss. 29.*

*Panicula* spiciformis, densa, plus minus elongata. *Spiculae* 1-florae, saepe cum rudimento pediceliiforme floris superioris, neutri. *Cal.* 2-valvis: valvae carinato-compressae, aequales, apice truncatae, aut acutae, aristatae vel muticae. *Cor.* 2-valvis, inclusa, mutica. *Sem.* liberum, corolla tectum. (*Herbae annuae*,

aut perennes : *culmi* simplices, erecti, aut adscendentes : *racemus* cylindraceus, densus : *spiculae* virentes : *corolla* in speciebus sicu-lis mutica : *stigmata* pilosa, ex apice floris emergentia. )

1. P. PRATENSE. *Lin. sp. pl. 88; b. nodosum.*

  β. panicula spiciformi cylindrica (1.- 2 - pollic.), flosculis inferioribus abortivis, valvis calycinis truncatis mucronato - aristatis carina ciliatis, aristis divergentibus valva sua brevioribus, culmo adsceudente erectoque basi tuberascente.

  P. nodosum. *Ucria H. Pan. p. 55*—P. Bertolonii. *Dec.*, et *Guss. pr. 1. p. 73* — Gramen typhoides, asperum. *Cup. H. Cath. p. 88?*

  Ic. *Reich. cent. 11. f. 1484* — Gramen augustifolium, spica forcellatis glumis referta. *Cup. panph. 2. t. 121.*

  In pascuis herbosis apricis submontosis; *Ficuzza*, *Capizzi*, *Mistretta*, *Catania.*

  Majo, Junio. ♃

  *Culmi* 1 - 2 - pedales: *folia* margine scabra, apice attenuata ; *ligula* scariosa, obtusa, brevis : *valvae calycinae* apicem versus virentes, margine albo - scariosae, ibique glaberrimae, exquisite 3 -nerviae; nervis in mucronem confluentibus.

  Recte notat *Dumor. agr. belg. tent. p. 131.* hanc varietatem a specie constanter diversam esse; at characteres firmos distinctionis deficere — Speciei typum ex *Ucria H. Pan. p. 55* in pratis, et versuris in *S. Stefano alla Quisqina* inveuitur.

2. P. FELINUM. *Smith fl. gr. pr. 1. p. 42* — *Guss. pr. 1. p. 74* — *Parlot. fl. pan. 1. p. 93.*

  P. panicula spicata ovali - oblonga, valvis calycinis truncatis mucronato - aristatis a basi ad medium carina ciliatis, aristis valva sua longioribus divaricatis angulatis scabris, foliis undique levibus, radice fibrosa annua.

  P. echinatum. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 25*, non *Host.*

  Ic. Gramen spicatum, echinatum. *Cup. H. Cath. p. 89?*, et *panph. 2. t. 231?* — *Bon. t. 3?* — *Raf. t. 61. f. 1?*

  In herbidis apricis collium, et montium; *Valle di Mazzara*, *Val Demone a Bafia*, *Monte Scuderi*, *Bronte.*

  Aprili, Majo. ⊙

  *Culmi* erecti, aut adsceudentes, 3-10-pollicares : *folia* laete virentia, glabra : *spica* virens, 4 - 6 lin. longa : *spiculis* patentibus: *valvae calycinae* exquisite 3-nerviae, evidenter truncatae, superne ad margines late albo - scariosae. In exsiccatione valvarum margo iste quodammodo obliteratur, et tunc acuminatae nec truncatae videntur—A *P. echinato*, *Host gram. austr. 3. t. 11*, differt praecipue; *foliis* margine levibus nec aculeatis, spica crassiore minus cylindracea, aristis longioribus; caeterum habitus et reliqui characteres omnino similes. Au ambo ejusdem speciei varietates, uti ex *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 352*, dissentiente Cl. *Link* in *H. Berol. 2. p. 228*, quamvis in *vol. 1. p. 62* simul conjunxisset.

3. P. AMBIGUUM. *Ten. fl. nap. 3. p. 64*—*Guss. pr. 1. p. 75.*

  P. panicula spicata cylindracea, valvis calycinis lanceolatis acuminato-aristatis arista sua longioribus, carina a medio ad apicem ciliata, radice fibrosa perenni.

  P. Michelii. *Presl l. c.*—Phalaris alpina. *Biv. cent. 2. p. 46*, exclus. synon.

  Ic. *Ten. l. c. t. 105*— Gramen paniceum, spica simplici longiori, aristis e flavo-rubris armatum. *Cup. panph. 2. t. 61.*

  In pascuis montosis; *Madonie*, *Busambra*, *Etna a Maletto e Bronte*, *Noara*, *Mistretta.*

Majo, Junio. ♃

*Folia* subglaucescentia, brevia, 1-3 lin. lata: *culmi* subcaespitosi, 1-2-pedales: *valvae* calycinae 3-nerviae, glabriusculae ac leviusculae, nunc omnino virides, nunc viridi-et purpureo-variae; tamen semper a medio ad apicem ciliatae, non basi ad apicem; qua unica nota, ac habitu a *P. Michelii* ab Helvetia et Germania accepto discrepat—Etiam *P. cuspidato Willd. en.suppl. p.5* (quod idem ac *Phalaris trigyna*, *Host gram. austr. 4. p. 12. t.20*) valde simile; sed in *P.ambiguo* pistilla duo non tria—Interim Cl.*Bertol.* in *fl. ital.1. p.258* nequidem uti varietatem *P.Michelii* distinguit, et Cl. *Link.* in *H. Berol. 2. p.229* cum *P. cuspidato* hanc speciem associat, licet pistillorum numero differant. Confer *Ten. syll. p. 34.*

4. *P. ARENARIUM. Lin. sp. pl.88—Ucria H. Pan.p.55—Guss. pr.1. p. 75.*

P. panicula spiciformi oblongo-lanceolata, valvis calycinis lanceolatis mucronatis carina ciliatis, culmis basi ramosis adscendentibus erectisque, radice fibrosa annua.

Chilochloa arenaria. *R. S. s. veg. 2. p. 405.*

Ic. *Fl. Dan. 915?—Reich. cent. 11. f. 1482*—Gramen typhinum, maritimum, minus. *Plukn. phyt. t. 33. f. 8.*

In arenosis maritimis; *Patti* (*Ucria*), *Catania* (*Borgia*).

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* 2-6-pollicares, basi subcaespitosi, superne nudi: *folia* vix pollicem excedentia, levia, glaucescentia, margine undulata; inferiora approximata; superius brevius, vagina ventricosa inatructum: *panicula* 1-1/2-pollicaris: *valvae calycinae* virentes, margine exquisite 3-nerviae; nervis lateralibus validis, una cum nervo eariuali in brevem mucronem confluentibus: *rudimentum* floris neutri in hoc, et in *P. aspero*; in aliis deest.

5 *P. TENUE. Schrad. fl. germ. 1. p. 191—Spr. s. veg. 1. p. 241.*

P. panicula spiciformi cylindracea (elongata) gracili, spiculis ellipticis compressis, valvis calycinis brevissime mucronatis scabris glabris, radice fibrosa annua.

P. Bellardi. *Willd. en. 1. p. 85*—Phalaris bulbosa. *Lin. sp. pl. 79*—P. subulata. *Savi fl. pis. 1. p. 57*—P. sativa. *Pers. syn. 1. p. 78.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1481*—Phalaris tenuis. *Host gram. austr. 2. p. 27. t.36*—Gramen typhinum, longissima spica Phalaridis, molli, albicante. *Barr. ic. 14. f. 1.*

Inter segetes; *Catania* (ex herb. *Biv.* misit *Parlat.*)

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* tenues, erecti, solitarii vel plures, palmares aut pedales: *folia* anguste linearia, margine scabra: *panicula* tenuis, 1-3-pollicaris utrinque attenuata: *valvae calycinae* semi-ovales, 3-nerviae; nervis lateralibus validis, remotis, et inter illos virentes, margine albo membranaceae.

6. *P. ASPERUM. Jacq. Collect. 1. p. 110—Guss. pr. 1. p. 74.*

P. panicula spicata cylindracea, valvis calycinis cuneiformibus apice turgidis obtusis mucronatis scabris, radice fibrosa annua.

Chilochloa aspera. *Presl l. c. p. 26 —Reich. cent. 11. p. 19*—Phalaris aspera. *Host gr. austr. 2. p. 28.*

Ic. *Jacq. ic. rar. 1. t. 14—Host l. c. t. 37—Reich. l. c. f. 1487.*

In arvis, et inter segetes Siciliae septemtrionalia; *Collesano, Gangi, Mistretta, Caronia, Francavilla, Montalbano.*

Aprili Majo. ⊙

*Culmi* erecti, basi ramosi, 5-12-pollicares: *folia* apice attenuata, margine scabra: *panicula* 1-3-pollicaris, simplex, aut in fertilibus sublobata; ramis semper adpressis, brevissimis; *calycis* valvae virentes, punctato-scabrae, glabrae, 3-nerviae, cartilagineae.

## ALOPECURUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 102—Juss. 29.*

*Panicula* apiciformis, densiflora. *Spiculae* 1-florae. *Cal.* 2-valvia; valvae aequales, carinato-compressae, basi saepe connatae. *Cor.* 1-valvis, concava, basi dorso aristata. *Sem.* liberum corolla tectum. (*Herbae* annuae, vel perennes, glabrae: *culmi* erecti, aut adscendentes: *spiculae* saepe discolores, ac graciles: *stigmata* elongata, pilosa, ex apice floris egredientia.)

1. *A.* PRATENSIS. *a. R. S. s. veg* 2. *p.* 269—*Guss. pr. supp. p.* 19.
   A. panicula cylindracea obtusa, deflorata concolore, valvis calycinis ciliatis subconnatis acutis villosis, corolla calycem aequanta, aristis exsertis, culmo erecto glabro superne scabro, radice subrepente.
   Ic. *Host gram. austr.* 2. *t.* 31—*Schreb. gram. t.* 19—Gramen phalaro-alopecuroides. lato brevique folio. *Cup. panph.* 1. *t.*150—*Bon. t.* 185—G. myurum, spica molli candicante villosa. *Barr. ic.* 123.
   In humentibus herbosis, et ad stagna; *Bosco di Caronia nel Biviere di Bassano (Tineo).*
   Majo, Junio. ♃
   *Radices* subrepentes: *culmi* 2-3-pedales: *folia* leviuscula: *ligula* brevis, truncata: *vagina* folii superioris subinflata: *panicula* 1 1/2-pollicaris, floribus inferioribus saepe sterilibus: *valvae calycinae* fere liberae: *corollina* acutiuscula albida, nervis virentibus: *aristae* tenues, calycem 3-4-plo excedentes, subcontortae.
   *A. scaber*, *Opiz* in *Sohult. s. veg. add.* 1. *ad mant. Cl.* 11. *p.* 551, qui tamen ad *A. pratensem* quoque refertur, cum planta sicula convenire videtur.
2. *A.* AGRESTIS. *Lin. sp. pl.* 89.
   A. panicula cylindrica gracili utrinque attenuata, valvis calycinis ad medium usque connatis ad carinam superne anguste alatis tenuissime ciliatis, culmo erecto superne scabriusculo.
   Ic. *Host gram. austr.* 3. *p.* 9. *t.* 12—*Reich. cent.* II. *f.* 1473—*Lers herbor. t.* 3. *f.* 8—Gramen typhinum, Plantaginis spica, aristis geniculatis. *Barr. ic.* 699. *f.* 2.
   In herbosis, *Messina* (ex herbar. *Biv.* miait *Parlat.*)
   Aprili, Majo. ⊙
   *Culmi* erecti vel adscendentes, debiles, 1-1/2-pedales: *folia* margine scabriuscula: *racemi* 2-3-pollicares; *spiculae* oblongae, acutae, albo-coerulescentes: *valvae calycinae* acutae, 3-nerviae: *valvua* corollina prope basim aristata; *arista* subcontorta ac divaricata, calycem longe excedente.
3. *A.* GENICULATUS. *Lin. sp. pl.* 89.—*Guss. pr.* 1. *p.* 76.
   A. panicula cylindrica obtusa, valvis calycinis dense villosis basi connatis corollaque apice obtusiusculis, aristis exsertis inclusisque, culmo adscendente infracto radicante, radice fibrosa.
   G. typhoides, culmo reclinato. *Cup. H. Cath. p.* 88 ?
   Ic. *Host gram. austr.* 2. *t.* 32 — A fulvus. *Reich. cent.* 11. *f.* 1476—Gramen aquaticum, spicatum. *Lob. ic.* 1. *t.* 13.
   In aquis stagnantibus, et ad margines lacuum; *Gurgo lungo presso il Cotrano, Gurgo di S. Germano nel bosco di Caronia, Mistretta al Gurgo di Maurici.*
   Aprili, Majo. ♃
   *Culmi* 1/2-1-pedales: *folia* brevia, glaucescentia, ad margines scabriuscula; *vaginis* superioribus subinflatis: *panicula* 1-2-pollica-

ria, ab valvas dense-ciliatas mollis ac virescens: *spiculae* oblongae, obtusae: *valvae calycinae* 3 - nerviae: *aristae* in eadem panicula nunc inclusae, nunc vix exsertae, tamen semper valvula subaequales.

Uti recte notat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 374* forma magis obvia est *A. fulvus Smith*, qui tamen characteribus pauci momenti a specie differre videtur.

4. *A.* BULBOSUS. *Lin. sp. pl. 1665—Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 24—Guss. pr. 1. p. 76—Parlat. fl. pan. 1. p. 98.*

A. panicula gracili cylindrica attenuata, valvis calycinis distinctis acutis villosis, aristis exsertis, culmo erecto vel adscendente, radica tuberascente.

Gramen typhoides, spica angustiori. *Cup. H. Cath. p. 88.*

Ic. *Trin. sp. gram. fasc. 4—Reich. cent. 11. f. 1473* — Gramen typhinum, phalaroides, pilosa spica, aquaticum, villosum. *Barr. ic. 699. f. 1.*

In pascuis humidis, praesertim montosis; *Palermo a Mondello, Piana de' Greci al Gurgo di Ddingoli, Cotrano al Gurgo lo Drago.*

Majo, Junio. ⊙

*Culmi* 1 1 1/2-pedales: *folia* angusta, levia: *ligula* ovato-lanceolata: *panicula* 1-2-pollicaris, utrinque attenuata, pedunculis glabris levibus: *valvulae calycinae* 3-nerviae: *aristae* viridi-coerulescentes.

5. *A.* UTRICULATUS. *Pers. syn. 1. p. 80—Presl l. c.—Guss. pr. 1. p. 77.*

A. panicula apicata ovata, valvis calycinis a basi ad medium dilatatis compressis carinatis, arista geniculata longa exserta, foliorum vagina superiore inflata, radice fibrosa.

Phalaris utriculata. *Lin. sp. pl. 80—Host gram. austr. 3. p. 6.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 63—Host l. c. t. 7—Reich. cent. 11. f. 1472* — Gramen pratense, spica purpurea, ex utriculo prodeunte. *Scheuch. agr. t. 2. f. 3.*

In arvis humidis, et herbidis arenosis; *Modica, Noto, Siracusa, Cassaro.*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* 6-12-pollicares, caespitosi, erecti, aut adscendentes: *folia* angusta, levia, vel ad margines scabriuscula; supremum reliquis brevius, et aliquando obliteratum: *spica* 3-6-lin. longa, obtusiuscula: *valvae calycinae* dorso tantum ciliatae, leves, in medio dorsi callosae, et inde ad apicem obtusiusculum coarctatae, virentes, vel demum viridi-purpurascentes.

## POLYPOGON.

*Desf. atl. 1. p. 66.*

*Panicula* composita, densa. *Spiculae* minutae, 1-florae. *Cal.* 2-valvis: valvae convexo-compressae, subaequales, integrae, vel emarginatae, infra apicem aut ex emarginatura setaceo-aristatae. *Cor.* inclusa, 2-valvis: valvulae inaequales; exterior sub apice aristata, vel mutica. *Semen* liberum, corolla tectum. ( *Herbae* annuae, glabrae: *culmi* simplices: *panicula* ob aristas tenues ac numerosas setosa, saepe purpurascens: *stigmata* plumosa, ad latera spiculae emergentia. )

1. *P.* MONSPELIENSE. *Desf. l. c.—Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 21—Guss. pr. 1. p. 77—Parlat. fl. pan. 1. p. 100.*

P. panicula composito-lobata coarctata oblongo-lanceolata, valvis calycinis pubescenti-scabris sub apice integro obtuso vel acutiusculo aristatis, aristis, valvam ipsam triplo superantibus.

Alopecurus monspeliensis. *Lin. sp. pl. 89* — A. agrestis. *Ucria H. Pan. p. 56*, non *Lin.* — Agrostis panicea. *Willd. sp. pl. 1. p. 363* — Gramen alopecurus, minus, spica longiore. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 34.*

Ic. *Reich. cent. II. f. 1446.*—Phleum crinitum. *Sibth. fl. gr. t. 62*—Agrostis panicea. *Host gram. austr. 3. t. 46*—Gramen alopecurus, majus, spica virescente divulsa, pilis longioribus. *Barr. ic. 115. f. 2.*

*b.* panicula minore, spiciformi, calycinis valvis obtusis pubescenti-scabris margine ciliatis.

Alopecurus paniceus. *Lin. sp. pl. 90.*

Ic. Gramen paniceum, palustre, spica alopecuroide sericea cana. *Cup. panph. 2. t. 238*—Panicum, spica alopecuroide, sericea, incana. *Bon. t. 51.*—Gramen alopecurus, minus, spica virescente divulsa. *Barr. ic. 15 f. 1.*

In pratis humentibus, ad fossarum et rivulorum margines ubique communes ambae varietates = et var. *b.* in humentibus maritimis *Ustica*, *Alicuri*, *Saline*, *Lipari*, *Lampedusa.*

Aprili Majo. ☉

*Culmi* in *a.* 1-2-pedales; *folia* facie scabra, 2-3 lin. lata, et *panicula* 3-5-pollicaris valde ramosa, ut in icone *Barr.* optime repraesentatur: in *b.* *culmi* vix pedales; *folia* angustiora, et minus scabra; *panicula* vix pollicaris, minusque composita: in utrisque varietatibus; *spiculae* in paniculae ramis dense approximatae, virentes, aut demum ex viridi-et purpureo-variae; *pedunculi*, ed apicem pilosi; *aristae* valva duplo vel triplo longiores, nonnihil viridi flavescentes — *Valvae* calycinae basi squamulis non exasperatae sunt in hac specie.

Varietates *a.* est *P. monspeliense Lin.*, et *Smith*, ex ipso *Smithio*: sed varietas *b.* potius species propria videtur, quae *P. intermedium* dicenda erit. Differt a *P. maritimo*, cui magis proxima, *valvis* virentibus non argenteo-scariosis; *arista* revera dorsali: recedit a *P. monspeliensi*, *valvis* undique villosis, et margine ciliatis.

2. *P.* MARITIMUM. *Willd. nov. act. nat. cur. vol. 3. p. 443*—*Guss. pr. 1. p. 78*—*Parlat. fl. pan. 1. p. 101.*

P. panicula coarctata oblonga, valvis calycinis ciliatis dorso glabris apice dilatatis membranaceo-scariosis, basi squamis argenteis scabris exasperatis, aristatis, arista e fundo fissurae orta.

*b. acutiflorum*; calycinis valvis acutis, epice non dilatatis, minus villosis, basi squamulis evidentius scabris.

Ic. *Guss. pl. rar. t. 3. f. 2*, sed valvae male depictae — Gramen alopecurus minus, spica virescente divulsa. *Barr. ic. 115. f. 1?*—G. alopecuroides, palustre, humile, spica divulsa. *Buxb. cent. 3. 5. t. 66. f. 1?* (icon a *Schrad*, et e *Marsch.* sub *P. monspeliense b. citata*).

In campis, et in pascuis humentibus arenosis maritimis Siciliae = et in *Lampedusa alla salina*: var. *b. Sicilia a Mondello presso Palermo*, *a Trapani*, *alla Berd.a sotto al Comiso*, *Scicli*, *Spaccaforno* = et in *Ustica*, *Pantellaria*, *Lampedusa.*

Aprili, Majo. ☉

In hac specie corollina *arista* brevissima, vel obliterata.

*Habitus* omnino praecedentis, a quo praeter characteres datos, *culmo* humiliori ad summum pedali; *panicula* breviore, 1-1 1/2 pollicari, saepe a folii supremi vagina involuta, et *aristis* albidioribus distinguitur; in *b.* *valvas* calycinae et aristae saepe purpurascentes.

## LAGURUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 123—Juss. 30.*

*Panicula* densa, brevis, sericea. *Spiculae* 1-florae, cum rudimento subulato secundi floris superioris. *Cal.* 2-valvis; valvae aequales, angustissimae, sericeo-villosae, in aristam longam plumosam attenuatae. *Cor.* 2-valvis: *valvula* exterior major, 3-aristata; aristis glabris, duobus terminalibus rectis setiformibus, tertia dorsali geniculata demum contorta ac refracta. *Sem.* liberum, corolla tectum. (*Herba* annua, tenue molliter ac dense pubescens: *culmi* erecti: *panicula* candida, mollissima: *stigmata* plumosa, ad basim floris egredientia).

1. *L. ovatus. Lin. sp. pl. 119—Presl fl. sic. pr.*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 20—Guss. pr. 1. p. 131—Parlat. fl. pan. 1. p. 76*—Gramen alopecuroides, apica breviore. *Cup. H. Cath. p. 88.*
G. alopecuroides. *Cast. H. Mes. p. 38.*
Ic. *Host gram. austr. 2. t. 46—Lam. ill. gen. t. 41—Reich. cent. 11. f. 1445*—Gramen alopecurum, molle, apica incana. *Barr. ic. 116. f. 1, 2.*
*b. nanus*; culmo vix palmari, paniculis subrotundis.
In campis aridis, in arenosis maritimis, ac in arvis in Sicilia ♃ et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Levanzo*; var. *b. Lampedusa.*
Aprili, Majo. (☉)
*Culmi* solitarii vel plures, palmares aut pedales, leves: *folia* brevia, mollia, saepe undulata; superiora breviora, latiora, eorumque vagina inflata: *panicula* ovata, 5-18 lin. longa, absque aristis: *calycis* valvae corolla longiores, margine scariosae: *valvula corollina* exterior concava, 5-nervia; interior dimidio brevior, 2-dentata.
In *b. valvae* calycinae in dorso a basi usque ad apicem longe pilosae, aristatae; *arista* apicem versus scabra et nuda, caeterum pilosa: *valvula corollina* exterior in *a.*, et in *b.* basi pubescens, et fasciculo pilorum stipata; *interior* angusta, fere linearis, apice bifida— Icones *Reich. l. c.*, *Paliss. agr. t. 8. f. 12*, et illa *Schreb. gram. t.19. f.3*, nec non descriptiones *Schrad. fl. germ. 1. p. 228*, *Host gram. 2. p. 34*, et *fl. austr. 1. p. 69* differunt ab hoc nostro corollinis valvulis exterioribus, quae dicuntur scabrae, et fasciculo pilorum, de quo nulla mentio apud auctores. Praeterea in iconibus citatis corollina valvula interior integra, quae in nostris semper bifida, ut in descriptionibus *Hostii* et *Schrad. ll. cc.* dicitur.

## ARISTIDA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 125—Juss. 29.*

*Panicula* laxa, elongata. *Spiculae* 1-florae. *Cal.* 2-valvis; valvae membranaceae, angustissimae, inaequales, muticae, corolla subbrevior. *Cor.* basi pilosa, 2-valvis: valvula exterior major longitudinaliter convolvens, ex apice 3-aristata; aristis rectis, patulis subaequilongis; interior brevior, acuta. *Sem.* corolla involutum. (*Herba* perennis, glabra: *culmi* etiam superne ramosi: *folia* angustissima: *panicula* apice nutans, et ob aristas saepe purpurascentes variegata: *spiculae* tenues, lineares, remotiusculae: *stigmata* plumosa, ad latera floris emergentia.)

1. *A. coerulescens. Desf. atl. 1. p. 109—Parlat. fl. pan. 1. p. 77.*

A. panicula laxiflora coarctata elongata subsecunda, valvis calycinis anguste lineari-subulatis, valvula corollina unica, aristis levibus subaequalibus, foliis glabris anguste linearibus involutis.
Ic. *Desf. l. c. t. 21. f. 2.*
In rupibus calcareis mari finitimis; *Palermo a Monte Gallo ( Parlatore. )*
Majo, Junio. ♃
*Culmi* caespitosi, 1/2-2-pedales, erecti, graciles: *folia* rigida, glabra, subulata, striata, canaliculata, margine scabriuscula: *ligula* brevissima, truncata, ciliata: *panicula* subpedalis, interrupta: *spiculae* graciles coerulescentes: *valvae* calycinae muticae, membranaceae, 1-nerviae: *valvula* corollina linearis, scabriuscula, *aristae* divergentes, scabriusculae, capillares, corolla subduplo longiories. ( *Parlat. l. c.* )

## S T I P A.

*Gen. pl. ed Schreb. n. 121—Juss. 30.*

*Panicula* laxiflora, elongata. *Spiculae* 1-florae, cum flore stipitato. *Cal.* 2-valvis; *valvae* subaequales, laxae, acutae, vel ex apice aristatae. *Cor.* inclusa, cartilaginea; 2-valvis: valvula exterior major convoluta, interiorem minorem canaliculatam acutam amplectens, apice articulata cum arista longissima contorta persistente. *Sem.* corolla involutum. (*Herbae* glabrae, annuae, aut perennes: *culmi* erecti: *folia* angustissima, demum involuta: *panicula* irregularis, spiculis remotis, ac folii superioris vagina subspathacea basi involuta: *aristae* fere in omnibus praelongae: *stigmata* plumosa, ad latera floris emergentia.)

1. *S.* PENNATA. *Lin. sp. pl. 115—Ucria H. Pan. p. 61—Guss. pr. 1. p. 132—Parlat. fl. pan. 1. p. 79.*
S. panicula basi inclusa, valvis calycinis attenuato-acuminatis, aristis longissimis plumosis basi nudis, foliis rigidis glaucis canaliculato-setaceis, radice perenni.
Ic. *Host gram. austr. 4. t. 35—Reich. cent. 11. f. 1465*—Gramen sparteum, pennatum, majus. *Barr. ic. 46.*
In collibus calcareis elatioribus, et in aridis montosis; *Bagheria a Cordua ( Parlat. ); Termini, Altavilla al Monte de' Cani, Caltanissetta, Delia, Caltabellotta, Sciacca a S. Calogero, Alimena, Priolo, Nicosia.*
Majo, Junio. ♃
*Culmi* caespitosi, 1-2-pedales: *folia* juncea, numerosa: *panicula* laxiflora, ramis paucis remotis ac rectis: *valvae* calycinae inaequales, altera plerumque triplo brevior, acuminata; altera longe acuminato-aristata, fere 2-pollicaris: *valvula corollina* exterior convoluta, inferne villosa: *arista* 8-12-pollicaris, per poll. 2-3 contorta ac scabra, caeterum non torta ac plumosa.

2. *S.* LAGASCAE. *R. S. s. veg. 2. p. 333—Guss. pr. 1. p. 132.*
S. panicula demum subexserta, valvis calycinis acutis longe aristatis, corollinis aristis longissimis brevissime pubescentibus, pedicellis glabris scabris, foliis rigidis involuto-filiformibus, radice perenni.
S. pubescens. *Lag. gen. et sp. nov. p. 3*, non *Brown.*—S. juncea. *b. Desf. atl. 1. p. 98*—S. juncea. *Guss. cat. H. R. in Bocc. p. 62.*
Ic. *Desf. l. c. t. 28.*
In collibus, et campis aridis arenosis; *Caltanissetta, Castelvetrano, Terranova al piano del Lupo, Biscari, Butera, Leonforte, Piazza.*
Aprili, Majo. ♃

*Culmi* et *folia* fere praecedentis; sed haec rigidiora, longiora; *panicula* ramosior, pedunculis divisis elongatis; et inde *spiculae* numerosiores: *calycis valvae* albo-scariosae, demum purpurascentes, acutae, et arista levi pollicem et ultra longa terminatae, glaberrimae, parum inaequales, leves; major 3-nervia: *valvula corollina* exterior a basi ad medium pubescens: *aristae* 3-5-pollicares, per pollices 1-2 contortae, caeterum varie curvae ac adpressae pubescentes.
Ab icone *S. capillatae Reich. cent. II. f. 1462* recedit habitu, et valvis calycinis longe aristatis. — A Cl. *Bertol.* in *fl ital. 1. p. 686* absque ullo dubio cum illa associatur.

3. *S. TORTILIS. Desf. atl. 1. p. 99—Biv. cent. 2. p. 61—Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 20—Guss. pr. 1. p. 133.—Parlat. fl. pan. 1. p. 80.*
S. panicula spicata basi folii superioris vagina involuta, valvis calycinis acuminato-attenuatis, valvula corollina exteriore villosa, aristis a medio ad basim villosis simul convolutis superne rectis refractisque invicem divaricatis, foliis angustissimis cito involutis intus pubescentibus, radice annua.
S. paleacea. *Sibth. fl. gr. 1. p. 68.*—S. humilis *Brot. fl. lusit. 1. p. 86* (ex *Willd en. 1. p. 95*)—S. tenacissima. *Ucria H. Pan. p. 61*, non *Linn.*
Ic. *Desf. l. c. t. 31. f. 1.—Sibth. l. c. t. 86*—Spartum, spica et setulis tenuissimis, caudam equinam imitantibus. *Bocc. mus. t. 97.*
In collibus. campis aridis, in arenosis, in muris, ad vias ubique in Sicilia ⩶ et in *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Stromboli*, *Panaria*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*, *Maretimo*, *Lampedusa*, *Linosa.*
Martio, Aprili. ⊙
*Culmi* palmares, vel 1/2—pedales, erecti: *folia* anguste linearia, brevia; radicalia numerosa: *vaginae* ad oras pilosae: *panicula* 1-1/2-poll. longa, densiflora: *valvae calycinae* albo-scariosae, angusto-lineares, acuminatae, glabrae, subaequales: *valvula corollina* exterior undique hirsuta: *arista* 2-3-pollicaris: *semina* aliquando insectorum punctura in utriculum concrescunt.

4. *S. ARISTELLA. Lin. syst. Nat. ed 12. v. 3. p. 229—Presl l. c. p. 20—Guss. pr. 1. p. 133—Parlat. fl. pan. 1. p. 81.*
S. panicula subspicata stricta, valvis calycinis acutis, corollina exteriore pubescente, aristis nudis rectis calyce vix duplo longioribus, foliis involuto-filiformibus, radice perenni.
Agrostis bromoides. *Lin. mant. p. 30*—Aristella bromoides. *Bertol. fl. ital. 1. p. 690.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 87—Host gram. austr. 4. t. 34—Reich. cent. II. f. 1461.*
In aridis montosis, in fruticetis, sylvaticis, ad sepes; *Palermo*, *Bagheria*, *Finale*, *Madonie*, *Ficuzza*, *Mistretta*, *Caronia*, *Cesarò*, *Maniaci*, *Capizzi*, ec.
Junio, Julio. ♃
*Culmi* caespitosi, basi subtuberascentes, 2-4-pedales, erecti: *folia* virentia, augusto-linearia, duriuscula, elongata, glabra; superiora latiora, plana: *panicula* subsecunda, 4-14-pollicaris, et tunc apice subnutans; *ramis* semper arrectia: *valvae calycinae* pallide virentes, lanceolatae, acutae, flosculo longiores: *arista* fere pollicaris.

## MILIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 110.* ex parte.

*Panicula* plus minus explicata. *Spiculae* 1-florae. *Cal.* 2-valvis: valvae subaequales, concavae, muticae. *Cor.* inclusa, glabra, 2-valvis; valvula exterior concava, mutica vel dorso aristata. *Sem.* corolla demum cartilaginea indurata tectum, deciduum. (*Herbae* glaberrimae, annuae, aut perennes: *culmi* erecti, vel adscendentes: *spiculae* opacae: *stigmata* plumosa, ad latera floris emergentia.)

1. *M. coerulescens.* *Desf. atl. 1. p. 66—Guss. pr. 1. p. 55—Parlat. fl. pan. 1. p. 82.*

M. panicula sub anthesi explicata laxa demum contracta, ramis sparsis, spiculis glabris (coerulescentibus), aristis deciduis calyce brevioribus, ligulis elongatis eroso-ciliatis, foliis glaucescentibus angustatis planis, demum involuto filiformibus.

Piptatherum coerulescens. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 17— Paliss. agr. explic. des pl. p. 5* — Urachne coerulescens. *Link H. Berol. 1. p. 95.*

Ic. *Desf. l. c. t. 12—Paliss. l. c. t. 5. f. 10.*

In collibus asperis calcareis, et in rupium fissuris; *Bagheria a Monte Cordua, ed a Catalfano (Parlat., Heldr., Todaro) Noto, Avola, Siracusa, da Marsala a Capo passaro*, = et in *Lampedusa.*

Aprili, Majo. ♃

*Radices* fibrosae: *culmi* caespitosi, erecti vel adscendentes, 1-2-pedales, laves, saepe a rupibus dependentes, simplices: *folia* acuminata, margine scabriuscula: *paniculae* rami simplicas, aut ramosi, solitarii, vel raro gemini, sub anthesi valde divaricati, antea et in fructu contracti: *valvae* calycinaa leves, aut ad carinam scabriusculaa, acutaa, basi obsolete nervosae: *corollina valvula* exterior ex apice obtuso aristata; *arista* inclusa, aut vix exserta: *semen* (corolla induviatum) oblongum, nigrum, nitidissimum.

2. *M. multiflorum.* *Cav. dem. bot. p. 36—Guss. pr. 1. p. 55—Parlat. fl. pan. 1. p. 83.*

M. panicula oblonga multiflora sub anthesi patente demum contracta, ramis remote semi-verticillatis, inferioribus saepe sterilibus, aristis calyce duplo longioribus, ligula brevissima retusa.

Agrostis miliacea. *Lin. sp. pl. 91—Host gram. austr. 3. p. 31*—Milium paradoxum. *Ucria H. Pan. p. 56*—Piptatherum multiflorum. *Presl l. c.*—Gramen arundinaceum, procerius, latifolium, panicula miliacea, varticillatis petiolis. *Cup. H. Cath. p. 90.*

Ic. *Reich. cent. II. f. 1459* — M. arundinaceum. *Sibth. fl. gr. t. 66— Host l. c. t. 45*—Agrostis miliacea suffrutescens. *Brot. fl. lusit. 2 t. 102, et 103.*

Inter sepes, in agrorum macerils, ad muros, nec non in fruticetis apricis in Sicilia = et in *Ustica, Isole Eolie, Lampedusa, Maretimo, Pantellaria, Favignana, Levanzo.*

Aprili, Augusto. ♃ et saepius basi ♄

*Culmi* ramosi, 2 5-pedales pro locorum natura: *folia* plana, acuminata, margine scabra, demum subconvoluta: *panicula* 1/2 1-pedalis; ramis numerosis, iterum ramosis, gracilibus: *spiculae* parvae, ovales, virentes, vel virldi purpurascentas; *valvae* calycinae acuminatae, 3 nerviae, glabrae, leves, val ad carinam superne scabriusculae, margine saepius albo-scariosae: *valvulae corollinae* subaequales, glaberrimae; exterior 3-nervia, raro mutica, saepius

aristata; arista valvulam ipsam 2-3-plo excedente: *semen* (induviatum) nitidum, leve.

In plantis in *Lampedusa* collectis; *caules* suffrutescentes, 2 4 - ped. valde ramosi; *paniculae* rami inferiores verticillati saepius steriles: *semina* in istis, et in plantis siculis pallide virescentia — An Urachne frutescens, *Link en. H. Ber. 1. p. 93*, est species revera distincta?, nam in speciminibus sieberianis aristas calyce quoque longiores video, non breviores. Confer quoque *Bertol. fl. ital. 1. p. 386*— Praeterea plantae siculae cum neapolitanis exacte conveniunt, et si hae ad *U. frutescentem* spectant, uti ex *Link. H. B. 2. p. 241*, ad eamdem speciem planta sicula erit reducenda. An *M. Thomasii*, *Duby Bot. gall. 1. p. 505*, quoque hujus loci?

3. *M.* EFFUSUM. *Lin. sp. pl.90—Ucria H. Pan. p.56—Guss.pr. 1. p.53.*
M. panicula laxa, ramis glabris patentibus levibus subverticillatis, spiculis muticis dispersis, valvis calycinis scabriusculis, foliis latolanceolatis, culmo levi, radice perenni.
Ic. *Host gram. austr. 3. t. 22—Reich. cent. 11. f. 1456*—Gramen sylvaticum, panicula miliacea, aparsa. *Moris. hist. 3. s. 8, t. 5. f.10.*
In nemorosis sylvaticis; *Madonie, Boschi di Caronia, di Francavilla, di Capizzi, di Frazzilo, di Mandanici, ec.: Fieuzza (Parlatore).*
Majo, Junio. ♃
*Radix* fibrosa, substolonifera: *culmi* erecti, glabri, leves, 1/2 - 3-pedales: *folia* margine scabra, acuta, 2-4 lin. lata, 3 - 6 pollices longa, plana: *paniculae* fere pedalis rami subsimplices, tandem divaricati, nunquam contracti: *spiculae* ovatae, glabrae: *valvae calycinae* acutiusculae, 3-nerviae: *valvula* corollina exterior mutica, acutiuscula, glabra ac levis, obsolete 5-nervia: *semen* (induviatum) oblongum, hinc sulcatum, pallide viridi-flavescens, leve, nitidum.

4. *M.* CONFERTUM. *Willd. sp. pl. 1. p. 360*, ex ejus herbario, fide *Van Hall.* in *Dumor. agrost. belg. tent. p. 136.*
M. panicula laxiuscula demum contracta, ramis scabris erectis subverticillatis sparsisque, spiculis muticis approximatis, valvis calycinis obtusiusculis trinerviis obsolete tuberculatis, foliis angustelanceolatis, culmis scabris, vaginis scabris levibusque, radice fibrosa annua.
M. vernale. *Guss. pr. 1. p. 56* excl. syn. *Marschalii—Van Hall. spec. bot. p. 52* ex *Schult. s. veg. mant. 2. p. 127—Presl fl. sic. pr. p. 48*, ac *Cyp. et gram. sic. p. 17*—M. scabrum. *Merlet*, ex *Schult. add. ad mant. Cl. 111. p. 561—Bertol. fl. ital. 1. p. 384.*
Ic. *Dumor. l. c. t. 13. f. 49—Reich. cent. 11. f. 1458!*
In nemoribus sylvaticis humentibus; *Madonie, Bosco di Caronia e di Capizzi, all'Etna: Ficuzza (Parlat.), Bosco del Cappideri (Biv.)*
Majo, Junio. ⊙
*Culmi* erecti, palmares vel sesquipedales, graciles: *folia* brevia?, acuta, vix lin. lata, margine scabra; pollicem vix excedentia: *ligula* 3-4-linaris, oblonga: *paniculae* rami flexuosi, ramosi: *spiculae* ovales, virentes: *valvae calycinae* acutiores, et margine magis alboscariosae, quam in praecedente, cui caeterum simile; a quo tamen praeter characteres notatos; radice annua, foliis vix 2 lin. latis, et pollices 2 non excedentibus; panicula semper contracta constanter differt.
*Ligulae* in hoc, et praecedente exsertae et longae, plus minus acutae, integrae vel erosae—*Spiculae* in plantis adultis remotiusculae: *vaginae* levissimae uti petit *Van Hall. l. c.*, aut scabrae uti ex *Dumort. l. c.* — Specimina *M. vernalis* herb. *Steveni* in *Mus. H.*

*Paris.* a nostris recedunt; *panicula* ampliore; *ramis* patentibus; *spiculis* numerosioribus; *valvis* calycinis acutis, una cum pedunculis magis tuberculato-scabris. Confer *Link H. Berol. 1. p. 91* et *vol. 2. p. 240.* Nostrum cum descriptione auct. cit. rite convenire mihi visum est—An *M. vernale*, *Duby bot. gall. 2. p. 1033* hujus loci?

## GASTRIDIUM.

*Paliss. agr. p. 21—R. S. s. veg. 2. p. 16. n. 228.*

*Panicula* spiciformis, lanceolata, densa. *Spiculae* 1-florae. *Cal.* 2-valvis: valvae muticae, subaequales, valde compressae, conniventes, basi subgloboso-tumidae. *Cor.* inclusa, 2-valvis: valvula exterior latior, apice denticulata, dorso sub apice aristata vel mutica. *Semen* liberum, corolla demum cartilaginea indurata tectum, persistens. (*Herbae* annuae: *culmi* erecti, aut adscendentes: *spiculae* minutae, ac nitentes: *stigmata* plumosa, ab basim floris egredientia.)

1. *G.* LENDIGERUM. *Gaud. agr. hel. 1. p. 176.*
 G. panicula sub anthesi laxiuscula, valvis calycinis apice acuminato-elongatis (nitidis) carina scabris caeterum levibus basi ventricosis, valvula corollina exteriore sub apice aristata, arista geniculata calycem excedente.
 G. australe. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 21*—Milium lendigerum. *Lin. sp. pl. 91—Guss. pr. 1. p. 54—Parlat. fl. pan. 1. p. 84*—Gramen serotinum, arvense, panicula contractione pyramidali. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*
 Ic. *Reich. cent. II. f. 1418*—Milium lendigerum. *Sibth. fl. gr. t. 65*—*Host gram. austr. 3. t. 24*—Agrostis ventricosa. *Gou. H. monsp. t. 1. f. 2*, mala
 In collibus aridis, et arvis sterilibus Siciliae = et in *Ustica, Felicuri, Saline, Panaria, Lipari, Vulcano, Maretimo, Pantellaria, Favignana, Levanzo, Lampedusa.*
 Martio, Majo. ⊙
 *Culmi* erecti vel adscendentes, 6-12-pollicares, et ultra: *folia* acuminata, ad margines scabra: *panicula* 1-4-pollicaris, ante et post anthesim contracta, ac densa: *valvae* calycinae basi nitidiores, glaberrimae, dorso virentes ac scabrae, ad margines leves et albo-scariosae; *valvulae corollinae* brevissimae; exterior hirsuta, apice dentata, dorso sub apice aristata; *arista* demum contorta, ut in *Avenis.*

2. *G.* SCABRUM. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 21.*
 G. panicula semper contracta ac densa, valvis calycinis (pallidis) acutis undique scabris basi subventricosis, valvula corollina exteriore mutica raro aristata.
 G. muticum. *Spr. nov. pr. p. 20*— Milium scabrum. *Guss. pr. 1. p. 54—Parlat. fl. pan. 1. p. 84.*
 Ic. Gramen spicatum, instar limae dentatum. *Cup. H. Cath. p. 88*, et *pamph. 1. t. 221.*
 In arvis aridis, et praesertim inter segetes post messem ubique invenitur in Sicilia = et in *Lipari a quattro pani.*
 Aprili, Majo. ⊙
 *Habitus* praecedentis, a quo praecipue differt; *valvis* calycinis pallide virentibus acutis, non setaceo-acuminato-elongatis, latioribus et subfalcatis, uti recto notat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 392*—*Aristae* non semper adsunt, sed saepius in extremis spiculis cujusque rami paniculae flores sunt aristati, aristis calyce longioribus.

## AGROSTIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 111 — Juss. 29.*

*Panicula* oblongo-lanceolata, laxiflora, sub anthesi patens, inde contracta; vel apiciformis, densa. *Spiculae* 1-florae. *Cal.* 2 valvis: valvae muticae, concavo-carinatae, subaeqnales. *Cor.* inclusa, basi uno aut altero pilornm fasciculo brevissimo fulta, 2-valvis: valvula exterior major, mutica, vel infra apicem 2-fidum tenue aristata: interior saepe deficiens. *Semen* liberum, raro corollae adnatum. (*Herbae* annuae, aut perennes, glaberrimae: *culmi* erecti, aut decumbentes: *spiculae* parvae, saepius nitidae, virentes, aut purpurascentes: *stigmata* plumosa, ad basim floris egredientis.)

** Flores mutici.*

1. *A. vulgaris. With Britt. ed. 3. p. 132?—Kock syn. fl.germ. p.781 —Guss. pr. 1. p. 56.*
   A. paniculae oblongae ramis leviusculis laxe floriferis sub anthesi patentissimis, ramulis tunc divergentibus, ligula brevissima truncata, foliis omnibus planis.
   A. alba *b Parlat. fl. pan. 1. p. 87.*
   Ic. *Schrad. fl. germ. 1. t. 2. f. 3—Host gram. austr. 4. t. 56—Reich. cent. II. f. 1427*, ac A. stolonifera *b.* contracta. *Reich. l.c. f. 1431*, nostram quoque quoad paniculae formam refert.
   In pascuis montosis; *Madonie al piano della Battaglia di Petralia.* Junio, Julio. ♃
   *Culmi* palmares, vel pedales et ultra: *folia* anguste linearia, demum involuta: *panicula* 3-6-pollicaris: *valvae calycinae* omnino leves, vel ad carinam, uti pedunculi, serrato-scabrae, plus minus acutae: *corollina valvula* exterior in hac longior, et minus obtusa quam in sequente; ideoque distinctas reliqui, quamvis non immerito simul conjugat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 402.*
2. *A. alba. Lin. sp. pl. 93—Guss. pr. 1. p. 57—Parlat. fl. pan.1.p.87.*
   A. paniculae oblongo-lanceolatae ramis hispidis laxe floriferis, sub anthesi ramulisque patentibus, demum contractis, valvis calycinis albidis, ligula oblonga producta, foliis omnibus planis.
   Vilfa alba. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 23*
   Ic. *Leers Herbor. t. 4. f. 5.*
   *b.* valvis calycinis purpurascentibus.
   Ic. *Schrad. fl. germ. 1. t. 2. f. 1*—A. stolonifera. *Reich. cent. II. f. 1436.*
   *c. densiflora*; paniculae ramis contractioribus, floribus numerosioribus, valvis calycinis scabro-villosiusculis mucronulatis, foliis confertioribus brevibus saepius glaucescentibus.
   A. decumbens. *Gaud. Agr. helv. 1. p. 78 ?*
   In humidis, collibus sterilibus, arvis arenosis, et in sylvaticis ubique communis in Sicilia = et in *Vulcano, Lipari*: var. *c. Palermo a Mondello, e S. Martino, nelle arene di Messina, di fiume di Nisi, di Catania.*
   Majo, Augusto. ♃
   *Calycis valvae* ad carinam hispido-scabrae: var. *c.* differt a specie praeter characteres datos; *geniculis* viridibus, non atropurpureis; *foliis* levibus, non utrinque scabris; *ligulis* apice denticulatis, non multifidis: at *valvula corollina* exterior in utrisque apice irregu-

lariter denticulata, sat raro obsolete aristata ; sed in hac varietate obtusissima.

Species revera polymorpha , uti recte notat Cl. *Bertol.* in *am. ital. p. 4* , et inde in *fl. ital. 1. p. 407* in multas species aut varietates facillime dirimenda. Tamen quamvis praecedenti nimia affinis, a sequenti vero toto coelo diversa est, et certis firmisque characteribus nunquam confundenda. Forsan *Vilfa frondosa Presl*, et *V. glaucascens* ejusdem , sunt hujus speciei varietates

3. *A.* VERTICILLATA. *Vill. dauph. 2. p. 74—Parlat. fl. pan. 1. p. 88.*

A. panicula-coarctata, ramis semi-verticillatis approximatis undique dense floriferis, valvis calycinis aequalibus obtusis pubescentibus, culmo basi ramoso decumbente et radicante, ligula brevi-ovata, foliis omnibus planis.

Gramen caninum, supinum, minus. *Cup. H.Cath.p.91*—Panicum verticillatum. *Ucria H. Pan. p. 54*, non *Lin.* ( ex synonymo siculo)— A. stolonifera. *Guss. pr. 1. p. 57*, exclusis synonymis, praeter *Cupani*, et *Ucria.*

Vilfa stolonifera. *Presl l. c. p. 22.* —Gramen spica divulsa , sericea, fulva. *Cup. H. Cath. p. 92* , quoad male ad *Avenam splendentem* retuli.

Ic. *Trin. gram. fasc. 35—Reich. cent. II. f. 1435*— Gramen spica divulsa , sericeo-fulva. *Cup. panph. 2. t. 200.*

In humidis , ad rivulos , ad fontes , ad fossarum margines , nonnunquam etiam in aridis Siciliae = et in *Lipari.*

Floret fere per totum annum. ♃

*Culmi* longe lateque radicantes , ideoque caespitosi , 1-2-pedales , leves : *folia* 1-3 lin. lata, margine scabriuscula ac superne striata; *vaginis* levibus : *panicula* 1-5-pollicaris , densa ; ramis valde ramosis scabris sub anthesi patulis, demum erectiusculis : *spiculae* pallide-virentes , vel sordide viridi-purpurascentes.

Cl. *Reich.* in *fl. germ. excurs. 1. p. 140'* ( in add. et em. ) hanc speciem probe ab *A. stolonifera* distinxit , quem sequutus est Cl. *Bertol.* in *fl ital.1. p. 408* , apud quem omnia reliqua synonyma conferri possunt.

4. *A.* PUNGENS. *Schreb. gram. 2. p. 46—Biv. cent. 1. p. 16* , excl. syn. *Bonanni* ad *Dactylem pungentem* spectante—*Guss. pr. 1. p. 58— Parlat. fl. pan. 1. p. 89.*

A. panicula contracta ovali-lanceolata , ramis alternis valde approximatis dense floriferis , valvis calycinis glabris inaequalibus, foliis distichis sub-involutis rigidis subulatis serrulatis semipatentibus brevibus, culmo ramoso , radice repente.

Vilfa pungens. *Presl l. c. p. 25*—Gramen caninum . pumilum , spica compacta. *Cup. H. Cath. p. 89* , et *supp. alt. p. 54.*

Ic. *Cac. ic. 2. t. 111—Schreb. gram. 2. t. 27. f. 3—Reich. cent. II. f. 1437.*

In arenosis maritimis Siciliae = et in *Lampedusa sotto al Castello.* Julio , Augusto. ♃

*Stolones* in arenis valde repentes , ex quibus culmi floriferi . et steriles prodeunt, uti ex radice : *culmi* erecti, palmares, vel ad summum pedales, foliorum vaginis striatis usque ad paniculam tecti: *folia* 1-3-pollicaria , vix 1-2 lin. lata , glaucescentia , cito involuta , loco ligulae fasciculo pilorum alborum instructae: *panicula* 1-2-pollicaris, sub anthesi tantum laxiuscula, folii superioris vagina ut plurimum basi involuta : *spiculae* viridi-nitentes, lanceolatae : *valvae calycinae* acutiusculae , enerviae, ad carinam saepe scabrae, valde inaequales ; major corollam aequans : *valvulae corollinae* inter se subaequales , caeterum calyce similes.

Pro synonymo *Bonanni* confer *Bertol. Lucubr. p.3*, et inde melius in *fl. ital. 1. p. 373.*

** *Flores aristati.*

5. *A.* PALLIDA. *Dec. fl. fr. supp. p. 251—Spr. s. veg. 4. p. 337—Guss. pr. 1. p. 59—Parlat. fl. pan. 1. p. 86.*

A. paniculae oblongae multiflorae ramis subtrichotomis hispidulis subcontractis, in anthesi patentibus, calycinis valvis acuminato-cuspidatis carina hispidis, corolla 1-valvi, valvula apice biaristata, ariata dorsali supra basim geniculata e medio valvulae prodeunte calycem duplo excedente, foliis planis, ligula exserta bifida, laciniis denticulato-laceris subtruncatis.

A. canina. *Ucria H. Pan. p. 57*, non *Lin.*

Ic. *Guss. pl. rar. t. 5. f. 1—Trin. gram. fasc. 3.*

In arenosis pascuis inundatis tam montosis, quam demissis; *Piana de' Greci al Gurgo de' Ddingoli, Ficuzza, Cotrano al Gurgo lo Drago, Buccheri, Castelvetrano nel bosco, Mistretta ai Romei: Misilmeri al piano della stoppa ( Heldr., Parlat., Todaro. )*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* palmares, vel pedales, graciles, basi geniculati: *folia* capillaria, demum involuta; superiora latiora, sed breviora: *panicula* oblonga, 3-4-pollicaris; *ramis* gracilibus, erecto-patulia: *spiculae* pallide flavescentes, vel viridi- et purpureo-variae: *valvae calycinae* dorso virentes, ad margines albo-scariosae; *corollina* valvula exterior calyce paullo brevior, albo-scariosa, glaberrima: *arista* demum contorta, ac refracta: *semen* minutissimum, fulvum.

6. *A.* NITENS. *Guss. ind. sem. H. R. Bocc. an. 1825, et pr. 1. p. 59.*

A. panicula spiciformi oblongo-cylindracea densa brevi, calycinis valvis nitidis subaequalibus lanceolatis acutis carina serrato-scabris, corollina valvula exteriore villosa! apice longe bisetosa basi aristata, foliis brevibus patentibus distichis, vagina suprema subventricosa, ligula exserta truncato-ciliata, culmis adscendentibus.

Triplachne nitens. *Link H. B. Berol. 2. p. 241.*

Ic. Lachnagrostis Gussonis. *Trin. sp. gram. fasc. 21.*

In herbidis, et arenosis maritimis; *Trapani fra l'acquedotto ed il mare, S. Croce alla spiaggia del Braccetto*, = et in *Lampedusa al capo di Ponente, Favignana, Pantellaria.*

Aprili, Majo. ⊙

*Radices* fibrosae, annuae: *culmi* 1-6-pollicares, plures ex eadem radice, basi aliquando geniculati: *folia* ad summum pollicaria, apice acuminata, rigidiuscula, superne striata, ad margines scabra, demum involuta: *panicula* semi-vel sesquipollicaria, ante explicationem saepe a vagina folii superioris involuta; ramis semper adpressis: *calycis* valvae corollam duplo superantes: *aristae* non ad medium dorsi, ut in icone *Trinii*, sed a basi valvae corollinae procedentes!, ut bene notant *Link l. c.*, et *Bertol. fl. it. 1. p. 401.*, articulatae, valvulam subexcedentes: *semina* minutissima, oblongam, unisulcata, fusco-virescentia

Species fallax, nam quoad habitum et paniculam primo intuitu *Gastridium lentigerum* fere refert; sed ob characteres genericos ad *Agrostides P. de Beauv.* spectat. *Corollina* valva undique villosa, et *setis* elongatis ab aliis speciebus hujus generis satis distincta. Confer *Link* et *Bertol. l. c.*

* *Muticae.*

† 7. *A.* FRONDOSA. ( non *Ten.*, nec *R. S.*, ... *Dict. enc.*)—*Guss. pr. 1. p. 58.*

A. panicula contracta, ramis hispidis, valvis ... lycinis ... ina acabriusculis, corollinis inaequalibus basi glabris, inferiore b... da s...enervia, ligula oblonga, foliis brevibus lanceolato-linearibus.

Vilfa frondosa. *Presl l. c.*

In pascuis montosis, *Madonie.*

Julio. ♃ ( *Presl* )

An varietas *A. vulgaris* ?

† 8. *A.* GLAUCESCENS. *Spr. s. veg. 1. p. 258—Guss. pr. 1. p. 58.*

A. p...icula subspicata contracta, ramis scabriusculis, foliis rigidiaculis glaucescentibus brevibus, ligula elongata, culmo adscendente.

Vilfa glaucescens. *Presl l. c.*

In humidis maritimis, *Fondachelli* inter et *Trabia.*

Julio. ♃

Affinis *V. albae*, sed inflorescentia habituque toto differt ( *Presl* ).

†† 9. *A.* PULCHELLA. ( non *Roth.* ) — *Guss. pr. 1. p. 58.*

A. panicula effusa divaricata, ramis ramulisque capillaribus ...ifloris, spiculis ovatis, calycibus obtusis, corollis muticis, foliis ...liformibus convolutis.

Vilfa pulchella. *Presl l. c.*

In nemorosis montosis; *Bosco di Castellobuono.*

Junio. ⊙ ( *Presl* ).

† 10. *A.* CAPILLARIS. *Lin. sp. pl. 93 — Ucria l. c.—Guss. pr. 1. p. 60 —Parlat. fl. pan. 1. p. 90.*

A. panicula capillari patente, calycibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis.

In monte *la Pizzuta* ( *Ucria* ). An *Aira agrostoidea* ?

† 11. *A.* MINIMA. *Lin. sp. pl. 93—Ucria l. c.—Guss. pr. 1.* †

A. panicula mutica filiformi.

In segetes, et praecipue prope *Ucria a lo Pizzu di lo Cuorvo* ( *Ucria*).

** *Aristatae.*

† 12. *A.* SPICAVENTI. *Lin. sp. 91—Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 22* ( sub *Apera* ) —*Ucria H. Pan. p. 56—Guss. pr. 1. p. 60.*

A. panicula diffusa, arista longissima.

In arvis, et inter segetes.

Majo, Junio. ⊙ ( *Presl* ).

An planta *Ucriae* ad *Avenam parvifloram* pertinet ?

† 13. *A.* ARUNDINACEA. *Lin. sp. pl. 91 —Ucria H. Pan. p. 56 — Guss. pr. 1. p. 60.*

A. panicula oblonga, petalo exteriore basi villoso, arista torta calyce longiore.

Prope *Palermo a S. Spirito* ( *Ucria* ).

Videtur *Arundo mauritanica* ex loco, et synonymo siculo.

† 14. *A.* CALAMAGROSTIS. *Lin. sp. pl. 92—Ucria l. c. p. 57—Guss. pr. 1. p. 60.*

A panicula incrassata, petalo exteriore toto lanato apice aristato, caule ramoso.

In montosis; *Madonie a lo chiano della Battaglia di Petralia* ( *Ucria* ). An *Arundo epigejos* ?

## AMMOPHILA.

*Host fl. austr. 1. p. 106.*

*Panicula* densa, spiciformis, elongata. *Spiculae* muticae, 1-florae, cum rudimento secundi floris. *Cal.* 2-valvis: valvae muticae, carinatae, aequales. *Cor.* inclusa, basi villis brevibus involucrata, 2-valvis: valvulae aequales; exterior carinata apice bidentata, inter dentes brevissime mucronulata. *Sem.* liberum intra corollam. (*Herba* glaberrima, glaucescens, perennis, dense caespitosa ob radices longe lateque inter arenas excurrentes: *culmi* erecti: *folia* junciformia, tenacia: *spiculae* sub anthesi nitidae, demum pallidae: *stigmata* plumosa, supra medium floris egredientia.)

1. *A.* ARENARIA. *Link Hort. ber. 1. p. 105.*

A. panicula erecta cylindracea superne attenuata, valvis calycinis acutis, pilis corolla triplo brevioribus, foliis radicalibus strictis involutis.

Ammophila arundinacea. *Host gram. austr. 4. p. 24—Bertol. fl. it. 1. p. 752*—Arundo arenaria. *Lin. sp. pl. 121 — Ucria H. Pan. p. 6?—Guss. pr. 1. p.136*—Psamma pallida. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. gram. sic. p. 24* — Gramen maritimum, Saccense agrofelisuros (sic). *Cup. H. Cath. p. 89*, *supp. alt. p. 34*, et *app. p. 1.*

Ic. *Reich. cent. II. f. 1454*—Arundo arenaria. *Schrad. fl. germ. 1. t. 5. f. 2—Host l. c. t.41*—Gramen marinum, agriofelisuros (sic), longissimum, molleculum. *Cup. panph. 2. t. 785—Raf. t. 68. f. 3* —G. maritimum, agriofelisuros. *Bon. t. 2.*

In arenosis maritimis Siciliae.

Junio, Julio. ♃

*Culmi* 1-2-pedales, stricti, una cum foliis glauci: *folia* radicalia numerosa, caespitosa, dura, subpungentia, culmo breviora; caulina pauca, ..., 3-4 lin. lata, pagina superiore striata ac velutina, apice involuto-attenuata, margine levia; supremo saepe spathaeformi: *panicula* 3-8-pollicaris; ramis divisis, axi arcte adpressis: *spiculae* oblongo-lineares: *valvae* calycinae glabrae, carina scabrae; inferior 1-superior 3-nervia: *valvula* corollina exterior apice brevissime mucronata, pilorum fasciculo saepe duplo tantum longior, 5-nervia: *rudimentum* secundi floris superne dense barbatus ad basim valvulae corollinae interioris 4-denticulatae.

## ARUNDO.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 124 — Juss. 32.*

*Panicula* plus minus explicata. *Spiculae* 1-multiflorae (cum rudimento pennato secundi floris in pluribus). *Cal.* 2-valvis: valvae subinaequales, muticae, carinato-canaliculatae. *Cor.* basi pilis longis plus minus involucrata, 2-valvis: valvula exterior major, integra vel bifida, mutica, vel dorso aut apice aristata. *Sem.* liberum, intra corollam persistentem. (*Frutices*, aut herbae perennes: *culmi* erecti: *folia* latissima, aut lanceolato-linearia, angusta: *stigmata* varia, ac vario modo emergentia.)

1. *A.* EPIGEJOS. *Lin. sp. pl. 120—Ucria H. Pan. p 62 — Guss. pr. 1 p. 136.*

A. panicula stricta subpatente lobata, spiculis laxe approximatis, calycibus unifloris, valvis acuminatis ciliato-scabris, arista dorsali recta

inclusa pilis calycem subaequantibus breviore, foliis scabris planis elongatis, culmo herbaceo.

Calamagrostis epigejos. *Presl fl sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p.22.* Ic. *Host gram. austr. 4 t. 42—Schrad. fl. germ. 1. t. 4. f. 1*—Calamagrostis epiegejos. *Reich. cent. 11. f. 1455*— Gramen arundinaceum, panicula molli, spadicea, majus. *Scheuch. agr. t. 5.*

In aridis, vel arenosis sylvaticis montosis; *nel fiume di Misilmeri (Parlatore); nel fiume sotto il Parco, a S. Martino presso Palermo, Bosco della Ficuzza, S. Maria del Bosco, Caronia, Messina, Selve dell' Etna* = et in *Lipari a S. Angelo, Vulcano.*

Julio, Augusto. ♃

*Radix* repens: *culmi* erecti farcti, 1 - 1/2-2-2-pedales: *folia* viridi-glaucescentia, 2-3. lin. lata, firma: *panicula* 1/2-1-pedalis, lanceolata; *ramis* sub anthesi semipatentibus, demum adpressis: *spiculae* viridi-purpurascentes: *calycis valvae* subaequales, glabrae: *valvula* corollina exterior calyce duplo brevior, apice acute 2-fida, arista demum divaricata.

2. *A.* AMPELODESMOS. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 30 — Guss. pr. 1. p. 133.*

A. panicula secunda cernua, spiculis discoloribus compressis 2-5-floris laxe imbricatis, flosculis breviter barbatis et aristatis calycem mucronato-aristatum superantibus, foliis radicalibus planis acutissimis elongatis, caulinis vaginantibus demum involutis, culmo herbaceo farcto.

Donax ampelodesmos. *Presl l. c. p. 32*— A tenax. *Vahl symb. 2. p.25 —R. S. s. veg. 2. p. 601* — A. festucoides. *Desf. atl. 1. p. 168*— A. mauritanica. *Poir. voyag. 2. p. 105*, non *Desf.*—Ampelodesmos tenax. *Link H. Berol. 1. pag. 136* — Gramen altissimum, aspero, latoque follo viminale, panicula avenacais glumulis constructa. *Cup. H. Cath. p. 90.*

Ic *Cyr. l. c. t. 12.—Desf.* l. c. *t. 34.*—Ampelodesmon Plinii Anguill. *Bon. t. 8*—Calamagrostis nastoides, avenacea panicula. *Barr. ic. 363* ex *Bertol.*

*b.* spiculis concoloribus albido-virentibus, aristis longioribus.

In collibus aridis, et in submontosis, ubique in Sicilia = et in collibus sterilibus; *Favignana, Maretimo, Levanzo, Pantellaria; Lampedusa, alla cala della Madonna*, sed satis rara.

Aprili, Majo. ♃

*Culmi* erecti, firmi, diametro 2-3 lineari, fere orgyales, superna nudi: *folia* radicalia numerosa, caespitosa, virentia, tenacia, ad margines scabra, apice attenuata, ac recurvato-dependentia: *panicula* 1-2 1/2 pedalis, ramis sub et post anthesim patentibus ac dependentibus: *valvae calycinae* inaequales, margine lata albo-scariosae, obsoleta 3-nerviae, ad carinam scabriusculaa: *valvula* corollina exterior 5-nervia, mucronato-aristata, versus apicem ad margines scariosa; interior 2-dentata, ad nervos ciliolata, ad apicem saepius purpurascens.

*Valvae* in plantis africanis minus acutae, at spiculaa latioras. Varietas *b.* praeter colorem differt a specie, valvis calycinis et corollinis exterioribus attenuato-aristatis — Planta in Sicilia utilissima. Ob densos caespites, quos format, terram in montosis detinet. *Folia*, quaa quotannis secantur, non solum ad davinciendum aptissima, sed storea et funes ex ipsis conficiuntur.

3. *A.* MAURITANICA. *Desf. atl. 1. p. 106—Guss. pr. 1. p. 133.*

A. panicula elongata subcontracta erecta, calycibus subtrifloris, pilis corollam aequantibus calyce brevioribus, flosculis longe barba-

tis, valvula corollina exteriore acuminato-aristata, arista calycem subexcedente, foliis planis lato-linearibus, culmo fruticoso.

A pliniana. *Bertol. fl. ital. 1 p. 753*—Donax mauritanica. *Presl l. c. p. 32*—Calamagrostis mauritanica. *Spr. s. veg. 1. p. 252*— Arundo sylvestris omnium minima, sive sepium durissima. *Cup. H. Cath. p. 23*, et A. vallatoria minor Sherardi. *Cup. l. c. supp. alt. p. 11*.

Ic. Arundo collina. *Ten. fl. nap. 3. t. 108*—A. Plinii. *Reich. cent. II. f. 1732*.

In collibus aridis, ad sepes, in sylvaticis, et ad margines fluminum nihil in Sicilia communius = et in *Lipari*, *Vulcano*, ubi usque ad verticem montis inter arenas volcanicas provenit.

Julio, Septembri. ♄

*Culmi* nunc erecti, nunc adscendentes, 4-8-pedales, diametro 3-8-lineari, fistulosi vel semifarcti: *folia* plana, non convoluta, uti notat *Spr. l. c. p. 252*, margine serrulato-scabra: *panicula* 1-3 pedalis; ramis subanthesi patentibus: *spiculae* numerosae, virentes, vel viridi-purpurascentes: *calyces* 1-2-flori, nunquam trifloros usque ad huc observavi: *habitus A. phragmitis, et radices* ut in illa repentes: *aristae* calycem excedunt, ideoque pilis longiores non, vero breviores sunt, uti ex *Host fl. austr. 1. p. 101*.

Passim in Sicilia duplici forma occurrit. In sepibus maritimis; culmus elatior; panicula magis contracta; spiculae tereti-cylindraceae, 2-raro 1-florae; valvae calycinae et corollinae pallide et fere sordide virentes, et haec cum speciminibus herbarii *Desf.* ex asse quadrat. In altera vero, quae in submontosis et collibus a mari dissitis provenit; culmi graciliores et humiliores; panicula laxiuscula; spiculae cylindraceo-compressae, 1-raro-2-florae, atropurpureae; et haec est vera *A. collina Ten*, quae cum speciminibus Bononiae collectis, et hispanicis ex *H. R. Matr.* convenit: sed praeter notatos characteres in reliquis omnino similes, et inde an rite separandae sint, affirmare non audeo.

4. *A.* DONAX. *Lin. sp. pl. 120* — *Ucria H. Pan. p. 62*—*Guss. pr. 1. p. 134*.

A. panicula densiflora oblonga stricta, calycibus subtrifloris, calycinis valvis lanceolatis acuminatis flosculos aequantibus, pilis calyce corollaque aequilongis, foliis lato-lanceolatis, culmo fruticoso.

Donax sativa. *Presl l. c. p. 32*—A. sativa, quae Donax Dioscoridis. *Cup. H. Cath. p. 23*, et A. sativa omnium maxima, sive crassissima, *ejusdem l. c.*—A. sativa. *Cast. H. Mess. p. 23*.

Ic. *Host gram. austr. 4. t. 38* — *Reich. cent. II. f. 1731* — Arundo donax sativa, sive Cypria. *Lob. ic. 51*.

In collibus aridis, vel humentibus maritimis in Sicilia = et in *Saline*, *Lipari*, *Stromboli*, *Pantellaria*, sed videtur potius culta quam spontanea.

Augusto, Octobri. ♄

*Radices* tuberascenti-ramosae, crassae, horizontaliter excurrentes: *culmi* simplices, fistulosi, ad nodos gemmiferi, 1-3-orgyales: *folia* viridi-glaucescentia, 2-3-poll. lata, acuminata: *panicula* ampla, 1-1 1/2-pedalis ramosissima: *calycinae valvae* glabrae, dorso ac basi saepius purpurascentes, 3-nerviae: *valvula corollina* exterior basi 5-nervia, acuminata, integra vel bifida, ex apice vel inter dentes arista brevissima instructa: *pili* in spiculis fructiferis patuli, ideoque panicula tunc valde mollis et ob pilos candidos longos speciosa.

5. *A.* PHRAGMITES. *Lin. sp. pl. 120*—*Ucria l. c.*—*Guss. pr. 1. p. 134*.

A. panicula laxiuscula, calycibus inaequivalvibus sub 5-floris flosculos subaequantibus, valvula corollina exteriore acuminato-ari-

stata pilos aequante, stipite longe barbato, flosculo inferiore masculo nudo, reliquis hermaphroditis barbatis, foliis lato-lanceolatis cuspidatis, culmo fruticoso.

Czernia arundinacea. *Presl l. c. p. 22!*—Phragmites communis. *Trin. agr. p.134*—Arundo vulgaris, sive Phragmites Dioscoridis. *Cup. H. Cath. p 23.*

Ic. *Host gram. austr. 4. t. 59—Schrad. fl. germ. 1. t. 5. f.4*—Phragmites communis. *Reich. cent. 11. f. 1729*—Arundo vulgaris, palustris. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 8. f. 1.*

*b. humilis*; culmo humili 1-3-pedali, foliis magis glaucescentibus, saepe apice convoluto-pungentibus, panicula contractiore, spiculis virentibus, corollina valvula exteriore pilis excedente, pilis ad omnes paniculae ramificationes copiosioribus longioribusque.

In fossis, lacubus, ad fluviorum ripas, et in pratis humidis: var. *b.* in argillosis hyeme inundatis; *Catania (Cosentini)*, *Ficarazzi.* Septembri, Octobri. ♄

*Culmi* 4-9-pedales, fistulosi, diametro 4-5-lineari: *folia* glaucescentia, quoad latitudinem inter praecedentem et *A. mauritanicam* media: *panicula* erecta, multiflora, ovalis, 1/2-1-pedalis; ramis demum semipatulis: *calycis* valvae glabrae; major 3-nervia, minor 1-nervia: *corollina* valvula exterior longior, 3-nervia: *flosculi* superiores pilis longis copiosis niveis suffulti.

Varietas *b.* aliquando habitu et aliis characteribus ita differt ab *a.*, ut nisi status intermedii observentur omnino ab illa diversam aliquis habere possit. An ad hanc spectat varietas de qua loquitur *Marsch.* In *fl. taur. cauc. supp. p. 88*?

Species siculae hujus generis quot sunt, ad totidem nova genera recentiorum spectant, sed quia pilorum charactere in unicum complecti possunt, sic in plura dirimere non putavi.

## MELICA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 113—Juss. 31.*

*Panicula* spiciformis, aut explicata. *Spiculae* muticae, 1-2-florae, cum rudimento turbinato pedicellato duorum florum sterilium, altero intra alterum incluso. *Cal.* 2-valvis: *valvae* concavae, inaequales, flosculis aequilongae. *Cor.* inclusa, 2-valvis: valvula exterior major, concava. *Sem.* liberum, corolla tectum. (*Herbae* perennes, glabrae: *culmi* erecti: *spiculae* saepe nuantes ac coloratae: *stigmata* plumosa, versus basim floris egredientia.)

1. *M. ciliata.* *Lin. sp. pl. 97 — Ucria H. Pan p. 58—Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 41—Guss. pr. 1. p.66—Parlat. fl. pan. 1. p. 108.*

M. panicula densa spiciformi elongato-cylindrica, spiculis 2-3-floris, flosculi inferioris fertilis valvula corollina exteriore margine undique pilosa, dorso nuda scabra, foliis linearibus planis striatis.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 70—Host gram. austr. 2. t. 12—Reich. cent. 11. f. 1574!, et 1573*—Gramen montanum, Avenae semine. *Clus. hist. 2. p. 199.*

In collibus saxosis, ad sepes, et sylvarum margines in Sicilia = et in *Ustica*, *Alicuri*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo.* Aprili, Majo. ♃

*Radices* fibrosae, subrepentes: *culmi* 1-2-pedales, erecti: *folia* 1-2 lin. lata, acuta, demum convoluta, 3-6-pollicaria: *vaginae* striatae: *panicula* 3-5-pollicaris, basi aliquando interrupta: *spiculae* fere horizontales, jam perfectae longe ciliatae, pallide virentes ac

nitentes: *valvula corollina* exterior flosculi fertilis ad margines tantum longe ciliata, ad nervos scabra.

**2.** *M. cupani. Guss. suppl. p. 17.*

M. panicula secunda laxiflora, ramis superioribus simplicibus omnibus erectis adpressis, spiculis 2-3-floris, flosculis unici fertilis valvula corollina exteriore undique dense pilosa ac ciliata, foliis angustis planis demum involuto-setaceis.

M. Bauhini. *Guss. pr. 1. p. 66*, exclos. synon. praeter *Cupani.*

Ic. Gramen exile, avenaceis glumis, parvis, uno versu dispositis, fulvis. *Cup. panph. 2. t. 183.*

In saxosis montosis elatioribus, nunquam in demissis; *Madonie a Rocca di mele, e S. Tieri sopra Petralia: ed alla valle delli Trigni, al piano della Principessa, a Marrapulegio (Parlat.)*

Majo, Junio. ♃

*Radices* praecedentis: *culmi* graciles, subcaespitosi, adscendentes, leves, superne nudi: *folia* virentia, plana, lin. lata: *panicula* 2-3-pollicaris: *valvae* calycinae nervosae, acutae, 2-3 lin. longae, glabrae; major dorso atrornbens, ac scabrida; minor latior, palli de virens, ideoque spiculae ex viridi-et purpureo variae subnitentes: *valvula corollina* exterior flosculi fertilis undique pilosa; pilis candidis calycem excedentibus: *flosculi* steriles glabri.

Male ramos inferiores paniculae horizontales descripsi; nec spiculae semper biflorae, sed in plantis magis explicatis 3-florae—A *M. Bauhini* comparatis gallicis ac pedemontanis speciminibus evidenter recedit; flosculo unico fertili, valvulis corollinis obtusioribus, inferiore flosculi fertilis longe et dense pilosa, villis calyce longioribus —Differt a *M. ciliata*, *panicula* depauperata et fere secunda, ramis infimis non horizontalibus, valvula corollina exteriore undique ciliata.

**3.** *M. pyramidalis. Bertol. am. it. p. 529*, et *fl. ital. 1. p. 494*—*Presl l. c.*—*Guss. pr. 1. p. 67*—*Parlat. fl. pan. 1. p. 110.*

M. panicula ramosa, spiculis nutantibus imberbibus demum ramisque surrectis, valvis calycinis oblongis acutis flosculos imberbes aequantibus, ligula semilineari truncato-lacera, foliis planis angustis (2. lin. lat.) vaginisque scabris, culmis erectis subsimplicibus.

Ic. Gramen avenaceum, locustis pulchris, medio purpureo-fuscis. *Cup. panph. 1. t. 186*—G. avenaceum, tenui et erecta panicula, violaceum. *Barr. ic. 96. f. 1.*

In asperis sylvaticis montosis; *Palermo a Sferracavallo*: *a S. Maria a Gesù, a S. Ciro, Bagheria a Catalfano, Castellobuono (Parlat.), Carini, Sagana, Vittoria, Terranova, Pozzallo.*

Aprili, Majo. ♃

*Culmi* vix aliquando ramosi, 1-2-pedales: *folia* plana, 3-4 lin. lata, demum subinvoluta, subtus ac ad margines deorsum scabra; *vaginis* ancipitibus: *paniculae* elongatae rami subflexuosi, deorsum scabriusculi; *pedicellis* pubescentibus ac apice incrassatis: *calycinae* valvae acutae, flosculos subaequantes: *flosculus* tertius intermedius sterilis subpedicellatus.

M. major. *Sibth.* ex *ejus herb.* ab hac vix diversa mihi videtur.

**4.** *M. minuta. Lin. mant. p. 32*—*Presl l. c.*—*Guss. pr. 1. p. 67*—*Parlat. fl. pan. 1. p. 111.*

M. panicula ramosa vel simplici pauciflora, ramis inferioribus patulis, spiculis nutantibus, valvis calycinis oblongis acutis flosculos imberbes aequantibus, ligula semilineari integra, foliis planis angustissimis (1. lin. latis) dein involutis vaginisque leviusculis, culmis adscendentibus ramosis.

M. saxatilis. *Jan. elench. p. 2*—M. aspera. *Desf. atl. 1. p. 71*, ex ejus herbario—Gramen avenaceum, saxatile, panicula sparsa, locustis angustioribus candicantibus et nitidis. *Tourn. inst. p.52*, ex herb. in *Mus. H. Paris.*

Ic. M. nutans. *Cav. ic. rar. 2. t. 173* ( in statu macriore ), non *Lin.* —M. saxatilis. *Sibth. fl.gr.1. p.55. t.71*, observante ipso Cl. *Smith.* in nota *Ms.*, et haec ex specimine sicco non differt a nostra, nisi valvulis corollinis scabrioribus, et insignius nervosis—Gramen avenaceum, tenui spicataque panicula, albis utriculis. *Barr. ic.96. f. 2.*

In montibus, et collibus calcareis inter saxorum rimas; *Palermo*, *da Trapani a Spaccaforno*, *Mola*; et in *Ustica*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*; inter fruticeta in *Lampedusa*, sed ibi non satis obvia; quae loca natalia in *suppl. p. 17*, sub antecedente per errorem notata fuerunt.

Aprili Majo. ♃

*Culmi* basi valde ramosi, subcaespitosi: *folia* vix lin. lata, cito involuta, acuminata: *spiculae* in paniculae ramis distantibus sparsae, in hac et in praecedenti ex viridi - et purpureo - variae, pedicellis ut in illa.

Utraeque species differunt a *M. ramosa Villars*, valva altera calycina flosculos aequante aut breviore, non illos excedente. Confer *Bertol. fl. ital. 1. p. 495*, qui vero hujus nostrae synonyma nescio qua ratione ad *M. ramosam* transferat, dum ex speciminibus ad hanc spectant—Excludatur in *pr.l.c. Barr. ic. 95*—Specimen *M. minutae* herb. *Lin.* satis parvum et incompletum, sed quoad characteres a nostra planta non differre mihi visum est—*M. nutans Cav.* ex herb. eadem ac nostra; sed *M. montana Cav.* excius. syn., tam ex specimine ipsius herbarii, quam ex illis a me ipso prope *Murviedro* in Hispania lectis, potius ad nostram *M. pyramidalem* spectant. Confer *R. et S. s. veg. mant. ad vol. 2. p. 295.*

5. *M.* UNIFLORA. *Retz. obs. 1. p. 10*—*Willd. sp. pl. 1. p. 383*—*Guss. pr. 1. p. 68*—*Parlat. fl. pan. 1. p. 109.*

M. panicula rara pauciflora, spiculis ovalibus erectis 2-floris, flosculo unico fertili, valvula corollina exteriori imberbi, foliis planis.

Gramen montanum, avenaceum, locustis rubris. *Cup. H. Cath. p. 86.*

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 11*—*Fl. dan. t.1144*—Gramen avenaceum, gluma mutica, montanum, locustis rubris. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 7. f. 48.*

In sylvaticis montosis; *Pizzuta* ( *Gasparrini*, *Todaro* ); *Madonie*, *Ficuzza*, *Boschi di Valdemone.*

Junio, Julio. ♃

*Radices* repentes: *culmi* tenues, erecti, 1-2-pedales: *folia* laete virentia, 1-2 lin. lata, margine scabriuscula, semper plana: *ligulae* breves, truncatae, ex parte adversa folii in laciniam lanceolatam scariosam abeuntes: *paniculae* rami gracillimi, distantes, simplices, sub anthesi patentes; inferiores longiores, plerumque bini: *valvae calycinae* flosculis longiores, virentes, vel ex viridi, et purpureo-variae; *plerumque* rudimentum tertii flosculi adest.

## KOELERIA.

*Pers. syn. 1. p. 97.*

*Panicula* densa, spiciformis, composita. *Spiculae* 2-multiflorae, hermaphroditae. *Cal.* flosculis brevior, aut aequalis, 2-valvis: valvae compresso-carinatae, inaequales. *Cor.* 2-valvis; valvula exterior sub apice, vel ex apice integro 2-fidove aristata; arista setacea, recta; interior 2-fida, vel 2-dentata. *Sem.* liberum, intra corollam persistentem. (*Herbae* annuae, vel perennes: *culmi* erecti: *folia* glabra, aut pubescentia: *spiculae* compressae, viridi-flavescentes, nitidae: *stigmata* plumosa, ad latera floris egredientia.)

* *Spiculae glabrae nitidae; valvula corollina exterior mutica vel brevissime mucronata.* Airochloa. *Link.*

1. *K.* GRACILIS. *Pers. syn. 1. p. 99.—Guss. pr. 1. p. 121.*
K. panicula cylindracea elongata basi subinterrupta, ramis brevibus, spiculis oblongis subtrifloris, valvis calycinis carina scabris, et corollina valvula exteriore acuminatis, calyce flosculis subbreviore, foliis planis glabris, inferioribus serrulato-ciliatis demum involutis, culmo basi tuberascente.
Airochloa gracilis. *Link H. Berol. 2. p. 276*, sed male ⨀ dicit.
Ic. *nulla.*
In herbidis montosis, et elatioribus collibus calcareis vel marinaceis; *Madonie*, *Busambra*, *Mistretta*, *Noara*, *M. Scuderi*, *Caltanissetta*, *S. Cataldo*, *Girgenti*, *Mandanici.*
Majo, Julio. ♃
*Culmi* caespitosi, basi saepe geniculati, superne striati, pubescentes vel glabri, 1-1 1/2-pedales: *folia* rigida; radicalia 1-2 lin. lata, 1-2 poll. longa, in fasciculis dense congesta; caulina 1-3, breviora: *panicula* 2-4-pollicaris, densiflora; *spiculis* nitentibus, glabris; *valvae* calycinae margine anguste membranaceae, sub lente scabriusculae, et plus minus ciliato-scabrae: *corollina valvula exterior* 3-nervia, scabriuscula; *interior* scariosa, 2-dentata, ad nervos ciliolata — Variat *spiculis* discoloribus; *foliis* radicalibus plus minusque glaucescentibus; *vaginis* glabris vel pubescentibus, semper vero levibus; *culmo* basi plus minus tuberascente. Varietas in qua valvae nitidiores, et folia angustiora, in collibus praecipue occurrit.
*K. splendens*, panicula spiciformi glaberrima, spiculis bifloris acuminatis muticis, gluma inferiori carina scabra, foliis inferioribus planis linearibus glaberrimis, culmo longe exserto glabro inferne bulboso. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 34*, a *K. gracili* mihi non videtur diversa, quamvis ad *Airam vallesiacam* a *Spr.* in *s. veg. 1. p. 273*, a *Moretti. Giorn. di Fisic. dec. II. v. 5. p. 323* ad *K. setaceam*, et a *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 436* ad *Airam grandifloram* referatur.
2. *K.* COERULESCENS. *Guss. suppl. p. 39.*
K. panicula elongata subsecunda densiflora, ramis inferioribus longiusculis, spiculis oblongis 4-5-floris, valvis calycinis acutis, corollina exteriore exquisite 5-nervia apice erosa brevissime aristata, culmis basi tuberascentibus vaginarum emarcidarum fibris dense tunicatis.
K. tunicata, *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 34 — Guss. pr. 1. p. 121—Schult. s. veg. mant.* ad vol. *2. p. 346* — Festuca coerulescens. *Desf. atl. 1. p. 87*, ex ejus herbario. — F. bulbosa.

*Schult. l. c. p. 103* — F. tunicata *Cav.* in herb. *H. R. Matrit.* ( specimina lecta in monte *Gibel-Kiber* ) — Schoedonorus coerulescens. *R. S. s. v. p. 669*—F. bulbosa. *Biv. man. p. 7.*

Ic. *nulla.*

In pascuis calcareis, et aridis submontosis; *Palermo*, *Polizzi*, *Castellammare*, *Castelvetrano*, *Pizzuta*, *Fiouzza.*

Majo, Junio. ♃

*Culmi* caespitosi, 1-2-pedales, erecti: *folia* angustissima, glaucescentia, demum subinvoluta, radicalia numerosa 6-12-pollicaria caulina pauca valde breviora: *panicula* 2-3-pollicaris, basi aliquando interrupta: *spiculae* virentes, vel demum sordide viridi-coerulescentes ac teretiusculae; *valvae calycinae*, et *corollina exterior* glabrae, ad carinam superne scabrae; calycina valvula inferior enervia, superior 3-nervia; *valva corollina* exterior apice acuta aut obtusiuscula, integra vel brevissime 2-fida, ibique aristata; *interior* 2-dentata, ad nervos ciliata.

Specimina *herb. Desf.* nonnisi habitu graciliore, et spiculis laxioribus a siculis recedunt.

** *Spiculae opacae, glabrae vel hirsutae; valvula corollina exterior ex apice integro vel bifido aristata.*

3. *K.* PHLEOIDES. *Pers. l. c.*—*Presl l. c.*—*Guss. pr. 1. p. 122.*

K. panicula cylindracea saepe lobata, spiculis 2-8-floris villosis, valvula corollina exteriore florum superiorum submutica, inferiorum bidentata sub apice aristata, arista molli valvulam suam subaequante, foliis planis pilosis, culmo glabro.

Festuca phleoides. *Biv. cent. 1. p. 59* —*Host gram. austr. 3. p. 15*— F. eristata. *Lin. sp. pl. 111* —Bromus trivialis. *Savi fl. pis. 1. p. 124.*—Gramen felisurus cernua, laxe glumata, ( *sic* ) autumnalis. *Cup. H. Cath. p. 90?*

Ic. Festuca phleoides. *Desf. atl. 1. t. 23* —*Host l. c. t. 21*—*Savi l. c. t. 2. f. 2*—Lophochloa phleoides. *Reich. cent. II. f. 1581*—Gramen felisurus cernua ( *sic* ), cristatis glumis. *Cup. panph. 2. t. 37*—*Bon. t. 92.*

*b.* valvis calycinis et corollina valvula exteriore glabris, carina scabris.
*c.* valvis valvulisque omnibus undique glabris laevibusque.

In arvis cultis, et in campis arenosis maritimis, ad vias nihil communius, cum varietate *b*; quae forsan magis obvia in Sicilia = et var. *a.*, ac *b. Ustica, Isole Eolie, Maretimo, Pantellaria, Favignana;* var. *c. Ustica.*

Aprili, Junio. ☉

*Culmi* 3-pollicares vel 2-pedales, solitarii aut caespitosi: *folia* mollia, virentia. *panicula* densiflora, simplex, aut lobato-ramosa, 1/2-3-pollicaris, laete virens: *spiculae* oblongae, flosculo ultimo mutico: *valvae calycinae* acutae; inferior enervia, et brevior ac angustior; superior 3-nervia: *corollina* valvula exterior 5-nervia, margine albo-scariosa; interior bifida, ad nervos scabriuscula.

4. *K.* HISPIDA. *Dec. catal. H. Monsp. p. 119*—*R. S. s. veg. 2. p. 624* —*Guss. pr. 1. p. 123.*

K. panicula ovato-cylindracea abbreviata, spiculis 3-4-floris, valvula corollina exteriore setosa exquisite 5-nervia apice emarginata intervel sub emarginatura aristata, arista rigida valvulam suam aequante, foliis planis pilosis, culmo glabro.

Festuca hispida. *Savi l. c. p. 117*—Cynosurus phleoides. *Desf. atl. 1. p. 82.*

Ic. *Desf. l. c. t. 18*—*Savi l. c. t. 1. f. 5*—Gramen humile, spica alo-

pecuroide, asperum, latifolium, puberulum. *Cup. panph. 2. t. 8.*
In argillosis, et arenosis hyeme inundatis; *Misilmeri al piano della stoppa ( Parlatore ), da Trapani a Terranova, da Siracusa a Catania, Randazzo, Mezzojuso, Carini.*
Aprili, Junio. ⊙
*Culmi* pollicares aut pedales, solitarii vel plures, saepius erecti, raro adscendentes: *folia* praecedentis, sed breviora, et fere usque ad apicem culmi: *panicula* densiflora, nunquam lobata, 3-14 lin.longa, obtusa: *spiculae* ovales: *valvae calycinae* acuminatae, glabrae, dorso virentes, margine albo-scariosae, leves, inaequales, nervis ut in praecedente: *valvula* corollina exterior ad nervos virens, margine albo-scariosa, una cum interiore ( quae ad nervos ciliata, acute breviterque bidentata: *arista* recta, scabra, non semper sub apice valvularum, sed aliquando cum apice producta, ut in icone *Desf.*: *flosculus* ultimus saepe glaber.

5. *K. discolor. Guss. pr. 1. p. 123.*
K. panicula cylindraceo-oblonga, spiculis 1-2-floris, flosculis calyce sublongioribus, valvis calycinis piloso-hispidis acuminatis (superne dorso purpurascentibus), margine ad apicem scariosis, valvula corollina exteriore jam sub apice aristata, arista exserta, foliis vaginisque pubescentibus.
Ic. *nulla.*
In arenosis maritimis; *Noto, Capopassaro, Spaccaforno.*
Majo, Junio. ⊙
*Culmi* 5-8-poll., superne purpurascentes et tenue striati, longe a folii superioris vagina exserti: *folia* 1-2 lin. lata, ad summum 1 1/2 poll. longa, adscendendo latiora: *panicula* 1-1/2 pollicaria, obtusa: *valvae calycinae* plerumque ad carinam tantum piloso-hispidae: *valvula* corollina exterior ad carinam superne purpurascens et scabra, sub apice integro statim aristata: *flosculus* superior in spiculis bifloris in hac longius pedicellatus, quam in sequentibus.

6. *K. villosa. Pers. l. c.—Presl l.c.* excl. synon. *Ten.—Guss. pr.1. p.123.*
K. panicula cylindraceo-oblonga, spiculis 1-2-floris, flosculis calyce subbrevioribus, valvis calycinis piloso-hispidis acutis margine tenue scariosis, valvula corollina exteriore sub apice aristata, arista exserta, foliis vaginisque molliter pubescentibus.
Aira pubescens. *Vahl symb. 3. p. 9 ?*—Phalaris pubescens. *Lam. dict. enc. 1. p. 92 ?*
Ic. *nulla.*
In arenosis maritimis Siciliae ubique, et prope *Caltanissetta.*
Junio, Julio. ⊙
*Culmi* 1/2-1-pedales, superne obsolete striati, et a folii superioris vagina parum exserti, ut in sequente: *folia* 1-2 lin. lata, 1 1/2-3 poll. longa, adscendendo latiora: *panicula* 1-3-pollicaris: *valvae* calycinae angustiores, quam in praecedente, ad carinam virentes, molliter pubescentes: *valvula* corollina exterior minutis tuberculis scabra, ad carinam scabriuscula; arista remote ab apice inserta, ut in sequentibus, in flosculo superiore ( dum duo ) longior, ut in praecedente.

7. *K. intermedia. Guss. pr. 1. p. 124.*
K. panicula cylindraceo-elongata, spiculis 1-2-floris, flosculis calyce subbrevioribus, valvis calycinis acutis piloso-hispidis margine late scariosis ( nitidis ), valvula corollina exteriore mutica vel remote sub apice breviter aristata, arista inclusa, foliis vaginisque pubescentibus.
Ic. Phalaris n. 4. *Gerar. fl. gall. pr. p. 77. f.1*—Gramen typhinum,

maritimum, tomentosum, longius radicatum. *Barr. ic. 717?* ( quae ad praecedentem quoque spectare potest ).

In sabulosis maritimis, et in collibus arenosis a mare dissitis; *Caltanisetta*, *Pietrapersia*, *S. Michele*, *Aidone*, *Piazza*, *Butera*.

Junio, Julio. (•)

*Habitus* omnino praecedentis quoad *folia* et *paniculas*; tamen *culmi* longe exserti, ut in sequente, tenue striati: *vaginae* internodiis saepe breviores: *corollinae* valvulae aliquando tuberculato-scabriusculae.

Iconem *Gerard. l. c.* quoad descriptionem, et aristarum longitudinem, ad hanc spectare mihi visum est; uti illa *Reich.* ob aristam et villositatem valvarum calycis ad sequentem.

8. *K.* BARRELIERI. *Ten. syll p. 39—Guss. pr. 1. p. 124.*

K. panicula cylindraceo - oblonga, spiculis 1-2-floris, flosculis calyce subbrevioribus, valvis calycinis ( pallidis ) obtusis piloso-hispidis denseque pubescentibus, valvula corollina exteriore mutica vel remote sub apice breviter aristata, arista inclusa, foliis glabriusculis, vaginis pubescentibus.

Phalaris Barrelieri. *Ten. fl. nap. 3. p. 61 !*

Ic. Koeleria villosa. *Reich. cent. 11. f. 1667.*

In arenosis maritimis; *Termini*, *Cefalù*.

Majo, Junio. (•)

*Culmi* in hac saepius ramosi, superne obsolete striati, 1/2-1-pedales: *folia* apice attenuata, vix pollice longiora: *panicula* 1/2-2-pollicaris, saepius acuta.

Inter has quatuor posteriores species maxima intercedit affinitas; nam in omnibus; *culmi* erecti, aut adscendentes: *folia* intense virentia, aut glaucescentia, brevia, plana, demum convoluta, pagina superiore striata: *vaginae* ad oras pilosae, culmi genicula inferiora fere semper undique tegentes: *ligulae* brevissimae, truncatae, ciliato-lacerae: *panicula* densiflora, obtusiuscula: *valvae* calycinae plus minusque ad carinam setis longis nitidis instructae, ad faciem externam varie pubescentes: *valvulae* corollinae scariosae, glabrae, nitidae: *spiculae* ramorum inferiorum paniculae 1-florae, cum interjecto rudimento alterius floris; superiorum 2-florae. Tamen si vegetantes observantur, simulque comparantur, earum differentia facile ab habitu aliisque characteribus, difficillime describendis, a gnoscitur. In *K. discolore valvae* calycinae minus hispidae et minus nitentes, quam in *K. villosa*, sed utraeque conveniunt ob *aristas* exsertas. *K. Barrelieri* vero est *K. intermediae* magis proxima ob *aristas* inclusas, et valvularum ipsius corollae apicem non excedentes; sed in *K. Barrelieri*, *valvae calycinae* obtusae ac pallidae ob pubescentiam brevissimam pilis intermixtam; *corollinae* vero evidentius tuberculato-scabrae.

## AIRA

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 112—Juss. 31.*

*Panicula* coarctata, vel explicata et laxiflora. *Spiculae* nitidae, definite 2-florae, flosculis hermaphroditis. *Cal.* 2-valvis; valvae concavae, muticae, subaequales. *Cor.* inclusa, basi brevissime villosa vel glabrata, 2-valvis: valvula exterior latior, mutica, vel dorso aristata; arista geniculata. *Sem.* liberum. (*Herbae* annuae, aut perennes, glabrae: *culmi* erecti, adscendentesve: *spiculae* parvae, albido-nitentes, ac saepe variegatae: *stigmata* plumosa, ab basim floris egredientia. )

* *Spiculis muticis.*

1. *A. globosa. Thore journ. bot. 1. p. 197—Spr. s. veg. 1. p. 276 — Guss. supp. p. 160.*
A. panicula stricta oblonga coarctata brevi, calycinis valvis concavo-turgidis (nitidis) carina scabris, valvula corollina externa piloso-ciliata, foliis inferioribus involuto-setaceis, superioris plani ac latioris vagina subventricosa, culmo gracili simplici erecto.
Airopsis globosa. *Dec. fl. fr. 5. p. 262.*
Ic. *Thore l. c. t. 7. f. 3*, et 4—Milium tenellum. *Cav. ic. rar. 3. t. 274. f. 1*—Airopsis globosa. *Paliss. t. 14. f. 8.*
In arenosis hyeme inundatis; *Macchie di Alcamo ( Splitgerber et Tineo. )*
Aprili, Majo. ⊙
*Culmi* fere filiformes, ad nodos rubentes, 2-3-pollicares, uti folia glabri ac leves: *folia* vix poll. longa, scabriuscula: *panicula* 6-10-linearis, plus minus densa; *ramis* glabris, levibus, brevissimis: *spiculae* exiguae, globosae: *valvae calycinae* semper approximatae, non patentes, subaequales, dorso virentes, margine superne albo-acariosae, obtusae: *valvula corollina* exterior calyce duplo brevior, obtusa ac dentata, undique pilosa, et ad margines ciliata.

2. *A. agrostidea. Loisl. not. p. 16—Spr. s. veg. 1. p. 276—Guss. pr. 1. p. 61—Parlat. fl. pan. 1. p. 102.*
A. paniculae rariflorae ramis capillaribus subtrichotomis demum patentibus, calyce flosculis longiore, valvis sub anthesi divaricatis levibus vel scabriusculis, corolla glabra, seminibus ovato-triquetris, foliis planis, vaginis levibus, culmo basi geniculato radicante.
Poa agrostidea. *Dec. ic. rar. fasc. 1. p. 1*—Airopsis agrostidea. *Id. fl. fr. supp. p. 262*—Poa airoides. *S. Hil.*, non *Koeler*—A. minuta *Lois. fl. gall. ed. 1. p. 45*, excl. syn. — A. capillaris *b. Lagasca nov. gen.* et *sp. p. 3*—Gramen palustre, tenue, Caryophylli arvensis glabri minimi facie. *Cup. H. Cath. supp alt. p. 35*, ex quo huc quoque spectat observante *Parlat. l. c.* — Caryophyllus arvensis, glaber minimus. *Cup. H. Cath. p. 41*, quod ad *A. caryophylleam* male retuli.
Ic. *Dec. l. c. t. 1*—Gramen palustre, Caryophylli arvensis glabri minimi panicula. *Cup. panph. 1. t. 237.*
In montosis pratis humidis, vel hyeme inundatis; *Piana de' Greci al Gurgo de' Ddingoli, Buccheri a Monte d' oro, Cotrano al Gurgo lo drago, e Gurgo lungo, Floresta: Gurghi di Caronia ( Gasparrini ).*
Aprili, Junio. ⊙
*Culmi* graciles, palmares, vel pedales, saepe ramosi: *folia* 1/2 lin. lata, glabra, levia, superne striata; supremum latius ac brevius, saepe sub anthesi paniculam vagina sua includens: *ligula* 1-2 lin. longa, scariosa, ut plurimum integra: *panicula* 1-2-pollicaris: *spiculae* ovales, minutae, numerosae, viridi-purpurascentes, glabrae; *valvae* calycinae obtusiusculae, margine vix scariosae: *valvula* corollina exterior glabra, albo-membranacea, 3-nervia, obtusa, calyce duplo brevior: *semina* minutissima, testacea.

3. *A. tenorii. Guss. pr. 1. p. 62.*
A. paniculae rariflorae ramosissimae ramis trichotomis capillaribus demum patentissimis divaricatisque, calyce flosculos subaequante, valvis sub anthesi semipatentibus levibus, corolla glabra, seminibus oblongis altero latere sulcatis ( subcymbiformibus ), foliis

inferioribus involuto-setaceis, superioribus planiusculis, vaginis scaberrimis, culmo erecto, basi non radicante.

Airopsis pulchella. *Ten. fl. nap. 3. p. 56* — A. capillaris. *Lag. nov. gen. et sp. p. 3*, non *Host*, ad hanc spectare videtur.

Ic. *Ten. l. c. t. 102*—G. avenaceum, paucula sparsa, exilissimum, pene invisibile. *Cup. H. Cath. p. 94; panph. 1 t 157*, et *2. t. 178*—Gramen paniculatum, arvense, minimum. *Buxb. cent. 5. p. 35. t. 67. f. 1?*

In aridissimis collibus calcareis; *Alcamo, Castellammare, Trapani* = et in collibus vulcanicis, *Alicuri, Lipari fra le lave vetrose del capo Castagna, Pantellaria, Linosa.*

Aprili, Majo. ⊙

*Habitus* praecedentis; at loco natali, et indicatis characteribus abunde diversa: *culmi* semper simplices, graciles 4-8-pollicares, saepe rubentes: *folia* fere capillaria, striata, scabra, 1-2-pollicaria, supremum vix reliqnia latius, paniculam saepe vaginans: *ligula* ut in praecedente: *paniculae* rami numerosiores, magis divaricati quam in illa, et demum uti spiculae purpurascentes: *spiculae* ovales, minutissimae, glabrae; *valvae calycinae* obtusae, non divaricatae; *valvula* corollina exterior enervia, obtusiuscula, albo-membranacea: *semina* potius *Airae* quam *Airopsidis* recentiorum; hinc cum alia *Aira pulchella*, (species longe ab hac diversa) in *syst. veget. R. S.* et *Spr.* sit jam recensita, nomen Cl. *Tenorii*, qui primus illam descripsit, mutare coactus fui.

** *Spiculis aristatis.*

4. *A.* CAPILLARIS. *Host gram. austr. 4. p. 20.*

A. paniculae ramis trichotomis capillaribus patentissimis, spiculis distantibus, calycinis valvis obtusis integris carina leviusculis, flosculis basi glabris calyce brevioribus, altero mutico, altero aristato, arista geniculata calycem excedente, foliis setaceis vagina scabris.

A. intermedia. *Guss. suppl. p. 16* — *Parlat. fl. pan. 1. p. 105.*

Ic. *Host l. c. t. 33*—*Reich. cent. II. f. 1677*—*Parlat. l. c. t. 4.*

In collibus aridis; *Palermo al Parco*: *Gibilrossa* (*Todaro*) = et in *Felicuri*, *Alicuri*, *Pantellaria.*

Aprili, Majo. ⊙

Species inter sequentem et *A. Tenorii* media. *Panicula* ramis trichotomis capillaribus patentissimis et *habitu* cum hac convenit, sed *flosculis* aristatis differt; quo charactere sequenti affinis: tamen in hac *folia* graciliora, breviora; *vaginae* magis scabrae; *pedunculi* graciliores et patentiores: *valvae* calycinae leves, vel vix ad carinam hinc inde scabriusculae, apice integrae non eroso-denticulatae, praeterea obtusae, non acumine ut in illa instructae: *valvula corollina* exterior in flosculo superiore levis non scabra, bifida ut in illa; dentibus quidem acutis, sed non fere aristatis—Bene perpensas icones citatas, et descriptionem Cl. *Koch* in *syn. fl. germ. p. 798* hanc esse veram plantam Hostianam comperii, quae spiculis distantibus! a sequente egregie differt, quae vere meridionalis videtur.

5. *A.* CUPANIANA. *Guss.*

A. paniculae ramis trichotomis capillaribus patentibus, demum erecto-patulis, spiculis approximatis, calycinis valvis apice denticulato-laceris obtusis cum acumine carina scabris, flosculis basi glabriusculis calyce brevioribus, altero mutico, altero aristato, arista geniculata calycem duplo excedente, foliis setaceis vagina scabris.

A. capillaris. *Guss. pr. 1. p. 64*, et *Parlat. fl. pan. 1. p. 104*, non *Host*—A. Gussonii. *Todaro* in litter.—Gramen tenue, avenaceum, versicolori panicula. *Cup. H Cath. p. 244.*

Ic. Gramen tenue, avenacea, versicolori panicula. *Bon. t. 145.*

In collibus, campis aridis, et in arenosis maritimis Siciliae = et in *Ustica*, *Isola Eolie, Maretimo, Pantellaria*, *Favignana, Levanzò*, *Lampedusa*, *Linosa.*

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* erecti. aut adscendentes, vel genu inflexi, graciles; 4-10-pollicares: *folia* radicalia setacea, caulina parum latiora, ut in sequente canaliculata, laevia, laete virentia, pollicem et ultra longa: *paniculaa* rami demum subcontracti: *spiculae* sequentis minores, ovali-oblongae et ob pedunculos terminales breves plus minus approximatae: *calycis valvaa* margine scariosae, ad carinam viridi-rubentes ac scabrae: *valvula corollina* exterior scabriuscula, albida, brevissime bifida, non ut in sequente bicuspidata: *flosculi* sessiles, et *semina* oblonga, glabra, rufescentia, altero latere canaliculata, ut in *A. capillari.*

6. *A.* CARYOPHYLLEA. *Lin. sp. pl. 97— Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 28—Guss. pr. 1. p. 64*, excl. syn. *Cup.*

A. paniculae ramis subtrichotomis capillaribus erecto-patulis, spiculis approximatis, calycinis valvis acutis carina superne scabridis, flosculis basi pilosis calyce brevioribus (saepius) utrisque aristatis, arista geniculata duplo calycem excedente, foliis lineari-setaceis, vaginis leviusculis.

A. saburralis. *Jan. elench. p. 2*—A. lentigera. *Lag.* in *R. S. s. veg. 2. p. 682* quoad diagnosim ad hanc spectare videtur.

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 44—Lam. ill. gen. t. 44*—Gramen paniculatum, locustis purpureo-argenteis, annuum—*Moris. hist. 3. s. 8. t. 5. f. 11.*

In herbosis montosis: *Ficuzza* (*Parlatore*); *Busambra* (*Todaro*), *Madonie*, *Alia*, *Mistretta*, *Bosco di Montalbano*, a *di Cannata, Etna ec.* = et in *Alicuri alla vetta dell'Ilice, Saline sul monte della Falce*, *Stromboli*, *e Lipari nella altura.*

Aprili, Majo. ⊙

*Folia* praecedentis latiora: *spiculaa* duplo fere majores, flosculis omnibus aristatis, quandoque vero altero tantum: *valva* corollina exterior apice bicuspidata: *panicula* minus ramosa: *culmi* dimidio breviores, 3-5-pollices alti; *vaginae* leves; dum in *A. Cupaniana*, quae undique magis obvia, *culmi* semipedales, pedales et ultra: *vaginaa* scabrae.

7. *A.* ARTICULATA. *Desf. atl. 1. p. 70—Guss. pr. 1. p. 65.*

A. panicula patente post anthesim subcontracta, ramis capillaribus trichotomis, flosculis calyce minoribus, arista apice clavata medio nodosa ac barbata calycem aequante, foliis radicalibus setaceis, caulinis planis (1/2 lin. latis) demum convoluto-filiformibus, radice fibrosa annua.

A. canescens. *Biv. cant. 2. p. 1.* excl. syn. praeter illud *Savii —Sebast.* et *Maur. fl. rom. pr. p. 37*, excl. syn. — A. hybrida. *Gaud. agrost. helv. 1. p. 124*, in obs.—Corynephorus articulatus. *Presl l. c. p. 27.*

Ic. *Desf. l. c. t. 15.*

*b, gracilis*; spiculis duplo fere minoribus. *Desf. l.* c.

In sabulosis maritimis, ac in collibus arenosis a mare dissitis, ut prope *Caltanissetta*, *Priolo*, *Cannata* = et in *Panaria, Favignana*, nec non in collibus arenosis vulcanicis aridissimis: *Alicuri nella Sciara di Liane*, *Saline.* Varietas *b. Cinisi*, *Favarotta.*

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* erecti, 6-18-pollicares, graciles: *folia* glaucescentia, retrorsum scabriuscula, brevia: *vaginae* striatae, suprema spathaeformi: *ligula* elongata, integra vel denticulata: *panicula* ovali-oblonga, ramis piloso scabris; spiculis inter se approximatis, in *b.* minoribus: *valvae calycinae* flosculis longiores, ad apicem albo-scariosae; caeterum in *a.* saepius pallide virentes; in *b.* acutiores, et ex viridi-purpureo variae, in utrisque enerviae. glabrae: *valvula corollina* exterior acuta, integra, basi villis albis stipata: *arista* a medio ad apicem albida, a medio ad basim demum fusca.

Cum *A. canescenti*, cui summopere affinis, immerito a Cl. *Spr.* in *s. veg. 1. p. 279* conjuncta. Confer quae dixi in *pl. var p. 21. Paniculae* rami, qui in hac specie longo tractu inferne nudi sunt, in *A. canescenti* fere undiqua spiculis tecti, ideoque panicula in hac densiflora, uti recte notat Cl. *Bertol. fl. ital. 1. p. 453.*

8. *A. flexuosa. Lin. sp. pl. 96—Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 28—Guss. pr. 1. p. 63.*

A. paniculae pauciflorae pedunculis subtrichotomis flexuosis demum patentibus, flosculis valvas calycinas valde inaequales subaequantibus, valvula corollina externa apice truncata denticulata basi aristata, arista articulata calycem excedente, foliis tereti-filiformibus rigidis striatis recurvis culmoque subnudo glabris.

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 43—Reich. cent. II. f. 1678*, et *1679—Leers herb. t. 5. f. 1.*

*b.* paniculae contractae pedunculis rectis, calycibus albido-et purpureo variegatis, culmo magis folioso, foliis radicalibus rectis (raro recurvis).

A. montana. *Ucria H. Pan. p. 57*, non *Lin.*—A. collina. *Dumort. agr. belg. tent. p. 121.*

Ic. A. montana. *Leers herbor. t. 5 f. 2.*

In asperis montosis meridiem spectantibus; *Madonie. Etna*: var. *b.* in herbidis montosis, *Monte di Mistretta, Bronte*: *Monte di Cammarata (Gasparrini).*

Majo, Julio. ♃

*Culmi* adscendentes, vel basi infracti, 1-1 1/2-pedales, plus minus caespitosi: *folia* glaucescentia, levia, 1-2-pollicaria: culmea paucissima, breviora: *panicula* pauciflora, 1-3-pollicaris, ovata; ramis aliquando fusco-purpureis, pollicem ad summum longis: *spiculae* glabrae, oblongae, virentes, aut ex viridi-et purpureo variae, nitidae, in apice pedunculorum approximatae: *valvulae* corollinae enerviae.

In *b. culmi* elatiores: *folia* virentia, 2-4-pollicaria: *panicula* oblonga, ramis longioribus rectis: *aristae* calycem magis excedentes: *valvae calycinae* pulchrius coloratae, purpureo-argenteo nitentes; ideoque forsan non immerito Cl. *Dum. l. c.*, uti speciem propriam habet.

9. *A. caespitosa. Lin. sp. pl. 96—Ucria H. Pan. p. 57*, excluso synonymo triviali—*Guss. pr. 1. p. 63.*

A. panicula ampla elongata in anthesi patula demum contracta, flosculis calycem subaequantibus, altero pedicellato, pedicello piloso, valvula corollina externa truncata denticulata basi aristata, arista recta brevi calycem vix superante, foliis planis strictis superne scabris, culmo caespitoso.

Deschampsia caespitosa. *Paliss.*, et *R. S. s. veg. 2. p. 685* — Gramen angustifolium, jubatum, paleaceis glumis calyculorum instar nitido-pallidis. *Cap. H. Cath. supp. alt. p. 53.*

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 42—Reich. cent. II. f. 1685*—Gramen agrorum, latiore arundinacea comosa panicula. *Moris. hist. 3. s.*

*8. 4. 5. f. 17* — Gramen segetum, panicula arundinacea. *Scheuch. agr. t. 2. f. 2-3.*

In pascuis montosis humidis, vel uliginosis; *Madonie ai pomieri, Bosco di Mistretta, di Caronia, e di Capizzi.*

Junio, Julio. ♃

*Culmi* 2-3-pedales, firmi, leves: *folia* tenacia, caespitosa, 1-4 lin-lata, laete virentia, demum convoluta: *panicula* 1/2-1-pedales; ramis alterne fasciculatis, ante et post anthesim erectis; *spiculae* concolores, nitentes, virescentea, vel viridi- et purpureo variegatae: *flosculi* fere semper calycem excedentes, aliquando tres: *valvae calycinae* subinaequales, ad carinam leves, aut scabriusculae, enerviae, acutae vel obtusiusculae: *corollina valvula exterior* subquadrinervia, glaberrima, nitida, dorso ariatata; *arista* vix flosculum superante.

---

† 10. *A. AETNENSIS.*

A. panicula diffusa patente, glumis inaequalibus, interiore acuminata longitudine aristae, foliis canaliculatis angustis.

Corynephorus aetnensis. *Presl fl. sic. 1. p. XLIV.*

In Sicilia (*Presl*).

## AVENA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 122—Juss. 32.*

*Panicula* plus minus explicata, laxiflora, vel fere apiciformis et densiflora. *Spiculae* 3-multiflorae, flosculis hermaphroditis. *Cal.* 2-valvis: valvae canaliculatae, muticae, subaequales, flore proximo sublongiores. *Cor.* 2-valvis: supra basim aristata; valvula interior 2-dentata; exterior major, apice 2-dentata, bifida, aut 2-aristata; arista dorsali (in nonnullis flosculis deficiente) geniculata, infra geniculum (saepius) contorta, ac demum refracta. *Sem.* corolla tectum, vel liberum. (*Herbae* annuae aut perennes, glabrae vel pubescentes: *panicula* sub anthesi patena, demum in pluribus contracta: *spiculae* majusculae, nitidae, erectae, pendulaeque; vel in aliis minutae, erectae, virentea: *stigmata* plumosa, ad basim floris egredientia.)

* *Spicularum axis glaber, aristae rectae, aut obsolete contortae; radices annuae.*

1. *A. MICHELII.*

A. panicula spiciformi contracta aequali, spiculis sub 3-floris, flosculis omnibus conformibus valva calycina majore (sine aristis) aequalibus, corollae valvula exteriore bifida, laciniis acuminatis, sub apice aristata, arista setiformi recta, vaginis foliisque pubescentibus, culmo erecto.

Bromus Michelii. *Savi Bot. etrusc. 1. p. 78*, et *Cos. bot. p. 40* — Festuca Michelii. *Bertol. fl. ital. 1. p. 629* — Koeleria macilenta. *Dec. fl. fr. supp. p. 270*—Avena puberula. *Guss. pl. rar. p. 55*, et *pr. 1. p. 123—Link H. Berol. 2. p. 369*— A. macilenta. *Guss. pr. supp. p. 29*—Trisetum puberulum. *Ten. syll. p. 50.*

Ic. *Guss. l. c. t. 10 f. 2—Savi l. c. t. 5. f. 1*, et *f. 9 a b.*

In collibus aridis, et ad torrentium alveos; *Dorillo, Comiso, Terranova, Spaccaforno, Vicari* in Sicilia = et in collibus elatioribus, ac inter fruticeta in apricis; *Alicuri, Felicuri, Saline, Maretimo, Pantellaria.*

Aprili, Majo. ☉

*Culmi* 2-pollicares vel pedales, erecti, graciles, solitarii vel plures: *folia* pubescentia, angusta, brevia, 1-2 poll. longa, *vaginis* molliter villosis: *panicula* densiflora, lanceolata 1-2 poll.: *spiculae* ex oblongo-lineares, parvae, viridi-alboque variae, aliquando omnino virentes, vel demum viridi-purpurascentes, et compressae: *flosculi* remotiusculi: *valva* calycina altera angustissima, ac acutissima et triplo brevior: *valvula corollina* exterior obsolete 5-nervia, ad carinam scabra; ad margines albido-scariosa; interior brevior, acute bifida: *arista* tenuis, scabra, valvula sua parum brevior, non contorta, nec refracta.

Si haec species ad *Festucas*, ad *Bromos* vel ad *Koelerias* refertur, pariter et sequens ad genera ista erit associanda, nam characteres in utrisque similes sunt.

2. *A.* NEGLECTA. *Savi fl. pis. 1. p. 132—Guss. pr. 1. p. 127.*

A. panicula composita densa conferta cylindraceo-oblonga lobata, apiculis glabris 4-6-floris, valvula corollina exteriore bicuspidata supra medium dorsi aristata, arista subcontorta, foliis planis pilosis mollibus.

A. panicea. *Lam. ill. n. 117—Desf. atl. 1. p. 102—* Trisetum neglectum. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 29.*

Ic. *Savi l. c. t. 1. f. 4—Reich. cent. 11. f. 1687.*

In arenosis herbosis maritimis; *da Torrenova a Melazzo*, *Trapani a S. Vito.*

Aprili, Majo. ☉

*Habitus Koeleriae phleoidis*: *culmi* caespitosi, erecti aut adscendentes, palmares vel ad summum pedales: *folia* 2-3 lin. lata: *ligula* brevissima, truncata, denticulata: *panicula* ex viridi nitens, 1/2-4-pollicaris; ramis brevibus, hispidulis: *spiculae* parvae: *valvae* calycinae flosculos subaequantes, ad carinam ciliato-scabrae ac virentes, caeterum uti valvula *corollina exterior* albo-scariosae: *corollina valvula interior* apice bifida.

3. *A.* CONDENSATA. *Link en. alt. H. Ber 1. p. 82 —Guss. pr. 1. p. 127.*

A. panicula pyramidata sub anthesi patentissima demum contracta densa, spiculis glabris 2-3-floris, valvula corollina exteriore bicuspidata a medio aristata, arista rectiuscula demum subcontorta, foliis planis vaginisque subpilolis glabrisve.

A. sicula. *Spr. s. veg. 1. p. 335* — Trisetum Loeflingianum. *Presl l. c. p. 30*, non *Pers.*—*T. aureum. Ten. fl. nap. 5. p. 100*—A. pumila, *D'Urvil. en. pl. ins. Arch. p. 11*, ex ejus herb. in *Mus. H. Paris*, et ex plantis a me in *Melita* collectis, non vero *Desf.* num *A. pumila Desf.* est *Koeleriae phleoidi a.*, valde proxima, uti Cl. *Poir.* suspicatur, sed etiam ab hac satis distincta.

Ic. *Ten. l. c. t. 107*—Gramen panicula compacta, fulvo-lucidula. *Cup. panph. 2. t. 74*— G. arundinia panicula compacta, fulvo-lucidula. *Bon. t. 6.*

In collibus, et in campis sterilibus, ad vias, in plateis nihil communius in Sicilia = et in calcareis vel vulcanicis aridis, ad vias, et in campis; *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*, *Lampedusa.*

Aprili, Junio. ☉

A praecedente, quam omnino refert, *valvis* calycinis latioribus, ad carinam levibus vel tenuissime scabridis; *aristis* longioribus demum magis contortis; *flosculorum* numero, et denique *panicula* breviori vix 1-1/2 poll. longa, minus lobata, et colore ex aureo-spadiceo, non albido nitenti primo intuitu differt. Pro synonymis hujus speciei et praecedentis confer quae dixi in *pl. rar. p. 54*, et *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 712.*

4. *A. parviflora.* *Desf. atl. 1. p. 103—Guss. pr. 1. p. 126.*

A. panicula elongata ramosissima laxa effusa post anthesim contracta, spiculis (minutis) 2-3 floris glabris basi axique communi nudis, valvis calycinis valde inaequalibus, corollina valvula exteriore prope apicem breviter bifidum aristata, arista setiformi rectiuscula, foliis planis vaginisque pilosis.

Trisetum parviflorum. *Presl l. c. p. 29*— Festuca segetum. *Savi fl. pis. 1. p. 116*—Gramen satorum, paniculis multis parvis brevibus atrovidibus, interdum nigrescentibus. *Cup. H. Cath. p. 92.*

Ic. *Desf. l. c. t. 32—Savi l. c. t. 1. f. 3.*

Inter segetes, et in campis apricis ubique in Sicilia.

Aprili, Majo. ⊙

*Culmus* palmaris aut bipedalis; *paniculae* 2-10-pollicaris rami capillares elongati, plus minus divisi; *valvae calycinae* acutae, ad carinam scabridae, ad margines albo-scariosae; inferior angustior et dimidio brevior, 1-nervia, superior latior 3-nervia.

** *Spicularum axis barbatus; aristae contortae.*

*a. spiculae erectae, radices perennes.*

5. *A. flavescens.* *Lin. sp. pl. 48.*

A. panicula composita elongata aequali oblongo-lanceolata, spiculis subbifloris, flosculis calycem aequantibus, valva calycina inferiore angustiore dimidio breviore, corollina valvula exteriore apice bisetosa supra medium dorsi aristata, axe flosculisque brevissime pilosis, foliis glabratis, ligula truncata, radice repente.

A. splendens. *Guss. pr. 1. p. 126*, excl. syn. *Cup. H. Cath.*—Trisetum splendens. *Presl l. c. p. 30.*

Ic. *Reich. cent. II. f. 1694— Host gram. austr. 2. p. 26. t. 38 — Leers herbor. t. 10. f. 5*—Gramen spica divulsa sericea, avenaceis glumis aureis. *Cup. panph. 1. p. 193*—G. avenaceum, spica sparsa flavescente, locustis parvis. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 7. f. 42?*

In sterilibus, ac herbosis montosis; *Palermo a S. Martino, Mistretta, Polizzi, Madonie, Altavilla, Termini, Busambra, Giojosa, Maniaci.*

Majo, Junio. ♃

*Culmi* erecti, 1-2 pedales, foliosi, basi aliquando tuberascentes ac caespitosi; *folia* vix puberula, lin. lata, 3-6-pollicaria, demum involuta: *panicula* oblongo-lanceolata, 2-4-pollicaris; ramis hispidulis, sub anthesi semi-patentibus, ante et postea adpressis: *spiculae* compressae, approximatae vel laxiusculae, glabrae, flosculos subaequantes: *valvae calycinae* flosculis saepe longiores, ad carinam scabriusculae, acuminatae, superior 3-nervis: *valvula corollina* exterior ad margines albo-scariosa, caeterum straminea, ideoque panicula ex albo-stramineoque varia; interior albo-scariosa, acute 2-dentata.

Ab *A. flavescente* non differt, nisi *foliis* angustioribus, glabrioribus, longioribus; *spiculis* saepius 2-floris, raro rudimento tertii flosculi auctis, vel perfecte 3-floris, latioribus, et nitentioribus ob marginem latiorem scariosum valvulae corollinae exterioris. Confer quoque observationem Cl. *Link* in *H. Berol. 2. p. 256.*

6. *A. fallax.* *R. S. s. veg. 2. p. 672—Guss. pr. 1. p. 129.*

A. panicula aequali composita demum contracta lanceolato-oblonga, ramis arrectis, spiculis subtrifloris oblongo-linearibus, flosculis ca-

lycem glaberrimum aequantibus, foliis rigidis angustis elongatis, ligula brevissima truncata, radice fibrosa.

Ic. *Guss. pl. rar. t. 9.*

*b.* spiculis concoloribus pallidis.

A. convoluta. *Presl l. c. p. 31!* — A. sempervirens. *b. Morett. dec. 7. p. 1.*

In collibus aridis calcareis, et in montosis; *Palermo*, *Sagana*, *Carini*, *Polizzi*, *Busambra*, *Pizzuta*. Varietas *b.* in montosis; *Caltavuturo*, *Cammarata*.

Aprili, Junio. ♃

*Radix* dense caespitosa, foliorum fasciculos steriles et *culmos* erectos 1-3-pedales, ut in sequente emittentes: *folia* juncea, vix 1/2 lin. lata, demum involuta: *panicula* laxiuscula, 2-5 pollicaris; ramis gracilibus, hirsutiusculis, sub anthesi erecto-patulis: *spiculae* glabrae, in *a.* pallide ex albo-purpurascentes: *valvae calycinae* acutae, superior 3-nervia; inferior brevior, 1-nervia: *valvula corollina* exterior scabriuscula, 7-nervia, apice acuta, et breviter 2-fida: interior 2-fida, ad nervos ciliata

Confer quae dixi in *pl. rar. p. 50*, et *Link H. Berol. 2. p. 257.*

7. *A.* PRATENSIS. *Willd. sp. pl. 1. p. 451—Presl l. c. p. 31 — Guss. pr. 1. p. 129.*

A. panicula subsimplici lineari-lanceolata spiciformi erecta, ramis brevibus adpressis, spiculis sub-5-floris, flosculis calycem excedentibus, valvula corollina exteriore apice 2-fida vel subintegra. foliis scabris planis, fasciculorum angustissimis complicatis, radice fibrosa.

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 31 — Reich. cent. II. f. 1697—* Gramen avenaceum, angustifolium, alpinum, spicata panicula ex purpureo-viridi et argenteo-variegata. *Scheuch. agr. t. 4. f. 21, 22.*

*b.* foliis latioribus, culmis caespitosis, spiculis 5-9-floris, panicula subcomposita. *Presl l. c.*

A. caryophyllea. *Sibth. fl. gr. 1. p. 74.*

Ic. *Sibth. l. c. t. 89.*

*c. pumila*; foliis brevibus, 1-2 pollices longis planis uniformibus rectis recurvisque, culmis gracilibus palmaribus vel semipedalibus, spiculis versicoloribus.

In pascuis sterilibus collium; *Val di Mazzara.* Varietas *b.* in montosis; *Palermo*, *Busambra*, *Monte di Cammarata*, *Caltavuturo*, *Madonie*; var *c.* in pascuis montosis; *Monte Scuderi*, *Cannata.*

Majo, Julio. ♃

*Habitus* praecedentis quoad folia juncea, et culmos caespitosos: *panicula* 2-5-pollicaris, laxiuscula: *spiculae* oblongo-lineares, pallide albido-virentes, glabrae: *flosculi* approximati: *valvae calycinae* inaequales, acutae; ad nervos scabrae, ad margines scariosae; nervis ut in praecedente: *valvula corollina* exterior scariosa, ut plurimum 2-fida; sed aliquando etiam acuta, integra, vel margine apicem versus denticulata; interior obtusa, vel brevissime 2-dentata, ad nervos tenue ciliata. Varietas *b.* ex observatione Cl. *Smithii prodr. fl. gr. vol. 2. app. p. 3* a specie non differt, nisi *foliis* latioribus, *flosculis* numerosioribus.

In *a. paniculae rami* saepius binati, altero elongato; *spiculae* axi adpressae, ideoque panicula spicata; *calyces* sub 5-flori; quibus characteribus cum *A. bromoidi b. R. S. s. veg. 2. p. 574* convenit, et ad hanc spectat — A. bromoides. *Jan. elench. p. 2.*

Varietas *c.* quoad habitum *A. versicolorem* omnino refert; sed in hac varietate valvula corollina interna acute bifida, in *A. versi-*

*colore* obtusiuscula ac emarginata. Confer *Bertol. fl. ital. 1. p. 704 et 706*. Caeterum species istae inter se valde affines, et nonnisi summa sedulitate ex sicco distingui possunt.

*b. spiculae demum pendulae: radices annuae.*

8. *A.* HIRSUTA. *Roth. Catal. bot. 3. p. 19—Link H. Berol. 1. p. 111. et 2. p. 256.*

A. panicula secunda effusa, ramis subdivisis, spiculis bifloris, flosculis omnibus aristatis a basi ad medium hirsutis calyce aequalibus, valvula corollina exteriore apice bifida, laciniis setiformibus elongatis.

A. gracilior, elatior, ramosa, folliculis prae maturitate vacuis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 12*—A. atherantas. *Presl l. c. p. 30*—*Guss. pr. 1. p. 128.*

Ic. *nulla.*

In arvis, et inter segetes, in muris, in tectis ubique in Sicilia = et in *Ustica, Isole Eolie, Maretimo, Levanzo, Pantellaria.*

Aprili, Majo. ⊙

*Valvula* corollina exterior etiam ultra medium hirsuta; *aristae* a basi ad medium fuscae, dorsales valvis calycinis duplo longiores; *paniculae* rami simplices, vel apice divisi. *Habitus* potius similis *A. fatuae* quam *A. brevis*, cum qua s Cl *Spr.* in *s. veg. 1. pag. 333* immerito associatur. An *A. fatua* var. *a. R. S. s. veg. 1. p. 38* (ex observatione auctorum) ad hanc speciem spectat?

9. *A.* FATUA. *Lin. sp. pl. 118*, excl. syn. *Scheuchzerii—Ucria H. Pan. p. 26—Presl l. c. p. 30—Guss. pr. 1. p. 128.*

A. panicula aequali diffusa, ramis simplicibus, spiculis 2-3-floris, flosculis omnibus aristatis basi hirsutis calyce minoribus, valvula corollina exteriore apice bifida, laciniis brevibus lanceolatis.

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 58—Schreb. gram. 1. t. 15—Reich. cent. 11. f. 1712*—Avena elatior, ramosa, folliculis prae maturitate vacuis. *Cup. panph. 1. t. 196—Raf. t. 19.*

In arvis, et inter segetes magis rara in Sicilia = et in *Saline, Lampedusa, Maretimo, Favignana, Pantellaria.*

Aprili, Majo. ⊙

10. *A.* STERILIS. *Lin. sp. pl. 118—Ucria H. Pan. p. 62—Guss. pr. 1. p. 129.*

A. panicula pyramidata secunda, spiculis subquinquefloris, flosculis duobus inferioribus hirsutis aristatisque, superioribus glabris muticisque.

Festuca longissimis glumis vacuis, spadicei coloris. *Cup. H. Cath. p. 72.*

Ic. *Host gram. austr. 2. t. 57—Jacq. ic. rar. t. 23—Reich. cent. 11. f. 1711*— Aegylops mauritanica, aristis longioribus binis. *Petiv. gaz. t. 38. f. 7.*

Inter segetes ubique in Sicilia.

Aprili, Majo. ⊙

Haec et duae praecedentes inter se valde affines, ac *habitu* similes ob paniculae rariflorae ramos laxos elongatos, *spiculas* majusculas dependentes, *valvas* calycinas glabras multinervias. *A. hirsuta* reliquis duabus gracilior et humilior; valvis calycinis longe acuminatis. *A. fatua* culmo elatiore, panicula ampliore, spiculis majoribus, aliisque notis indicatis ab *A. hirsuta* dignoscitur, cum qua associata a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 695.* Denique *A. sterilis* duarum praecedentium robustior, et foliis latioribus, ac spiculis duplo crassioribus facile dignoscitur.

*A. sativa*, *Ucria l. c.* et varietas decorticata (*Avena nuda* ejusdem, non *Lin.*) in Sicilia non indigenae, sed cultae.
*A. pensylvanica*, *Presl l. c. p. 30*, ex Flora sicula delenda est, sicut ipse auctor me in litteris monuit.

## ARRHENATHERUM.

*Paliss. Agrost. p. 55 — R. S. s. veg. 2. p. 27. n. 275.*

*Panicula* aequalis, contracta, laxiflora. *Spiculae* teretiusculae, nitentes, 2-3-florae; flosculo 1-2 sessili masculo, altero hermaphrodito pedicellato. *Cal.* 2-valvis: valvae inaequales, muticae, superior flosculis sublongior. *Cor.* 2-valvis: valvula exterior in flore masculo arista longa articulato-deflexa prope basim instructa; in hermaphrodito mutica, vel aristata; arista recta, sub apice inserta. *Sem.* liberum, intra corollam persistentem. (*Herbae* perennes, glabrae: *culmi* erecti, plus minus elati: *habitus* ut in *Avenis* sect. 2: *stigmata* plumosa, ad basim floris egredientia.)

1. *A.* BULBOSUM. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic p. 29.*
A. panicula lanceolato-oblonga, spiculis bifloris, valvula corollina majore glabrata levi, radice bulbosa.
Avena bulbosa. *Pers. syn. 1. p. 110—Guss. pr. 1. p. 130*, exclus. var. *b.*—Holchus bulbosus. *Schrad. fl. germ. 1. p. 248.*
Ic. *Dumort. agr. belg. p. 124. t. 8. f. 52* — A. avenaceum *b.* nodosum. *Reich. cent. 11. f. 1717*—Gramen avenaceum, gemmea radice, sive nodosum, minus. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 7. f. 38*—G. nodosum, avenacea panicula, radice tuberibus praedita *Scheuz. agr. t. 4. f. 7.*
*b.* spiculis 3-floris, floribus masculis binis sessilibus, valvula exteriore corollina bifida.
In sylvaticis glareosis montosis, et in dumetis; *Palermo a S. Martino*, *Sagana*, *Polizzi*, *Carini*, *Monte Scuderi*, *Monte de' Cani*, *Busambra*, *Pizzuta*: var. *b. Palermo alla portella di S. Anna.*
Majo, Junio. ♃
*Culmi* 2-4-pedales, debiles, aliquando ad nodos villosi: *folia* plana, glabra, flaccida; radicalia numerosa: *panicula*, 2-5-pollicaris; *ramis* gracilibus, sub anthesi tantum patentibus: *spiculae* erectae, glabrae: *calycis valvae* valde inaequales, fere albo-scariosae, altera triplo angustiore ac breviore: *valvula corollina* exterior scarioso-virens (ideoque panicula nitidiuscula albido-virescens), apice integra aut bifida, 7-nervia; interior 2-dentata, scariosa ad nervos ciliata—*Flosculus* inferior basi pilorum fasciculo cinctus; fasciculus flosculo ipso 2-3-ploque brevior; et flosc. hermaphroditus aliquando aristulatus.

2. *A.* AVENACEUM. *R. S. s. veg. 2. p. 496*, excl. var. *b.*
A. panicula elongata, spiculis bifloris, valvula corollina majore a basi ad medium villosa tuberculato-scabra, radice fibrosa subrepente.
Avena elatior. *Lin. sp. pl. 117 — Guss. pr. suppl. p. 30*—Holchus avenacena. *Schrad. fl. germ. 1. p. 247.*
Ic. A. avenaceum. *Reich. cent. 11. f. 1715, 1716*— A. elatior *Host gram. austr. 2. p. 36. t. 49—Leers herb. n. 88. t. 10. f. 4*—Gramen avenaceum, elatius, juba argentea longiore. *Moris. hist. 2. s. 8. t. 7. f. 37.*
In humentibus dumetis montosis; *Monte Scuderi all' acqua del Canalicchio*: *Madonie alla Colma grande, e nella valle dello Sparviere nel bosco di Castellobuono* (*Parlatore*).
Junio, Julio. ♃
Differt a praecedente, cum qua a plerisque conjungitur, praeter cha-

racteres indicatos: *panicula* longiore, spiculis numerosioribus; tamen subduplo minoribus; *valvula corollina* exteriore margine angustissimo scarioso cincta, obsolete nervosa, et ad nervos versus apicem scabra, *culmis* ad nodos fere semper glabris. Confer *Dumort agr. bel. tent. p. 124.*

## ANTHOXANTHUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 58 — Juss. 29.*

*Panicula* contracta, spiciformis, vel racemus. *Spiculae* teretiusculae, 3-florae; flosculis duobus lateralibus neutris; intermedio hermaphrodito, diandro, minore. *Cal.* 2-valvis: valvae muticae, inaequales flosculis longiores. *Flosc. neutri* 1 - valves; valvula unius sub apice setigera, alterius supra basim longius aristata; arista articulata: in *flosc. herm. cor.* 2-valvis, mutica. *Sem.* corolla tectum. (*Herbae* annuae, aut perennes: *folia* glabra, vel villosa: *culmi* geniculati, erecti, aut adscendentes: *panicula* brevis aut elongata, densiflora vel laxiuscula: *stigmata* filiformia, plumosa, ex apice floris egredientia).

1. *A.* odoratum. *Lin. sp. pl. 40—Ucria H. Pon. p. 44—Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 28—Guss. pr. 1. p. 21.*
   A. panicula oblongo-cylindracea, arista majore calycem aequante, flosculorum neutrorum valvulis corollinis hirsutis, vaginis ore barbatis foliisque villosiusculis.
   Ic. *Host gram. austr. 1. t. 5—Reich. cent. II. f. 1722—* Gramen alopecurum, spica glumosa lutea, villis crispis. *Barr. ic. 124. f. 1 —* G. spica aurea, radice Lotum odoratum redolente. *Cup. H. Cath. p. 90*, et *panph. 1. t. 221.*
   *b. villosum*, valvis calycinis pubescentibus. *Loisl. not. p. 7.*
   *c. nanum*, panicula abbreviata ovata vix semipollicari, culmis gracilibus vix palmaribus.
   In pratis, ac pascuis herbosis demissis vel montosis. Var. *b.* in montosis promiscue cum specie. Var. *c* etiam in montosis, *Itala*, *Messina*, *Taormina* = et in pascuis herbosis inter fruticeta subumbrosa; *Felicuri*, *Lipari*, *Alicuri*, *Lampedusa*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo.*
   Martio, Aprili. ☉, ♂
   *Folia* laete virentia, 2-3 lin. lata, sesquipollicaria, superne striata, in culmo duplo breviora, suprema brevissima: *culmi* erecti, vel adscendentes, longe exserti, striati: *panicula* 1/2-1 1/2-pollicaris, obscure virens: *calycis valvae* acuminatae, muticae: flosculi hermaphroditi *valvulae* corollinae (*squamae nectariferae* ex aliis) subaequales, obtusae, leves, glabrae, et uti in sequente brevissimae: *stigmata* candida, plumosa.
2. *A.* gracile. *Biv. stir. rar. sic. man. 1. p. 5—Presl l. c. — Guss. pr. 1. p. 21.*
   A. racemo brevi paucifloro ovato simplici, arista majore divaricata calyce duplo longiore, flosculorum neutrorum valvulis corollinis hirsutis, foliis vaginisque pilosiusculis, culmo filiformi.
   Ic. *Biv. l. c. t. 1. f. 1.*
   In herbidis collibus calcareis apricis, et in submontosis; *Palermo*, *Cammarata*, *Modica*, *Scicli*, *Monte Busambra*, *Monte S. Giuliano* = et in *Alicuri*, *Felicuri a Capo Graziano*, *Maretimo*, *Favignana.*
   Martio, Majo. ☉
   *Culmi* graciles, erecti, adscendentes, vel basi infracti, 3-8 pollica-

res, superne nudi, ac scabri: *folia* plana, adscendendo braviora et latiora, 6-18 lin. longa: *ligula* brevis, truncata, denticulato-lacera: *racemus* 5-9 lin. longus: *spiculae* laxiusculae, patentes, scarioso-virentes, per paria alternae; altera pedicellata, pedicello piloso: *calycis* valvae acutae, saepius glabrae: *valvulae* corolliuae flosculorum ueutrorum ferrugineo-setosae, valvam calyciuam majorem subaequantes: illae *flosculi* hermaphroditi glaberrimae leves.

Cum *A. ovato Lag.* immerito species haec associata a *Link* in *H. Berol.* 1. p. 233, et a *Dietr.* in *sp. pl.* 1. p. 629, uti optime monet Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 1. p. 327.

## HOLCHUS.

*Pers. syn.* 1. p. 78. n. 150.

*Panicula* aequalis, densa, demum contracta *Spiculae* 2-florae; flosculo iuferiore hermaphrodito, superiore masculo. *Cal.* 2-valvis: valvae subiuaequales, concavae, flosculis longiores. *Cor.* cartilaginea, 2-valvis: valvula exterior iu flosculo herm. mutica, in masc. sub apice aristata; arista brevi articulata. *Sem.* corolla corticatum. (*Herba* perennis, breviter et molliter pubescens, caespitosa: *culmi* erecti: *folia* latiuscula: *panicula* brevis, ob valvas uitentes albida: *stigmata* plumosa, ad basim floris emergentia).

1. *H. lanatus. Lin. sp. pl.* 1485—*Ucria H. Pan.* p. 424—*Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic.* p. 27.

H. panicula densiflora oblongo lanceolata patente demum contracta, valvis calycinis pubescentibus, majore apice 2-dentata breviter aristata, flosculi masculi arista inclusa flexuosa demum arefsctioue hamata, foliis vaginisque mollissime pubescentibus, radice fibrosa.

Aveua lanata. *Dec. fl. fr.* 3. p. 41 — *Duby bot. gall.* 1. p. 512 — Grameu pratense, paniculatum, molle. *Cup. H. Cath.* p. 87.

Ic. *Reich. cent.* II. f. 1718 ad 1720—*Host gram. austr.* 1. p. 2. t. 2—*Schreb. gram.* 1. p. 145. t. 2. f. 1—*Leers herbor.* t. 7. f. 6. —Gramen anthoxauthum. *Cup. panph.* 1. t. 198, et 2. t. 117—G. pratense, paniculatum, molle. *Bauh. prod.* p. 5.

In graminosis apricis humentibus, vel in siccis arenosis ubique in Sicilia = et in *Saline, Panaria.*

Majo, Junio. ♃

*Culmi* caespitosi, erecti, 1-2-pedales, plus minus pubescentes: *folia* plana, ob lanuginem canescentia; *panicula* 2-5-pollicaris. sordide albida; *spiculis* deorsum versis. *valvae* calycinae saepius tuberculato-scabrae, albo-scariosae, tameu ad nervos vireutes; major 3-uervia: *flosculorum* masculorum valvula corollina exterior glaberrima, nitida; illa flosculi hermaphroditi basi pilis paucis cincta: *semen* (corolla corticatum) nitidum, glaberrimum, leve, oblongum.

Ab *H. molli* pubescentia foliorum, et arista corollina semper inclusa ac hamata probe distinguitur; ideoque cave ne aristam calycinam pro corollina sumas.

## SORGHUM.

*Pers. syn.* 1. p. 101. n. 180—*R. S. s. veg.* 2. p. 53. n. 383.

*Panicula* aequalis, laxiflora, explicata, demum contracta. *Spiculae* 1-florae, ad ramorum dentes subgeminae; altera hermaphrodita sessili; masculae 1-2, pedicellatae—*Fl. masc. cal.* ac *cor.* 2-valvis:

valvae inaequales, muticae, cartilagineae—*Fl. herm. cal.* 2-valvis: valvae cartilagineae, muticas; exterior latior apice 3-dentata. *Cor.* inclusa, 2-valvis: valvula exterior major ciliata concava, acuta; interior apice bifida, mutica, vel inter lacinias arista longa articulata instructa. *Sem.* ovato-turgidum, niveum, inter corollam persistentem. ( *Herba* perennia, glabra, radicibus articulatis firmis longe lateque excurrens: *folia* arundinacea: *spiculae* nitidae, saepe demum coloratae: *stigmata* penniciliiformia, sub apice floris emergentia.)

1. *S.* HALEPENSE. *Pers. l. c.*—*Presl fl. sic. pr.*, *ae cyp. et gram. sic.* p. 55.

S. panicula pyramidata elongata, ramis contractis sub anthesi patentissimis, spiculis oblongo-lanceolatis, hermaphrodita mutica vel aristata, foliis late lanceolatis acuminato-attenuatis, culmis erectis, radice articulato-repente.

Holcus halepensis. *Lin. sp. pl. 1485.*

Ic. *Reich. cent. II. f. 1505*—Holchus halepensis. *Host gram. austr. 1. t. 1*—*Schreb. gram. 1. p. 129. t. 18* — Andropogon halepense. *Sibth. fl. gr. 1. p. 52. t. 68*—Gramen arundinaceum, latifolium, juba avenaceia glumulis purpureo-fulvia innexa. *Cup. panph. 1. t. 187* — G. palustre, arundinaceum, Milii panicula, semina Phalaridis. *Barr. ic. 8.*

In cultis fertilibus humentibus, vel steriiibus siccis arenosis, nec non in vineis Siciliae = et in *Lipari*, *Saline*, *Panaria.*

Julio, Septembri. ♃

*Radices* longe repentes, horizontales, ad articulos vaginatae, fibras longas dependentes ex nodis emittentes: *culmi* firmi, farcti, 2-3-pedales: *folia* laete virentia, glabra, margine scabra, 5-14 lin. lata, radicalia numerosa: *panicula* longe exserta, multiflora, 1-1 1/2-pedalis: *spiculae* approximatae, vel remotiusculae, ex albo-purpurascentes, villosiusculas, secundae: aristae in flosc. hermaphroditis, dum sunt aristati, contortae, apicula ipsa 3-4-plo longiorea.

S. halepense et S. Schreberi *Ten. syll. app. 4. p. 4* comparatis speciminibus varietatem a soli ustura ortam esse mihi visum est. Nam in locis aridis panicula est brevis et depauperata, culmus gracilis, et folia angusta; in humentibus vero omnes partes magis evolutae.

## SACCHARUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 104 — Juss. 30.*

*Panicula* ampla expansa, aut thyrsiformis. *Spiculae* 2-3-andrae, numerosae, externs lanugine longa sericea involucratae, ad ramorum dentes 2-3; unica sessili, reliquis pedicellatis, 1-2-florae; flosculo unico hermaphrodito, altero (dum adest) masculo vel neutro. *Cal.* muticus, 2-valvis: valvae membranaceas, subaequales. *Cor.* inclusa; flosc. neutri vel masc. 1-valvis; flosc. herm. 2-valvis: valvula exterior major, mutica, aut apice aristata; interior minuta. *Sem.* liberum, corolla tectum. ( *Herbae* caespitosae, perennes: *culmi* simplices, erecti, aut adscendentes, graciles vel firmi: *panicula* mollis, et ob pilos longos albidos spiculas involucrantes speciosa: *stigmata* pilosa, ex apice spiculae egredientia. )

1. *S.* TENERIFFAE. *Lin. supp. 106*—*Biv. stir. rar. man. 4. p. 5*—*Guss. pr. 1. p. 137.*

S. panicula sub anthesi patentissima dein contracta ramosa, ramis glabris, calycibus subbifloris, flosculo altero masculo altero herma-

phrodito, utroque sessili mutico, vaginarum fauce pilosa, foliis brevibus planis dein involutis, radice subrepente.

Panicum Teneriffae. *Spr. s. veg. 1. p. 315* — P. villosum. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 181* — Agrostis plumosa. *Ten. fl. nap. supp. 3. p. 379.*—Tricholaena michrantha. *Schrad.* in *Schult. s. veg. mant. 1. p. 163.*

Ic. *Biv. l. c. t. 1*, optima — *Jacq. fil. ecl. gram. 1. p. 51. t. 34*, bona—*Sibth. fl. gr. t. 53*, haud perfecta quoad flores et paniculam.

In collibus arenosis maritimis; *da Messina alla marina d' Itala.*

Majo, Augusto. ♃

*Radices* in Sicilia certe repentes ac perennes!, et si planta annua in horto Bononiens. evasit, (*Bertol. fl. ital. 1. p. 529*) id certe climati frigidiori tribuendum: *culmi* caespitosi, inferne decumbentes, et superne una cum foliorum vaginis rubentes, 6-12-pollicares et ultra, graciles: *folia* 1-2 lin. lata, 1-3 poll. longa, patentia, glabra, juniora plana subglaucescentia: *panicula* 1 - 3-pollicaris, laxiflora; *ramis* levibus, divisis, plerumque geminis, altero longiore: *spiculae* parvae, saepe deorsum versae: *valvae calycinae* acutae, nervosae, numerosis pilis quibus suffultae sunt breviores, viridi rubentea: *valvula corollina* exterior flosculi hermaphroditi enervia, obtusiuscula, nitida: gramen inter affines ob paniculam pulchrum.

Specimina a Cl. *Ledrù* in insula Teneriffa collecta, et in herb. *Cavanillesii* servata a nostris non differunt, nisi lanugine sericea calycem obtegente densiori, et panicula rariore. Interim rursus monendum puto plantam hanc a *Sibth.* a *Biv.* a *Preslio* et a me in eodem loco collectam fuisse, et inde penitus ignoro cur *Schrad. l. c.* adhuc dubitet an *S. teneriffae Fl. gr.* sit *S. teneriffae Biv.* exclusis synonymis, imo ad aliud genus spectare putet; quod equidem nonnisi iconi et descriptioni minus accuratae *Fl. gr.* prae illis *Biv.* tribuendum esse mihi videtur — Confer quoque de hac specie *Moret. dec. 4. p. 6* et *Jacq. l. c.*

2. S. RAVENNAE. *Lin. syst. veg. 88—Guss. pr. 1. p. 137.*

S. panicula demum contracta densa ramosissima lanceolata, spiculis geminatis, altera sessili glabra, altera pedicellata basi pilosa, lanugine illam aequante, valvula corollina exteriore aristata, foliis canaliculatis elongatis margine scabris, culmo farcto elato.

Erianthus Ravennae. *Presl l. c. p. 53*—Andropogon Ravennae. *Lin. sp. pl. 1481*—*Host gram. austr. 3. p. 1.*

Ic. *Host l. c t. 1* — *Sibth. fl. gr. t. 52*—*Reich. cent. II. f. 1505* — Gramen arundinaceum, plumosum, album. *Scheuch. agr. t. 3. f. 7. A. B.*

In maritimis; *Catania*, *Olivieri*, *Melazzo*, *Spadafora*, in Sicilia = et ad sepes, ac in collibus sterilibus; *Stromboli*, *Panaria*, *Lipari*, *Vulcano*; quibus in insulis, uti et in Sicilia, utillime ad arenosos agros sepibus muniendis inservit.

Septembri, Octobri. ♃

*Culmi* firmi, 3 10-pedales, striati, saepe purpurascentes: *folia* radicalia dense caespitosa, caulina pauca; omnia sûbtus exquisite carinata, superne canaliculata, linea alba notata, non revoluta nisi aetate vel calidissima tempestate, 2-4-pedalia, deorsum scaberrima; vaginis ad oras, et foliis ad basim longe et dense sericeo-pilosis: *panicula* sub anthesi patentiuscula, 1-1 1/2-pedalis, mollissime sericea: *calycis* valvae acutae-nitido-albidae, vel demum purpurascentes: *valvula* corollina exterior luclusa, scabriuscula.

Recte notat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 531* se non vidisse valvam tertiam corollinam, quae si adest ad squamas nectariformes potius spectat.

3. S. *aegyptiacum*. *Willd. en. H. Berol. p. 82—R. S. s. veg. 2. p. 286—Guss. pr. suppl. p. 33—Parlat. fl. pan. 1. p. 74.*

S. panicula ramosissima conferta elongato-lanceolata, ramis rachideque villosis, apiculis lanugine duplo brevioribus, valvula corollina exteriore mutica, foliis glaucescentibus carinatis margine scaberrimis, culmo superne pubescente.

Ic. *nulla*.

Ad fluviorum ripas; *Palermo nelle sponde del fiume Oreto presso il ponte di Corleone*, e *della Grazia* ( *Tineo*, *Parlatore* ) : *Messina presso lo Stretto del Faro* ( *Link* ).

Septembri, Octobri. ♃

*Culmus* 2-orgyalis et ultra, erectus, teres, glaber, farctus, in parte summa sericeus: *folia* 3-pedalia, acuminata, 4-6-lineas lata, supra canaliculata, dorso nervosa, nervo subtus incrassato, in facie superiore linea alba longitudinali notata, margine serrulata: *vaginae* striatae, glabrae, inferiores villosae, vel hispidae: *ligula* brevis, semilinearis, truncata, villis longis sericeis instructa: *panicula* pulchra, terminalis, sesquipedalia: *rachis* angulata, villoso-sericea: *paniculae* rami compositi, inaequales: *spiculae* approximatae, geminae, altera sessilis, altera pedicellata, villis sericeis involucrantibus duplo breviores: *valvae calycinae* subaequales, lanceolatae, acuminatae, nudae, concavae, basi trinerviae, purpurascentes, apicem versus albo-membranaceae, margine longiuscule ciliatae: *valvulae corollinae* calyce breviores, albo-membranaceae, margine etiam ciliatae: *antherae* e luteo-purpurascentes: *stigmata* plumosa, lutea, exserta ( descr. ex *Parlat. l. c.* )

*Specimen* a Siebero acceptum non differt nisi panicula breviore et minus conferta. Confer quoque *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 332.*

4. S. *cylindricum*. *Lam. dict. enc. 1. p. 594—Guss. pr. 1. p. 138 — Parlat. fl. pan 1. p. 73.*

S. panicula apicata cylindrica densa contracta, floribus subdiandris lanugine longissima cinctis, foliis planis dein involutis, radice repente.

Imperata arundinacea. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 26—Presl l. c. p. 53—R. S. s. veg. 2. p. 286*—Lagurus cylindricus. *Lin. sp, pl. 120*—Gramen pratense, spica flavescente. *Cup. H. Cath. p. 87*, a *Parlat.* sub *Anthoxantho* odorato citatum, ex synonymo siculo potius ad hanc speciem spectare arbitror.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 54.—Lam. ill. gen. t. 40.* — Imperata arundinacea. *Cyr. l. c. t. II. — Host gram. austr. 4. t. 4 — Reich. cent. II. f. 1504.* — Saccharum Sisca. *Cav. ic. rar. 2. t. 292.*

Ad maris littora, in campis arenosis sterilibus, in maritimis pascuis humentibus, vel ad torrentium margines arenosos; *Palermo*, *Cefalù*, *Termini*, *Girgenti*, *Spaccaforno*, *Catania*, ec. = et in *Lipari*.

Majo, Septembri. ♃

*Radices* longe lateque repentes, praesertim in arenosis maritimis, ubi arenas aeque ac illae *Ammophylae arenariae* firmant: *culmi* stricti, 1-2-pedales: *folia* numerosa, elongata, firma, 4-6 lin. lata, viridi-purpurascentia, erecta: *panicula* mollissime sericea, 2-6-pollicaris; ramis semper adpressis: *valvae calycinae* subaequales, multistriatae, acutiusculae: *valvulae corollinae* albo-scariosae, inclusae, ciliatae; exterior longior, acuta: *antherae* flavae, unde *Cupani* nom n: *pistilla* duo; non unicum (*Cyr.*); *stigmata* purpurascentia: *villi* spiculas involucrantes nivei, longi ac numerosi.

## ANDROPOGON.

*Pers. syn. 1. p. 103. n. 186.*

*Spicae* geminae, longe pedunculatae, vel terminales coadunato-digitatae. *Spiculae* sericeo-villosae, 1-florae, geminae aut ternae ad rachidis dentes: mascula vel neutra 1-2 pedicellata; unica bermaphrodita, sessili. *Fl. herm. cal.* 2-valvis: valvae subaequales, apice integrae. vel erosulae; inferior plana; superior carinata. *Cor.* 2-valvis: valvulae membranaceo-byalinae; altera apice vel sub apice aristata; *arista* articulata, basi contorta, demum refracta. *Fl. masc.* vel *neutr.* ut bermaphroditus, sed plerumque mutici. *Sem.* liberum, corolla tectum. (*Herbae* perennes, subcaespitosae: *culmi* erecti, saepius ramosi: *spiculae* fuscae, parvae: *stigmata* penniciliiformia, sub apice spiculae emergentia.)

1. *A.* DISTACHYOS. *Lin. sp. pl. 1481.*

A. spicis terminalibus geminis, spicula mascula breviter aristata, pedicellis villosis incrassatis, foliis glaucescentibus glabriusculis, culmo apice simplici.

Pollinia distachya. *Spr. s. veg. 1. p. 288* — *Bertol. fl. ital. 1. p. 463* — Apluda distachya. *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 55*—Gramen distachyopborum, seu bicorne. *Cup. H. Cath. p. 90.*

Ic. *Host gram. austr. 3. t. 2* — Pollinia distachys. *Reich. cent. II. f. 1501*—Gramen distachyophorum, seu bicorne. *Bocc. sic. p.20. t. 11* — *Cup. panph. 2. t. 237.*

In collibus aridis apricis passim in Sicilia = et in *Favignana*, ac *Pantellaria.*

Aprili, Septembri. ♃

*Culmi* caespitosi, erecti vel adscendentes, simplices, vel basi tantum ramosi: *folia* anguste linearia, 1-2 lin. lata, plerumque glabra: *spicae* erectae, compressae, glabrae, 2-pollicares et ultra, virentes vel viridi-purpurascentes: in spicula hermaphr. *valva calycina* inferior acuta, mutica; superior brevior, fere scariosa, inter lacinias apicis bifidi aristata; *arista* tenui, setacea, 2-3 lin. longa; *valvulae corollinae* albido-scariosae; interior mutica, 2-3-denticulata; exterior inter lacinias apicis bifidi aristata; *arista* scabra, fere pollicari, in medio articulata, a basi ad medium contorta, ex albo purpurascente: *flosculi* masculi vel neutri pedicellus compressus; in quibus *valvae* calycinae utraeque, ac *valvulae* corollinae, muticae, sed acute bidentatae.

2. *A.* PUBESCENS. *Vis. pl. rar. Dalm. p. 5.* —*Reich. fl. germ. excur. 1. p. 33.* ex ejusdem, specimine.

A. spicis in pedunculorum glabrorum apice geminis, altera pedicellata, spiculis scutis pilosis, pilis adpressis, mascula mutica, hermaphrodita aristata, aristis valvuis sua 6-plo longioribus, foliis linearibus angustissimis brevibus, culmo apice ramoso.

A. hirtum *a. R. S. s. veg. 3. p. 849*—A. hirtum. *e. Ten. syll. p.586.*

Ic. *Reich. cent. II. f. 1499.*

In collibus aridis calcareis; *Palermo alla scala de' Petrazzi.*

Aprili, Majo. ♃

*Culmi* in Sicilia certe apice ramosi. Confer sequentem.

3. *A.* HIRTUM. *Lin. sp. pl. 1482* — *Biv. cent. 1. p. 16*—*Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 54.*

A. spicis in pedunculorum pubescentium vel crinitorum apice geminis, altera pedicellata, spiculis obtusis piloso-sericeis, pilis ere-

cto-patentibus, mascula mutica, hermaphrodita aristata, ariatis valvula sua 4-plo longioribus, foliis linearibus canaliculatis angustis elongatis, culmo apice ramoso.

A. hirtum. *b. R. S. s. l. c.*, et *Ten. l. c.*—Gramen polydistachyophoron, lanuginosum. *Cup. H. Cath. p. 90*, et G. dactylon, messanense, panicula multiplici, spicis ab eodem exortu geminis. *Cup. l. c. supp. alt. p. 33.*

Ic. *Reich. cent. 11. f. 1498—Host gram. austr. 4. t. 1*—Gramen polydistachyophoron, lanuginosum. *Bon. t. 5*—G. dactylon, spicis ab eodem exortu geminis. *Bocc. mus. di Fis. p. 315. t. 8. f. 1.*

In collibus aridis apricis, ut plurimum mari finitimis totius Siciliae = et in *Ustica*, Insulis Aeoliis, *Favignana*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Lampedusa.*

Aprili, Novembri. ♃

In hoc et praecedente, *culmi* 2-3-pedales, erecti, superne ramosi; *pedunculis* saepe ex eadem vagina 2-3, ideoque paniculati; *folia* rigida, glaucescentia, caespitosa, erecta; supra canaliculata, striata, scabra, et linea alba notata; subtus carinata, margine scabra, et demum revoluta, apice attenuata, hyeme perennantia: *pedunculi* palmares vel pedales, exserti vel inclusi: *spicae* fere pollicares, subcompressae; *aristae* a basi ad medium nigrae — Differunt vero inter se, quia in hoc culmi elatiores 3-4-pedales et firmiores: *folia* 1-2-pedalia (in illo vix 6-12-pollicaria) ad margines magis serrulata; *spicae* crassiores: *spiculae* numerosiores, *aristae* breviores vix 5-10 lin. longae (in illo 10-14); sed potissimum spicularum pubescentia, quae in hoc patens sericea et ita longa, ut spiculam superat; in illo adpressa, rarior, et spiculis brevior— *A. hirtum Lin. sp. pl. l. c.* sub hac specie retuli, nam *pedunculi hirti*, *uti etiam rachis et glumae* potius huic speciei, quam praecedenti conveniunt: at *A. hirtum Lin. s. veg. ed. 13.* ad praecedentem spectare videtur, nam *hirsuties glumarum flore longior* dicitur.

5. A. ANGUSTIFOLIUM. *Sibth.* et *Smith. fl. gr. pr. 1 p. 47* — *R. S. s. veg. 2. p. 822*, *mant. 2. p. 454*, et *mant. 3. p. 667* — *Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 54.*

A. spicis numerosis terminalibus coadunato-digitatis pedunculatis erectis adpressis, spiculis sericeo-villosis (purpurascentibus), hermaphrodita aristata, mascula mutica. valva calycina inferiore multinervosa, foliis canaliculatis basi pilosis.

Ic. A. Ischaemum. *Schreb. gram. 2. p. 66. t. 33—Jacq. fl. austr. 4. p. 45. t. 384*—Gramen dactylon, spicis villosis. *C. Bauh. theatr. p. 147*—G. dactylon, spicarum aristis geniculatis. *Barr. ic. 753. f. 2* rudis.

In apricis calcareis aridis sterilibus, vel in herbosis; *Palermo alle falde di Monte Peregrino*

Septembri, Octobri. ♃

*Culmi* erecti, 1-2-pedales: *folia* radicalia caespitosa, viridi-glaucescentia, angusta, subtus carinata, brevia, hyeme exsiccata: *spiculae* 6-50, raro pauciores, sesquipollicares: *pedunculi* 3-4-lineares, glabri, at inter spiculas villoso sericei: *valva* calycina inferior apice glabriuscula, inferne sericeo-villosa; superior glabra, 3-nervia, angustior. *fl. herm. valvula corollina* exterior acuta, glabra, mutica; interior ex apice aristata; arista scabra, articulata, fulva, demum divaricata, valvula sua 2-3 plo longior.

## HETEROPOGON.

*Pers. syn. 2. p. 533. n. 2031—R. S. s. veg. 2. p. 53. n. 582.*

*Spica* simplex, densa, inferne mascula; superne hinc mascula, hinc foeminea. *Spiculae* 1-florae. *Fl. masc.* mutici cal. 2-valvis; *valvae* exterior oblique carinata: *cor.* inclusa, membranacea, hyalina, 2-valvis. *Fl. foem. cal.* 2-valvis; *valvae* cartilagineae, altera mutica subconvoluta: *cor.* 2-valvis; valvula exterior mutica, latior, involvens interiorem angustissimam linearem in aristam articulatam praelongam contortam productam. *Sem.* corolla persistente involutum. (*Herba* perennis, caespitosa, glaberrima: *culmi* erecti, saepius ramosi: *folia* anguste linearia, carinata, rigida: *spicae* longis aristis inter se contortis terminatae: *stigmata* penicilliformia sub apice spiculae emergentia.)

1. *H.* ALLIONI. *R. S. s. veg. 2. p. 835*, et *mant. 2. p. 459 — Presl fl. sic. pr.*, ac *cyp. et gram. sic. p. 54.*

H. spicis terminalibus solitariis erectis, floribus masculis pedicellisque glabris, foemineorum valva calycina exteriore apice hirsuta, aristis infra articulum villosis superne scabris

H. glaber. *Pers. l. c.*—Andropogon Allioni. *Willd. sp. pl. 4. p. 904.*

Ic. *Reich. cent. II. f. 1496*—Andropogon contortum. *All. fl. ped. 2. p. 260. t. 91. f. 4*, exclusis synonymis.

In collibus aridis apricis calcareis vel graniticis; *da Palermo a Termini*, *Messina* = et in *Ustica* (*Biv. fil.*).

Septembri, Octobri. ♃

*Folia* brevia, glaucescentia, carinata, scabra, rigida, una cum culmis erectis ramosis foliolis glabra ac caespitosa: *vaginae* compressae, ad oras pilosae; *spicae* intra vaginam pedunculatae, et ut plurimum ab ipsis basi involucratae, compressae, 1-1 1/2-pollicares, absque aristis: *spiculae* gemino ordine dispositae, unilaterales; in masculis valvae calycinae virentes, latiores quam in flosculis foemineis ac glabrae: *aristae* fuscescentes, fere 2-pollicares in fasciculum contortum coadunatae.

---

† 2. *H.* MESSANENSE. *Biv.* (*Andr.*) *piant. ined. p. 5* sub *Andropogone*.
Valvae calycinae floris inferioris masculi pilis raris praecipue marginem versos conspersae sunt (sic in op. cit.)
*Messina* (*Arrosto*).

### *III. Trigynia.*

## MONTIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 133—Juss. 313.*

*Cal.* 2-sepalus, persistens. *Cor.* 1-petala, infera, irregulariter 5-partita; laciniis tribus alterne minoribus staminiferis. *Stam.* 3-5. *Caps.* calyce persistente cincta, membranacea, 1-locularis, 3-valvis, 3-sperma. (*Herba* gracilis, tenera, perennis, repens: undique glabra ac succulenta: *caules* diffusi: *folia* simplicia, integerrima, opposita, exstipulata: *flores* albidi, exigui. *Portulaceae Juss.*)

1. *M.* MINOR. *Gmel. fl. bad. 1. p. 301—R. S. s. veg. 2. p. 870—Guss. pr 1. p. 153.*

M. caule debili dichotomo divaricato, foliis connato-subsessilibus oblongo-ovalibus, racemis paucifloris axillaribus terminalibusque subsecundis.

M. fontana var. *Cyr. fasc. pl. rar. neap. p. 31*—Alsine palustris, minor, serpyllifolia. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 6?*

Ic. *Cyr. l. c. t. 11. f. 1.*—M. acquatica, minor. *Mich. gen. t. 13. f. 2*—Veronica palustris, minima, serpyllifolia. *Cup. panph. 3. t. 61.*

Ad fontes, ad scaturigines, in rivulis lente fluentibus, et uliginosis montosis; *Piana de' Greci al gurgo di Ddingoli, Madonie, Mistretta, Capizzi, Caronia, Bosco di Cannata, Mandanici, Itala, Fiume di Nisi, Messina, Monte Scuderi, Ibiso.*

Aprili, Augusto. ♃

*Caules* articulati, basi radicantes, apice surte i, 2-6-pollicares: *folia* pallide virentia, obtusiuscula, 4-6 lin. lata, sempervirentia: *pedunculi* post anthesim recurvi, 2-4-lineares, 1-flori: *sepala* obtusa, virentia: *corolla* albida, calycem vix superans: *capsulae* glabrae valvulae persistentes, demum involutae, calyce longiores: *semina* nigra, tuberculato scabra, fera globosa.

## HOLOSTEUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 133—Juss. 299.*

*Cal.* 5-sepalus, persistens. *Pet.* 5, infera, apice dentata. *Stam.* 3-5. *Caps.* 1-locularis, cylindracea, apice 6-fido dehiscens, polysperma. (*Herba* annua, pubescens, parva: *caules* articulati, erecti: *folia* simplicia, integerrima, opposita, sessilia, exstipulata: *flores* albi, parvi. *Caryophylleae Juss.*)

1. *H.* UMBELLATUM. *Lin. sp. pl. 130—Guss. pr. 1. p. 153.*

H. foliis ellipticis, floribus umbellatis, pedunculis subviscido-pubescentibus, fructiferis reflexis demum erectis.

Ic. *Lam. ill. gen. t.51. f.1—Krock. fl. sil. 1. p. 214. t.31*—Auricula muris alpina, pumila, incana, subrotundo folio crasso. *Cup. panph. 1. t. 204. b. c.*, nam *a.* potius Cerastium videtur— *Bon. t. 24*—Caryophyllus arvensis, umbelliferus. *Bauh. hist. 3. p. 361!*

In pascuis montosis apricis; *Monte di Cammarata.*

Martio, Aprili. ☉

*Caules* 2-4-pollicares: *folia* radicalia rosulata, nec glauca, nec glabra; sed viridia, margine ciliata, et pilis glandulosis nonnullis obsita, ut recte in icone *Bauhini* exhibentur; caulina remota: *umbella* ter-

minalis simplex: *pedunculi* 3-6, inaequales, suffulti bractea parva brevissima scariosa, praeter foliola altera duo counata involucrum mentientia; florentes erecti, fructiferi deflexi, et post semina emissa iterum erecti; *sepala* ovato-lanceolata, margine membranacea: *petala* alba, calycem subsequantia: *capsulae* dentes apice revoluti, ut in *Cerastiis*, quorum habitus refert.

## POLYCARPON.

*Dec. pr. s. nat. 3. p. 376.*

*Cal.* persistens, 5-sepalus; sepalis margine membranaceis, acute carinatis. *Pet.* 5, minima, ovata, infera. *Stam.* 3-5. *Styli* tres, brevissimi, vel unicus cum stigmate trifido. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis. *Sem.* plurima. ( *Herbae* diffusae, glabrae, annuae, aut perennes: *caules* articulati: *folia* simplicia, opposita, aut 4 verticillata, stipulata: *bracteae* ac *stipulae* acariosae: *flores* terminales, cymosi, parvi conferti. *Paronychieae Juss.* )

1. *P.* TETRAPHYLLUM. *Lin. sp. pl. 131— Presl fl. sic. pr. p. 57—Ucria H. Pan. p. 65—Guss. pr. 1. p. 154.*
   P. triandrum, caule diffuse-ramoso, foliis caulinis ad nodos quaternis obovatis oblongisque, rameis oppositis, stipulis ovato-lanceolatis, petalis emarginatis calyce brevioribus, cymis laxiusculis.
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 51. f. 3—Kroch. fl. sil. 1. p. 215. t. 32* — Anthyllis alsinaefolia, polygonoides, major. *Barr. ic. 534.*
   *b. diphyllum;* foliis oppositis suborbiculatis.
   Ic. *Cav. ic. rar. 2. t. 131. f. 1 ?*
   In arenosis, ad vias, in ruderatis ad pagos in Sicilia; et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Linosa, Maretimo, Pantellaria*, *Favignana*, *Levanzo.*
   Majo, Julio. ☉ !
   *Planta* undique glabra: *caules* ab ipsa basi ramosi, apice surrecti, uti folia glabri vel puberuli, 2-5-pollicares: *folia* integra, obtusa, tenuia, obscure virentia: *sepala* apice concava, mucronata, dorso scabriuscula, ad margines albo-scariosa: *petala* alba, calyce multo brèviora, oblonga: *capsula* ovata, glaberrima, levis, tenuis: *semina* pallide carnea, semipyriformia, minute tuberculata.
   Icon *Cavanillesii* differre videtur a varietate *b.*, *foliis* exstipulatis, an pictoris error ?

2. *P.* ALSINAEFOLIUM. *Dec. pr. s. nat. 3. p. 376.*
   P. pentandrum, caulibus procumbentibus, foliis oppositis quaternisque ovalibus subcarnosis, stipulis bracteisque basi dilatatis, cymis densifloris, petalis oblongis subintegerrimis calyce brevioribus.
   Mollis alsinaefolia. *Spr. s. veg. 1. p. 795 — Guss. pr. 1. p. 284* — Hagea alsinaefolia. *R. S. s. veg. 5. p. 405*—Alsine, facie Paronychiae secundae Matthioli. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 6.*
   Ic. Alsine, facie Paronychiae secundae Matthioli. *Bocc. sic. t. 38.*
   In arenosis maritimis totius Siciliae; in rupe Atenea prope *Girgenti* ( *Heldr.* ) et in *Favignana.*
   Martio, Majo. ☉
   *Caules* in orbem expansi, dense ramosi, ut plurimum rubentes, 1-4-pollicares: *folia* laete virentia, glaberrima, nitidiuscula, integerrima, 1-3 lin. lata, 2-4 lin. longa, subsessilia: *stipulae* et *bracteae* latiores quam in praecedente, cum quo potius hoc quam sequens habitu confunditur: *flores* dense congesti: *petala* albida, aliquando apice denticulata: *semina* albida, compresso-reniformia, levia.

3. *P.* PEPLOIDES. *Dec. l. c. p. 376*, planta tantum ex Sicilia, reliquis exclusis, uti recte notat *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 857.*

P. pentandrum, caulibus diffusis demum surrectis dichotome-corymbosis, ramis filiformibus, foliis oppositis quaternisque, inferioribus obovatis, superioribus ovalibus, cymis laxifloris, petalis ovalibus acutis integerrimis calycem subaequantibus.

Mollia polycarpon. *Spr. s. veg. 5. p. 795—Guss. pr. 1. p.284*—Haegca polycarpoides. *Biv. pl. rar. sic. man. 2. p.2*—Labaya polycarpoides. *R. S. s. veg. 5. p. 404*—Polygonum alpinum, repens, gracilius per totum minori folio, copiosiori semine stipatum. *Cup. H. Cath. p. 171*, et P. Alsines folio, alpinum, praecrassa radice, perenne, repens. *Cup. 1. c. supp. alt. p. 73.*

Ic. *nulla.*

In apricis, et in lapidosi pascuis montosis; *Palermo a Monte Gallo, a S. Martino, a Monte Cuccio, S. Maria a Gesù: Gibilrossa e Monte Catalfano ( Heldr., Parlat. ); Carini, Cofani, Pizzuta, Busambra, Monte di Cammarata, Madonie, Capizzi, Mistretta, Floresta, Cesarò* = et in *Maretimo.*

Aprili, Junio. ♃

*Radices* subrepentes, lignosiusculae, diametro 1-2 lineari, quod non in praecedentibus, in quibus annuae: *caules* 1 - 3 - pollicares: *folia* parva ( vix lin. lata, 1 - 3 lin. longa ) glauco-punctata, integerrima, breviter petiolata: *stipulas* et *bracteas* acutae, parvae: *sepala* margine lato albo-membranaceo cincta: *petala* alba, minuta: *capsula* trigona, calyce tecta, ut in praecedentibus: *semina* ovalia, levia, fundo capsulae funiculo umbilicali distincto affixa, uti notat *Biv. l. c.*

Ante florescentiam potius *Herniariam*, quam *P. tetraphyllum* refert, ut Cl. *Bertol.* monet in *fl. ital. 1. p. 857.*

## T I L L A E A.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 236—Juss. 307.*

*Cal.* 3-partitus. *Pet.* 3, aequalia, infera. *Caps.* 3, 2-spermae, introrsum longitudinaliter dehiscentes. *Nect.* nullum. ( *Herba* glabra, pusilla, gracilis: *caules* plerumque simplices: *folia* simplicia, integra, exigua, opposita, exstipulata: *flores* minuti, axillares, inferiores bracteati. *Crassulaceae Dec.* )

1. *T.* MUSCOSA. *Lin. sp. pl. 186—Biv. cent. 2. p. 64— Guss. pr. 1. p. 155.*

T. caule erectiusculo, ramis oppositis, alternisque patentibus, foliis oblongis obtusis basi connatis, floribus sessilibus axillaribus plerumque trifidis.

Sedum minimum, muscosum, tenuissimo folio, rubens. *Cup. H.Cath. p. 199.*

Ic. *Lam. ill. gen. t 90 — Reich. cent. 2. f. 330* — T. muscosa, annua, perfoliata. *Mich. gen. t. 20* — Polygonum muscosum, minimum. *Bocc. sic. t. 29.*

In arenosis, et sterilibus humidiusculis umbrosis in Sicilia; = et in *Lipari a S. Angelo, Lampedusa, Maretimo.*

Januario, Martio. ⊙

*Planta* junior virens, aetate rubescens, 1 - 2 pollicaria: *rami* saepe opposite-decussatis; inferiores adscendentes vel diffusi; *flores* minimi, fere spicati: *petala* pallide rubentia lineari - lanceolata, acuminata, calyce aristato aequalia.

## TETRANDRIA.

### I. Monogynia.

### GLOBULARIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 146—Endl. gen. n. 5725.*

*Flor.* aggregati. *Involucr.* imbricatum, polyphyllum. *Cal.* proprius, persistens, 1-sepalus, tubulosus, 5-dentatus. *Cor.* infera, tubulosa; lymbi 2-labiati labium superius 2-partitum vel nullum, inferius 3-partitum vel 3 dentatum. *Sem.* unicum, calyce inclusum. *Recept.* paleaceum. (*Frutices* sempervirentes, vel herbae perennes: *folia* simplicia, alterna, exstipulata: *flores* parvi, coerulei. *Globularieae Dec.*)

1. *G. alypum. Lin. sp. pl. 139— Ucria H. Pan. p. 66 — Guss. pr. 1. p. 156.*

G. glaberrima sempervirens, caule fruticoso, foliis cuneiformibus obovatisque integris vel tridentatis, capitulis terminalibus, involucri foliolis ciliatis.

Thymelaea Myrti foliis acutis, multo minoribus, Succisae capitulo. *Cup. H. Cath. p. 212.*

Ic. *Duham. ar. ed. nov. v. 5. t. 41*—G fruticosa, myrtifolio tridentato. *Cup. panph. 3. t. 42*—Hyppoglossum valentinum. *Clus. hist. 1. p. 90* (sed folia omnia integra).

In saxosis collibus calcareis maritimis; *Trapani, Marsala, Mazzara, Comiso, Terranova, Cefalù* = et in *Lampedusa, Maretimo, Levanzo.* Octobri, Martio. ♃

*Folia* coriacea, virentia, vel glaucescentia; *flores* coerulei, odori: *involucri* foliola oblongo-lanceolata; *calycis* tubus hirsutus, striatus; laciniis 5, setaceis, basi latioribus, pectinato-ciliatis, albidis: *corollae* non 5-fidae, sed 3-dentatae, glabrae, ligulatae, ut in *Compositis*, basi albae, apice coerulescentes; *stamina* corolla breviora: *stylus* apice bifidus, illa excedens: *receptaculum* conicum, areolatum, villosum, et paleaceum; *paleis* lineari-lanceolatis, a medio ad apicem atro-coeruleis et hirsutis, concavinsculis, acuminatis, deciduis, lacinias calycinas parum excedentibus. Ad hortos ornandos hyemali tempore coli meretur.

Foliorum decoctione uti praestantissimo purgante in nonnullis syphyliticis morbis incolae in *Lampedusa* utuntur.

---

† 2. *G. vulgaris. Lin. sp. pl. 139—Ucria H. Pan. p. 66— Guss. pr. 1. p. 156.*

G. caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. montosis, *Madonie a lo pizzo di li casi (Ucria).*

## DIPSACUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 148—Endl. gen. n. 2191.*

*Fl.* aggregati. *Involucr.* polyphyllum; foliolis exterioribus elongatis, a receptaculi paleis difformibus. *Cor.* superae, tubulosae; limbo irregulariter 4-fido. *Receptac.* conici paleae pungentes. *Sem.* angulosa, coronata margine foliaceo vix prominulo; includente *pappum* urceolatum, brevissime stipitatum. (*Herbae* biennes: *folia* exstipulata, simplicia, opposita, superiora connata: *flores* coerulescentes. *Dipsaceae Juss.*)

1. *D. sylvestris. Mill. Willd. sp. pl. 1. p. 544—Guss. pr. 1. p. 157.*
   D. caule superne aculeatô, foliis radicalibus oblongis, caulinis oblongo-lanceolatis subconnatis irregulariter dentatis sinuatisve, involucro elongato inflexo, capitulis ovatis, receptaculi paleis rectis.
   D. fullonum. *Ucria H. Pan. p. 66*, non *Lin.* — D. sylvestris, aut virga pastoria, major. *Cup. H. Cath. p. 66.*
   Ic. *Jacq. austr. 5. t. 402*—D. sylvestris. *Dodon. pempt. 735.*
   In argillosis humidis, et sylvaticis in Sicilia.
   Julio, Augusto. ♂
   *Caules* stricti, solitarii, firmi, 2-4-pedales, inferne non aculeati: *folia* radicalia petiolata, oblonga, latiora, crenata; caulina angustiora, connata vel distincta; omnia glabra, laete virentia: *involucri* foliola valde irregularia, 1-6 poll. longa, ad carinam crebre ad margines raro-aculeata: *capitula* 1-1 1/2 poll. longa: *corollularum* lobus exterior major: *receptaculi* paleae albo-membranaceae, obovato-conicae, et inde in aristam margine aculeatam rectam vel subarcuatam, non vero recurvatam attenuata.

† 2. *D. divaricatus. Presl fl. sic. pr. p. 57, ac del. prag. p. 117—Guss. pr. 1. p. 157.*
   D. foliis radicalibus oblongis sublyratis ciliatis, caulinis connatis interrupte pinnatifidis, paleis arcuatis.
   Ad margines agrorum, *Palermo.*
   Junio. ♂ (*Presl*).
   Ad hanc speciem spectare videtur *D. laciniatus*, *Ucria l. c.* non *Lin.*; et D. sylvestris capitulo minori. *Cup. H. Cath. p. 66.*

## KNAUTIA.

*Coult. dips. p. 28—Dec. pr. s. nat. 4. p. 650—Endl. gen. n. 2193.*

*Flor.* aggregati. *Invol.* foliola simplici vel duplici [illegible]dine disposita, corollis breviora. *Cor.* superae tubulosae sensim ampliatae limbus 4-fidus. *Recept.* villosum, epaleaceum. *Sem.* hirsuta, compresso-tetraedra, sub apice obsolete 4-foveolata, ac coronata calyculo brevissimo, inaequaliter denticulato; includente *pappum* parvum, urceolatum, substipitatum, margine ciliatum, vel breviter setoso-aristatum. (*Plantae* annuae vel perennes, pubescentes: *caules* brachiato-ramosi: *folia* exstipulata, opposita, indivisa, vel varie pinnatifida: *flores* coerulei. *Dipsaceae Juss.*)

1. *K. arvensis. Bertol. fl. ital. 1. p. 28.*
   K. perennis, hirsuta, caule firmo erecto, foliis inferioribus oblongo-lanceolatis integris pinnatifidis lyratisque, laciniis vel lobis lanceolatis, involucri foliolis obtusis, corollulis exterioribus radianti-

bus, seminibus hispidis subcompressis, calyculo brevissimo denticulato mutico, pappi 8-16-dentati dentibus breve aristatis.

Scabiosa arvensis. *Lin. sp. pl. 143 — Presl fl. sic. pr. p. 57—Guss. pr. 1. p. 158*—S. alpina. *Ucria H. Pan. p. 67*, non *Lin.*, ex loco — Trichera arvensis. *R. S. s. veg. 5. p. 54* — Knautia arvensis. *Coulter l. c. p. 29*, excluso syn. *S. integrifoliae Lin.* — S. nebrodensia, Succisse hirsutae laciniatae foliis, flore carneo. *Cup. H. Cath. p. 197*, et *supp. alt. p. 79*.

Ic. *Fl. dan. 447— Coulter l. c t. 1. f. 13*— S. montana, Serratulae quodammodo foliis, incarnata. *Cup. panph. 2. t. 54* — S. major, communior, hirsuta, folio laciniato. *Bauh. hist. 3. p. 2*.

In pascuis montosis; *Madonie alla Colma grande*, *alle fosse di S. Gandolfo*, ec.: *Monti di Cammarata* (*Gasparrini*).

Julio, Augusto. ♃

*Planta* plus minus obscure viridi-canescens: *caules* saepius basi caespitosi, farcti, 1-2-ped., superne nudi, parce ramosi: *folia* fere omnia radicalia; caulina pauca; summa linearia, integra, omnia scabra; *pedunculi* elongati: *involucri* foliola exteriora oblonga, latiora; interiora lanceolato-linearia, capitulum subaequantia: *corollae* puteo-rubentes, glabrae vel pilosae: *pappus* hirsutus: *receptaculum* haemisphericum.

**2. K. INTEGRIFOLIA.** *Bertol. l. c. p. 32.*

K. annua, pubescens, caule fistuloso, foliis inferioribus petiolatis integris dentatis lyratisque, lobis obtusis, ultimo majore rotundato, involucri foliolis acuminatis corollulis exterioribus radiantibus, seminibus compressis, calyculo brevissimo bicuspidato, cuspidibus dentato-aristatis, pappi denticulis 20-24 brevissimis.

Scabiosa integrifolia. *Lin. sp. pl 142—Ucria H. Pan. p. 67—Guss. pr. 1. p. 158*—S. hybrida. *All. auct. fl. ped. p. 9 — Biv. man. 1. p. 24*, excluso syn. *Tenorii—Presl fl. sic. pr. p. 59*—Trichera hybrida. *R. S. s. veg. 5. p. 58*—et T. integrifolia, *l. c. p. 59*— Knautia hybrida. *Coult. l. c. p. 30*— S. major. *Cast. H. Mess. p. 44*.

Ic. *Savi fl. pis. 1. t. 2. f. 1—Coulter l. c. t. 1. f. 12*—S. centauroides, fistulosa, coerulea. *Cup. panph. 1. t. 80*.

Inter segetes, ad margines agrorum, in maritimis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*.

Aprili. Majo. ⊙!

Species *statura*, ac *foliis* vere polymorpha. *Caulis* a semipede ad duos vel tres altus: *folia* nunc integra et vix serrato-dentata, nunc pinnatifida vel lyrata. Tamen *seminibus* compressis, denticulis *pappi* brevissimis, *floribus* coerulescentibus, *foliis* numquam hispidis, *caulibus* fistulosis non firmis, et *radice* annua non perenni, a praecedente facillime distinguitur.

Denuo hic [illegible]endum puto *S. integrifoliam Lin.*, quae eadem ac nostra ex ejus herbario, male a *Coult.* et inde a *Dec.* in *pr. s. no'. 4. p. 651*, cum *S. arvensi* associatam fuisse, a qua prorsus aliena. Ideo a *Knautia arvensi Dec.* et *Coult. l. c.* deleatur varietas *d.*, quae ad *Knautiam integrifoliam* spectat, cujus erit inde synonymum *K. hybrida* auct. cit.

---

† **3. K. CALYCINA.**

S. foliis villosis, radicalibus lanceolatis inciso-serratis, caulinis lyrato-pinnatifidis, lobis subdentatis obtusis, terminali ovato inciso-serrato, caule retrorsum hirsuto, involucri foliolis ovatis villosis corolla longioribus, corollis 4-fidis subradiantibus, seminibus villosis, pappo multifido setaceo.

Trichera calycina. *Presl fl. sic. 1. p. XXVIII—Schult. s. veg. mant. in vol. 3. p. 371.*

† 4. *K. DIODON.*

S. pubescens, caule ramosissimo, foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis, supremis linearibus, floribus longe pedunculatis, corollis 4-fidis subradiantibus involucro majoribus, seminibus pilosis compressis ancipitibus utrinque apice inaequaliter 5-spinosis.

Trichera diodon. *Presl*, et *Schult. l. c.*

An a *S. integrifolia* satis diversa?

## CEPHALARIA.

*Schrad. cat. sem. H. gott. 1814—R. S. s. veg. 3. p. 1. n. 406—Endl. gen. n. 2192.*

*Flor.* aggregati. *Invol.* foliola imbricata, interiora longiora; omnia *receptaculi* paleis muticis vel aristatis breviora. *Cor.* superae tubulosae sensim ampliatae limbus 4-fidus. *Sem.* hirsuta, subtetragona, sub apice 8-foveolata, ac coronata calyculo brevissimo denticulato; includente *pappum* subsessilem, urceolatum, denticulatum. (*Herbae*, in Sicilia, annuae aut biennes: *flores* lilacini vel ochroleuci: reliqui characteres, et familia ut in *Knautia*).

1. *C. TRANSYLVANICA. R S. l. c. p. 45.*

S. foliis radicalibus simplicibus lyratisque, caulinis pinnatifidis, laciniis lobisve serratis, corollulis exterioribus radiantibus, involucri foliolis receptaculique paleis acuminato-aristatis.

Scabiosa transylvanica. *Lin. sp. pl. 141—Ucria H. Pan. p. 68—Guss. pr. 1. p. 159* — S. altissima, coerulea, foliis Agrimoniae nonnihil similibus H. A. L. B; seu floribus pallido-coeruleis, capitulis spinosis. *Cup. H. Cath. supp alt. p. 79.*

Ic. *Jacq. Hort. vindob. t. 3 — Coult. l. c. t. 1. f. 6 — Reich. cent. 2. t. 121. f. 2341*—S. altissima, annua, foliis Agrimoniae nonnihil similibus. *Moris. hist. 3. s. 6. t. 13. f. 13.*

In cultis argillosis; *Termini a Buonfornello, Collesano, Catania: Cefalù, Rocella (Parlat.)*

Junio, Julio. ⚇, ♂

*Caules* stricti, brachiato-ramosi, teretes, 1-4-pedales; pedunculis valde elongatis, gracilibus: *petioli*, uti caules, plus minus hispidiusculi: *folia* virentia, molliter ac adpresse pubescentia, in petiolum attenuata; in caulinis lacinia ultima majore lanceolata: *flores* coerulei in ambitu, in centro albidi; *staminibus* albidis; *pistillis* purpurascentibus, exsertis: *semina* pubescentia, striata, oblonga, coronata calyculo brevi acute 8-denticulato, et pappo pubescente undique glanduloso-pruinoso, in limbo crassiusculo, virescenti, stipite conico glaberrimo calyculum parum excedente instructo: *involucri* foliola ac *receptaculi* paleae margine scariosae, et versus apicem ciliatae, arista purpureo-nigrescente terminatae

Male iconem *Cupani* sub hac specie citavi, nam ad sequentem certe pertinet.

2. *C. JOPPENSIS. Dec. pr. s. nat. 4. p. 648.*

S. foliis radicalibus integris lyratisque, caulinis pinnatifidis glabriusculis, laciniis lobisque serratis, corollulis subaequalibus, involucri foliolis obtusissimis subrotundatis holosericeis, paleis receptaculi breve acuminatis.

Succisa Joppica. *Spr. s. veg. 1. p. 378*— Scabiosa joppensis. *Reich. hort. 1. p. 13—Guss. pr. supp. p. 37* — S. altissima, coerulea, A-

grimoniae, seu Centaurii majoris foliis, Psyllii capitulis levibus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 79 !*

Ic. *Reich. l. c. t. 17* — S. omnium altissima, capite Psyllii. *Cup. panph. 1. t. 65.*

In argillosis ad sepes; *Collesano, Buonfornello*, una cum praecedente quae magis rara.

Junio, Julio. ⊙

*Caules* stricti, brachiato-ramosi. sed magis striati quam in praecedente: *folia* laete virentia, glabriora: *flores* fere albi, non radiantes: *involucri* foliola margine aesriosa: *semina* subtretagona, coronata calyculo brevissimo 9-denticulato aristato, denticulis alterne brevioribus; pappo glandulosu, pruinoso, glabriusculo, atipite conico striato brevissimo glabro suffulto: *receptaculi* paleae spathulato-conicae, ad margines scariosae et vix ciliatae.

A praecedente pubescentia minori, involucri foliolis non aristatis, calyculi dentibus 4 alternis muticis potissimum recedit.

## SCABIOSA.

*R. et S. s. veg. 3. p. 2. n. 408—Endl. gen n. 2195.*

*Flor.* aggregati. *Invol.* foliola subbiserialia, aliquando basi coalita. *Cor.* superae tubulosae sensim ampliatae limbus 5-fidus (in aiculis). *Recept.* paleaceum. *Sem.* striato-sulcata, obconica, sub apice 8-foveolata, oc coronata calyculo cyathiformi, membranaceo-scarioso, nervoso, includente *pappum* sessilem vel stipitatum, denticulatum, vel setoso-stellatum, setis scabris (non plumosis). *Plantae* herbaceae vel frutescentes: *flores* rosei, coerulei, raro albi: reliqui characteres et familia ut in *Knautia*).

1. S. CUPANI. *Guss. pr. 1. p. 160.*

S. caule virgato, foliis radicalibus oblongo-lanceolatis serratis hirsuto-canescentibus acutis, caulinis mediis subpinnatifidis, superioribus simplicibus linearibus, corollulis radiantibus, calyculi margine inflexo, pappo 5-aeto exserto stipitato, seminibus 8-striatis ad nervos piloso-hirsutis.

Ic. S. Stoebes foliis, purpureo-rubra. *Cup. panph. 1. t 40.*

In collibus argillosis a mare dissitis; *Caltanissetta, Polizzi, Alimena, Caltagirone, Ficuzza, Alcamo, Termini, Cefalù (Heldr.)*

Junio, Julio. ♃

*Caules* erecti, 1-3-pedales, basi piloso-hispidi: *folia* obscure virentia; radicalia 3-4 poll. longa, 6-5 lin. lata; caulina media integra vel pinnatifida, laciniis linearibus: *pedunculi* elongati: *involucri* foliola lanceolato-linearia: *flores* coerulei: *semina* albescentia, saepe etiam inter strias hirsuta, calyculo et pappo ut in sequente.

Datur quoque varietas prolifera, quae una cum specie in argillosis-calcareis Dauniae provenit—Haec cum planta sicula exacte convenit, et characteres servat, quamvis in dissitis locis proveniat — Affinis sequenti, sed *loco natali*, *habitu*, *foliisque* radicalibus constanter diversa—An *S. angulata*, caule angulato solido, foliis radicalibus oblongis cuneiformibus serratis acutis villosis. foliis caulinis linearibus integris, corollis calyce longioribus, *Raf. carat. p. 81*, huc pertinet ?: sed in nostra caulis teres, non angulatus.

2. S. GRANDIFLORA. *Scop. del. fl. ins. 3 p. 29—Guss. pr. 1. p. 160.*

S. foliis radicalibus oblongis vel obovatis dentato-crenatis lyratisque, caulinis superioribus pinnatifidis, laciniis linearibus, corollulis ra-

diantibus, calyculi margine inflexo, pappo 5-seto exserto stipitato, seminibus 8-striatis ad nervos piloso-hirsutis.

S. arvensis. *Ucria l. c.*, non *Lin.*, ex loco—Columbaria vulgaris. *Presl fl. sic. pr. p. 58*—S. capitulo globoso, major, et — Eadem tenuicaulis, ac tenuior dissecta. *Cup. H. Cath. p. 196.*

Ic. *Scop. l. c. t. 14*— S. acutiflora. *Reich. cent. 4. f. 506.*

*b. prolifera.*

Ic. S. Panormitana purpurea, folio angusto ad nervum usque lacinato, umbellatim prolifera. *Cup. H. Cath. p 196*, et *panph. 2. t. 240* —*Bon. t. 44.*

*c.* corollulis atropurpureis.

S. atropurpurea. *Lin. sp. pl. 144?—Ucria l. c. p. 69—Guss. pr. 1. p. 164*—Columbaria atropurpurea. *Presl fl. sic. pr. p 58*—S foliis in tenuiores lacinias divisis, flore rubro atropurpurante, odore zibetino, capitulo oblongo filamentis exasperato—et Eadem inodora. *Cup. H. Cath. p. 196.*

Ic. Scabiosa VI indica. *Clus. hist. 2. p.5?*—S. Salviaefolio viridi, incarnato flore. *Cup. panph. 1. t. 152.*

In collibus aridis, arenosis. et in lapidosis maritimis. Varietas *b.* prope *Palermo* et *Trapani* rara; var. *c. Palermo* ( *Presl* ), *Mazzara*, *Campobello*—In Siciliae adjacentibus insulis species haec, alioquin obvia, desideratur.

Majo, Augusto. ♂, ♃, numquam ⊙

*Caules* stricti, erecti, vel in lapidosis maritimis rami divaricati: *folia* laete virentia, superiora semper glaberrima: *laciniis* canaliculatis acutis, lin. ad summum latis, extima longiore: *pedunculi* 1/2-2-pedales, teretes, pilis sparsis adpressis obsiti: *flores* grate odori: *involucri* foliola corollulis duplo breviora, hirsutiuscula et ciliata, demum recurva: *corollulae* exteriores, uti antherae et pistillum coeruleae; lacinia extima lanceolata, acuta; duabus lateralibus brevioribus; intimis minimis: *corollulae* interiores et filamenta dilute coerulescentia: pappi *setae* stellato-patentes, scabrae, plerumque rubentes, ad basim sparse glandulosae: *receptaculi* cylindraceo-conici paleae lineari-spathulatae, concavae, acuminatae, scariosae, ad apicem ciliatae: *semina* albida; coronata calyculo glabro, ad marginem scarioso, demum inflexo spongioso ac tumido.

Varietas *a.* occurrit, *caule* erecto vel *ramis* divaricatis; glaberrimo, vel basi una cum foliis inferioribus hirsuto-pubescente, vix pedali. Varietas *b. foliorum* laciniis angustis a specie differt. Haec cum *S. Cupani* sub *S atropurpurea* associatur a *Biv.* ( *Andr.* ) *plant. ined. p. 21*, cujus optimam descriptionem confer. Praeterea haec videtur *S. columbaria* plurimum auctorum; sed inspecta icone *Fl. dan. 314* a *Linnaeo* citata, et illa Cl. *Reich. cent. 4. p. 45. t. 354. f. 555*, in quibus calyculi margo evidenter extensus, et non intus inflexus, hanc ab illa omnino differre cognovi, et ad *S. grandifloram Scop.* potius spectare mihi visum est, quamvis in nostra *receptaculum* in fructu sit aliquando magis elongatum, quam in illa — Caeterum species haec, valde dubia ac extricatu difficilis. Nonnulla hujus nostrae specimina cum *S. maritima* herb. *Lin.*, nec non cum illis botanicorum Galliae meridionalis conveniunt pro qua hanc, praecedentem, et *S. atropurpuream* habet Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 54* — *S. grandiflora Desf.* ( non *Scop.* ) ex ejus herbario, a nostra ac a planta *Scopolii* aliena, habitu, seminum corona, et pappi setis valde elongatis—Cl. *Dec.* in *pr. s. nat. 4. p. 657*, tanquam diversas species enumerat *S. grandifloram*, (quae var. *S. atropurpureae* ex *Dec.*), *S. ambiguam Ten.* (quae certe nostra!) et *S. maritimam*; sed immerito sub hac *S. Cupani* addu-

cit. Nostra floribus albis variat, et tunc *S. grandifloram* fere omnino refert; nunquam vero lutei, ut in descriptione *Desf. atl. 1. p. 124* dicuntur.

3. *S.* CRENATA. *Cyr. b. hirsuta—Guss. pr. 1. p. 162.*

S. caule suffruticoso procumbente, foliis hirsutis, infimis spathulatis dentatis, reliquis pinnatifidis, laciniis angustis inciso-dentatis, corollulis quinquefidis radiantibus dentatis, calyculo scarioso plicato denticulato extenso, pappo 4-6-setoso sessili, calyculum 2-3-plo superante.

S. coronopifolia, *hirsuta. Biv. man. 3. p. 6* — Columbaria crenata. *Presl l. c. p. 58.*

Ic. *Biv. l. cit. t. 1*— S. montana, fruticosa, reclinata, Achilleae nascentis foliis. *Cup. H. Cath. p. 196, supp. alt. p. 79*, et *panph. 2. t. 189.*

In rupibus calcareis montium; *Pizzuta*, *Scala dalla Targia*, *Madonie*, *Monte di Caltavuturo*, *di Cammarata*, *Monte Scuderi*, *Rocca Salvatesta presso Noara*: *Monte Barrasso (Biv.)*.

Junio, Augusto. ♄

*Caules* dense caespitosi, breves, 1-6-pollicares, basi radicantes: *folia* confertissima, laete virentia, carnosiuscula; laciniis obovatis, oblongis vel cuneiformibus, 1-2 lin. latis, externe plerumque tridentatis: *pedunculi* erecti, 2-5-pollicares, pubescentes vel glabrati, nudi: *involucri* foliola lanceolata, hirsuta, corollis duplo et ultra breviora, acutiuscula vel obtusa: *corollulae* carneae, externe ad tubum dense pubescentes: *semina* 8-sulcata, pilis longis albis undique tecta, calyculo saepius rubente aequilonga: *pappi* setae flavescentis scabrae: *receptaculi* villosi *paleae* cuneiformes, basi valde attenuatae, villosae, calyce subbreviores.

Varietas glabra in Sicilia non invenitur. Haec vero hirsuta si sedulo observatur, potius speciem peculiarem diceres; nam *habitus* dissimilis; *foliola involucri* longiora, et hirsuta; *flores* majores; ac denique *calyculo* seminum denticulato, nervis productis; non integerrimo, nervis sub coronae margine evanescentibus.

4. *S.* EBURNEA. *Sibth. fl. pr. 2. p. 7.*

S. caule erecto inferne et ad nodos piloso, foliis glabriusculis, radicalibus caulinisque inferioribus pinnatifidis, laciniis anguste linearibus, caulinis summis indivisis, corollulis exterioribus radiantibus, lobis integerrimis vel obsolete crenatis involucro subaequalibus, calyculo extenso acute (sed mutice) denticulato, pappo 5-seto calyculum duplo superante.

S. argentea. *Guss. pr. 1. p. 163*, et *pl. rar. p. 65*, exclusis synon.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 106.*

In arenosis maritimis; *Campobello*, *Castelvetrano*, *Menfrici*, *Sciacca*, *Scicli.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* 1-2-pedales, pallide-albentes, saepe divaricato-ramosi: *foliorum* laciniae vix lin. latae; extima elongata, reliquis aequilata, non duplo latiore ac lanceolata, acuta vel obtusiuscula, plana: *involucri* foliola laciniis foliorum similia, in fructu patentia, corollulas albas per 3-4-lineas excedentia vel parum superantia: *corollularum* tubus extus hirsutus: *semina* inferne barbata, superne ad collum pubescentia: *receptaculi* villosi paleae praecedentis similes, tamen angustiores.

*S. argentea Lin.*, *Sibth.*, et *Desf.* ex eorum herb. a nostra procul dubio aliena est—*S. eburnea Sibth. fl. gr.* differt quoque corollulis marginalibus fimbriato-dentatis, caeterum in reliquis omnino similis—Cl. *Dec.* in *pr. s. nat. 4. p. 656*, hanc nostram *S. ucranicam b. siculam* vocat—Confer *R. S. s. veg. v. 3. p. 83*, et *Schult. s. veg.*

*mant.* in *vol.* 3. *p.* 38 sub *S. alba*, et *p.* 42 ac 372 sub *S. ucranica*; nec non *Reich. cent.* IV. *p.* 13. *t.* 316, et *Ten. fl. nap.* 3. *p.* 125 — *S. pilosa* ex Aprutio ab hac certe distincta, ( et *S. alba Scop. del. ins.* 3. *p.* 33. *t.* 16, huic magis similia, nisi eadem ). ita ut si haec erit vera *S. ucranica Lin.*, tunc nostra vel nova, vel nonnisi ad *S. eburneam Sibth.* referenda. Denique confer Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 1. *p.* 59-60.

5. S. RUTAEFOLIA. *Vahl symb.* 2. *p.* 26—*Willd. sp. pl.* 1. *p.* 553.

S. foliis rigidulis subcarnosis glaberrimis, radicalibus obovato-oblongis lyratis vel pinnatifido-dentatis, caulinis pinnatis, foliolis linearibus obtusis, summis linearibus indivisis, involucri urceolati foliolis 4-5, ad medium coalitis, receptaculi paleis exterioribus 4-5, viridibus foliaceis involucri foliolis alternatim adpressis, corollulis exterioribus subradiantibus, seminibus hirsutinsculis, calyculo obsolete denticulato.

S. urceolata. *Desf. atl.* 1. *p.* 122—*Guss. pr.* 1. *p.* 163—Pycnocomon rutaefolium. *Fl. Port.* 1. *p.* 94. *t.* 88 ? , nam pappi setae longae, non ita brevissimae, ut in nostra—S. maritima, Rutae caninae foliis. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris.*—S. marina, tenuifolia, ochroleucos. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. S. maritima, Rutae caninae folio. *Bocc. sic. p.* 95. *t.* 52, et *p.* 74. *t.* 74—S. maritima rutaefolio. *Barr. ic.* 245.

In arenosis maritimis; *Sciacca*, *Menfrici*.

Junio, Julio. ♃

*Caules* juniores puberuli, subinde glabri, caespitosi, decumbentes vel adscendentes, 1-2-pedales, divaricate-ramosi: *folia* nitida, laete virentia, subtus sparse hirsutinscula; laciniis integris, subincisis, divaricatis, remotiusculis: *pedunculi* elongati: *involucri* hirsutinsculi foliola a medio ad basim simul in tubum urceolatum coalita, et qua parte libera ovato-lanceolata, acuta, floribus breviora: *corollulae* albidae, externe pubescentes: *calyculus* brevissimus, subextensus, irregulariter denticulatus: *pappus* inclusus, subsessilis, denticulato-aristatus: *receptaculi* paleae lanceolatae, acutae, concavae, ciliatae, semina subaequantes, foliolis involucri breviores; aliquando foliaceae, et ita cum involucro adhaerent, ut ipsius laciniis omnino mentiantur, siquidem nervus per involucri tubum in illas excurrit: *semina* tetragona, spice *calyculo* denticulato-crispo brevissimo non inflexo coronata; *pappo* atropurpereo, subsessili, obsolete 5-radisto.

Iconem *Bocconi t.* 74 etiam sub hac specie retuli, quia *Bocconius* ipse ad eamdem plantam spectare monet; dissentientibus tamen Cl. *Viv an. bot.* 2. *p.* 161, et *R. S. s. veg.* 3. *p.* 70, qui ad *S. rutaefolium Vahlii* trahunt, et hanc speciem a *S. urceolata Desf.* differre autumant; secus ac opinantur Cl. *Spr.*, *s. veg.* 1. *p.* 382. *Ten. syl. p.* 62, et *Bertol. fl. ital.* 2. *p.* 63, qui has duas species in unum conjungunt, quos sequere melius consilium duxi. Icon *Barr.*, quae ab hac specie excluditur a *Ten. l. c.*, quoad folia radicalia nostram exacte refert, sed flores ad aliam speciem spectare videntur.

6. S. DICHOTOMA. *Ucria pl. ad Lin. opus add. p.* 249 — *Guss. pr.* 1. *p.* 163.

S. caule dichotomo, foliis obovato-oblongis, radicalibus et caulinis inciso-dentatis petiolatis, rameis sessilibus integris, corollulis quinquefidis! aequalibus, capitulis alaribus sessilibus, terminalibus pedunculatis, calyculo scarioso plicato crenulato, pappo 5-seto incluso sessili.

S. parviflora. *Desf. atl. 1. p. 119* — S. Caltanixectensis minor, folio palmato, seu Cardiacae incarnato flore. *Cup. H. Cath. p. 196?*
Ic. S. minor, carnea, hirta, palmato folio molli. *Cup. panph. 2. t. 154.*
In campis, et arvis argillosis inter segetes; *Misilmeri*, *Alimena*, *Castrogiovanni*, *Caltanissetta*, *Delia*, *Vicari*, *Regalmuto*, *Catania*, *Girgenti.*
Majo, Junio. ☉
*Caules* erecti, 4-6-pollicares, inde superne dichotomi; vel vix pollicares, ab ipsa basi divaricato-dichotomi; ramis elongatis, tenuibus: *folia*, uti caules, plus minus pubescentia, virentia; radicalia demum obovata dentata, in petiolum attenuata; caulina sessilia, acuta, altius incisa: *capitula* parva, densa, globosa: *pappus* sessilis: *receptaculi* paleae spathulatae, basi attenuatae, ciliatae: *involucri* foliola lanceolato-linearia, flores coeruleos parvos superaotia vel parum breviora, demum reflexa.
*Capitula* ramis, uti *semina* receptaculo, tenaciter adhaerent. *Corollae* sunt certe quinquefidae, non quadrifidae, ut ex *Willd. en. H. Ber. 1. p. 144*; confer quoque *Desf. atl.* in add. et emendanda; hinc male inter illas corollis quadrifidis instructas a *R. S. in S. veg. 3. p. 59* refertur. Specimina *S. parviflorae* herbarii *Desf.* recedunt a nostris, *caule* elatiore; *ramis* minus divaricatis, et praecipue *capitulis*; quae in primaria caulis divisione sunt quidem sessilia, sed in reliquis longe pedunculata, *pedunculis* 1-3 poll. longis; dum in nostris sessilia sunt, vel breve pedunculata; tamen *corona* fructus in utrisque similis.

7. S. *limonifolia.* *Vahl symb. 2. p. 27*—*Guss. pr. 1. p. 164.*
S. caule fruticoso, foliis coriaceis, radicalibus obovatis integerrimis, supra glabris virentibus, subtus reticulatis incano-tomentosis, caulinis (paucis) basi connatis, corollulis aequalibus, calyculo scarioso plicato apice acute denticulato extenso, pappo 4-5-setoso sessili longe exserto, receptaculi paleis lineari-lanceolatis.
Ic S. Cophanensis, fruticans, coerulea, Laureolae folio, crasso, rotundo, lucido, molli, subtus incano. *Cup. H. Cath. p. 196*, et *panph. 2. t. 247.*
In rupibus calcareis montosis a mare non dissitis; *Palermo a Monte Gallo*, *Trapani al Monte Cofani* = et in *Maretimo.*
Junio, Julio. ♄
*Species* pulcherrima, inter calcareas rupes dense fruticans et caespitosa: *caules* breves, tortuosi, diametro 1/2-1-pollicari, valde ramosi, foliis dense vestiti; annotini vero 6-pollicares, et sesquipedales, erecti, foliorum paribus 2-3 instructi, simplices vel superne in pedunculos duos vel quatuor oppositos divisi: *folia* superne nitida, laete virentia, exsiccatione margine revoluta, inferiora obtusissima, petiolis basi connatis: *caulina* sessilia, obovato-oblonga vel lanceolata: *involucri foliola* ovata vel ovato-lanceolata, incano-tomentosa, apice saepius virentia, exteriora recurva; floribus laete coerulescentibus breviora: *corollulae* extus tomentoso-sericeae et incanae: *semina* sulcata, pilis albidis numerosis sursum versis dense vestita, cito decidua; calyculo ipsis breviore ciliato: *receptaculi* pubescentis paleae aliquando subspathulatae, externe sericeae, corollis breviores.
*S. saxatilis*, *Cav. ic. pl. rar. 2. p. 68. t. 184* cum hac conveniret, sed *folia* lanceolata in icone et descriptione; an varietas?

8. S. *cretica.* *Lin. sp. pl. 143* — *Presl fl. sic. pr. p. 59* — *Ucria H. Pan. p. 69*—*Guss. pr. 1. 165.*
S. caule fruticoso, foliis lanceolatis cano-sericeis integerrimis, co-

rollulis radiantibus, calyculo scarioso plicato extenso denticulato obiique truncato, pappo 5-setoso sessili incluso.
S. stellata, folio non dissecto. *Cup. H. Cath. p. 197.*
Ic. S. fruticosa, folio non dissecto, peregrina. *Bauh. hist. 3. p. 11.*
In rupibus calcareis Siciliae = at in *Favignana*, *Panaria*, *Lampedusa*.
Aprili, Julio. ♄
*Caules* inter rupes, uti illi praecedentis, dense caespitosi, ramosi, adpresse incano-hirsuti: *folia* numerosa, acutiuscula, basi in petiolum connatum attenuata, nitidiuscula, subtus magis incana, 3-6 lin. lata, 1-2 poll. longa: *pedunculi* nudi, 3-10-pollicares, erecti, adpresse pubescentes, terminales, vel aliquando ex foliorum axillis: *florum* capitula sesquipollicaria: *involucri foliola* oblonga, obtusa, inaequalia, corollulis extus sericeo-incanis et laete coeruliis duplo breviora: *semina* sulcata, pilis longis densis albis superne versis vestita, cito decidua; *calyculo* amplo, nervoso, glabro, semen subaequante; *pappo* sessili, basi hirsuto; setis vero glabris, scabris, flavescentibus; *receptaculi* villosi *paleae* angustissimae, lineari-spathulatae, ciliatae.

---

† 9. S. MARITIMA. *Lin. sp. pl. 144—Guss. pr. 1. p. 165.*
S. corollulis quinquefidis radiantibus calyce brevioribus, foliis pinnatis, summis linearibus integerrimis.
In Sicilia. ⊙ ( *Lin.* )
† 10. S. SICULA. *Lin. mant. 196—Guss. pr. 1. p. 165.*
S. corollulis aequalibus calyce brevioribus, foliis lyrato-pinnatifidis.
Cephalaria sicula. *Presl fl. sic. pr. p. 58.*
In collibus siccis. ⊙ ( *Lin. Biv. Presl* ).
† 11. S. PROLIFERA. *Lin. sp. pl. 144 — Ucria H. Pan. p. 69—Guss. pr. 1. p. 165.*
S. corollulis quinquefidis radiantibus, floribus sessilibus, caule prolifero, foliis indivisis subserratia.
In maritimis loco dicto *la Tonnara di Mondello presso Palermo*, ( *Ucria* ), sed nunquam in loco dicto invenire licuit.

STELLATAE *Lin.* Rubiaceae *Juss.*

*Caules* articulati: *folia* opposita et saepius verticillata, simplicia, integra, stipulata vel exstipulata: *flores* varie dispositi: *cor.* supera, 1-petala: *stam.* corollae lobis alterna: *fruct.* uncamentaceus vel drupaceus, indehiscens. ( *Gen.* ab *Asperula*, ad *Rubiam.* )

## ASPERULA.

*Gen. pl. ad. Schreb. n. 157—Endl. gen. n. 3103.*

*Cal.* limbus 4-dentatus, brevissimus vel obsoletus. *Cor.* infundibuliformis, limbo, 4-fido ( raro 3-fido ). *Fruct.* globoso-didymus, apice nudus, 2-coccus; *coccis* 1-spermis. ( *Herbae* annuae vel perennes: *caules* articulati: *folia* exstipulata, verticillata aut opposita: *flores* albi, rubentes, aut coerulescentes, fasciculati. )
1. A ODORATA. *Lin. sp. pl. 150—Ucria H. Pan. p. 70—Guss. pr. 1. p. 166.*
A. foliis margine serrulato-scabris, inferioribus senis oblongo-obovatis, superioribus octonis oblongo-lanceolatis, corymbis terminalibus pedunculatis, fructibus echinato-hispidis.

Ic. *Lam. ill. gen. t. 61—Fl. dan. 562*—Rubia humilis, heptaphylla, aculeato folio ovato, testiculato semine lappuloso. *Cup. panph. 1. t 147*—A. odorata. *Dod. pempt. 355.*

In sylvis umbrosis montosis; *Madonie, Busambra, Bosco di Caronia, e di Mistretta, Etna a Bronte e Maletto.*

Junio, Julio. ♃

*Radix* repens: *caules* leves, graciles, tetragoni, simplicesve, inferne ramusi, erecti vel adscendentes: *folia* patentia, apice obtusa cum mucrone, 3-4 lin. lata, 4-8 lin. longa; verticillis remotis: *fasciculi* corymbosi, laxiflori; pedunculis 2-3-cothomis, in anthesi erectis, in fructu divaricatis: *flores* albi, suaveolentes: *fructus* setis pellucidis albis-patentibus, apice uncinatis et nigrescentibus obsiti: reliquae plantae partes glaberrimae.

2. *A.* LAEVIGATA. *Willd. sp. pl. 1. p. 579*, excl. syn. *Barr.—Presl fl. sic. pr. p. 62—Guss. pr. 1. p. 168.*

A. foliis quaternis ellipticis obsolete nervosis levibus margine glabris tenuissime scabris, fasciculis corymbosis paucifloris longe pedunculatis axillaribus et terminalibus, corollis breve tubulosis, fructibus acabriusculis glabris.

Ic. Rubia quadrifolia, semine duplici. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 21. f. 4.* —R. minor, alba, levia, quadrifolia Buxi ( sic ). *Cup. H. Cath. p. 193*, et *panph 2. t. 73.*

In sylvaticis, ad sepes umbrosas humentes, in montosis in Sicilia.

Majo, Junio. ♃

*Planta* undique glabra, laete virens: *caules* graciles, erecti vel adscendentes, 1/2-2-pedales, plus minus ramosi: *folia* patentia, 2-3 lin. lata, 5-7 lin. longa; verticillis superioribus remotissimis: *pedunculi* graciles, 1-1 1/2-pollicares, trifidi: *pedicellis* saeplus duobus simplicibus vel bifidis, 1-2 lin. longis: *bractea* unica, raro duae sub pedicellurum insertione, lineari-lanceolata, illis aequilonga: *corollae* albae. parvae.

3. *A.* ARVENSIS *Lin. sp. pl. 150—Ucria H. Pan. p. 70—Guss. pr. 1. p. 166.*

A. foliis infimis quaternis obovatis, superioribus 6-10 angaste linearibus, summis involucrantibus bracteisque longe ciliatis, fasciculis florum terminalibus, fructibus glabris.

Ic. A. coerulea. *Dod. pempt. 355* — A. coerulea, arvensis. *Moris. hist. 3 s. 9. t. 22. f. 2.*

Inter segetes in collibus calcareis; *Ragusa, Modica, Chiaramonte, Riesi, Scicli, Mililli*, in Sicilia = et in *Felicuri alle fontanelle, Saline, Marettimo, Pantellaria.*

Aprili, Majo.

*Caules* erecti, alterne ramosi, palmares vel pedales, tetragoni: *folia* patentia, uti caules, glaberrima, obtusiuscula, margine remote ciliolato-scabra, lin. 1 1/2 lata; 4-8 lin. longa; verticillis remotis: *bracteas* foliis conformes, sed breviores, flores vix excedentes: *corollae* amoenae coeruleae, parvae: *fructus* globosi, scabriculi, fovea notati, jam maturi fusci.

4. *A.* RUPESTRIS. *Tin. cat. pl. H. Pan, an. 1827. p. 276*, non *Visiani in Rich. fl. germ. exc. 1. p. 205.*

A. caespitosa, rigida, inferne vel undique hirta, caule ad radicem crasse subcroso, cauliculis gracilibus, foliis senis rigidis anguste linearibus acutiusculis margine revolutis, inferioribus latioribus, floribus terminalibus fasciculato-corymbosis subsessilibus bracteas superantibus; fructibus globosis scabris glabris.

A. hexaphylla *b. Guss. pr. 1. p. 166*, non *All.*—Rubia cynanchyca,

radiata, lusitanica, hirsuta, semine bino testiculato, vel—Rubeola lusitanica minor, floribus fistulosis purpurascentibus. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. A. repens. *Brot. phyt. Lusit. p. 7,* et *Fl. Lusit. 1. p. 23 t. 10*, ex icone et descriptione?, nam in nostra caules ad radicem suberosi.

*b.* undique glaberrima.

A. hexaphylla *a*: *Guss. pr. l. c.*

In rupibus calcareis maritimis; *Palermo a Sferracavallo e Monte Gallo, Bagheria, Trapani al Monte Cofani, a S. Vito.* Varietas *b.* cum specie promiscue crescit; *Palermo a Sferracavallo, ed al Monte Gallo* = et in *Maretimo.*

Aprili, Majo. ♃

*Radices* inter saxa repentes: *caules* ad radicis collum 2-3-pollicares, dense suberosi, diametro 3-5-lineari; cauliculi vero annotini plurimi, adscendentes, tetragoni, leves, filiformes, vel paullo crassiores, palmares, aut fere pedales: *folia* laete virentia, margine levis, versus apicem latiora, obtusa vel mucronulata; inferiora 2 lin. lata, 3-5 lin. longa; superiora vix lin. lata, 6-8 lin. longa; verticillis inferioribus valde approximatis, adscendendo remotioribus: *bracteae* glabrae, vel in *a.* hirsutiuscuise, floribus semper breviores; sed in eadem planta variant, nam vel angustissimae ideoque lineares, vel lin. latae, et tunc oblongo-ellipticae: *corollae* roseae; tubo gracili, fere setaceo, 3-5 lin. longo, glabro vel hirsutiusculo; limbi quadrifidi laciniis submucitis: fructus maturi nigricantes.

Varietates *a.*, et *b.* nonnisi pubescentia differunt, ut ab una in alteram transitus clare demonstrat.

Cl. *Dec.* in *pr. s. nat. 4. p. 582*, tanquam varietatem *A. hexaphyllae* hanc nostram habet, ac *A. hexapyllam rigidulam* vocat, et forsan non immerito: siquidem collatis speciminibus authenticis *A. hexapyllae All.* a Cl. *Moris* communicatis, planta sicula recedit tantum foliis latioribus, apice magis dilatatis et obtusioribus, habitu robustiore, colore intensius virente—Cl. *Brot. l. c. A. repentem* suam (quae eadem ac *A. hirsuta Desf.*, et species haec diversa ab *A. hexaphylla* ex *Dec.*) a planta *Allioni* distinguit, fructuum figura, qui subglobosi in nostra, uti ex descriptione *Brot.*, oblongi in *A. hexapylla*; sed in meis speciminibus pedemontanis fructus desiderantur, qui certe oblongi ex *Bertol.*—Tandem *A. hirsuta Desf. atl. 1. p. 127* ex specimine ipsius herbarii, pubescentia minore, et foliis acutioribus inter *a.* et *b.* videtur media; sed in hujus speciei exemplaribus hispanicis a Cl. *Boiss.* communicatis hirsuties major quam in nostra; *folia* tenuiora; *caules* elatiores, internodiis superioribus elongatis; *flores* pauciores, laxiores; ideque species videtur omnino a nostra aliena.

5. *A.* LONGIFLORA. *Wald. et Kit. pl. rar. Hung. 2. p. 162*—*Guss. pr. 1. p. 167.*

A. foliis quaternis glabris, infimis abbreviatis obovato-oblongis, superioribus anguste-linearibus elongatis, florum fasciculis terminalibus, corollae tubo gracili elongato, limbi laciniis bidentatis (supra apicem mucronatis), fructibus scabris glabris.

Rubia cynanchica. *Cup. H. Cath. p. 193.*

Ic. *Wald.* et *Kit. l. c. t. 150*—Rubeola montana, alba, tetraphylla, angustifolia. *Cup. panph. 2. t. 66*—*Bon. t. 154.*

In aridis montosis calcareis ubique in Sicilia.

Julio, Augusto. ♃

*Caules* ut in praecedente rigidi, erectiusculi, glaucescentes: *folia* superiora valde inaequalia; *corollae* purpurascentis tubus 5-6 lin. longus, puberulus, cylindricus, apice non ampliatus.

Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 2. *p.* 81. hanc et sequentem ab *A. cynanchica* non separat, et uequidem uti varietates habet; sed in multis speciminibus spontaneis, tam neapolitanis, quam gallicis aut germanicis *A. cynanchicae* semper corollas tubum vix lin. longum et ampliatum video, corollae laciuias nou bidentatas; ac habitum graciliorem; nec *A. longiflora* culta faciem mutat: at potius sequens hujus varietas videtur.

6. *A.* SCABRA. *Presl fl. sic. pr. p.* 62, *et del Prag. p.* 124 non *Link* et *Dec.*—*Guss. pr.* 1. *p.* 167.

A. caule scabro diffuso, foliis quaternis, inferioribus oblongis pubescentibus, superioribus anguste linearibus glabris, duobus minimis aristatis, florum fasciculis terminalibus, corollae tubo gracili elongato rugoso-scabro, limbi laciniis mucronatis, fructibus scabriusculis glabris.

A. aristata. *Jan. elench. p.* 2 ex specimine — Gallium tetraphyllum, montanum, cruciatum. *Cup. H. Cath. p.* 85.

Ic. A. macrorhiza. *Hoffm.* et *Link Fl. Port.* 2. *p.* 41. *t.* 84 ex *Dec. pr. s. nat.* 4. *p.* 584.

In aridis apricis montosis; *Madonie.*

Junio, Julio. ♃

*Habitus* praecedentis; sed *caules* debiliores, diffusi. et *corollarum* purpurascentium lobi ex spice non sub apice mucronati. Ab *A. commutata*, cui etiam affinis videtur, differt *corollis* pubescenti-scabris — Occurrit aliquando caulibus graciiibus, subelongatis ac firmioribus, et tunc *A. longifloram* refert. *Radices* in plautis adultis crassitie digiti minoris, cortice subsuberoso, ut in *A. rupestri*.

7. *A.* CANESCENS. *Vis. pl. rar. Dalm. p.* 4 ex ejusdem specimine.

A. villis rigidiusculis albidis patentibus undique cana ac scabra, foliis quaternis planis, subtus exquisite carinatis, inferioribus ellipticis oblongisve, superioribus anguste linearibus acutis, supremis valde inaequalibus, floribus axilisribus terminalibusque laxe fasciculatis, corollae tubo brevi crassiusculo limbi laciniis . . . . . . fructibus . . . . .

A. scabra *b. incana. Guss. supp. p.* 40.

Ic. *nulla.*

In elatioribus montosis; *Madonie nella rupi occidentali della Colma grande ( Gasparrini. )*

Junio, Julio. ♃

*Caules* caespitosi, brevissimi; cauliculis annotinis 3-6-pollicaribus, rigidis, gracilibus: *folia* inferiora valde approximata, vix 2-3 lin. longa, lin. lata, patentia; caulina erecta, rigidiuscula, subrevoluta, 3-4 lin. longa; suprema subaristata; *fasciculi* pauciflori, corollis, uti tota planta, pubescenti-incanis.

*A. incanae* quoad folia subtus exquisite carinata, et pubescentiam admodum similis; sed in illa caules elatiores, corollae tubus videtur nimis elongatus: hoc charactere, nec non foliis subtus exquisite carinatis ab *A. tomentosa* recedit, in qua folia obtusissima, carinata et magis revoluta—*Flores* jam explicatos, et *fructus* non vidi.

8. *A.* SUBEROSA. *Sibth. fl. gr.* 2. *p.* 18—*Smith fl. gr. pr.* 1. *p.* 89—*R. S. s. veg.* 3. *p.* 271.

A. caulibus diffusis dense caespitosis foliosisque, foliis quaternis nitidis glaucescentibus, infimis ovalibus obtusis, reliquis lineari-lanceolatis revolutis acutis. corollae glabrae laciniis aristatis, tubo ampliato, fructibus glabris subrugosis.

A. nitida. *Guss. pr.* 1. *p.*168 exclusis synonymis; et ex descriptione ac herbario ad hanc quoque spectat *A. nitida Dec. pr. s. nat.* 4 *p.* 584, etiam exclusis synonymis.

Ic. *Sibth. l. c. t. 125.*
In rupibus, et glareosis calcareis elatioribus montosis; *Madonie a Monte Scalone, a Quacedda, al Cuozzo della Mufera, ed a Monte Scuderi.*
Junio, Augusto. ♃
*Planta* densa caespitans in glareosis montosis, glaucescens, et floribus copiosis onusta: *caules* breves, ramosissimi, decumbentes, apice surrecti, filiformes, glabri, 2-3-pollicares: *folia* approximata, internodiis fere semper longiora, patentia, etiam exsiccata caulibus haerentia, sub lente minutissimis punctis elevatis notata, subtus nervo viridi prominulo instructa, 2-3 lin. longa, rigidiuscula, plus minus incurva, mutica vel aristata, semper vero glaberrima, et margine revoluta: *flores* terminales fasciculato-corymbosi, subterni, brevissime pedunculati; pedunculis foliis breviores: *corollae* pallide carneae, 4-fidae, tubo lin. longo; laciniis ovatis, patentibus, marginis ad apicem introrsus revolutis, ideoque cucullatis, mucrone obtusiusculo instructis: *stamina* tubo breviora; *antheris* ferrugineis: saepe verticilli inferiores foliorum dense imbricati.
Descriptio *Fl. Gr. l. c.* in multis recedit. Equidem *caules* non pubescentes; *folia* non incana, sed glaucescentia; tamen specimina Cl. *Sibth.* cum planta sicula ex asse quadrant, dum illa *A. nitidae* toto caelo differunt; *foliis* duplo angustioribus, attenuato-aristatis; *caulibus* ac *radicibus* gracilioribus, et *habitu*, qui *G. pyrenaicum* omnino refert—Nuper amicus *Rainer* plantam ex *Hymetho* in Graecia *A. subsrosae* nomine misit. Haec a nostra prorsus aliena, et ejus folia omnino ut in speciminibus *A. nitidae* herb. *Sibth.*; tamen etiam ab istis diversa, caule fere 10-pollicari, inferne una cum foliis piliis albidis rigidiusculis approximatis hirto, in planta *Sibth.* vix 2-3-pollicares, et una cum foliis undique glabri.

---

† 9. *A. commutata. Presl fl. sic. pr. p. 62—R. S. s. veg. 3. p. 267—Guss. pr. 1. p. 168.*
A. caule erecto inferne foliisque inferioribus quaternis pubescentibus, summis oppositis floribusque terminalibus fasciculatis glabris.
An *A. tomentosa.*
In maritimis ad *Cefalù.*
Majo. ♃ *( Presl ).*
† 10. *A. tinctoria. Lin. sp. pl. 150—Bertol. fl. ital. 2. p. 79.*
A. glabra, caule adscendente erectove crasso, foliis linearibus, inferioribus subsenis, superioribus quaternis, summis binis, bracteis ovatis, corollis subtrifidis, achenio nudo.
Ad radices Nebrodum ( ex *Bertol. l. c.* quoad specimen a *Jan.* communicatum ).
Junio, Julio. ♃

## SHERARDIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 156—Endl. gen. n. 3104.*

*Cal.* limbus 4-6-dentatus, persistens. *Cor.* infundibuliformis, limbo 4-fido. *Fruct.* siccus, globoso-didymus, limbo calycis coronatus, 2-coccus; coccis 1-spermis. ( *Herbae* annuae: *folia* integra, exstipulata, verticillata: *flores* coerulei, terminales, fasciculati. )
1. *S. arvensis. Lin. sp. pl. 149—Ucria H. Pan. p. 69—Presl fl. sic. pr. p. 63—Guss. pr. 1. p. 169.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 61. Fl. dan. 439*—Rubeola arvensis, flosculis in summo purpureo-coeruleis. *Cup. H. Cath. p. 193, supp. alt.*

*p. 78*, et *panph. 1. t. 14*—Asperula flore carneo acuto. *Barr. ic. 541. f. 1.*

In arvis, collibus, et cultis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Marettimo*, *Pantelleria*, *Favignana*, *Levanzo*.

Martio, Majo. ⊙

*Caules* plures ex eadem radice, rosulati, ramosi, tetragoni, decumbentes vel diffusi, ad angulos setis rigidis brevibus sparsis uti folia utrinque et ad margines, scabri: *folia* patentia, mucronata, laete virentia; in verticillis inferioribus quaterna obovata-elliptica; in superioribus sena, lanceolata, angustiora, sed duplo longiora: *flores* parvi, foliorum verticillo supremo involucrati: *fructus* asperi.

## PUTORIA.

*Pers. syn. pl. 1. p 524—Dec. pr. s. nat. 4. p. 577— Endl. gen. n. 3110.*

*Cal.* limbus 4-dentatus, persistens. *Cor.* infundibuliformis; tubo gracili, longo; limbo 4-partito, laciniis recurvis. *Stam.* exerta, fauce tubi inserta. *Stig.* bifidum. *Fruct.* baccatus, oblongus, limbo calycis coronatus, 2-locularis; loculis 1-spermis. (*Frutex* sempervirens, ramosissimus: *folia* opposita, stipulata, integra: *flores* fasciculati, rosei).

1. P. CALABRICA. *Pers* et *Dec. l. c.*

Ernodea montana. *Smith fl. gr. pr. 1. p. 98* — *Presl fl. sic. pr. p. 62—Guss. pr. 1. p. 169*—Asperula calabrica. *Lin. fil. supp. 120*—Pavetta foetidissima. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 8*—Lonicera sicula, foliis lanceolatis oppositis subpetiolatis glabris integerrimis, capitulis terminalibus. *Ucria pl. ad Lin. opus add. p. 249!*—Nerium suffrutex, Antirrhini folio, putens, floribus carneis. *Cup. H. Cath. p. 152*—Rubeola cretica, foetidissima. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris*, et R. cretica, foetidissima, frutescens, Myrtifolia, flore magno suave rubente. *Tourn. cor. p. 5.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 143—Cyr. l. c. t. 1*—Sherardia foetidissima. *Cyr. charact. ess. p. LIV. t. 3. f. 7*—Periclymeni genus, Antirrhini foliis, flore candido, putulentum. *Cup panph. 1. t. 232.*

In rupibus calcareis; *Val di Noto a Siracusa*, *Militti*, *Spaccaforno*, *Scicli*, *Modica*, *Noto*, *Avola*, *Ferla*, *Cassaro*, *Palazzolo*.

Majo, Julio. ♄

*Frutex* diffuse ramosus, humilis, inter rupes calcareas dependens et dense caespitans, glaberrimus, nitide virens: *caules* et *rami* oppositi, plus minus torti et intricati, vel recti et elongati, juniores puberuli: *folia* breviter petiolata, lineari-oblonga, obtusa, 1-3 lin. lata, 4-6 lin. longa, approximata, contrita foetidissima, margine revoluta: *stipulae* interfoliaceae, parvae, breves, et ramuli foliosi in axillis foliorum: *flores* sessiles in apice ramorum: *corollae* glabrae; tubo 5-7 lin. longo, superne dilatato; limbi laciniis lanceolatis, acutiusculis, subtus muricatis: *antherae* rubrae, oblongo-sagittatae: *fructus* glaber, levis, demum nigrescens et baccatus, 2-lin. longus, coronatus calycinis dentibus conniventibus obtusiusculis.

Iconem, Nerium foetidum, Anthirrini folio, flore incarnato. *Cup. panph. 1. t. 125* sub hac specie in *Fl. gr. pr. 536*, et ab *Ucria l. c.* relata, inter *Cupani* tabulas non inveni.

## GALIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 162—Endl. gen. 3100.*

*Cal.* limbus obsoletus. *Cor.* rotata, 4-fida. *Stam.* exerta. *Stigm.* 2, globosa. *Fruct.* globoso-didymus, aut oblongo-ovalis, apice nudus, 2-coccus; coccis 1-spermis. (*Herbae* annuae, vel perennes: *folia* verticillata, exstipulata, integra: *flores* axillares, vel terminales paniculati, aliquando polygami.)

* *Floribus paniculatis, vel cymosis.*

*a. Fructu glabro.*

1. *G. elongatum. Presl fl. sic. 1. p. LIX, et Fl. sic. pr. p. 149 — Schult. s. veg. mant. ad vol. 3. p. 179.*

G. caule debili elongato levissimo, foliis subsenis linearibus oblongisque muticis, margine antrorsum serrato-scabris, floribus paniculatis, corollis muticis.

G. palustre, *b. Guss.pr. 1. p.170*—G. glaberrimum. *Raf.* ined., ex ejus specimine — G. maximum. *Moris. stirp. Sard. elench. 1. p. 55 — Spr. s. veg. cur. post. p. 338*—G. palustre, *constrictum. Dec. pr. s. nat. 4. p. 597*, quoad specimina a Cl. *Bertol.* missa; nam illa in Gallia lecta, habitu minore, foliis brevioribus, nonnihil ab italicis recedunt—G. uliginosum. *Ucria H. Pan. p. 70*, non *Lin.* — G. palustre, album. *Cup. H. Cath. p. 83*, et Idem minus. *Cup. l. c.?*

Ic. G. constrictum. *Chaub.* in *St. Am. fl. ag. t. 2*, ex *Dec.*

In paludosis humentibus, ad rivulos ubique in Sicilia.

Majo, Augusto. ♃

*Caules* nunc pedales, nunc tripedales et ultra; geniculis aequalibus, vel tumidis: *folia* quaterna, saepius vero sena, aequalia vel inaequalia, anguste-linearia, vix semilineam lata, aut oblonga 2-3 lin. lata: *flores* albi, non glomerati, sed tales ante anthesim videntur: exsiccatione ut *G. palustre*, quoque nigrescit—A *G. uliginoso*, sub quo a Cl. *Spr.* in *s.veg.1.p.388* synonymon *Preslii* citatur, omnino diversum, *caule* levissimo, ec.—A *G. palustre* cum quo a plerisque associatur, habitu elatiore, floribus majoribus, et foliorum forma ac facie propria distinguitur. Praeterea *G. palustre* verum nonnisi in septentrionalibus Regni neapolitani provenit: hoc vero meridionalium incola!, nec in illum transit.

2. *G. verum. b. pubescens—Guss. pr. 1. p. 171.*

G. caule erecto pubescente subtetragono, foliis octonis anguste linearibus sulcatis integerrimis, supra scabris glabris, margine sub revolutis levibus, panicula densa ramosissima terminali, corollis muticis.

G. verum. *Ucria H. Pan. p. 71*—G. verum trachyphyllum. *Wallr. sch. crit. p. 56*, et *Dec. pr. s. nat. 4. p. 603*—G. luteum. *Cup. H. Cath. p. 82—Cast. H. Mess. p. 38.*

*G. tuberculatum*, foliis octonis linearibus revolutis rigidis apiculatis superne tuberculato-scabris, panicula contracta, caule tetragono pubescenti-scabro. *Presl fl. sic. pr. p. 60*, et *del. Prag. p. 120.*

Ic. *Mart. fl. rust. t. 54*, ex *Dec.*

In collibus argillosis vel calcareis, et in montosis; *Palermo*, *Piana de' Greci*, *Vicari*, *Polizzi*, *Collesano*, *Petralia*, *Alimena*, *Caltanissetta*, *Bronte*, *Nicosia*, ec.

Julio, Julio. ♃

*Caulis* semper pubescens, levis vel scaber, erectus vel adscendens, 1-2-pedalis: *folia* margine revoluta, apiculata, superne viridia tuberculato-scabra, inferne pallidiora, erecta, divaricata, vel reflexa, lin. lata: *panicula* plus minus ramosa, non simpliciter ramosa, nec contracta, uti ex *Presl l. c.*: *fructus* leves: *flores* nunc flavi, nunc pallide lutei.

Variat caule glabriusculo, et specimina herbarii *Dec.* a nostris vix differunt, uti illa *G. tunetani* herb. *Desf.* nonnisi fructibus hirsutis distingui possunt.

3. *G.* LITORALE. *Guss. pr. 1. p. 172.*

G. caule rigido tetragono, ramis approximatis, foliis suboctonis oblongo-lanceolatis apice dilatatis mucronatis margine subserratis patentibus reflexisque, paniculae ramis trichotomis erectis, corollis externe pubescentibus, lobis ovato-lanceolatis aristatis.

Ic. *nulla.*

*b. pubescens*; caule superne pedunculisque villoso-pubescentibus.

Ic. G. hirsutie cinereo-sordidum. *Cup. panph. 2. t. 240.*

In fruticetis arenosis maritimis; *Mazzara*, *Marsala*, *Selinunte*, *Campobello*.

Majo, Junio. ♃

*Caules* erecti vel adscendentes, 1/2-1 1/2-pedales: *folia* laete virentia, patentia, subtus pilis obsita, margine subrevoluta, supra tactu levia, sed lente conspecta minutissime tuberculata, 1-2 lin. lata, 5-7 lin. longa, suprema angustiora et aliquando quaterna: *panicula* abbreviata aut subelongata, laxi-vel densiflora: *flores* albi, odore intenso nauseoso praediti: *corollarum* lobi ovato-lanceolati, aristati, arista sursum erecta: *filamenta* alba, *antheris* luteis. — Affine *G. mollugini* et iconi *G. apiculati Fl. gr. t. 129* ob foliorum formam, sed *habitu* et multis aliis characteribus diversum.

4. *G.* PALLIDUM. *Presl fl. sic. pr. p. 60*, et *del. Pr. p.121*—*Guss. pr. 1. p. 172.*

G. glaucum, caule adscendente tetragono glabro, foliis senis linearibus superne latioribus obtusis mucronulatis margine revolutis scabriusculis, paniculae ramis trichotomis erectis, corollae lobis aristatis.

G. glaucum. *Ucria H. Pan. p. 70*; non *Lin.* — G. album. *Cast. H. Mess. p. 38.*

Ic. G. saxatile, glauco folio. *Bocc. mus. p. 172. t. 116!* — G. montanum, brevioribus foliis incanis glabris, floribus candidis. *Cup. H. Cath. p. 83*, et *panph. 2. t. 68.*

In rupibus calcareis maritimis; *Palermo a Monte Peregrino e Monte Gallo*, *da Cinisi alla punta di S. Vito*, *Bagheria*, *Termini*, *Cefalù*, *Sciacca*, ec. = et in *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Lampedusa*.

Aprili, Majo. ♃

*Caules* plures ex eadem radice, ad nodos saepius incrassati, floriferi erecti; steriles plures, caespitosi, diffusi, filiformes; *folia*, uti reliquae partes, glaberrima, patentia vel reflexa, inferiora et in ramis sterilibus 2-lin. lata, et magis glauca, 6-12 lin. longa verticillis proximioribus; superiora angustiora, fere linearia: *panicula* multiflora, oblonga, 4-12-pollicaris; ramis erecto-patulis, lavissimis: *flores* albidi, odori: *fructus* demum nigri, glabri, sub lente jam perfecti tenue granulati.

Icon *Bocconi* ex loco natali ad hanc speciem, et non ad *G. glaucum* certe spectat. Nec *G. pallidum Presl* cum *G. sylvestri* associandum, ut opinatur Cl. *Spr. in s. veg. 1. p. 388. n. 37* nec cum

*C. cinereo* uti ex *Dec.*, sed potius aequenti affine, quod varietatem *G. erecti* facit ipse Cl. *Dec. in pr. s. nat. 4. p. 595.*

5. *G.* LUCIDUM. *All. ped. p. 5—Presl fl. sic. pr. p. 60 — Guss. pr. 1. p. 173.*

G. virescens, caule tetragono basi decumbente erectoque cortica inferne aecedente tecto, foliis rigidis suboctonis linearibus vel lanceolato-linearibus apicem versus dilatatis margine serrulatis corollaeque lobis aristatis, paniculae ramis trichotomis erectiusculis.

Ic. *All. l. c. t. 77. f. 2* — G. montanum, candidum. *Cup. panph. 1. t. 64.*

*b.* floribus carneis.

*c.* floribus carneis, paniculae ramis divaricatis, caule humili basi caespitoso.

*cc.* floribus luteolis.

In collibus asperis, et rupibus calcareis montosis ubique in Sicilia = et in vulcanicis rupibus *Saline*, *Panaria*, *Dattolo*. Varietas *b.* a *Marosa al sud di Busambra*; varietas *c. al Monte Salvatesta presso la Noara*; et co. *Madonie allà oalma grande* (*Parlat.*). Praeterea in *Panaria* et *Dattolo* varietatem vidi, caule humili caespitoso, ut in *c.*, sed flores albi, non ut illo carnei.

Majo, Junio. ♃

Innumerae hujus speciei varietates in Sicilia passim inveniuntur. Occurrit enim: *caule* omnino glabro, vel inferne pubescente, palmari, pedali et ultra: *foliis* pallidis, vel iutense virentibus; linearibus, angustis, vix aemilineam latis, ac in asperis margine revolutis rigidisque; vel omnino planis, latioribus, 1 1/2 lin. latis, flaccidinsculis; apicem versus magis vel minus serrulatis; abbreviatis aut elongatis; incurvis vel rectis, horizontalibus vel reflexis: *verticillis* foliorum approximatis vel distantibus: *panicula* laxa vel densa: *corollae lobis* plus minusque aristatis; quae varietatea seorsum spectatae species diversae videntur.

6. *G.* AETNICUM. *Biv. man. 4. p. 21—Guss. pr. 1. p. 174.*

G. radice repente, caule tetragono (humili), foliis subsenis mucronatis margine antrorsum serrulato-aculeatis, inferioribus spathulatis, superioribus linearibus, pedunculis trichotomis, corollae lobis aristatis, panicula brevi subsimplici.

G. *trinacrium*, foliis octonis noveuisque ellipticis crassiusculis sursum incurvatis obtusis mucronatis glabris margine revoluto-scaberrimis, panicula terminali condensata, radice longissima caulequc basi repente, ramis adscendentibus brevibus, corollis mucronatis. *R. S. s. veg. 3. p. 238.*

Ic. *nulla*.

In arenosis supra regionem sylvosam Aetnae: *Pizzuta* (*Parlatore*).

Julio, Augusto. ♃

*Planta* gracilis, exsiccatione nigrescens: *radices* fere filiformes inter arenas repentes et intricatae: *caules* caespitosi, 2-4-pollic. (4-9-pollic. ex *Biv.*), saepe ad nodos inferiores radicantes: *folia* virentia, glabra, patentia ac plana, inde ut plurimum revoluta ac reflexa, 3-5 lin. longa, 1/2-1 lin. lata; inferiora sena, breviora, latiora, et verticillis magis approximatis: *flores* albi, in panicula 1-2-pollicari: *corollae* lobi ovati: *fructus* ut in praecedente: *habitus G. Villarsii Gaud.*

G. *aetnense*, suffruticosum procumbens leve, foliis suboctonis lineari-lanceolatis mucronatis margine scabris glaucis reflexis, panicula subsimplici, petalis (sic) aristatis, fructu glabro levi. *Presl fl. sic. pr. p. 60*, et *del. Prag. p. 120*, a planta *Biv.* mihi non

videtur differre, quamvis a Cl *Spr.* in *s. veg. 1. p. 390* ad *G. aristatum* amandetur. Multo minus *G. trinacrium R. S.* (idest *G. aetnicum Biv.*) ad *G. incurvum* spectare potest, ut idem auctor l. c. opinatur; nam sunt plantae omnino diversae, et, ut de reliquis sileam, corollae lobi, qui in *G. incurvo* mutici, in *G. aetnico* sunt aristati. Tandem ipse auctor sub *G. saxatile l. c. p. 390. n. 69*, rursus uti synonymon refert *G. aetnicum Biv.* Sic, ad hodiernam nominum confusionem augendam, eadem planta sub diversis nominibus ad diversas species relata, cum nulla ipsarum conveni'. Interim si de planta tam controversa judicium proferri liceat, potius varietatem pigmaeam *G. lucidi* crederem; nam inter *G. lucidum*, *G. pallidum*, et *G. aetnensem*. post viventium individuorum numerosam seriem inspectam, nullos certos characteres, quorum ope rite dignosci possunt, me adhuc non invenisse fateor: et equidem Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 9. p. 101*. in unicam speciem conjunglt, sed adhuc uti diversas retuli, ut denuo melius examini submittantur.

7. *G.* DIVARICATUM. *Lam. dict. enc. 2. p. 580*—*Guss. pr. supp. p. 42*.
G. caule adscendente erectoque superne ramoso tenui, foliis 6-8-nis lineari-lanceolatis margine sursum cauleque a basi ad medium retrorsum scabris; pedunculis axillaribus terminalibusque gracilibus divaricatis 2-4-floris elongatis, pedicellis fructu granulato aequalibus.

G. anglicum: *Guss. pr. 1. p. 173*, exclusis synonymis praeter *Cup.*, et *Barr.*

Ic. *Dec. pl. gall. rar. t. 24*—Gallium minimum, tenuissimum, procumbens, folio minimo, flore ex albo flavescente. *Cup. H. Cath. p. 83?*—et Rubia pusilla, alpina, tenuissimo folio. *Cup. panph. 2. t. 246*—G. album, minimum, spanospermum. *Barr. ic. 57.*

In collibus aridis sterilibus, in sylvaticis, et in arvis siccis arenosis in Sicilia = et in *Alicuri alla scala di Mario*, *Lipari a S. Angelo*, *Favignana*, *Pantellaria*.

Aprili, Junio. ☉

*G. gracile*, foliis infimis quaternis obovatis, superioribus octonis lineari-lanceolatis margine carinaque antrorsum serratis, caule tetragono levi trichotomo, ramis capillaribus 2-3-floris, fructibus granulosis. *Presl fl. sic. pr. p. 60*, ad varietatem hujus speciei, caule superne levi certe spectat, ut ipse auctor in litteris me monuit.

*Planta* undique glabra ac virescens, exsiccatione vix nigrescens: *caules* basi simplices, vel ab ipsa basi ramosissimi; ramis plus minusque divaricats ac paniculatis: *folia* demum reflexa; inferiora ad summum lin. lata; superiora angustiora, et in verticiliis remotioribus: *corollae* exiguae, sordide purpurascentes, vel saepius virentes; lobis subreflexis acutis, non aristatis.—*Fructus* sub lente granulati, quo charactere etiam a *G. divaricato* parum differt, et *G. anglico* proximum. Icon *Raj syn. t. 9. f. 1* ad *G. anglicum* relata, hoc nostrum non male refert. Confer *Smith. brit. ed. 2. v. 2. p. 206*.

*b. Fructu hispido, aut villoso.*

8. *G.* PARISIENSE. *Lin. sp. pl. 157*, excl. syn. *Ray.*—*Guss. pr. 1. p. 177.*
G. caule adscendente vel diffuso ramosissimo, foliis subsenis linearibus mucronatis margine cauleque ad angulos retrorsum scabris,

pedunculis axillaribus 2-3-floris ( subtrichotomis ) elongatis divaricatis, corollis muticis, fructibus pateuter hispidis.
G. litigiosum. *Dec. fl. fr. 4. p. 263—Presl fl. sic. pr. p. 61.*
Ic. *Dec. pl. gal. rar. t. 26*—Aparine minima, florè albo. *Barr. ic.58.*
In sylvaticis montosis ; *Palermo a Monte Cuccio, a S.Martino, a S. Anna ; ed al Monte Gallo alla Moarta ( Parlat.)* : *Polizzi* , *Etna* = et in *Ustica ( Carcara )*
Aprili , Majo. ☉

*Habitus* omnino praecedentis, sed magis diffusum, et a basi ipsa saeplus divaricate ramosissimum , denique exsiccatione non nigrescens : *pedunculi* breviores : *fructuum* setae albidae , apice subuncinatae.
*G. axillare* , caule caespitoso , ramis arectis tetragonis aculeatis, foliis septenis lanceolato-linearibus mucronatis margine carinaque aculeatis , pedunculis paucifloris axillaribus , fructu hispidiusculo , pilis adpressis ; *Presl l. c. p. 61* , ex ipso auctore est hujus speciei varietas — G. microspermum , *Desf. atl. 1. p. 130* , ax ipsius specimine magis huic quam *G. divaricato* proximum , ita ut a *G. parisiensi* nonnisi pedunculis brevioribus , vix folia excedentibus differre mihi visum sit — Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 152* sub hac specie alias plurimas associat : a *G. anglico* equidem nonnisi fructuum birsutiae, et herba minime nigrescente recedit ; sed cum *G. divaricato* nullimodo confundendum puto.

9. *G. SETACEUM. Lam. Dict. enc. 2. p. 584—Pers. syn. pl. 1. p. 128 —Desf. atl. 1. p. 129 !* ex herb.
G. caule gracilissimo erecto scabriusculo , foliis omnibus margine ciliato-scabris , inferioribus caulicularumque sterilium ovalibus obovatisque quaternis , superioribus senis vel octonis lineari-setaceis , pedunculis capillaribus 2-3-fidis , corollis muticis , fructibus ( minimis ) albo-villoso-hispidis.
G. microcarpum *Vahl sym. 2. p. 30—Presl fl sic. pr. p. 61* — G. capillare. *Cav. iv. 2. p. 73—Guss. pr. 1. p. 178.*
Ic. *Cav. l. c. t. 191. f. 1*—Rubeola alpina , pusilla , tenuissimo folio. *Cup. panph. 1. t. 62.*
In collibus aridis calcareis sterilibus , et in glareosis submontosis ; *Palermo a Monte Cuccio a Monte Peregrino a Sferracavallo*, *Noto* , *Avola* , *Palazzolo* , *Bronte* , *Monte di Trapani* , *Cammarata.*
Aprili , Majo. ☉

*Caules* stricti vel basi adscendentes , 2-6-pollicares , soperne ramosi : *folia* radicalia , 1-1 1/2 lin. lata , 2 lin. longa, verticillis approximatis ; reliqua tenuissima, scabriuscula, ac ciliato-hirsutiuscula, 5-6 lin. longa: *corymbi* pauciflori, laterales et terminales ; pedicellis divaricatis, glabris, saepe verticilio foliorum fere involucrati ipsos excedente : *corollae* obscura viridi-rubentes; limbi lobis ovatis, acutis: *fructuum* setae albae , patentes , apice uncinatae.
*G. microcarpum Vahl* , a *R. S. s. veg. 5. p. 239* , et a *Spr. s. veg. 1. p. 392* ( cujus synonymon ex ipsis auctoribus est *G. setaceum Lam.* ) , ut species diversa a *G. capillari Cav.* refertur , quod minime verum. Tamen cum *G. setaceum* , *G. microcarpum* et *G. capillare* unicam speciem constituant , sic a *G. microcarpo Spr. l. c.* synonymon *G. floribundi Fl. Gr.* est excludendum , quia ad nostram speciem nullo modo illius plantae icon respondet.

10. *G. ELLIPTICUM. Willd. en. H. Ber. supp. p. 7— Presl del. Prag. p. 122—Spr. s. veg. 1. p. 391—Guss. pr. 1. p. 176.*
G. hirsutum , pilis albis reflexo patentibus, foliis quaternis ellipticis vel ovato-ellipticis 3-nerviis ciliatis, panicula terminali trichotoma, fructu setis apice uncinatis hispido.
G. rotundifolium. *b. R. S. s. veg. 3. p. 254.*

Ic. Rubia semine duplici, hispido, latis et hirantis foliis. *Cup. H. Cath. p. 193*, et *panph. 2. t. 130—Raf. t. 40—Bocc. sic. t. 6. f. 1—Moris. hist. 3. s. 9. t. 21. f. 5*—Cruciata major, villosa, flore molluginis albo. *Barr. ic. 324.*

In sylvis, et nemoribus montosis; *Madonie*, *Boschi di Caronia*, *di Mistretta*, *di Montalbano*, *dell' Etna a Bronte a Maletto* ed al *Milo* = et in fruticetis umbrosis elatioribus, *sul monte di Alicuri*, *e delle Saline al Nord.*

Junio, Julio. ♃

*Caules* caespitosi, decumbentes, debiles, florentes erecti, 1/2-1-pedales, inferne ramosi: *folia* 3-4 lin. lata, 5-7 lin. longa, pallide virentia, obtusa ac mutica, vel brevissime mucronulata; inferiora breviora ac in verticillos magis approximatos: *paniculae* rami graciles, filiformes, demum elongati ac divaricati: *flores* albi: corollinis lobis ovatis acutis muticis.

Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 129* uti plures alii auctores varietatem *G. rotundifolii* faciunt—Pro reliquis synonymia hujus speciei confer *Dec.* in *pr. s. nat. 4. p. 599*, et *Schult. s. veg. mant. ad vol. 3. p. 181-182.*

11. *G. aparine. Lin. sp. pl. 157—Ucria H. Pan. p. 71—Guss. pr. 1. p. 177.*

G. foliis octonis lineari-lanceolatis hispidiusculis carina margine cauleque flaccido ramosissimo retrorsum aculeato-scabris apice latioribus, fructu hispidissimo pilis uncinatis tecto.

Aparine vulgaris. *Cup. H. Cath. p. 20—Cast. H. Mess. p. 32.*

Ic. *Fl. dan. 495—Bull. herb. de fr. t. 315*—Aparine. *Dodon. pempt. 353.*

*b. minor;* caule gracili, humili, foliis saepius senis lin. latis.

In ruderatis, sylvaticis, glareosis et ad sepes in Sicilia = et in *Ustica (Carcara)*, *Alicuri*, *Saline*, *Lipari*, *Favignana*, *Maretimo*, *Levanzo*, *Pantellaria*, *Lampedusa*, *Linosa*; var *b. Caronia (Gasparrini).*

Januario, Aprili. ☉

*Caules* pro loci natura pedales, quadripedales, et ultra: *folia* patentia, aristata aut mutica, 8-10 pro quolibet verticillo; *pedunculi* in fructu divaricatis; *flores* albidi, parvi, approximati, corollinis lobis muticis, acutis: *filamenta* et *stigmata* candida, brevissima; *antheris* lutescentibus: *fructus* non solum hispidi, sed et granulati, jam sub anthesi corolla majores.

** *Pedunculis omnibus axillaribus subramosis.*

12. *G. triçorne. Smith brit. 1. p. 176—Presl fl. sic pr. p. 60—Guss. pr. 1. p. 176.*

G. foliis suboctonis lineari-lanceolatis margine cauleque flaccido retrorsum aculeatis, pedunculis trifloris folia non excedentibus, fructiferis recurvatis, fructibus granulatis glabris.

Valantia spuria. *Pers. syn. 1. p. 129*, ex synon. *Vaill.*

Ic. Aparine semine levi. *Vaill. paris. t. 4. f. 3. a. a.*—A. Coriandri semine, foliis asperis, Rubiae prope. *Cup. panph. 2. t. 250 — Bon. t. 18.*

Inter segetes in Sicilia = et in *Felicuri alle fontanelle*, *Lipari a Vizzina ed al Palmito*, *Maretimo*.

Martio, Aprili. ☉

*Caules* ramosi, palmares vel sesquipedales, decumbentes: *folia* lin. lata, fere pollicem longa, ad margines crebre spinuloso-ciliata, apice aristata: *pedunculi* fructus breviores, triflori; *pedicellis* 2 lin.

longis, et ipsis quoque demum recurvis: *corollae* albidae, lobis muticis: *fructus* majusculi, nigrescentes, setis raris exiguis conspersi. Planta undique scabra, et ob aculeos reversos, uti praecedens, vestibus adhaerens.

**13.** *G.* SACCHARATUM. *All. ped. n. 39—R. S. s. veg. 3. p. 249 — Guss. pr. 1. p. 176.*

G. caule flaccido ad angulos retrorsum aspero, foliis subseptenis lineari-lanceolatis margine antrorsum aculeato-scabris, floribus polygamis, pedunculis 3-4-floris folia non excedentibus, fructiferis recurvis, fructibus glabris verrucosis.

Valantia Aparine. *Lin. sp. pl. 1491—Ucria H. Pan. p. 425*—Aparine semine verrucoso. *Raj syll. p. 279.*

Ic. G. verrucosum. *Sibth. fl. gr. 2. p. 24. t. 153* — Aparine minor, saxatilis, verrucoso semine, folio pallide viridi. *Cup. H. Cath. p. 20*, et *panph. 1. t. 14*—A. semine levi. *Vaill. paris. t. 4. f. 3. 6.*

In cultis, et lapidosis herbosis in Sicilia = et in *Ustica*, *Felicuri*, *Alicuri*, *Lipari*, *Panaria*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*, *Lampedusa*.

Februario, Majo. ☉

*Habitus* omnino praecedentis a quo potissimum recedit: *caule* minus scabro, *foliis* sursum non retrorsum aculeatis, denique *fructibus* undique verrucis crassis obsitis, qui aliquando simpliciter globosi, altero cocco nempe abortivo.

**14.** *G.* RETRORSUM. *Dec. pr. 1. nat. 4. p. 605.*

G. caule flaccido simplici ad angulos retrorsum aculeato foliisque quaternis oblongis aculeato-ciliatis villoso-hispidis, pedunculis pilosis subsimplicibus, fructiferis reflexis, floribus polygamis, fructu glabriusculo laevi.

Valantia pedemontana. *Willd. sp. pl. 4. p. 949—Wald.* et *Kit. 1. p. 32*, non *Bell.*—G. pedemontanum. *Guss. pr. 1. p. 170*, cum descriptione, excl. syn. *All. R. S.*, an et *Willd.?*

Ic. *Wald.* et *Kil. l. c. t. 33.*

In sylvaticis et nemorosis; *Busambra, Madonie*, *Boschi di Mistretta*, *di Caronia*, *Etna a Bronte*, *Maletto*, *Francavilla*, *Messina.*

Majo, Junio. ☉

*Caules* debiles, filiformes, palmares vel pedales: *folia* lin. 2 lata, 3-4 lin. longa, obtusiuscula, patentia, demum reflexa; superne inter pilos scabra: *pedunculi* vix lin. longi, pauciflori: *corollae* lutescentes, sliquando 3 fidae: *fructus* sub lente setis brevibus hinc inda conspersi observantur. Hoc potius, quam sequens, esse verum *G. pedemontanum All.*, fide speciminum, putat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 98*; sed hoc a sequente non differre uti ipse arbitratur assentire nequeo.

Sequens differt ab hoc; *caule* villoso, non retrorsum aculeato-hispido. *Folia* sunt quidem margine aculeata, sed aculei non retrorsi, ut in caule.

**15.** *G.* PEDEMONTANUM. *All. auct. p. 2?—R. S. s. veg. 3. p. 249?—Dec. pr. s. nat. 4. p. 605.*

G. floribus polygamis, pedunculis pilosis 1-floris, fructiferis reflexis, foliis quaternis oblongis csuleque erecto sub simplici non aculeato gracili molliter villosis.

Ic. Valantia pedemontana. *Bell. app. 46. t. 5*, ex *Dec.*

In apricis submontosis; *Messina alla Casella del Re.*

Martio, Aprili. ☉

*Planta* pusilla, undique molliter pubescens: *caules*, in Sicilia, 2-3-pollicares, erecti aut adscendentes basi ramosi vel simplices: *folia* 1/2-1 lin. lata, 2-3 longa, obtusa, patentia, demum reflexa,

pallide virentia, internodiis breviora vel illa aequantia, in verticillis inferioribus minora: *pedunculi* foliis 2-3-plo breviores: *flores* lutei, parvi: *fructus* maturos non vidi, sed videntur glabri.

16. *G. verticillatum. Danth.* in *Lam dict. enc.* 2. p. 585—*R. S. s. veg.* 3. p. 262—*Guss. pr.* 1. p. 179.

G. caule basi ramoso, ramis subsimplicibus erectis, foliis lanceolatis demum deflexis pilis brevibus hispidis, inferioribus quaternis verticillatis, supremis oppositis, fructibus verticillatis subsessilibus hispidis erecto-patulis.

Sherardia erecta. *Smith fl. gr. pr.* 1. p. 86, et *Sibth. fl. gr.* 2. p. 14 —G. murale. *Spr. s. veg.* 1. p. 393, exclusis synonymis *Linn.*, et *All.*

Ic. *Sibth. l. c. t.* 116—*Loisl. not. t.* 2—Asperula verticillata, luteola. *Cup. H. Cath.* p. 24, et *panph.* 1. t. 257—A. muralis, verticillata, minima. *Column. ecphr.* 1. t. 300— *Moris. hist.* 3. s. 9. t. 21. f. 6.

In herbosis, et umbrosis sylvaticis montosis; *Madonie*, *Busambra*, *Monte di Cammarata*, *Catania*, *Mistretta*.

Majo, Junio. (•)

*Caules* hispidiusculi, filiformes, caespitosi, sat raro superne ramosi, ad angulos leves, 3-10-pollicares: *folia* 1/2-1 lin. lata, 2-3 lin. longa acutiuscula, ante anthesim erecta: *flores* luteoli 4 - 6 in quolibet verticillo; pedunculis vix semilineam longis: *fructus* ovoidei, setis brevibus subuncinatis canescentes.

Synonymon *Morisonii* a *R. S. s. veg.* 3. p. 262 sub sequente specie relatum, ad hanc certe spectat.

17. *G. murale. All. ped.* n. 34—*Presl fl. sic. pr.* p. 61—*Guss. pr.* 1. p. 179.

G. caule glabro ramoso decumbente, foliis lanceolatis glabriusculis margine ciliato-scabris, inferioribus quaternis, intermediis senis, superioribus oppositis, floribus extraxillaribus binis, breve pedunculatis, pedunculis post anthesim reflexis, fructibus hispidis.

Sherardia muralis. *Lin. sp.* p 149, excl. synonymo *Columnae*, ad speciem praecedentem spectante. *Smith fl. gr. pr.* 1. p. 86 — Rubeola tenuissima, humi sparsa, quino quaterno terno utroque folio ( sic ), flosculis ex albo-luteolis. *Cup. H. Cath.* p. 193, et —Asperula verticillata, luteola, repens, ramosa, *supp. alt.* p. 11.

Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 115—Asperula verticillata, albo lutescente flosculo, ramosa, repens. *Cup. panph.* 1. t. 257—G. minimum, seminibus oblongis. *Buxb. cent.* 2. p. 31. t. 30. f. 2.

*b.* caule, foliisque subcanescenti-hispidis.

In ruderatis, ad muros, et in collibus aridis, arvisque incultis saxosis in Sicilia = et in *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Saline*, *Lipari*, *Favignana*, *Lampedusa*. Varietas *b.*, *Catania* in muris = et in *Saline*, *Pantellaria*.

Aprili, Majo. (•)

*Caules* filiformes, valde ramosi, leves, 2-10-pollicares, et inde foliorum verticilli approximati vel remoti: *folia* inferiora obovata, obtusa, latiora, 1 1/2 2 lin. lata, 3-4 lin. longa; media lanceolata, acuta, et superiora lanceolato-linearia lin. lata, 4-5 lin. longa; omnia patentia, demum reflexa, apice aristulata, superne hirsutiusculo: *pedunculi* vix lin. longi, simplices vel bifidi, ut plurimum bini, raro terni, et tunc unico axillari, in fructu parum crassiores: *corolla* tridentata, viridula; lobis acutis, muticis: *fructus* ad apicem praesertim setis uncinatis hispidi, nigrescentes, vix lin. longi, jam perfecti incurvi, et inter se parum remoti.

† 18. *G. MONTANUM. Lin. sp. pl.155—Ucria H. Pan. p. 71—Guss. pr. 1. p. 180.*
G. foliis subquaternis linearibus levibus, caule debili scabro, seminibus glabris.
In montibus; *Madonis a lu sautu di lu lupo (Ucria)*; an *G. lusidi* var.?

† 19. *G. REFLEXUM. Presl fl. sic. pr. p. 61*, et *del. Prag. p. 125 — Guss. pr. 1. p. 180.*
G. foliis quaternis ovatis reticulato-venosis cauleque simplici hirsutis, pilis patentibus, pedunculis axillaribus oppositis 1-2-floris hirsutis, fructibus globosis deflexis piloso-scabria.
In graminosis humidiusculis montosis, *Madonie.*
Junio, Julio. (•) (*Presl*)
*Planta* pusilla biuncialis, vix digitalis: *radix* filiformis, annua: *caulis* simplicissimus, erectus, hirsutus, pilis patentibus; *folia* quaterna, ovata, hirsuta, subtus reticulato-venosa, inferiora plerumque deflexa; *pedunculi* axillares, oppositi, 1-biflori, folio dimidio breviores, pilis longis rigidis albidis hirsuti, post florescentiam deflexi: *flores* minimi, albidi; *fructus* globosi, deflexi, ideo in pagina inferiore foliorum reperiuntur, pilis brevibus rigidis adpressis scabri (*Presl l. c.*).
Cum *G. pedemontano* conveniret; sed ex descriptione *Preslii*, *fructus* piloso-scabri in suo *G. reflexo*. An varietas?

## CRUCIANELLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 163—Endl. gen. n. 3102.*

*Bracteae* 2-3 sub singulo flore. *Cal.* limbus nullus. *Cor.* infundibuliformis; tubo gracili, elongato; limbo 4-5-fido, laciniis saepius apice appendiculatatis. *Stam.* et *stylus* inclusa. *Stigm.* duo, capitata. *Fructus* oblongus, apice nudus, 2-coccus; coccis siccis, 1-spermis. (*Herbae* annuas vel suffrutices: *folia* sestipuista, opposita aut verticillata: *flores* laxe, vel dense spicati luteoli.)

1. *C. ANGUSTIFOLIA. Lin. sp. pl. 157 — Ucria H. Pan. p. 71 — Guss. pr. 1. p. 181.*
C. herbacea, foliis angustissime linearibus ciliato-scabris, inferioribus quaternis, superioribus senis angustioribus, bracteis tribus exterioribus, aequalibus cariustis ovato-lanceolatis, spicis crassiusculis 4-fariam imbricatis, floribus muticis inter bracteas geminis, altero bracteolis duabus interioribus linearibus suffulto.
Ic. *Smith exot. bot. t. 109*—Rubia spicata, angustifolia. *Barr. ic. 550!*
In aridis collibus calcareis; *Cammarata, Avola, Noto, Girgenti.*
Aprili, Majo. ☉
*Caules* glabri, erecti vel adscendentes, basi ramosi, 4-10 pollicares: *folia* vix semilineam lata, acuta, rigida, margine revoluta: *spicae* 1-2-pollicares, diametro 2-3-lineari: *bracteae* lanceolatae acutae, dorso virentes, caeterum albo-scariosae, ad carinam et margines scabrae: *corollae* luteolatae; limbi laciniis inappendiculatis; *fructus* glabri, superne latiores, rotundati, fusci.

2. *C. LATIFOLIA. Lin. sp. pl. 158 — Ucria l. c. p. 72 — Guss. pr. 1. p. 181.*
C. herbacea, foliis scabris mucronatis, inferioribus quaternis ellipticis, superioribus senis anguste lineari-lanceolatis, spicis gracilibus 4 fariam imbricatis, bracteis tribus valde inaequalibus, exteriore duplo latiore et longiore ovato-lanceolata, duabus interioribus li-

neari-setaceis, floribus inter bracteas solitariis, corollae laciniis appendiculatis.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 139*—Rubia spicata, cretica. *Clus. hist. 2. p. 177* —R. minor, spicata. *Barr. ic. 520*, et *549*.

In aridis collibus calcareis maritimis; *Noto*, *Avola*, *Palazzolo*.

Aprili, Majo. ⨀

*Caules* erecti vel adscendentes, graciles, glabri, simplices vel basi ramosi, palmares vel pedales: *folia* inferiora 2-3 lin. lata; spicae 4-16 lin. longae, diametro lineam non excedente; *bractea* cujusque floris exterior, ovata, acuta, glabra, cum opposita connata se vaginans; interiores carinatae, dorso virentes, margine et carina ciliatae, acutae: *corollae* luteolae; limbi, laciniis acutis, longe appendiculatis.

A praecedente diversa non tantum *foliorum* latitudine, et *caulis* directione, qui characteres variabiles sunt; sed praecipue *bracteis*, quae in hac inaequalissimae, in illa omnino sequales; et *floribus*, qui in *C. latifolia* sunt solitarii inter tres bracteas, et bini in *C. angustifolia* inter tres bracteas latiores; quorum alter nudus, alter bracteolis duabus linearibus stipatus — Ambae variant *caules* erecto, vel basi procumbente—Hanc pro *C. monspeliaca Lin.* habet Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 142*, sed in nostra nec caules diffusi, nec folia inferiora ovata, nec spicae *C. augustifoliae* similes. Confer *Lin. l. c.*

3. *C. maritima. Lin. sp. pl. 158—Ucria l. c.—Presl fl. sic. pr. p. 65 —Guss. pr. 1. p. 182.*

C. suffruticosa, procumbens, foliis glaucescentibus ovali-oblongis vel lanceolato-linearibus, junioribus 4-fariam imbricatis, floribus oppositis spicatis, bracteis tribus inaequalibus, exteriore ovato-elliptica, duabus interioribus compresso-navicularibus margine scariosis ciliatisque, corollis 5-fidis, laciniis appendiculatis.

Rubis maritima. *Cup. H. Cath. p. 193.*

Ic. Rubia marina. *Dod. pempt. 357—Clus. hist. 2. p. 176.*

In arenosis maritimis Siciliae.

Majo, Julio. ♄

*Caules* caespitosi procumbentes, *cauliculi* florentes surrecti, annotini: *folia* rigida, cartilaginea, glaberrima: *spicae* breves, densae, obtusae: *bracteae* exteriores late ovatae, carinatae, acutae, ciliatae, spice demum recurvo-patentes: *corollae* lutescentes; limbi laciniis appendiculatis; appendiculis lin. longis, sub anthesi erecto-patulis, antea et postea intus replicatis.

4. *C. rupestris. Guss. pr. suppl. p. 44.*

C. suffruticosa, caespitosa, foliis 4-fariam imbricatis glaucescentibus levibus lanceolatis mucronatis, floribus oppositis subspicatis, bracteis tribus aequalibus, duabus interioribus concavis carinatis (carina non alata) margine scariosis ciliatisque, corollis . . . . .

Ic. *nulla.*

In rupibus calcareis maritimis (una vero in arenosis); *Lampedusa nelle rupi al Nord, ed in quelle del vallone della Croce, e del Muro.*

Floret, Junio? ♄

*Radices* inter rupes alte descendentes: *caules* basi suffruticosi, caespitosi, cortice fere suberoso vestiti; *cauliculi* vero annotini plures, conferti, graciles, 1-6-pollicares, erectiusculi aut procumbentes, foliis undique dense tecti: *folia* glaberrima, levia, juniora glaucescentia, demum virentia, vix 1/2 lin. lata, 2-3 lin. longa, plana, incurva, ecarinata, acuta: *flores* oppositi, imperfecte spicati; *corollae* tubo elongato, uti ex illorum reliquiis vidi (nam

plantas nonnisi fructiferas inveni): *bracteae* tres, quarum exterior fere plana, lanceolata, dorso carinata, non marginata nec ciliata, acuta; duae interiores ovato-lanceolatae, concavae, dorso carinatae; carina non alata, ut in praecedente, in qua recte cum Cl. *Savio bot. etr. 2. p. 9* compresso-naviculares dici possunt: *semina* bina, nigricantia, hinc convexa, hinc qua parte invicem se respiciunt plana ac sulcata, sub lente scabriuscula.

Affinis praecedenti, sed indicatis bractearum characteribus absque dubio distincta—Ab hac non differre video *C. maritimae* specimina ex Aegypto prope Alexandriam lecta a cl. *Martins*, et mihi communicata. In hac corollarum laciniae appendiculatae, et externe rugoso-scabrae ad apicem sunt.

## RUBIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 165—Endl. gen. n. 3101.*

*Cal.* limbus obsoletus. *Cor.* rotata, 5-fida (raro 4-fida). *Stam.* subexserta. *Stigm.* duo, globosa. *Fruct* globoso-didymus, apice nudus, 2-coccus; coccis carnosis, baccatis. (*Herbae* perennes, aut suffrutescentes: *caules* tetragoni: *folia* verticillata, exstipulata: *flores* luteoli, axillares, et terminales, paniculati.)

1. *R.* BOCCONI. *Petagna inst. bot. 2. p. 255—Presl fl. sic. pr. p. 59—R. S. s. veg. 3 p. 212—Guss. pr. 1. p. 182.*
 R. foliis perennantibus quaternis ovalibus supra nitidis, margine carina et caulinis angulis scabris, corollis 4-5 fidis, lobis acutis.
 Rubeola quadrifolia, aspera. *Boc. her.* In *Mus. H. Paris.*
 Ic. *Ten. fl. nap. t. 10*—R. minor, aspera, myrtifolia, tetraphylla. *Cup. H. Cath. p. 99*, et *panph. 2. t. 75*—R. minor, quadrifolia, atrovirens, saxatilis. *Bocc. mus. t. 75—Barr. ic. 547.*
 In rupibus calcareis; *Palermo*, *Trapani a Cofani*, *Patti* ⩵ et in *Ustica*, *Pantellaria*.
 Aprili, Majo. ♄

2. *R.* PEREGRINA. *Lin. sp pl. 158—Ucria H. Pan. p. 72—Guss. pr. 1. p. 183.*
 R. foliis perennantibus senis lanceolatis supra nitidis laevibus, margine et carina aculeato-scabris, corollis quinquefidis, lobis aristatis.
 R. sylvestris, aspera. *Cup. H. Cath. p. 193*, et—R. sylvestris, laevis. *Cup. l. c. supp. alt. p. 78*—R. marina. *Raj syll. p. 276*—R. tinctorum, sylvestris. *Cast. H. Mess. p. 43.*
 Ic. *Engl. bot. t. 851* (ex *R. S.*)—R. sylvestris, aspera. *Moris hist. 3. s. 9. t. 21. f. 2*—R. sylvestris, minor, myrtifolio, sive vulgaris. *Cup. panph. 3. t. 98.*
 *b. angustifolia*; caule leviusculo foliis perennantibus senis elliptico-oblongis margine scabris, carina levibus.
 R. lucida *b. angustifolia. Guss. pr. 1. p. 183.*
 In sylvaticis, et ad sepes in Sicilia ⩵ et in *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Lampedusa*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*, *Pantellaria*. Var. *b. Capo Pachino a Terranobile.*
 Aprili, Majo ♄
 Variat *staminibus* 5, et *foliis* infimis quandoque quaternis binisque.
 Specimina gallica et hispanica differunt a planta sicula aculeis marginalibus foliorum insignibus, et margine vix revoluto. Nostra quoad habitum *R. splendenti Fl. port. 2. p. 67. t. 85* proxima, sed corollae lobis aristatis, qui in illa tantum acutati, recedit.

3. R. ANGUSTIFOLIA. *Lin. mant. p. 39—Guss. pr. 1. p. 183.*
R. caulibus scaberrimis, foliis perennantibus quaternis senisque lineari-lanceolatis supra margine et inferne carina scabris, corollae lobis aristatis.
Ic. *Lam. ill. gen. t. 60. f. 2*—R. quadrifolia, aspera. Polygonati angustifolii foliis. *Cup panph. 3. t. 61 ?*—R. sylvestris, aspera, Aparinaefolio. *Cup. panph. 1. p. 86 !*
In calcareis glareosis, ac in rupibus parum a mare dissitis; *Trapani da Cofani a S. Vito, Palermo a Sferracavallo, Cinisi, Scopello, Montallegro* = ct. in *Alicuri, Felicuri sul monte, ed alla fontana della Marfa.*
Aprili, Majo. ♄
In citata icone *Cupani t. 61*, tantummodo ramus sine floribus repraesentatur; tamen *caules* et *folia* non videntur aculeato-scabra, hinc an hujus loci ? : —Specimina herb. *Cav.* a nostris non differunt.
Species superius enumeratae conveniunt inter se, *habitu*; *glabritie*; *foliis* perennantibus, coriaceis, demum reflexis; *floribus* plus minus odoris, corollis deciduis; *fructibus* levibus, jam maturis atris. At in *R. Bocconi*. *caules* humiles ut in *R. angustifolia*; *folia* ovalia, et latiora, verticillis approximatis. In *R. peregrina*, *caules* longe inter sepes excurrentes; *folia* angustiora, exacte lanceolata; *flores* conspicuiores. Denique in *R. angustifolia*, *caules* graciliores; *folia* in ramis sterilibus apice attenuata, ad summum 3 lin. lata, sed saepe 2-pollicaria; *flores* pauci. Interim Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 146* species superius enumeratas in unicam associat; sed donec meliora innotescant sejunctas retinere malui, et tantum *R. lucidam* meam cum *peregrina* conjunxi.

---

*Rubiam tinctorum* in Sicilia spontaneam non inveni, et icon, Rubia major aspera, myrtifolio lato, *Cupani panph. 1. t. 86*, hanc speciem mihi referre videtur.

## EXACUM.

*Spr. s. veg. 1. p. 368. n. 442.*

*Cal.* 4-fidus. *Cor.* infera, 1-petala, hypocrateriformis; limbo 4-fido; tubo globoso. *Stam.* corollae lobis alterna. *Anth.* longitudinaliter dehiscentes. *Pist.* declinatum. *Stig.* simplex. *Caps.* 2-sulca, 2 locularis, 2-valvis. *Placent.* ad dissepimentum utrinque tandem libera. *(Herba* gracilis, annua: *folia* simplicia, opposita, integra, exstipulata: *flores* parvi, in pedunculis elongatis solitarii. *Gentianeae Juss.).*

1. E. FILIFORME. *Willd. sp. pl. 1. p. 638—Guss. pr. suppl. p. 161.*
E. caule filiformi ramoso, foliis radicalibus ovatibus, caulinis anguste lanceolatis sessilibus, pedunculis elongatis, corollis patulis.
Gentiana filiformis. *Lin. sp. 335—Koch syn. p. 490.*
Ic. *Fl. dan. t. 324*—Centaurium palustre, luteum. *Vaill. par. t. 6, f. 3.*
In arenosis hyeme inundatis; *Macchie di Alcamo ( Splitgerber, et Tineo ), boschetti fra Ogliastro e Monte Cane, ed in quello della Tumminia ( Todaro ).*
Aprili, Majo. ⊙
*Planta* glabra, pusilla, vix 2-pollicaris: *folia* integra, radicalia crassiuscula: *pedunculi* graciles, nudi, erecti: *calyces* 4-fidi; laciniis ovatis, acutis, erectis, margine scariosis: *flores* lutei: *habitus Erythraeae maritimae.*

# PLANTAGO.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 186—Endl. gen. 2170.*

*Cal.* 4 partitus. *Cor.* infera, persistens, infundibuliformis; tubo brevi; limbo 4-fido, demum reflexo. *Stam.* corollae laciniis alterna. *Caps.* 2-4-locularis, circumscissa. ( *Plantae* acaules vel caulescentes, annuae aut perennes: *folia* simplicia, integra vel pinnatifida, exstipulata, omnia radicalia rosulata, aut in caule alterna, oppositaque: *flores* bracteati, spicati vel capitati: *corollae* albido-scariosae. *Plantagines Juss.* )

* *Scapo nudo.*

*a. foliis integris, vel dentatis.*

1. P. MAJOR. *Lin. sp. pl. 163— Ucria H. Pan. p. 75 — Guss. pr. 1. p. 184.*
   P. foliis petiolatis 5-9-nerviis ovatis subdentatis glabriusculis, scapo tereti, spica lineari cylindrico-elongata, floribus arcte imbricatis, capsulis polyspermis.
   P. major. *Cast. H. Mess. p. 42.*
   Ic. *Fl. dan 461*—P. media. *Matth. comm. p 455.*
   *b.* foliis basi sinuato-dentatis, scapoque striato pubescenti-hirtis.
   P. latifolia, sinuata. *Cup. H. Cath. p. 168.*
   *c.* scapo basi folioso.
   In cultis, et ad vias ubique in Sicilia: var. *b.*, *Palermo*; var. *c.* *Catania* ( *Cosentini* ).
   Majo, Augusto. ♃
   *Folia* tenuia, non crassiuscula, ut in *P. Cornuti* et *P. crassa*, in rosam expansa, basi praesertim profundius dentata, 1-4 pollicem lata, 1 1/2-9 poll. longa: *petioli* canaliculati, basi non lanati: *scapi* plures, erecti, vel adscendentes, folia subaequantes, aut longe excedentes: *spica* densa, continua vel basi interrupta, gracilis, 12-2-pollicaris: *bracteae* concavae, carinatae, acutiusculae: *calycis* laciniae obtusae, carinatae, una cum *bracteis* margine membranaceae.
2. LANCEOLATA. *Lin. sp. pl. 164.*
   P. foliis lanceolatis 3-5-nerviis utrinque attenuatis subdenticulatis glabris, scapo erecto angulato adpresse pubescente, spica oblongo-cylindracea glabra, bracteis ovato-lanceolatis acutis calyce longioribus, capsula disperma.
   *a.* foliis latioribus, scapo elatiore (2-pedali), stylis longe exertis.
   P. altissima. *Lin. sp. pl. 164?*
   Ic. *Jacq. observ. 4. t. 83.*
   *b.* foliis angustioribus, scapo pedali, stylis corollam duplo superantibus.
   P. lanceolata *auct.*—P. ambigua. *Guss. pr. 1. p. 185*— P. angustifolia, major. *Cup. H. Cath. p.168—Cast. H. Mess. p. 42.*
   Ic. *Sturm fl. germ. p. 1. f. 7*—P. minor. *Dodon. pempt. 107.*
   *c. lanuginosa ;* foliis piloso-villosis lanceolatis, scapis erectis, spica abbreviata subrotundo-ovata.
   Ic. P. alopecuroides, minori, angustiori folio ruvido. *Cup. panph. 3. t. 55.*
   *d. sericea ;* foliis lineari-lanceolatis 3-nerviis sericeo-villosis, scapis adscendentibus, spica subglobosa.
   *P. capitata*, foliis lineari-lanceolatis denticulatis trinerviis sericeo-villosis, scapis adpresse pubescentibus, spica globosa, bracteis

ovato-rotundatis ( *male* ), calycibusque glabris. *Presl fl. sic. pr. p. 64*—P. capitata. *Jan. elench. p.3*—P. Preslii. *Ten. fl. nap. app. 5. p. 7*—P. trinervia, folio angustissimo. *Cast. H. Mess. p. 42.*

*e. contorta ;* foliis lanceolatis 3-5-nervis denticulatis glabris, scapo adscendente angulato demum apice spiraliter contorto, spica globosa, bracteis ovatis acutis calyce aequalibus.

P. contorta. *Guss. pr. 1. p. 186.*

In pascuis, et campis sterilibus : var. *a. Catania (Cosentini)* ; var. *c.* In submontosis ; *Palermo , Vicari , Alia , Palizzi* : var. *d* In aridis montosis ; *Monte Scudari , Madonie* : var. *d Messina , Itala, Scaletta, Spadafora* = et in *Felicuri sul monte*, ubi var. *b. c.* et *d.* passim quoque proveniunt.

Aprili , Majo. (•) et ♃

*Bracteae* plus minus acutae: *calycis* laciniae duae posteriores oppositae, acutae, carinatae, dorso apicem versus ciliatae ; duae anteriores planae, glabrae, obtusae, et simul coalitae, ideoque fere semper emarginato-bifidae videntur; et inde *calyx* re vera triphyllus , quod in *P. saricaa* , *Wald.* et *Kit. pl. rar. hung. 2. p. 163 t. 151*, etiam observatur ; cui speciei varietas nostra *d.* valde proxima, sed *scapo* angulato ec. differt ; dum var. a. est *P. capitatae Hop.* magis similis, quamvis haec nullo liquido charactere ab aliis duabus varietatibus sejungi possit In *e. bracteaa* breviores ; *calycis* laciniae anteriores obtusissimae, aliquando vix emarginatae ; *scapus* demum spiraliter contortus ; *spicaa* exsiccatae virentes , quae in *b.* saepius nigrescunt—In omnibus enumeratis varietatibus , et in sequente radices ad collum lanatae ; lana albida , demum rufescente.

Varietatem *d. P. victorialem* Cl. *Ten. syll. p. 71* refert. Habitu quidem cum icone *Gerardi* convenit , sed spica in nostris basi glabra , non subhirsuta , et corollae lobi mutici , obtusi — Ex icone *Sturm. l. c.* et ex descriptione *Poir. dict. enc. 5. p. 572* calycis structura evidenter in hac nostra diversa, et ideo in *pr. l. c.* uti peculiarem speciem habui ; collatis inde speciminibus exoticis ad *P. lanceolatam Lin.* tam *P. ambiguam* cum omnibus varietatibus, quam *P. contortam* referendas esse cognovi.

3. *P. LAPOGUS. Lin. sp. pl. 165.*

P. foliis lanceolato-ovatis subdenticulatis 3 - 5 - nervlis , scapis striatis , apica ovato-oblonga lanata , bracteis ovatis acutis.

P. arvensis. *Presl fl. sic. pr. p. 64* , et *del. Pr. p. 69* —P. criostachya. *Ten. fl. nap. pr. p. 13—Guss. pr. 1. p. 186* —P. augustifolia , pacicults Lagopi. *Cup. H. Cath. p. 168.*

Ic. *Tan. fl. nap. t. 112*

*b.* foliis lato-lanceolatis , basi parce lanatis , spica cylindracea.

P. pseudo-lusitanica. *R. S. s. veg. 3. p. 121 ?*

*c. crinita ;* pistillis persistentibus praelongis. *Ten. syll. p. 72.*

*d. caulescens ;* pistillis ut in praecedente , foliis ut in *b.*, caule 3-4-pollicari.

P. elongata. *Cav herb.*, non *Pursh.*

In pascuis, collibus aridis, arenosis maritimis, et campis asperis, tam Siciliae quam insularum adjacentium : var. *b. Lipari. Maretimo* ; var. *c. Messina , Roccella , Mazzara* = et in *Pantellaria* , *Levanzo* ; var. *d. Lipari.*

Martio, Majo. (•) et ♂

*Folia* latiora vel angustiora , integra aut denticulata , glabriuscula , vel lanuginoso-villosa , scapo breviora ; *bracteae* scariosae et calyces ad apicem dense villosae, *corollaa* vero glabrae; *spica* brevis, ovata , vel cylindracea, plus minus elongata. Varietas *b.* magis a specie recedit , sed in illam transit. *P. lagopus , Sibth. fl. gr. 1. p. 144,*

*habitu* ac *foliis* concinne denticulatis ab hac nostra differt—*P. lagopus* berb. *Lin.* ab hac vix differt, et non immerito Cl. *Presl* in *fl. sic. 1. p. XXXVIII* illius varietatem esse putavit: varietas *d.* quoad caulem *P. vaginatam* refert, sed hoc charactere excepto, reliqua ut in specie An *P. fruticosa H. R. Matr.* in *R. S. s. veg. 3. p. 119*, et *143* ad *d.* spectat? Confer quoque *P. lagurus Roth* in *Schult s. veg. mant. ad vol. 3. p. 84.*

4. P. ALBICANS. *Lin. sp. pl. 165—Ucria H. Pan. p. 73—Guss. pr. 1. p. 187.*

P. foliis lineari-lanceolatis acutis obliquis subundulatis et scapo terete dense villoso-sublanatis albidis, spica cylindrica erecta basi subinterrupta, bracteis obtusissimis calyce aequalibus.

Holosteum hirsutum, albicans, minus. *Cup. H. Cath. p. 97*, et *supp. alt. p. 57.*—P. angustifolia, alba. *Cast. H. Mess. p. 48*, et —P. angustifolia minor, id. *l. c.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 145* —Holosteum perenne, Scorzoneraefolio, lanugine argenteum. *Cup. pauph. 1. t. 125.*—H. salmanticense, majus. *Clus. hist. 2. p. 110.*

*b. angustifolia*; radice magis lignescente, foliis vix lin. latis, non undulatis, rectis scapo stricto duplo brevioribus.

In collibus argillosis; *Sciacca*, *Girgenti*, *Castelvetrano*, *Caltanissetta*: *Vittoria*, *Comiso*, *Noto*, *Piazza*, *Monumenti*: var. *b. Girgenti.*

Aprili, Majo. ♃

*Radices* hinc inde excurrentes, ad collum sublignosae: *folia* utrinque attenuata, 2-4 lin. lata, 1 1/2-4 poll. longa, patentia, in petiolum basi vaginantem, et glabriusculum attenuata, 3-nervia; in collibus maritimis, magis obliqua, undulata; ac fere sericea; in *b. cinerea*; *scapi* 2-8-pollicares, erecti vel adscendentes: *spicae* 1-2-pollicares, ante anthesim nutantes: *limbi* corollarum laciniae ovatae, breviter acuminatae.

*Folia* in plantis siculis magis obliqua, undulata, et densius sericea quam in speciminibus gallicis—Varietas foliis anguste-linearibus et non undulatis, quae prope *Girgenti* invenitur, *habitu* magis caulescente; *foliis* vix lin. latis, 1-5-pollices longis a specie recedit, et quoad folia *P. argenteae Desf. atl. 1. p. 136* maxime affinis; sed scapis folia duplo excedentibus, et spicis demum subinterruptis diversa videtur—Nulla cum *P. serpentina* vel *P. recurvata* affinitas—*P. velutina Presl fl. sic. p. 64*, et *Poir. dict. enc. 3. p. 579* ad hanc spectare videtur; sed obstant scapi foliis altiores, et spica brevis. Confer auct. cit., et *Spr. pug. 1. p. 11.*

5. P. BELLARDI. *All. ped. n. 300—Presl fl. sic. pr. p. 64— Guss. pr. 1. p. 187.*

P. foliis lineari-lanceolatis planis scapoque terete pilosis, spica cylindraceo-oblonga, bracteis acuminatis calyce longioribus.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 146—All. l. c. t. 85. f. 3*—Holosteum salmanticense, majus. *Cup. panph. 3. t. 62*—Leontopodium creticum aliud. *Clus. hist. 2. p. 112.*

In collibus, aridis, et in campis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Pantellaria*.

Martio, Majo. ⊙

*Planta* pollicaris, vel palmaris; *scapi* foliis breviores, aequales aut longiores, erecti vel adscendentes; *folia* integerrima, vel apicem versus denticulata; *spica* brevis, ovata, 4-12 linearis; *bracteae* inferiores longius acuminatae; *corollinae* laciniae ovato-lanceolatae, acutae.

In collibus aridis, tamen fertilibus, *a Felicuri* insignem varietatem

luxuriantem vidi, *foliis* 4-5-lin. latis, 3-5-nerviis, *scapo* absque spica 3-4-pollicari brevioribus vel aequalibus; *spicis* 2-pollicaribus; *floribus* imbricatis aut laxiusculis; tamen sola partium magnitudine a specie aliena.

6. *P.* MARITIMA. *Lin. sp. pl. 165—Ucria H. Pan. p. 74*, excluso loco natali—*Guss. pr. 1. p. 188.*

P. foliis linearibus subcarnosis integerrimis vel hinc inde dentatis supra canaliculatis subtus convexis, scapo terete, spica densa cylindrica elongata, bracteis ovatis obtusis calyce brevioribus.

Coronopus maritima, nostras. *Cup. H. Cath. p. 60.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 148*—P. angustifolia. *Dod. pempt. 108.*

In pascuis salsis, ac inundatis maritimis arenosis; *Trapani, Sciacca, Marsala, Scoglitti, Spaccaforno, Noto, Siracusa, Agosta, Catania.*

Majo, Julio. ♃

*Folia* non semper prope radicis collum lanata; 1-2 lin. lata, praeterea 2-pol. ad semipedem et ultra longa, et in ipsa planta nunc integerrima, nunc hinc inde dentata; denticulis linearibus, simplicibus, vel vix ramosis, apice non pungentia, glaberrima vel pilis sparsis obsita: *scapi* 1-2-pollicares: *spicae* ante anthesim nutantes: *bracteae* carnosae, glabrae, aut villosiusculae ac ciliatae — *Radices* nunquam lignosae et caespitosae ut in *P. subulata*, et *scapi*, dempta spica, in hac folia vix excedentes!; in *P. maritima* duplo triploque longiores, robustiores, et folia minime striata.

7. *P.* HUMILIS. *Jan. elench. p. 3—Guss. pr. 1. in add. p. 3.*

P. foliis linearibus angustis planis acutis basi pilosis margine ciliatis, scapo adscendente terete hirsuto (brevi), spica subrotunda villosiuscula, bracteis ovatis obtusis calyce subaequalibus.

In elatioribus montosis; *Madonie*, ubi invenit Cl. *Jan.*

Junio, Julio. ♃

Affinis magis *P. subulatae*, quam praecedenti; sed *folia* non rigida nec canaliculata, enervia; *scapus* pollicaris vel sesquipollicaris; *spica* semper erecta; *calycis* laciniae obtusissimae.

7. *P.* SUBULATA. *Lin. sp. pl. 166!* ex herb — *Presl fl. sic. pr. p. 64* —*Guss. pr. 1. p. 188.*

P. radice lignosa caespitosa, foliis rosulatis linearibus rigidis duris subpungentibus carinato-triquetris glabriusculis, margine tenuissime serrulato-ciliatis integrisve, scapo terete pubescente, spica cylindrica brevi, bracteis acutis calyce subaequalibus.

P. pungens. *Jan elench. p. 3.* ex *Bertol.*

Ic. *Reich. cent. 9. f. 1091*, et *1092*— Holosteum strictissimo folio, latiori, breviori ac rigidiori folio. *Cup. panph. 2. t. 91—H. Cath. p. 97*, et—Coronopus maritimus Raunandetii. *Supp. alt. p. 22 — Bon t. 142* — Coronopi, et Sedi montani, media planta massiliensium. *Lob. ic. 438*, et *Advers. 187* melior!; ex speciminibus massiliensibus, quae coram habeo.

In aridissimis collibus calcareis, et in montosis; *Palermo a S. Martino, Madonie, Monte Scuderi.*

Majo, Junio. ♄

*Planta* in densos caespites congesta: *folia* erecta, vel rosaceo-patentia, glaberrima, aut subhirsuto-ciliata, aliquando margine denticulata, et superne canaliculata, confertissima, striata vix lin. lata, poll. 1 1/2 excedentia, persistentia; *scapi* erecti, vel raro adscendentes, una cum spicis 2-6-pollicares, rigidi, et fere filiformes: *spicae* ante anthesim nutantes, 4-12-lineares: *corollinae* laciniae ovato-lanceolatae, acutae: *bracteae* puberulae.

Synonymon *Lobel.* excludit Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 472*, sed ic.

*458* ex specimine ad hunc trahendum esse certe duxi. Potius est excludenda icon *Serpentina* omnium minima. *Lob. obs. 240. ic. 439*, quae *P. maritimum* magis refert — Nonnulla specimina foliis ita longis et undique pilosis instructa sunt, ut *P. radicatam Fl. port. 1. p. 428. t. 73* omnino referant, et tantum bracteis obtusioribus, ac radice crassa multiplici differant.

*b. foliis grosse dentatis pinnatifidisque.*

**9.** *P. SERRARIA. Lin. sp. pl. 166 — Ucria H. Pan. p. 74 — Guss. pr. 1. p. 189.*

P. foliis lanceolatis 5-nerviis inciso-serratis, scapo elongato terete, spica cylindrica glabra gracili, bracteis ovatis obtusiusculis calyce brevioribus, capsulis 2-spermis.

P. minor, Coronopi vulgaris caesura. *Cup. H. Cath. p. 169*, et *supp. alt. p. 71*—P. minor, folio serrato. *Cast. H. Mess. p. 42.*

Ic. P. apula, laciniata, bulbosa. *Column. ecphr. 1. t. 259. f. 1* — P. minor, quinquenervia, dentata, pilosa. *Cup. panph. 2. t. 72*, et—P. major dentato folio, hirsutie lucanis. *Cup. panph. 1. t. 123* —P. angustifolia, serrata, hispanica. *Barr. ic. 749.*

In collibus, campis, pascuis, ad vias, praesertim in argillosis in Sicilia = et in *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*.

Aprili, Majo. ♃

*Folia* rosulata, laete virentia, 2-9 lin. lata, 1-6 poll. longa, in petiolum ad radicis collum glabrum vel lanatum attenuata, argute inciso-serrata: *scapi* adscendentes, 3-pollicares vel pedales, folia valde excedentes: *spicae*, uti in quatuor sequentibus, ante anthesim nutantes, 1-5-pollicares, densae, continuae.

Variat *foliis* glabriusculis vel hirsutis, plus minus latis, inciso-dentatis aut subintegris; *bracteis* acutis vel obtusiusculis; *scapis* folio longioribus, aut non adhuc evolutis aequalibus; et ad hanc varietatem icon *Cup. l. c. t. 123*, spectat.

**10.** *P. CUPANI. Guss. pr. 1. p. 190.*

P. foliis hirsutis basi lanatis pinnatifidis bipinnatifidisque, laciniis subfalcatis, scapo foliis duplo triploque longiore terete, spica gracili cylindrica laxiuscula, bracteis ovatis acutis calyce duplo brevioribus, capsulis 3-spermis 3-4-locularibus.

Coronopus sylvestris, hirsutus, hortensi in totum similis, laciniatior. *Cup. H. Cath. p. 60*, et—C. nemorosus, hirsutissimus, dentibus laciniatissimis. *supp. alt. p. 24.*

Ic. Coronopus sylvarum, hortensi similis, hirsutior ac foliorum petalis multifarie incisis. *Cup. panph. 1. t. 61*—*Raf. t. 12. f. 2.*

In pascuis elatioribus montosis; *Madonie*, *Monti di Mistretta*, *di Capizzi*, *di Caronia*, *di Montalbano*, *di Noara*.

Junio, Julio. ♃

*Foliorum* laciniae exquisite nervosae, acutae, et unica tantum vice ex eadem radice vidi prodire *folia* bipinnatifida, et alia linearia integra; *scapus* spicis quadruplo, vel quintuplo longior; *bracteae* et *spicae* praecedenti similes—Cultura non mutatur.

**11.** *P. COMMUTATA. Guss. suppl. 1. p. 46.*

P. foliis scapo subbrevioribus linearibus basi lanatis integris dentatis pinnatifidisque, laciniis linearibus, spicis compactis cylindricis scapum subaequantibus, bracteis ovatis acutis adpressis (non aristatis) calyce brevioribus, capsulis 3-spermis 3-4-locularibus.

P. coronopus *Guss. pr. 1. p. 190*, excl. syn. *Lin. Ucriae*, icone *Fl. Dan.* ac *Dodon.*—P. coronopus. *Smith fl. gr. pr. 1. p. 101* ex herb. *Sibth*

—Coronopus hortensis. *Cup. H. Cath. p. 59*—Coronopus. *Cast. H. Mess. p. 36.*

Ic. Coronopus vulgaris, paucis foliis, paucisque serraturis. — *Cup. panph. 1. t. 61—Raf. t. 12. f. 1.*

*b.* foliis subbipinnatifidis, laciniis linearibus, scapis adscendentibus vel depressis — Coronopus neapolitanus, tenuifolius. *Columm. ecphr. 1. p. 258 !*

Ic. Coronopus marinus, dentibus laciniatis, hirsutulus. *Cup. panph. 1. t. 120*—C. lacinistus. *Columm. ecphr. 2. t. 71 !*

In herbidis, arenosis, et inundatis maritimis in Sicilia = et in *Ustica, Lampedusa.*

Aprili, Majo. ⨀

*Folia* glabra, margine hinc inde piloso-ciliata, vel subhirsuta, semiteretia dum integra sunt: *capsulae* in hac, et in praecedente triloculares, vel quadriloculares, loculo quarto sterili.

Differt a precedente: *radice* annua!; *scapo* foliis (dempta spica) aequali; *spica* longitudine scapi, compactiore, ec. — Icones *Cupani l. c.* hanc exacte referunt; sicut illa P. Cornuti *Jacq. ic. rar, 1. t. 27* ad varietatem *b.* spectaret ex descriptione *bractearum*, et *habitu.*

**12.** **P. CORONOPUS.** *Lin. sp. pl. 166—Ucria H. Pan. p. 74—Guss. suppl. 1. p. 46.*

P. foliis lineari-spathulatis inciso-dentatis pinnatifidisque, spicis cylindricis subvillosis foliisque scapo terete brevioribus, bracteis ovato-lanceolatis acuminatis subsquarrosis calyce aequalibus, capsula 3-4-sperma 3-4-loculari.

P. neglecta. *Guss. pr. 1. p. 191*— Coronopus marinus, medius. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 22 ?*

Ic. *Fl. dan. p. 272*—Herba stella, sive Cornum cervinum. *Dod. pempt 109.*

In arenosis lapidosis, collibus aridis, et ad vias in maritimis in Sicilia = et in *Isole Eolie, Maretimo, Favignana, Pantellaria, Lampedusa.*

Aprili, Majo. ♂, et ♃

Variat *foliis* glabris, vel hirsutis; sed *spicis* scapo duplo triploque brevioribus, *bracteisque* acuminatis a praecedente; et *capsulis* 3-4 spermis, *bracteisque* non vere squarrosis ac aristatis a sequente diversa: quae species immerito simul confusae, facillime dignoscuntur, si ad *durationem*, ad *bractearum* figuram, et ad *scapi* cum foliis ac cum spica proportionem attendatur—Forma septentrionalis hujus speciei in Sicilia et Neapoli, una cum *Pl. commutata* passim invenitur, nec una in alterum transit, nec cultura mutantur! Hinc repetitis observationibus confideuter innixus, potius quod naturam demonstrat, quam hominum commenta sequere malui.

**13.** **P. MACRORHIZA.** *Poir. it. 2. p. 154—Willd. sp. pl. 1. p. 648—Guss. pr. 1. p. 192*, excl. var. *b.*

P. radice lignosa, foliis spathulatis crassis glabriusculis inciso-dentatis, dentibus subimbricatis mucronatis, scapo terete pubescente, bracteis acuminato-aristatis squarrosis calyce longioribus, spicis demum cylindricis villosis, capsulis dispermis 2-3-locularibus, loculo tertio sterili.

P. crithmoides. *Desf. atl. 1. p. 140*— Coronopus fruticosa, platyphylla. *Cup. H. Cath. p. 60.*

Ic. Coronopus siculus, fruticosus, platyphyllos. *Bocc. sic. t. 15. f. 2—Moris. hist. 3. s. 8. t. 17. f. 36.*

In arenosis et lapidosis maritimis; *alla spiaggia del Braccetto presso S. Croce*, ubi invenit *Boccone.*

Aprili, Majo. ♄

*Radices* ad collum lignosae, in caespitea diametro 1/2-2-pedali congestae, et rudimentis petiolorum dense tectae, caulescentes, nempe per pollices 1-3 supra terram exporrectae: *folia* rigidiuscula, integra et inciso-dentata, glabra vel hirsuta: *spicae* sub anthesi cylindraceo-conicae, breves et diametro 3-4-lineari, scapo multo breviores: *corollae* lobi acuti, non obtusi, ut ex *Desf.* — Specimina herb. *Desf.* et *Cav.* cum siculis conveniunt.

14. P. CERATOPHYLLA. *Link fl. port. 1. p. 431 — Guss. pr. suppl. p.47.*

P. radice gracili longa (non lignosa), foliis carnosis subcanescentibus scapoque piloso-hispidis, dentato-pinnatifidis, dentibus subimbricatis mucronatis, spicis cylindricis villosis, bracteis acuminato-aristatis squarrosis calyce longioribus, capsulis 2-spermis 3-locularibus loculo tertio sterili.

P. macrorhiza *b. humilis Guss. pr. l. c.* cum synonymis—P. Columnae *Cav. herb.*—Coronopus maritima, major. *Cup. H. Cath. p. 60*, et —C. maritima, sativo duplo grandiori, carnosiori folio, *supp. alt. p. 22*—Coronopus Prochytae. *Column. ecphr. 1. p. 258 ?*

Ic. *Fl. Port. t. 74.*

In arenosis, et in lapidosis maritimis una cum praecedente; *Palermo*, *Trapani*, *Girgenti*, *Terranova*, *Alicata*, *Braccetto* ≍ et in *Favignana*, *Maretimo*.

Aprili, Majo. ⊙ vel ♂

Differt a praecedente; *radice* nunquam caulescente, *bractearum* acumine longiore, *hirsutie* totius plantae—Foliorum laciniae aliquando iterum dentatae, uti notat Cl. *Link*—Si hanc ad praecedentem aliquis trahere velit non dissentio.

** *Caulescentes; caule ramoso.*

15. P. PSYLLIUM. *Lin. sp. pl. 167 — Ucria H. Pan. p. 74 — Guss. pr. 1. p. 193.*

P. caule herbaceo, superne ramoso viscoso-villoso, foliis linearl-lanceolatis subdentatis patulis planis, spicis ovatis aphyllis, bracteis lanceolatis ciliatis adpressis calycem aequantibus.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 149—Bull. herb. de fr. t. 363— Sturm fl. germ. p. 1. f. 7.*

*b.* foliis erecto-patulis, in medio dentatis, caulibus erectis.

*P. sicula*, caule erecto stricto simplici piloso-viscoso, foliis planis linearibus erectis medio dentatis, pedunculis folio longioribus, capitulis aphyllis, bracteis lanceolatis ciliatis adpressis calyce aequilongis. *Presl del. Pr. p. 70.*

P. afra. *Lin. sp. pl. 168* ex herb. ! sed ? ex descriptione. *Ucria l.c.* —Psyllium majus, erectum. *Cup. H. Cath. p. 173—Cast. H. Mess. p. 43*—P. vulgare. *Raj syll. p. 224.*

Ic. Psyllium laciniatis foliis. *Bocc. sic. t. 4. f. A.—Cup. H. Cath. p. 173*, et *panph. 2. t. 259.*

*c.* caule divaricato humili 3-4-pollicari, foliis patenti-recurvis subdentatis.

In muris, collibus aridis, et arenosis maritimis in Sicilia ≍ et in *Panaria*, *Lipari*, *Lampedusa*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Levanzo*. Varietas *c. Palermo.*

Martio, Majo. ⊙

*Planta* pubescens, et plus minus glandulosa, sordide virescens: *caules* erecti vel adscendentes, 5-12-pollicares, simplices aut ramosi: *folia* 1-2 lin. lata, 1-1/2 pollicem longa, erecta vel patentia, acuta.

et propter rudimentos ramulorum in axillas videntur fasciculata, *inferiora* confertiora : *pedunculi* axillares, solitarii, erecti, foliis longiores, oppositi, saepe terni, verticillati : *spicae* 3-4 lin. longae : *calyces* et *bracteae* aliquando purpurascentes, et in maritimis ob pubescentiam glanduloso-viscosam arenulis coinquinata.

Species variabilis quoad *staturam*, et *foliorum* directionem, sed semper annua. Icon *Bocconi* ad *P. afram* relata, ad *var. b.* spectat, quia specimina lecta in loco a *Bocconio* indicato, anuuam, non perennem esse demonstrant. Hinc *P. afra Lin.* quoad descriptionem, minime Siciliae indigena usque adhuc habenda est — Varietas *b.* praeter characteres datos, viscositate et hirsutie insigniore a specie abludit — Varietas *c.* occurrit quoque caule et foliis glabriusculis, non glutinosis—*P. stricta Schous.* quoad descriptionem hujus videtur loci; sed specimina Sieberiana, foliis duplo angustioribus, fere filiformibus, capitulis laxioribus ac brevioribus a planta sicula differunt, at icones *Moris. Dod.* et *Tabern.* cum nostra quadrant.

† 16. P. MEDIA. *Lin. sp. pl. 163 — Presl fl. sic. pr. p. 63 — Ucria H. Pan. p. 73—Guss. pr. 1. p. 194.*

P. foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, scapo tereti, spica cylindrica.

P. media. *Cast. H. Mess. p. 42.*

In pascuis.

Aprili, Majo. ♃ ( *Presl*, et *Ucria l. c.* )

Nunquam hanc speciem in Sicilia hactenus inveni, et forsan planta *Preslii* et *Ucriae* ad varietatem *P. majoris* foliis pubescentibus pertinet.

† 17. P. VELUTINA. *Poir.— Presl fl. sic. pr. p. 64 — Guss. l. c.*

P. foliis linearibus acutis sericeo-villosis carinatis integerrimis, scapo hirsuto foliis demum altiore, spica oblonga, bracteis ovatis ciliatis.

In apricis saxosis; *a Capo di Orlando.*

Julio. ♃ ( *Presl.* )

An *P. albicans ?*, quam confer.

† 18. P. CYNOPS. *Lin. sp pl. 167—Ucria H. Pan. p. 73—Guss. l. c.*

P. caule ramoso fruticoso, foliis filiformibus integerrimis strictis, capitulis subfoliatis.

In montosis; *Madonie alla serra delli Daini* ( *Ucr.* )

## CORNUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 194—Endl. gen. n. 4574.*

*Cal.* tubus cum ovario connatus; limbo supero, brevissimo, 4-dentato. *Pet.* quatuor, supera, dentibus calycinis opposita, cum staminibus alterna. *Drupa* nuce 2-loculari. ( *Frutex* erectus, valde ramosus : *folia* decidua, opposita, simplicia, exstipulata : *flores* cymosi. *Corneae Dec.* )

1. C. SANGUINEA. *Lin. sp. pl. 171—Ucria H. Pan. p. 77—Guss. pr. 1. p. 195.*

C. ramis rectis, foliis ovatis ovalibusque subtus concoloribus adpresse pilosis, cymis planis pedunculatis nudis.

Ic. *Lam. ill. gen. t. 74. f. 2—Fl. dan. 481*—Virga sanguinea. *Dod. pempt. 782.*

In sepibus umbrosis; *Piazza.*

Aprili, Majo. ♄

*Caules* 1 2-orgyales, aetate rubentes : *folia* integerrima, obtusa vel

acutiuscula, obscure vircntia, petiolata: *cymae* terminales longa pedunculatae, plano-depressae: *pedunculi* adpresse pilosi: *calycis* dentes brevissimi: *petala* patentia, lanceolata, alba: *drupa* matura nigra, amara, denticulis calycinis coronata.

## CAMPHOROSMA.

*Gen. pl. ed Schreb. n. 221—Endl. gen. n. 1916.*

*Cal* Inferus, urceolatus, compressus, 4-fidus; laciniis duabus oppositis majoribus. *Cor.* nulla. *Stam.* exerta, calycinis laciniis opposita, basi calycis inserta. *Sem.* unicum, calyce immutato tectum. (*Suffrutex* sempervirens, pubescens: *folia* alterna, exstipulata, solitaria vel fasciculata, anguste-linearia: *flores* minuti, axillares, laxe-vel glomerato-spicati. *Chenopodeae Meyer.*)

1. C. MONSPELIACA. *Lin. sp. pl. 178—Ucria H. Pan. p. 76—Guss. pr. 1. p. 195.*
   C. hirsuta caespitosa decumbens, foliis bracteisque subulatis, floribus sessilibus glomerato-apicatis, calycibus dense piloso-hirsutis.
   Camphorata hirsuta. *Cup. H. Cath. p. 35.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 86 — Gaert. de fruct. 3. t. 215* — Camphorata monspeliensium. *Bauh. hist. 3. p. 379.*
   *b.* villosa, inodora, caule foliis junioribus calycibusque dense lanuginoso-pilosis albicantibus.
   Ad maris litora, et in maritimis collibus argilloso-calcareis; *Termini.* Varietas *b.* inter *Catania et Agosta al fondaco dell'Agnone verso la punta di S. Calogero.*
   Julio, Septembri. ♄
   *Caules* plures ex lignosa radice, florentes erectiusculi: *folia* approximata, rigidiuscula, filiformi-subulata, erecto-patentia, demum aliquando recurva, in ramis sterilibus ad axillas fasciculata: *flores* conferti, sessiles: *filamenta* calyce duplo longiora.
   Var. *a.* quamvis cum descriptione Cl. *Marsch. fl. taur. cauc. 3. p. 112*, et *R. S. s. veg. 5. p. 462*, non omnino conveniat, tamen speciminibus prope Massiliam collectis, et ab amicissimo *Moricandio* communicatis, omnino similis est. Var. *b.* a specie recedere videtur ob pilos albos longos quibus est referta; at transitus intermedii adsunt, qui latas disjungere minime suadent; nam quamplurimis speciminibus inspectis vidi plantam hanc variare, *caule* pilis brevissimis fere stellatis dense ex albido-et luteolo tomentoso, nunc erecto nunc omnino prostrato; *foliis* plus minus subulatis, canescentibus, hirsutis, et fere glabris; *hirsutie* nunc copiosiore rufescente, nunc albida; *fasciculis* foliorum axillaribus plus minusque confertis; *floribus* vel in spicam terminalem continuam dispositis, vel in spiculas crassas terminales et laterales, 2-3 lin. ad pollicem longas; *calycibus* plus minus acuminatis.
2. C. VIGINTIMILLEIS. *Tin. Cat. H. Pan. ad an. 1827. p. 277—Guss. pr. suppl. p. 47.*
   C. hirsuta, caespitosa, adscendens, foliis bracteisque subulatis, ramis elongatis gracilibus, floribus solitariis laxe spicatis, calycibus piloso-hirsutis.
   Ic. *nulla.*
   In collibus aridis maritimis; *Termini, Olivieri, Milazzo*, ubi quoque collegit (*Heldr.*)
   Septembri, Octobri. ♄
   *Habitus* omnino praecedentis, a qua potissimum notatis characteribus diversa; et *antheris*, quae in hac rubicundae ex *Tin.*, in illa albidae.

### ALCHEMILLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 222—Endl. gen. n. 6370.*

*Cal.* inferus, liber, urceolatus; limbo 8-partito; laciniis alternis minoribus. *Cor.* nulla. *Stam.* in calycis fauce constricta inserta, laciniis exterioribus opposita. *Styl.* e basi cujusque germinis. *Sem.* 1-2, calyce tecta. (*Herba* annua, pubescens, pusilla: *folia* alterna, stipulata, simplicia: *flores*, in hac, axillares, sessiles. *Rosaceae Juss.*)

1. *A.* APHANES. *Willd. sp. pl. 1. p. 699—Guss. pr. 1. p. 197.*

A. foliis petiolatis pubescentibus tripartitis, laciniis trifidis, stipulis amplexicaulibus semiorbiculatis incisis, floribus axillaribus glomeratis monandria.

Alchimilla annua, minima, hirsuta, foliis inferne albicantibus. *Cup. H. Cath. suppl. p. 238.*

Ic. *Fl dan. 973—Lam. ill. gen. t. 87*—Alchimilla minima, montana. *Columm. ecphr. 1. t. 146.*

In herbidis arenosis; *Piana de' Greci nel boschetto di Castagni dirimpetto il gurgo di Ddingoli (Parlatore)*; *boschi di Caronia (Gasparrini)*: *Milazzo*, *Messina.*

Februario, Aprili. ☉

*Planta* undique pubescens, et pallide virens: *caules* 1-4-pollicares, erectiusculi vel decumbentes, subramosi: *folia* suborbiculato-cuneata, superne sulcata; laciniis obtusis: *flores* virentes; *calycis* dentes, conniventes, minoribus plerumque obsoletis vel brevissimis.

Male *Aphanes cornucopioides Lag.* cum hac specie associavit cl. *Spr. s. veg. 1. p. 454*; nam in illa *stipulae* latiores, altius incisae, magis approximatae, et cum ipsa basi foliorum confluentes!; in *A. aphane* foliorum pagina ope petioli plus minus a stipulis remota! et habitus alienus. Confer *R. S. s. veg. 4. p. 471.*

## II. *Digynia.*

### HYPECOUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 228—Endl. gen. n. 4833.*

*Cal.* 2-sepalus, deciduus. *Pet.* 4, infera; exterioribus duobus latioribus. *Loment.* compressum vel teres, articulatum; articulis 1-spermia. (*Herbae* annuae, glaberrimae: *caules* scapiformes: *folia* fere omnia radicalia, rosulata, exstipulata, 2-pinnatifida: *flores* lutei, in pedunculis irregularibus subcorymbosi. *Papaveraceae Juss.*)

1. *H.* PROCUMBENS. *Lin. sp. pl. 181—Ucria H. Pan. p. 78—Guss. pr. 1. p. 197.*

H. lomentis arcuatis compressis articulatis, petalis exterioribus circumscriptione ovatis basi cuneiformibus, apice trilobis, interioribus tripartitis, lacinia centrali conduplicata dentato-ciliata, foliorum laciniis lanceolatis acutis.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 155—Guss. pl. rar. t. 14.*

In arenosis maritimis prope *Milazzo*: *Bagheria a Fondachelli (Parlatore).*

Martio, Aprili. ☉

*Planta* plus minus virescens et subglaucescens: *folia* radicalia numerosa; *caulina* pauca in caule 3-10-pollicari, ac per longum tractum nu-

do : *pedunculi* 1-5 in apice caulis : *lomenta* glabra, acuminata , 2-pollicaria et ultra.

2, *H. glaucescens* Guss. *pl. rar. p.* 79—et *pr. 1. p. 198.*

H. lomentis arcuatis compressis articulatis , petalis exterioribus dorso glabris oblongis angustis obsolete trilobis , interioribus tripartitis, lacinia centrali planiuscula ciliata ,foliorum laciniis obovato-cuneiformibus obtusis mucronatis.

Ic. *Guss. pl. rar. t* 15.

In arenosis maritimis ; *Messina al Faro , ed alla Lanterna.*

Martio , Aprili. (•)

Cum praecedente associatur a Cl. *Moris.* in *fl. sard. 1. p.* 85, sed indicatis characteribus certe diversum. Confer *pl. rar.* l.e.—Recte cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 2. *p.* 218 hujus generis fructum *lomentum* dicit. siquidem jam perfectum et exsiccatum in articulos secedit, nec nunquam longitudinaliter dehiscit.

## III. Tetragynia.

### I L E X.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 232—*Endl. gen. n* 5705.

*Cal.* 4-5-dentatus, parvus, persistens. *Cor.* infera , rotata , 4-fida , aut 4-partita. *Styl.* nullus. *Bacca* 4-sperma. (*Frutex* glaberrimus, sempervirens : *folia* coriacea , alterna , simplicia , exstipulata : *flores* axillares , numerosi , bracteati. *Ilicineae Brogn.* )

1. *I. aquifolium. Lin. sp. pl.* 181—*Ucria H. Pan. p.* 78 — *Guss. pr. 1. p.* 198

I. foliis ovatis oblongisque acutis nitidis undulatis margine dentato-spinosis inermibusque, floribus axillaribus subumbellatis.

Aquifolium baccis rubris. *Cup. H. Cath. p.* 21 , et—idem foliis nitidioribus, parum sinuatis, parumque spinosis, *l. e.* et —Aquifolii varietas. *Cup. l. o. supp. alt. p.* 9.

Ic. *Fl. dan.* 508—*Lam. ill. gen. t.* 89— Aquifolium. *Matth. comm. 1. p.* 146.

In sylvis montosis ; *Pizzuta , Madonie , Boschi di Valdemone, Etna, Monte de' Cani , Ficuzza.*

Majo , Junio. ♄

*Frutex*, vel arbuscula, 7-12-pedalis, basi ut plurimum dense caespitosus: *folia* nitida-virentia, acuta ac mucronata, breviter petiolata ; in ramis inferioribus ac junioribus dentato-spinosa, in supremis integerrima : *flores* albi , odori , brevissime pedunculati : *baccae* subglobosae , jam maturae coccineae.

### P O T A M O G E T O N.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 134—*Endl. gen. n.* 1664.

*Cal.* nullus. *Petal.* quatuor , infera , aequalis , concava. *Filam.* brevissima. petalis opposita. *Styl.* nullus. *Nuculae* quatuor , sessiles , liberae. ( *Plantae* aquaticae, fluitantes: *caules* nodosi: *folia* simplicia , alterna aut opposita: *stipulae* interfoliaceae liberae , vel ipsa basi foliis vaginantis adnatae: *spicae* florum pedunculatae, axillares, raro terminales. *Najades Juss.* )

1. *P. plantagineum. R. S. s. veg.* 3. *p.* 504— *Guss. pr.* 1. *p.* 199.

P. foliis inferioribus oblongis, superioribus ovato-ellipticis basi sub-

cordatis rotundatis breviter petiolatis multinerviis membranaceis, stipulis deciduis brevibus acutis, pedunculis folio longioribus, spicis gracilibus

Ic. *Gaud. fl. helv. 1. t. 3.* ex *Bertol.*

In stagnis maritimis; *Comiso nella marina della Berdia.*

Aprili, Majo. ♃

*Nuculae* lenticulares, obtusae, margine subattenuatae: *spicae*, absque pedunculis, 1-2-pollicares: *habitus* sequentis, a quo differt; *foliis* membranaceis non subcoriaceis, pallidis non lucidis, breviter petiolatis, petiolo duplo longioribus; *stipulis* deciduis, brevibus non vaginantibus — A *P. plantagineo R. S. l. c.* differt quodammodo *stipularum* praesentia; *spicis* folio multo longioribus; tamen cum speciminibus siccis ab Helvetia acceptis, et a cl. *Zeyero* communicatis omnino convenit.

2. P. NATANS. *Lin. sp. pl. 182—Ucria H. Pan. p. 78—Guss. pr. 1. p. 190.*

P. foliis omnibus ellipticis basi subcordatis rotundatis longe petiolatis, natantibus subcoriaceis, petiolis inferioribus submersis aphyllis, stipulis latis vaginantibus longe caudatis, spicis densis crasse pedunculatis.

P. rotundifolium. *Cup. H. Cath. supp. p. 250*, et *supp. alt. p. 74.*

Ic. *Fl. dan. 1025—Lam. ill. gen. t. 89* — Potamogeton. *Matth. comm. 2. p. 481*, mala.

In stagnis montosis; *Piana de' Greci al Gurgo di Rebuttuni, Cotrano al Gurgo lo Drago, Mistretta al Gurgo di Maurici.*

Aprili, Majo. ♃

*Folia* nitide-virentia, in petiolum non attenuata, 2-2 1/2 poll. longa, 1 1/2 poll. lata, aliquando oblonga et utrinque rotundata: *pedunculi* petiolo subbreviores, firmi: *nuculae* crassae, carinatae, rugosiusculae, dense imbricatae, turgidae.

*Foliis* basi rotundatis, et in petiolum non desinentibus e sequente diversum. Confer *Reich. fl. germ. 1. p. 9.*

3. P. FLUITANS. *Roth tent. fl. germ. 1. p. 72—Willd. sp. pl. 1. p. 713—Guss. pr. 1. p. 200.*

P. foliis omnibus lanceolatis in petiolum longum attenuatis utrinque acutis opacis submembranaceis, natantibus subcoriaceis, stipulis latis vaginantibus acutis, spicis densis crasse pedunculatis.

P. foliis angustis. *Cup. H. Cath. p. 74.*

Ic. *Fl. dan. 1450.*

*b.* foliis ellipticis.

*P. petiolare*, foliis alternis ellipticis utrinque acutis multinerviis membranaceis, petiolis folium aequantibus, spicis linearibus cylindricis, pedunculo petiolum superante. *Presl del. Pr. p. 151.*

In fluminibus, et ed rivulos lente fluentes in Sicilie.

Junio, Augusto. ♃

*Habitus* praecedentis, sed *folia* minus coriacea, 2 10-pollicaria, 1 - 1 1/2 poll. lata: *spicae* praecedentis graciliores: *nuculas* maturas non vidi: in *b. folia* breviora, et obtusiora sunt.

Confer de hac specie Cl. *Reich.* in *fl. germ. 1. p. 9* et *Koch syn. p. 673*; et inde immerito Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 224* cum antecedente associat.

4. P. LUCENS. *Lin. sp. pl. 183—Ucria H. Pan. p. 78—Guss. pr. 1. p. 201*, et *add. p. 4.*

P. foliis membranaceis diaphanis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis subsessilibus margine scabris, stipulis intrafoliaceis amplexicaulibus obtusiusculis, spicis densis crassis pedunculatis.

Ic. *Fl. dan. 195*—Fontinalis lucens major. *Bauh. hist. 3. p. 777.*

In stagnis submontosis; *Lercara al gurgo di Caccaci* invenit ( *Gasparrini.* )

Junio, Julio. ♃

*Stipulae* lineares, latiusculae, pollicem circiter longae: *habitus* praecedentis: *pedunculi* crassi, una cum spicis folia subaequantes: *stipulae* foliis substantia similes.

5. P. CRISPUM. *Lin. sp. pl. 183—Ucria H. pan. p. 78—Guss. pr. 1. p. 200*, excl. syn. *Cup.* et *Bon.* ad sequentem spectantibus.

P. foliis lanceolato-linearibus sessilibus alternis oppositisque undulatis ciliisto-serrulatis obtusissimis, stipulis brevissimis laceris, pedunculis gracilibus rectis elongatis ( 3-4-poll. longis. )

Ic. *Fl. dan.* 927—Tribulus aquaticus, minor. *Clus. hist. 2. p. 252.*

In stagnis, fluminibus, et rivulis lente fluentibus.

Aprili, Majo. ♃

Differt a sequente, *caule* non radicante: *foliis* obtusissimis, 2-pollicaribus ( in illo vix poll. longis ); *pedunculis* valde elongatis: at in utrisque *folia* pellucida, membranacea, omnia submersa.

6. P. DENSUM *Lin. sp. 182—Guss. pr. supp. p. 48.*

P. foliis omnibus oppositis ovato-oblongis acuminatis amplexicauli-connatis integris trinerviis, pedunculis axillaribus reflexis pauciflorіs folio brevioribus, fructibus subcompressis lato-carinatis rostratis.

Ic. *Fl. dan. t. 1264*—Fluvialis media, ramosa, splendens, spisso crispoque folio, cochleato semine albo. *Cup. panph. 2. t. 206—Bon. t. 148*, quas male ad praecedentem traxi—Fontinalis media, lucens. *Bauh. hist. 3. p. 777.*

In aquis lente fluentibus; *Palermo a S. Ciro* ( *Tineo* ).

Majo, Junio. ♃

*Folia* 3-4 lin. lata, 6-14 lin. longa, spice acuta, et recurva: *pedunculi* breves, vix 4-6 lin. longi: *nuculae* oblique, ovatae, breviter rostratae.

7. PECTINATUM. *Lin. sp. pl. pl. 183—Fries nov. fl. sv. p. 52.*

P. caule terete, foliis omnibus submersis auguste linearibus caulsiculatis acutissimis uninerviis vaginantibus distichis ( regularibus ), spicis interruptis longe pedunculatis, nuculis carinatis levibus.

P pectinatum *b. marinum. Guss. pr. 1. p. 200*—P. gramineum. *Ucria H. Pan. p. 78*, non *Lin.*

Ic. *Fl. dan. 1476*—P. capillaceum, ad foliorum alas candido vesiculatum, gibbosis capitulis spicatim sitis. *Cup. panph. 2. t. 164* — P. ingens, gramineo folio, longiori. *Vaill. paris. t. 32. f. 3.*

In fluminibus lente fluentibus, et in stagnis maritimis; *Palermo all'Abate, Termini, Messina, Siracusa, Agosta, Catânia, Spaccaforno, Noto, Terranova*, ec.

Junio, Augusto. ♃

*Caules* in aquis profundis vel fluentibus praelongi, dichotomi: *folia* alterna, filiformia, graminea, laete virentia, recta vel pro locorum natura varie curva: *vaginae* albo-membranaceae: *pedunculi* foliis longiores, graciles: *nuculae* majusculae, obtuse carinatae, semiovatae, interrupte spicatae, non tuberculatae.

Icon *Vaillantii* ad *P. Vaillantii* a *R. S. l. c. p. 514* citata, a nostro non videtur differre; et revera Cl. *Spr.* in *s. veg. 1. p. 500.* et *Fries nov. fl. svet. p. 53* has duas species conjungunt.

8. P. PANORMITANUM. *Biv. (Andr.) piant. ined. p. 6.*

P. foliis linearibus patentibus alternis oppositisque. stipula vaginanti duplo angustioribus, pedunculis axillaribus, spica cylindrica interrrupta.

*b. minor.*

P. pusillum. *Guss. pr. 1.* in *add. p. 4*, excl. *syn.*

Junio, Augusto. ♃

In aquis lente fluentibus; *Palermo al fiume Oreto dietro il ponte della Grazia, ed al Gurgo di Rebuttone* (*Biv.*, *Tineo*).

*Herba* immersa praeter spicas: *caules* filiformes, teretes, striati, articulati, ramosi; ramis alternis: *ramuli* bispathacei; spathis ellipticis: *folia* angustissime linearia, vel semilinearia, acuta, sessilia, alterna, sub spicis ramulisve opposita, absque basi patentissima, inferiora coeteris dimidio breviora, omnia praeter costam mediam duabus vel quatuor exilissimis atriis ope lentis simplicis, in aqua visibilibus notatis: *stipulae* vaginantes, folio duplo fere latiores: *pedunculi* 7-14-lineas longi, teretes, striati, axillares, basi unispathacei; terminales rare bispatacei: *spicae* sub anthesi exertae, cylindraceae, interruptae, 2-6-florae; floribus aequalibus, decussatim oppositis: *perigonium* tetraphyllum; phyllis concavis, transverse ovalibus, unguiculatis, dilute viridiflavis: *antherae* quatuor, sessiles, biloculares, longitudinaliter dehiscentes, hypogeae: *pollen* albidum: *stigmata* badia, capitulo adpressa: *styli* nulli: *nuces* olivaceo-virides, ovatae, parvae, compressae—Var. *b.* differt caule graciliori, foliis angustioribus, sive 1/2-1/3 lineae latis—Differt a *P. pusillo* foliis basi haud patentissimis, nec stipulis multo angustioribus, spicis cylindraceis atque interruptis, spathis ramulorum floriferorum magnis—Haec omnia ex *Biv.* *l.* c.; sed comparatis speciminibus siccis siculis, cum illis exoticis *P. pusilli Lin.* parum inter se differre mihi visum est.

9. *P. tuberculatum*. *Ten.* et *Guss. in act. Soc. Borb.*

P. caule compressiusculo, foliis lineari-setaceis inordinatis oppositis alternisque basi distinctis ac patentibus exstipulatis, spicis interruptis paucifloris, fructibus ad carinam pluri-aubtus 1-tuberculatis, 1-carinatis, nervis lateralibus ad carinam obsoletis.

Ic. P. pusillum fluitans. *Bocc. sic p. 42. t. 20. f. 5!* ex loco, et seminum descriptione; quam iconem male ad *P. pectinatum* duxi.

In stagnis; *Gurghi della Piana: Catania!* ex *Bocc.*, et ex herb. *Biv.*

Majo, Junio. ♃

*Habitus* praecedentis; et *caules* graciliores, magis intricati; *folia* valde inordinata, sed *nuculis* tuberculatis potissimum recedit.

† 10. *P compressum*. *Lin. sp. pl. 183—Ucria l. c.—Guss. l. c. p. 201.*

P. foliis linearibus obtusis, caule compresso.

In aquosis; *alla Quisquina* (*Ucria*).

## SAGINA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 236—Endl. gen. n. 5224*
*—Koch. fl. germ. syn. p. 108.*

*Cal.* 4-sepalus, liber. *Pet.* 4, aut nulla, integra, cum sepalis alterne, infera. *Caps.* ovata, membranacea, 1-locularis, 4-valvis; valvulis usque ad basim dehiscentibus. *Sem.* numerosa, minuta, scabra. (*Herbae* annuae: *caules* articulati: *folia* integra, anguste linearia, opposita, sessilia, exstipulata: *pedunculi* axillares, ac solitarii: *flores* parvi. *Caryophylleae Juss.*)

1. *S. procumbens*. *Lin. sp. pl. 185—Ucria H. Pan. p. 79 — Presl fl. sic. 1. p. 159—Guss. pr. 1. p. 201.*

S. glabra, caulibus caespitosis diffusis basi radicantibus, foliis glabris aristatis, sepalis obtusis, capsula cernua.

Ic. *Lam. ill. gen. t. 90—Ard. specim. 2. t. 8. f. 2*—Alsine pusilla, graminea, flore tetrapetalo. *Seguier veron. 1. p. 421. t. 5. f. 5.*

In pascuis sterilibus uliginosis montosis, *Monte Scuderi*, *Fiume di Nisi*, *Itala*.

Aprili, Majo. ♃

*Caules* filiformes, valde ramosi; *ramis* plerumque implexis: *folia* tenuia, viridia, basi subconnata, in axillis saepe fasciculata: *pedunculi* capillares, foliis longiores, fructiferi apice recurvi, unde capsulae cernuae: *sepala* concava, margine albo-membranacea: *petala* alba, calyce multo breviora: *capsula* vix calycem excedens.

Icones *Lam.* et *Segueri*, quae una ab altera mutuata, meliores sunt. In illa *Ard.* folia fere triplo latiora, et habitus parum alienus.

2. *S.* MARITIMA. *Don H. Brit. p. 155 — Moris fl. sard. 1. p. 285 — Bertol. fl. ital. 5. p. 612.*

S. caulibus non radicantibus ramis erectiusculis pedunculisque undique glabris. foliis submucronulatis exaristatis, pedunculis post anthesim erectis, floribus apetalis.

S. apetala *b. Guss. pr. 1. p. 202.*

Ic. Alsine minima, exillima, augustissimo folio, muscosa. *Cup. panph. 2. t. 143—Bon. t. 91.*

In muris, tectis, ad vias in arenosis humentiusculis magis, quam sequens, obvia in Sicilia = et in Insulis adjacentibus.

Februario, Aprili. ☉

Recte notat Cl. *Bertol. l. c.* inter praecedentem et sequentem mediam esse; sed huic proximior, quam confer. Aetate saepius rubescit.

3. *S.* APETALA. *Lin. mant. 559—Guss. pr. 1 p. 202.*

S. caulibus non radicantibus, ramis erectiusculis pubescentibus, foliis subulatis basi subciliatis, pedunculis post anthesim erectis, sepalis obtusis, floribus plerumque apetalis.

Alsine omnium minima. augustissimo folio, muscoso flore. *Cup. H. Cath p. 6*, et *supp. alt. p. 6.*

Ic. *Ard. specim. 2. t. 8. f. 1*—Alsine tenuifolia, muscosa. *Cup. panph. 3. t. 33?*

In muris, tectis ruderatis, ad vias in arenosis rare in Sicilia; = et in Insulis adjacentibus.

Februario, Aprili. ☉

*Planta* laete virens: *caules* graciles, valde ramosi; *folia* omnino ut in praecedente, 3-5 lin. longa, in Sicilia vix basi ciliata: *capsulae* similes; et *caules* juniores in utrisque rosulato-diffusi. — Forsan *S. maritimae* varietas; nam planta germanica aliena videtur foliis magis ciliatis, capsula graciliore, et habitu.

## MOENCHIA.

*Ehrh. Beitr. fasc. 2. p. 177—Pers. syn. pl. 1. p. 153—Koch syn. p. 120*—Cerastii sp. *Endl.*

*Cal.* 4-sepalus, sepalis acutis, conniventibus. *Pet.* 4, infera, integra, cum sepalis alterna. *Caps.* oblongo-cylindracea, 1-locularis, apice dentibus 8-10 dehiscens. *Sem.* numerosa, minuta, scabra. (Ord. nat., et charact. ut in *Sagina*).

1. *M.* ERECTA. *Smith Engl. fl. 1. p. 241.*

S. caulibus erectis subunifloris glabris, foliis linearibus acutis, pedunculis strictis, sepalis lanceolatis acutis.

Sagina erecta. *Lin. sp. pl. 185—Guss. pr. 1. p. 202*—Moenchia glauca. *Pers. l. c. p. 153—Presl fl. sic. 1. p. 159.*

Ic. *Fl. dan. 845*—Alsine verna, glabra. *Vaill. paris. t. 3. f. 2*—A.

tenuis linifoliis, paullo brevioribus, glaucis. *Cup. H. Cath. p.7*— et *panph. 2. t. 252—Raf. t. 76. f. 2.*

In pascuis apricis, et in montosis; *Madonie, Monte di Cammarata, d'Itala, di Fiume di Nisi, di Messina, Mandanici, Floresta, Cannata, Monte di Mistretta, Monte Scuderi: Gurgo di Rebuttuni, e di Ddingoli ( Todaro ), Marineo e Ficuzza ( Parlatore ).*

Martio, Aprili. ⊙

*Planta* glaberrima, glaucescens: *caules* erecti, tenues, simplices et uniflori, vel in solo fertili dichotomi, multiflori, 2-6-pollicares: *folia* lanceolato-linearia, acuta, sed mutica, basi connata, infima rosulata: *pedunculi* stricti, graciles, demum elongati, 1 1/2 2 1/2-pollicares: *sepala* concava, margine albo-membranacea: *petala* alba, oblonga, calyce duplo breviora: *capsula* levis, calyci aequalis, vel parum brevior: *semina* reniformia.

## RADIOLA.

*Gmel. syst. veg. 2. p. 289—Spr. s. veg. 1. p. 375. n. 563— Endl. gen. n. 6057.*

*Cal.* 4-partitus; laciniis 2-3 fidis. *Pet.* 4, infera, laciniis calycinis alterna. *Caps.* depresso-globosa, 8-locularis, 8-valvis. *Sem.* in quoque loculamento solitaria. (*Planta* annua, exigua, glabra: *caules* dichotomo-corymbosi: *folia* opposita, exstipulata, sessilia, simplicia: *flores* exigui, axillares et terminales, pedunculati. *Lineae Dec.* )

1. *R. LINOIDES. Gmel. l. c.—R. S. s. veg. 2. p.517—Guss. pr. suppl. p. 49.*

R. millegrana. *Smith fl. brit. 1. p. 209 — Spr. l. c. p. 498*— Linum radiola. *Lin. sp. pl. 402* —Polygonum minimum, sive Millegrana minima. *Cup. H. Cath. p. 171.*

Ic. *Fl. dan. 178*—Linocarpum, Serpylli folio, multicaule, et multiflorum. *Mich. gen. p. 23. t. 21*—Chamaelinum vulgare. *Vaill. Paris. t. 4. f. 6.*

In collibus apricis; *Macchie di Alcamo ( Split. et Tineo )* = et in vulcanicis; *Pantellaria sul cratere di Mira.*

Martio, Aprili. ⊙

*Caules* ramosissimi, erecti, 1-3-pollicares: *folia* tenuia, ovata, integra: *flores* ex dichotomia caulis, solitarii, tamen approximati, quia breviter pedunculati, sibi: *capsula* valvis, et loculamentis a *Lino* diversa.

## BULLIARDA.

*Dec. bull. de la Soc. philom. n. 49—R. S. s. veg. 3. n. 605* —Tillaeae spec. *Endl gen. 4607.*

*Cal.* turbinatus, 4-fidus. *Pet.* 4, infera, calycis laciniis alterna. *Squam.* quatuor, lineares, purpureae, basi cujusque germinis affixae. *Caps.* 4, polyspermae, intus longitudinaliter dehiscentes. ( *Planta* annua, pusilla: *folia* sessilia, opposita, exstipulata, simplicia: *flores* exigui, solitarii, axillares. *Crassulaceae Dec.* )

1. *B. VAILLANTII. Dec. R. S. s. veg. 3. p. 499—Guss. pr. 1. p. 203.*

B. caule erecto dichotomo, foliis lineari-oblongis acutiusculis pedunculo brevioribus.

Tillaea Vaillantii. *Willd. sp. pl. 1. p. 720*—Alsine palustris, pusilla,

procumbens, tereti sulcato follo. *Cup. H. Cath. p. 7*, et—A. palustria, minor, serpyllifolis. *supp. alt. p. 7.*

Ic. *Dec. pl. gras t. 74*—Alsine palnstris, serpyllifolia. *Cup. panph. 2. t. 237*—Sedum minimum, snnuum, flore roseo tetrapetalò. *Vaill. paris. t. 10. f. 2.*

In calcareis hyeme innndatis; *Palermo a Mondello*, *Scicli*, *S. Croce*, *Comiso*, *Ragusa*, *Chiaromonte*, *Modica*, *Spacoaforno*, *Siracusa*, *Noto*, *Agosta*, *Sciacca* = et in *Ustica nalla via dello Spalmaturo*, *Lampedusa*, *Marstimo*, *Favignana*.

Februario, Aprili. (☉)

*Planta* nndiqne glabrs, aetste demum rubescens: *caules* qusndoque 3-pollicares, sd nodos inferiores radicantes, valde ramosi: *folia* crassiuscula, patentia, aaepius apice incnrva: *calyx* 5-fidus, dnm stamlna et petala quinque; lsciniis obtnsis: *corollae* pallida carnsss, psrvae, tamen calyce longiorea.

# PENTANDRIA.

## *I. Monogynia.*

***Asperifoliae** Lin.* et *Endl.*—Borsglnese *Juss.*

*Plantae* plus minns pnbescentes, vel setis bispldo-scsbrae, herbaceas, aut frntescentes: *folia* spsrsa et aubopposita, exstipuiata, simplicia, indivisa: *flores* vel axillares solitarii, vel ssepins in racemis vel apicia terminalibus, plernmque ebracteatis, secnndis, ante snthesim revolntis, in fructu elongatis: *calyces* persistentes, 5-fidi, vel 5-sepall: *corolla* 1-petala, infera: *stam.* corollae laciniis alterna: *nuces* 4, distinctae aut basi snbcoslitae, disco calycino insertse, vel bssi styli persistentis adnstse. (Gen. ab *Heliotropio* ad *Echium.*)

### HELIOTROPIUM.

*Gen. pl. ad. Schreb. n. 259—Endl. gen. n. 3751.*

*Cal.* 5-psrtitns, vel 5-dentatus. *Cor.* hypocrsteriformls; fauce pervia; limbo plicato, 5-lobo. *Stigm.* conicum, snbpeltatum. *Nuces* quatnor, cohaerentes, fundo calycia affixae, basi imperforatae. (*Herbae* annnae, plus minns molliter pubescentes: *flores* albi, parvi, ln spicis terminalibus ebrscteatis.)

1. *H. Bocconi. Guss. ind. sem. H. R. Boca. an. 1825*, et *pr. 1. p. 204.*
   H. caule herbaceo erecto, foliis snbovalibns Integerrimis scsbris villoslnsculis lineatis, spicis lsteralibns solitariis, terminaiibus conjngatis, calycibns hirsutis ln fractn patulis persistentibus, lsciniis linearibns corollae tnbo brevioribus apice snb anthesi squarrosis, corollarnm lobls obtusissimis.
   H. aetnicnm. *Jan Elench. p. 3* ex *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 253* — H. villosum. *Presl fl. sic. 1. p. xxxiv*, excl. syn. *Desf.*— H. msjus, flore ampio, odorato. *Cup. H. Cath. p. 93.*
   Ic. H. majus, sicnlum, flore amplo odorsto. *Bocc. sic. t. 49. f. ABC—Cup. panph. 2. t. 188—Bon. t. 27.*
   In campis aridia arenosis, ln agris post segetes, in vineis, ec.; locis mari proximis, vel psrnm dissitis; *Milazzo*, *Fiume di Nisi*, *Zia Paola*, *Adernò*, *Biancavilla*, *Paternò*, *Misterbianco*, *dalla marina diCatania alle vigne di S. Niccolò dell'Arena dietro Nicolosi* = et in *Panaria nel seno sotto il Torrione.*

Majo, Octobri. ☉

*Caules* 3-pollicares vel pedales, ramis erecto-patulis: *folia* infima ovata, longius petiolata, reliqua oblongo-ovalia, subtus pallidiora: *flores*, odori: *nuces* rugosae: *habitus* omnino sequentis, cujus non est certe varietas; uam florens cito dignoscitur, *floribus* duplo majoribus odoris; *corollae lobis* suborbiculatis obtusissimis; *laciniis calycinis* linearibus, apice squarrosis, uon lineari-lanceolatis tubo corollae adpressis.

Synonymon *Bocconi* a Cl. *Marsch.* in *flor. taur. cauc. 3. p. 516*, ad suum *H. suaveolens* adductum, ad nostrum certe spectat, nec species *Marschallii* cum sicula convenit: equidem in *H. Bocconi*, *caulis* minus divaricatus; *folia* uon tomentosa, nec *H. europaei* angustiora sed latiora; *calyces* non tomentosi, nec ipsorum *laciniae* subulatae; *semina* sequentis majora, uon minora, ut in *H. suaveolente—H. villosum*, *Desf. cor. t 33*, et *Reich. cent. 4. t. 558*, quoad flores huic nostro proximum; sed comparatis speciminibus, habitu, pubescentia pateotissima ac elongata totius plantae, foliis deuse villosis et fere canescentibus, ac calycinis laciniis latioribus procul dubio diversum: hinc male a *Preslio* in unum coufusa.

2. *H.* EUROPAEUM. *Lin. sp. pl. 187—Ucria H. Pan. p. 79 —Guss. pr. 1. p. 205.*

H. caule herbaceo erecto, foliis subovalibus integerrimis obtusiusculis pubescenti-scabris lineatis, spicis lateralibus solitariis, terminalibus conjugatis, calycibus in fructu patulis persistentibus hirsutis, laciniis lanceolatis corollae tubo aequalibus sub anthesi apice adpressis, corollarum lobis obtusiusculis.

H. majus, Dioscoridis. *Cup. H. Cath. p. 93* — H. majus. *Cast. H. Mess. p. 39.*

Ic. *Jacq. austr. 3. t. 207*—H. majus, vulgare. *Bocc. sic. t. 49. f. D. E.*

*b. tenuiflorum Guss. l. c.*; foliis magis canescentibus scabris, calycibus hirsutissimis, laciniis lanceolato-linearibus, corollis parvis vix calycem excedentibus. spicis compactioribus.

In cultis, et in ruderatis in Sicilia = et in *Ustica, Isole Eolie, Lampedusa*, *Linosa*, *Pantellaria*, *Levanzo*, *Favignana*, *Maretimo.* Varietas *b.* in campis pinguibus argillosis; *Regalbuto, S. Filippo d' Argirò* = et in *Saline.*

Junio, Octobri. ☉

*Flores* parvi, diametro vix 2-lineari, inodori, in fauce viridi-luteoli: *nuces* verruculosae, glabrae vel hirsutae —Varietas *b. H. europaei* speciminibus Europae septentrionalis magis proxima

3. *H.* SUPINUM. *Lin. sp. pl. 187—Ucria H. Pan. p. 80—Guss. pr. 1. p. 205.*

H. caule herbaceo decumbente, foliis ovalibus obtusis subplicatis subtus incanis subtomentosis, spicis subsolitariis, calycibus 5-dentatis clausis cum fructu deciduis.

H. minus, supinum. *Cup. H. Cath. p. 93.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 157—Gou. fl. monsp. t. 1*—H. humifusum, flore minimo, semine magno. *Tourn. itin. ed. in 8. vol. 1. p. 264* optima! — H. supinum. *Clus hist. 2. p. 47.*

In agris pinguibus, et in arenosis; *Piana de'Greci, Ficuzza, Catania, Lentini*, *Monumenti*; *S. Stefano* (*Ucria*), *Nicosia* (*Heldr.*).

Julio, Augusto, ☉

*Caules* laterales rosulato patentes, apice surrecti; centralis erectiusculus: *folia* inferiora longius petiolata, omnia superne virentia, lineata, tenue pubescentia, subtus vero tomentoso-lanata: *spicae* saepius solitariae, rarius geminatae: *calyces* hirsuti, in fructu ovato-compressi, arcte clausi: *corollae* parvae, lobis rotundatis: *nuces* scabrae, glabrae, unica tantum saepius perfecta.

## MYOSOTIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 240—Endl. gen. n. 3772.*

*Cal.* 5-fidus, aut 5-partitus. *Cor.* hypocrateriformis; fauce squamis brevibus instructa; limbo 5-lobo, obtuso. *Stam.* inclusa. *Nuc.* quatuor, basi perforatae, fundo calycis affixae. ( *Herbae* annuae, aut perennes: *folia* pilis scabra: *racemi* ebracteati: *flores* parvi, coerulei. )

* *Pili calycini basilares apice uncinati, superiores recti.*

1. *M.* LITOSPERMIFOLIA. *Horn. H. Hafn. 1. p. 173—R. S. s. veg. 4. p. 102—Guss. pr. 1. p. 206.*

M. foliis radicalibus spathulatis, racemis laxis, pedunculis fructiferis erecto-patentibus calyce regulari longioribus, corollis explanatis, lobis rotundatis ( non emarginatis ).

Ic. *Sturm. fl. germ. p. 1. f. 42*—Echium scorpioides, montanum, latiori folio, flore coeruleo, *Cup. H. Cath. p. 67, supp. alt. p. 27, et panph. 2. t. 245.*

In pascuis montosis elatioribus; *Busambra, Madonie, Monte di Cammarata, Gibilmessa verso Monregale: Palermo alla Pizzuta, ed a Monte Gallo ( Parlat., Todaro. )*

Majo, Junio. ♃

*Caulis* semipedalis, vel pedalis, pubescens, pilis patentibus; *folia* radicalia longe petiolata, caulina sessilia; *calycis* hirsuti, demum campanulati et parum ampliati, laciniae aliquando inaequales: *corollae* majusculae, cyaneae: *nuces* nitidae, glaberrimae, leves.

Cum *M. alpestri* associat Cl. *Bertol.* in *fl. it. 1. p. 258.*

2. *M.* SYLVATICA. *Ehr. Spr. s. veg. 1. p. 557—Guss. pr. 1. p. 206.*

M. caule gracili, foliis oblongis obtusiusculis villosis, racemis laxis ebracteatis, calycibus fructiferis irregularibus longe pedicellatis!, corollarum limbo plano ( parvo ) integro.

Ic. *Sturm l. c. t 6—Fl. dan. 583.*

In agris, ac arvis non admodum communis; *Messina, Itala, Fiume di Nisi:* in arenosis maritimis; *Palermo a Mondello, e presso Termini:* et in montosis, *Madonie alla Colma grande, Palermo alla Pizzuta ( Parlatore ).*

Aprili, Majo. (•)

*Caules* palmares vel semipedales, graciles, patenter pubescentes: *folia* radicalia fere spathulata, obtusa: *corollae* cyaneae, praecedentis duplo fere minores; *calyces* in fructu non ampliati ut in illa, ideoque duplo minores (vix lin. longi), dentibus non lanceolatis, sed lineari-lanceolatis acutioribus: *nuces* nitida, glaberrimae, levies.

3. *M.* COLLINA. *Ehrh. Spr. s. veg. 1. p. 558—Guss. pr. 1. p. 207.*

M. caule sub-simplici foliisque oblongo-spathulatis villoso-pubescentibus, racemis laxis ebracteatis, pedicellis patentibus calycem aequantibus!, calyce fructifero corolliaque ( parvis ) erecto-patulis, stylo brevissimo.

M. scorpioides. *Ucria H. Pan. p. 80*—Echium scorpioides, arvense. *Cup. H. Cath. p.67*—Scorpioides III. Dodonaei. *Cast. H.Mess.p.44.*

Ic. *Sturm l. c. t. 11—Bull. herb. de fr. t. 555.*

In apricis pascuis montosis, vel demissis; *Palermo a Mondello ( Todaro ), S. Maria a Gesù, Pizzuta, Tordiemi, Ficuzza ( Parlatore ): Busambra, Polizzi, Mistretta, Capizzi, Chiaromonte, Palermo a Monte Cuccio, Militello, ec.* — et in Ustica

*alla Guardia del Turco*, *Felicuri sul monte*, *Lipari alla vitusella*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Maretimo*.

Aprili, Majo. ⊙

*Flores* parvi, vix calycem excedentes, cyanei, fauce lutescentes; *racemi* 2-pollicares; *pedunculi* 1-2 lin. longi; *nuces* nitidae, laeves, glabrae—*Caules* in umbrosis ramosissimi, ac fere pedales; sed pedunculorum proportio quoad calycem, ac istius laciniarum directio minime variabiles sunt; hinc immerito Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 2. *p.* 261, hoc essentiali charactere omnino spreto, hanc speciem a praecedente non separat.

** *Calyce pilis omnibus rectis obsesso.*

4. *M.* PALUSTRIS. *Poir. dict. enc.* 4. *p.* 398—*Guss. pr. suppl. p.* 50.

M. radice repente, foliis lanceolatis obtusis glabriusculis subscabris, racemis ebracteatis, pedicellis in fructu divergentibus, calyce demum campanulato 5-dentato erecto-patulo 2-3-plo longioribus.

Ic. *Sturm fl. germ.* 1. *fasc.* 5.

In stagnis; *Bosco di Caronia nel Gurgo di Bassano*, *ed a S. Fratello* (*Tinso*).

Majo, Junio. ♃

*Folia* laete virentia, infima obovato-lanceolata: *flores* laete coerulei, magnitudine illorum *M. sylvaticae*: *calycis* dentes acuti: *nuces* nigrae, nitidae, glabrae.

5. *M.* INCRASSATA. *Guss.*

M. caule humili foliisque obovato-oblongis piloso-hispidis, racemis brevissimis ebracteatis, pedunculis fructiferis clavatis erectis calyce 5-fido aequalibus longioribusque.

M. pusilla. *Guss. suppl. p.* 51.

Ic. *nulla.*

In apricis montosis; *monte di Cammerata*: *Etna a monte Rosso* (*Oranger*, *Philippi*), *Busambra* (*Tinso*).

Aprili, Majo. ⊙

*Planta* vix 2-pollicaris, una cum racemis: *folia* radicalia majora, breviter petiolata, caulina sessilia: *pedunculi* 1-1 1/2 lin. longi: *calycis* cylindracei laciniae acutiusculae, demum conniventes, *corollam* coeruleam exignam subaequantes: *flores* semper ebracteati, in racemis 5-14-lineares: *nuces* nitidae, fuscae, leves, glabrae. Confer *Bertol. fl. ital.* 2. *p.* 266.

6. *M.* SICULA. *Guss.*

M. caule erectiusculo inferne radicante foliisque oblongo-linearibus obtusis glabriusculis, pilis adpressisimis, racemis elongatis ebracteatis, pedicellis fructiferis calyce sublongioribus patentibus deflexisque, calycis campanulato-cylindrici dentibus subconniventibus, corollae (parvae) tubo limbum erecto-patentem superantem, lobis integris.

M. micrantha. *Guss. pr.* 1. *p.* 207, et *Bertol. fl. ital.* 2. *p.* 260, non *Pallas* in *Spr. s. veg.* 1. *p.* 559.

Ic. *nulla.*

In stagnis montosis hyeme inundatis; *Piana de' Greci al Gurgo de' Ddingoli*, *Cotrano al Gurgo lo Drago e Gurgolungo*, *Nicosia*, *Floresta*; *ec.*

Aprili, Majo. ⊙ !

*Planta* laete virens, glabriuscula, tripollicaris vel pedalis: *pedunculi* 2 lin. longi, apice subincrassati: *calyces* pilis adpressis obsiti, in fructu conici et apice fere truncati, ob dentes obtusiusculos; *corollae* vix calycem excedentes, cyaneae vel albidae, concolores: *nuces* nitidissimae, leves—*Habitus M. caespitosae, Schultz*; sed co-

*rollae* in nostra non explanatae; *pedunculi* breviorea; *dentes calycini* magis obtusi; *radices* certe annuae —Nomen mutavi, quia species *Pallasiana* longe aliena, et anterior quam mea.

7. *M. apula. Lin. sp. pl. 189—Ucria H. Pan. p. 80—Guss. pr. 1. p. 208.*

M. caule ereto herbaceo foliisque lineari-lanceolatis acutis confertis piloso hispidis, spicis terminalibus secundis, bracteis lanceolatis, nucibus muricatis.

Echium luteum, minimum. *Cup. H. Cath. p. 67.*

Ic. Lithospermum apulum. *Sibth. fl. gr. t. 158* — Anchusa minima, lutea, minimo *flore*, umbellata, Psyllii foliis. *Cup. panph. 1. t. 71—Bon. t. 196*—Echioides lutea, minima, apula, campestris. *Columm. ecphr. 1. t. 192.*

In collibus aridis calcareis meridiem spectantibus; *Polizzi*, *Mazzara*, *Marsala*, *Alicata*, *Terranova*, *Noto*, *Avola*, *Palermo a Sferracavallo ed alle falde di Monte Peregrino: falde di Catalfano ( Parlatore ).*

Aprili, Majo. ☉

*Caules* 2-pollicares vel ad summum pedales, solitarii aut caespitosi, simplices, et saepe ab ipsa sola basi ramosi; ramis adscendentibus: *folia* vix 1-2 lin. lata: *spicae* confertae, densiflorae: *corollae* luteae, *calyce* duplo longiores; *tubo* sub limbo constricto; *fauce* clausa *fornicibus* minutissimis, ideoque minime pervia, et nuda; hinc quamvis habitus et florescentia potius sequens genus referant, tamen minime ad illud spectare potest, secus ac opinantur Cl. *Vahl*, et nonnulli recentiores.

## LITHOSPERMUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 241—Endl. gen. 3761.*

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis; fauce pervia, nuda. *Antherae* oblongae, inclusae. *Nuces* quatuor, glaberrimae ovatae, osseae, basi imperforatae, fundo calycis affixae. ( *Frutices* velo herbae perennes, annuaeque: *folia* setoso-scabra: *flores* albi, vel coerulei in racemis bracteatis ).

1. *L. rosmarinifolium. Ten. fl. nap. pr. supp. 2. p. 65—Guss. pr. 1. p. 209.*

L. fruticosum ramosissimum erectum, foliis lineari-lanceolatis lanceolatisque margine revolutis supra glabriusculis subtus subincanis, corollis calyce triplo longioribus, nucibus levibus nitidis.

L. umbellatum, latifolium. *Cup. H. Cath. p.115*, et *supp. alt. p.56*— Anchusa frutescens, tenuifolia, flore coeruleo vivacissimo. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, at— Buglossum fruticosum, Rosmarinifolio. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris*, et inde *Inst. p. 134*, ad verum *L. fruticosum* spectat.

Ic. *Ten. fl. nap. 3. t. 114*—L. fruticosum. *Sibth. fl. gr. t. 161* — L. umbellatum, angustifolium. *Cup. panph. 2. t. 161* — L. umbellatum, latifolium. *Bocc. sic. t. 40 f. 4*, et *t. 41. f. A. B.!*

*b.* floribus dilute coeruleis.

In rupibus calcareis, aut vulcanicis montium non procul a mare; *Palermo*, *Bagheria*, *Castelbuono*, *Sciacca*, *Cofani presso Trapani*, *S. Vito*, *ec.* = et in *Alicuri nelle rupi della sciara di Paino*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo.*

Decembri, Martio. ♄

*Frutex* sempervirens, caespitosus, 1-2-pedalis; ramis fusco-cinereis, confertis, erectisque, vel in rupibus dependentibus; floribus copiosis

jam ineunte vere onustus, ideoque ad hortos ornandos aptissimus: *folia* sessilia, aliquando incurva, 1-4 lin. lata, 1 2 poll. longa, superne sulcata, scabriuscula, obscure virentia, glabriuscula; subtus nervo prominulo notata, villosiora, pallidiora: *racemi* breves: *bracteae* calyces campanulatos villoso-hispidos excedentes: *pedunculi* calyce breviores: *corollae* intense vel pallide coeruleae, externe pubescentes, lobis rotundatis: *nuces* albae.

*L. fruticosum* herb. *Lin.*, et plantae, quas in Hispania vegetantes vidi ac collegi, ab hoc certe alienae; at *L. fruticosum* herb. *Sibth.*, uti jam in prodromo monui, ad nostrum spectat — *L. fruticosum* verum differt; *caulibus* late caespitosis, erectis, ramosissimis; *foliis* revera strigoso-hispidis, vix lin. latis, floralibus reliquis conformibus, non ex ovata basi oblongis; *corollis* extus glaberrimis, saturatius coeruleis, non hirsutis et pallidioribus; denique *florum racemulis* per ramorum latera sparsis, non simpliciter terminalibus.

Icones citatae ad nostram plantam certe spectant, nam vera icon *L. fruticosi* extat in *Fl. port. t. 21*; nec ista cum speciminibus *L. rosmarinifolii* foliis angustioribus instructis ullo modo convenit habitu vel characteribus. Hinc male a Cl. *Lehm. asp. p. 302*, et a *R. S. s. veg 4. p. 47*, tanquam varietas *L. fruticosi* haec species habetur; et pariter immerito a *R. S. l. c.* denuo ad *L. graminifolium Viv.* refertur, a quo absque ullo dubio toto coelo diversum. Denique Cl. *Reich* in *fl. germ. excurs. 1. p.387* ab *Echio petraeo Portensch.* non distinguit, a quo certe diversum, uti recte monet Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 278.*

2. *L.* OFFICINALE. *Lin. sp. pl. 189* — *Ucria H. Pan. p. 80* — *Guss. pr. s. p. 210.*

L. caule herbaceo erecto foliisque lato-lanceolatis acutis venosis strigoso-scaberrimis, corollis calycem vix superantibus, nucibus levibus nitidis.

L. majus erectum. *Cup.H.Cath.p. 115*—L. minus. *Cast. H.Mess.p.12.*

Ic. *Fl dan. 1084*—*Lam. ill. gen. t. 91*—L. minus. *Lob. ic. 458. f.2.*

In sylvaticis montosis: *Etna nelle selve della Tarderia.*

Majo, Junio ♃

*Planta* undique virens, et scabra: *caules* erecti, ramosi: *folia* sessilia, subtus pallidiora: *racemi* terminales subrecurvi, trifidi vel bifidi, cum flore solitario in ala: *bracteae* flores secundos valde superantes: *pedunculi* calyce breviores: *calycis* tubulosi laciniae obtusiusculae: *corollae* parvae, ex albo flavidae, calyces parum excedentes, fauce perviae, ibique extuberantiis puberulis munitae; limbi laciniis obtusis: *nuces* albo-lividae.

3. *L.* PURPUREO-COERULEUM. *Lin. sp. pl. 190*—*Ucria H. Pan. p. 80* — *Guss. pr. 1. p. 210.*

L. caulibus herbaceis, sterilibus diffusis, floriferis erectis, foliis lanceolatis utrinque attenuatis scabris, corollis calycem duplo superantibus, nucibus levibus nitidis.

L. majus Matthioli. *Cup. H. Cath. p. 115.*

Ic. *Jacq. austr. 1. t. 14*—L. majus. *Lob. ic. 458. f. 1.*

In sylvis submontosis, et in sepibus umbrosis; *Palermo al fiume Oreto, e nel bosco di Rebuttone, e Turdiemi ( Parlatore ): Carini, Altavilla, Monte de' Cani. Sagana, Castellobuono. Ficuzza, Amorosa, Messina, Olivieri, Ibiso, Caronia, Mistretta, ec.*

Aprili, Majo. ♃

Pubescenti scabrum: *folia* laete virentia, acuminata, avenia: *flores* amoene coerulei, subsessiles, unico in racemorum divisione: *bracteae* foliis conformes, sed acutiores: *calycis* 5-partiti laciniae auguste lineares, erectae: *nuces* ex albo-lividae.

4. *L. arvense. Lin. sp. pl. 190. —Guss. pr. 1. p. 210.*
L. caulibus herbaceis erectis ramosis, foliis anguste lanceolatis utrinque angustatis strigosis, pedunculis vix incrassatis, calycinis laciniis corolla (alba) paullo brevioribus in fructu erecto-patulis, nucibus rugosis granulato-scabris.
L. arvense, radice rubra. *Cup. H. Cath. p. 56.*
Ic. *Fl. dan. 456* — Echioides alba. *Columna. ecphr. 1. p.184. t.185.*
Inter segetes ubique in Sicilia = et in Insulis adjacentibus.
Aprili, Majo. ☉
*Caules* palmares vel pedales, adpresse hirsuti : *folia* avenia, obscure virentia, sessilia; inferiora latiora, obtusiuscula, petiolata : *racemi* 2-3-fidi : *flores* remotiusculi, unico sessili in divisione racemi: *calycis* hirsuti laciniae lanceolato-lineares, vix lin. longae, in fructu 3-4-lineares : *corollae* albae, tubo ochroleuco, limbi lobis obtusis : *nuces* glabrae, viridi-plumbeae.

5. *L. Splitgerberi. Guss.*
L. pusillum, caulibus herbaceis erectis basi ramosis, foliis strigosis, radicalibus latioribus obovato-spathulatis (brevibus), caulinis anguste lineari-lanceolatis, pedunculis non incrassatis brevissimis, racemis indivisis, calycinis laciniis corolla (alba) paullo brevioribus in fructu erecto-patulis, nucibus verruculosis (non rugosis).
Ic. *nulla.*
In collibus aridis; *Macchie di Alcamo (Splitgerber et Tineo).*
Aprili, Majo. ☉
*Caules* 3-5-pollicares, tantum ab ipsa basi ramosi : *folia* viridi-canescentia; caulina sessilia; radicalia in petiolum attenuata, 3-4 lin. longa, 1-1 1/2 lin. lata : *flores* parvi, albi, in racemis simplicibus remoti; *pedunculis* semper gracilibus, calyce brevioribus: *corollae* externe hirsutiusculae : *nuces* tuberculis minutis scabrae, sed minime rugosae, facile secedentes*: calyces, flores*, et *pedunculi* praecedentis; *habitus*, et *folia L. incrassati.*

6. *L. Gasparrini. Heldr.* in litteris.
L. caulibus herbaceis erectis basi ramosis, foliis strigosis, radicalibus latioribus obovato-spathulatis (brevibus), caulinis oblongo-linearibus obtusiusculis, pedunculis in fructu incrassatis, calycinis laciniis corolla (alba) subbrevioribus erecto-patulis, nucibus rugosis scabris.
Ic. *nulla.*
In aridis montosis; *Madonie (Gasparr., Heldr.) : Busambra.*
Majo, Junio. ☉
*Caules* 3-8-pollicares : *folia* praecedentis latiora, illa *L. arvensis*, uti flores, fere similia sed plerumque plana, minus setoso-hispida : *pedunculi* videntur minus incrassati quam in sequente, sed in fructu omnino similes : *corollae* fere hypocrateriformes; limbo ampliato, campanulato; lobis obtusis, oblongis; tubo gracili, cylindraceo, adpresse setoso-piloso, basi coerulescente : *nuces* plumbeae, rugosae ac scabrae, facile secedentes.

7. *L. incrassatum. Guss. pr. 1. p. 211.*
L. caulibus herbaceis erectis ramosis, foliis strigosis, radicalibus latioribus obovatis, caulinis angustis lineari-spathulatis obtusis, pedunculis in fructu incrassatis, calycinis laciniis corollae (coerulese) subaequalibus in fructu subpatulis, nucibus rugulosis minute granulato-scabris.
Echium montanum, parvum, coeruleum. *Cup. H. Cath. p. 67.*
Ic. Echioides angustifolia, alpina, parva, coerulea. *Cup.panph.2. t.170.*

In asperis montosis; *Madonie al Cuozzo de' Suvareddi, alle falde di Quacedda*: *alla Colma grande*, *ed al Pizzo della Principessa* (*Parlatore*).

Majo, Junio. ⊙

*Caules* vix semi-pedales, saepius palmares: *folia* obtusa, parva, fere cinerea; *pedunculi* in fructu incrassatissimi; et dum in *L. arvensi* vix apice incrassati, calycisque basi angustiores, in hoc illa aequilati: *racemi* fructiferi laxiflori, et etiam ejus rami demum incrassati: *corollae* vix calycem excedentes, externe adpresse hirsutae: *nuces* facile secedentes, et minute granulatae.

6. *L.* TINCTORIUM. *Dec. fl. fr. n. 2716*, non *Lin.* — *Spr. s. veg. 1. p. 546*—*Lehm. asper. p. 330*—*Guss. pr. 1. p. 211.*

L. caespitosum, calloso-hispidum, viridi-canescens, caulibus annotinis diffusis adscendentibusque, foliis inferioribus lineari-oblongis obtusis, bracteis foliisque superioribus subcordatis calycem superantibus, racemis secundis, corollae tubo calycem subsequante, nucibus lacunoso-rugosis.

Anchusa tinctoria. *Ucria H. Pan. p. 81*, non *Lin.*—A. latifolia, puniceis floribus. *Cup. H. Cath. p. 52*—A. secunda dicta, repens. *Cup. H. Cath. app.* ?

Ic. *Andrew. repos. t. 576* ( ex *Lehm.*, et ex *Fl. Gr. 2. p. 57*, quia in icone citata fornices in fauce deesse dicitur, ut in nostra specie. ) *Sibth. fl. gr. t. 166.*

*b.* flore albo.

In arvis, et collibus arenosis mari proximis; *Secciara*, *Castellammare*, *Partinico*, *Trapani*, *da Marsala a Castelvetrano*, *da Terranova a Siracusa*, *Lentini*, *Aidone*, *Leonforte*, *Piazza*, *Butera*, *Delia*, ec.; varietas *b. Comiso ai Scoglitti.*

Martio, Aprili. ♃

*Radices* ad collum lignosae: *caules* fere semper simplices, graciles, 2-8-pollicares: *folia* radicalia numerosa, conferta, in petiolum attenuata, 1 1/2-2 poll. longa, 2-4 lin. lata: *caulina* sessilia, vix pollicaris, adscendendo breviora et basi cordata: *racemi* simplices vel bifidi, cum flore in divisione, sub anthesi confertissimi fere capitati; fructiferi vero elongati, bracteis calycibusque secundis: *pedunculi* calyce breviores, tenues: *calycis* laciniae angusto-lineares, acutae, in fructu latiores, semper erectae: *corollae* innuptae rubentes, deinde saturatae coeruleae, fauce omnino nuda, non *fornicibus* brevibus instructa, ut in icone *Anchusae tinctoriae Fl. Gr. l. c.*: *nuces* sordide virentes, glabrae: *radices* etiam exsiccatae colore purpureo chartam inficiunt.

*Anchusa tinctoria* herb. *Lin.* a nostra omnino diversa est, nam in illa habitus foliorum prorsus ut in *Cynoglosso cheirifolio*—*Anchusa tinctoria Desf. atl. 1. p. 156*, et *Sibth. fl. gr. 2. p. 57*, ex eorum herbario eadem ac nostra; tamen in pienta sicula corollae fornices obliteratae, an ob abortum? — Arceatur ab hac specie, in *pr. l. c.* Buglossum marinum, ec. *Cup. panph. 3. t. 119*, quod nescio quo fortuito casu huic speciei addixi, dum ad *Anchusam aggregatam*, ad quam jam retuli, spectat!

## ANCHUSA.

*Lehm. asper. p. 2.*

*Cal.* 5-fidus, vel 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis, vel hypocrateriformis; tubo recto, vel incurvo; limbo 5-lobo; fauce clausa fornicibus, villosis, obtusis. *Nuces* quatuor, basi concavae, perforatae, ibique ad margines tumidae ac plicato-striatae. (*Herbae* annuae, vel perennes: *folia* setis plus minusque hispida: *flores* coerulei vel azurei, in racemis bracteatis).

1. *A. aggregata.* *Lehm. asp. p. 219—R. S. s. veg. 4. p. 774— Guss. pr. 1. p. 212.*

A. strigoso-hispida, caulibus erectis diffusisque, foliis lineari-oblongis obtusis, racemis abbreviatis, florentibus densissimis, floribus superioribus bractea quadruplo longioribus, calycibus demum incrassatis.

A. parviflora. *Sibth. fl. gr. 2. p. 117*, excluso synonymo *Willd.*—Echium humile. *Desf. atl. 1. p. 165* ex herb.! nam Cl. auctor flores apertos non vidit—Buglossum sylvestre, minus. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. *Sibth. t. a. t. 167!* — Buglossum marinum, coeruleo parvo flore. *Cup. panph. 3. t. 119.*

In arenosis maritimis; *Siculiana*, *Girgenti*, *Alicata*, *Terranova*, *Vittoria*.

Aprili, Majo. ☉

*Caules* palmares vel pedales, a basi ramosi; ramis adscendentibus: *folia* integerrima; radicalia oblonga, in petiolum attenuata; caulina sessilia, aliquando lineari-spathulata: *racemi* abbreviati, nam etiam in fructu vix pollicares; pedicellis brevissimis: *calycis* 5-partiti laciniae in fructu crassescunt, et turgescunt; *corollae* parvae, dilute cyaneae: *squamae* penicilliformes, albidae: *nuces* magnae, quarum una, aut altera fertilis, reliquae abortivae, nitidae, glaberrimae, fuscae, subrugosae, minuta albo-granulatae: *setae* albidae, rigidae, ac densae, quae plantam undique tegunt, ex tuberculo prodeunt.

2. *A. variegata.* *Lehm. asp. p. 223—Guss. pr. 1. p. 213.*

A. caulibus adscendentibus subsimplicibus, foliis verrucosis hispidis repando-dentatis, radicalibus oblongis in petiolum attenuatis, caulinis ovali-oblongis semiamplexicaulibus, racemis solitariis inferne bracteatis, tubo corollae inaequalis incurvo.

Lycopsis variegata. *Lin. sp. pl. 198—Sibth. fl. gr. 2. p. 66—L.* bullata. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 34.*

Ic. *Sibth. l. c. t. 178!* — *Cyr. l. c. t. 2. f. 3!—Ten. fl. nap. 3. t. 115!*—Echium minimum, cyaneum, oblongo folio, spinis praelongis, Agrifolii crenis. *Cup. panph. 1. t. 228*—Buglossum scorpioides, hirsutum, flore coeruleo, italicum. *Barr. ic. 403*, haud exacta.

In arvis arenosis, et ad sylvarum margines; *Maletto*, *Bronte*, *Messina*, *Mistretta*, *Capizzi*, *Castelbuono*.

Martio, Majo. ☉

*Caules* hispiduli, palmares vel pedales, saepe rubentes, solitarii, aut ab ipsa basi ramosi; ramis adscendentibus: *folia* laete virentia, supra albis verrucis bullata; radicalia obtusissima, rosulata, terrae adpressa; caulina acutiuscula: *pedunculi* vix 1-2 lin. longi: *calyces* hispidi, atrorubentes, 5-partiti; *laciniis* erectis, lineari-lanceolatis: *flores* azurei, inodori: *corollae* laciniae obova-

tae, 2 lin. longae, inaequales, rotundatae; tubo rubente, 2 linesri, basi albido: *squamae* penicilliformea, albidae: *pistillum* inclusum: *nuces* nigrescentes, corrugato-rugosae.

3. *A. ITALICA. Retz. obs. fasc. 1. p. 12—Willd. sp. pl. 1. p. 756—Guss. pr. 1. p. 213.*

A. strigoso-hispida, caule erecto paniculato-ramoso, foliis lato-lanceolatis subundulatis tuberculatis lucidis, racemis conjugatis paniculatis, bracteis late cordato-ovatis acutis, calycis 5-partiti laciniis subulatis tubo corollae concoloris aequalibus.

A. azuraa. *Mill.* ex *Reich. fl. germ. exc. 1. p. 344* — A. officinalis. *Ucria H. Pan. p. 81*, non *Lin.* — Buglossum angustifolium, majus. *Cup. H. Cath. p. 33—Cast. H. Mess. p. 34.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 92*—Buglosaa vulgaris. *Dodon. pempt. 628* — Cirsium italicum. *Fuchs. hist. 343.*

*b.* foliis minus tuberaulatis, supremis bracteisque cordato-lanceolatis acuminatis, tubo corollae concoloris calycinis laciniis breviore.

A. italica. *Retz.* ex *Reich. l. c.*

Ic. A. paniculata. *Sibth. fl. gr. t. 163*—A. alcibladon. *Dodon. pempt. 269*—Buglossum angustifolium. *Lobel. hist. 310*—B. vulgare. *Matth. comm. 2. p. 528*; quae icones ad *A. paniculatam Aitonii* a *Reich. l. c.* realtse, ad hanc nostram spectare videntur.

*c. angustifolia*; foliis omnibus bracteisque lineari-lanceolatis, 2-4 lin. latis, margine subundulato-denticulatis.

In collibus apricis, campis aridis, ad margines agrorum, ac inter segetes in Sicilia = et in *Alicuri*, *Felicuri*, *Salina*, *Lipari*: var. *b. Palermo al Caputo* (*Gasparrini*).

Aprili, Junio. ♃

*Caules* pro locorum natura 1 1/2-3-pedales, setis patentibus hispidi: *folia* radicalia petiolata, 2-3 poll. lata; caulina adscendendo angustiora, aessilia et fare amplexicaulia: *racemi* paniculati, aliquando pedales et ultra: *calycis* laciniae saepe purpurascentes, acutae, eractae: *corollae* hypocrateriformes, jam explicatae azureae; *limbi* lobis obtusis: *squamae* penicilliformes, albidae: *nuces* glabrae, nitidiusculae, rugosae, et inter rugas albido-granulatae.

Cl. *Reich. l. c.* A. *paniculatam* ab *A. azurea* ac ab *A. italica* distinguit, et ad hanc immerito iconem *Barr. 326*, subsequenta notatam trahit (nam florea in ic. *c.* penduli); sed quia characteres non satis firmi, sic praeunte Cl. *Bertol.* in plures species discerpere nolui, tamen varietates adnotandas putavi—Varietas *c.* ulterius examinanda; nam recedit a specie, *foliis* vix 2 lin. latis, basi angustatis, et *corollis* minoribus; nec cum variatate *humili Ten. syll. p. 82* est confundenda, quia *caulis* elatior in planta sicula, et *folia* margine undulato-denticulata.

4. *A. HYBRIDA. Ten. fl. nap. 1. p. 45—R. S. s. veg. 4. p. 90—Guss. pr. 1. p. 214.*

A. villoso-hispida, foliis oblongo-lanceolatis sinuato-dentatis subundulatis, bracteis ovato-cordatis lanceolatisque, calycibus 5-dentatis, fructiferis inflatis pendulis, stylo post anthesim vix exarto.

A. undulata. *Biv. cent. 2. p. 6*, at *Sibth. fl. gr. 2. p. 86*, exclusis synonymis omnibus ab utrisque.

Ic. *Ten. l. c. t. 11—Sibth. fl. gr. t. 165—Hoffm.* at *Link fl. port. t. 22—Sabb. H. Rom. 2. t. 24*—Buglossum sylvastre. *Barr. ic. 326*—B. sylvestre, Dodonaei. *Dalech. hist. p. 580 ?*

In arvis arenosis, et inter segetes; *Nicolosi*, *Adernò*, *Milo*: et in maritimis; *Palermo alla Renella*, *ed alla Vergine Maria* (*Parlatore*, *Todaro*).

Martio, Junio. ☉, et ♂

*Caules* erecti vel adscendentes, 5 - 12 - pollicares et ultra, simplices aut plures ex eadem radice, linea elevata rubente a basi foliorum decurrente notati: *folia* viridi-cinerascentia, obtusa vel acutiuscula; radicalia in petiolum attenuata; superiora sessilia, amplexicaulia: *bracteae* ovatae, acutae, pedunculos parum excedentes: *calyces* viridi-purpurascentes, sub anthesi tubuloso-angulati, inde ut in *Lycopsids* inflati, aliquando quinquefidi: *corollae* intensa coeruleae, laciniis obtusis: *fornices* ex albo-coerulescentes: *hirsuties* in plantis siculis minor, quam in neapolitanis.

Confer quae de *A. undulata* dixi in *pl. rar. p. 82*—Interim Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 287* has species non separat, sed utriusque plantae quamplurimis individuis simul viventibus! elapsis annis in campis Dauniae, nec una in alteram transiens, inspectis, denuo suasum habeo non esse simul confundendas.

† 5. *A. ARVENSIS. Lehm. asp. p. 225—Guss. pr. 1. p. 214.*
A. foliis lanceolatis hispidis, calycibus florescentibus arectis.
Lycopsis arvensis. *Lin. sp. pl. 199—Ucria H. Pan. p. 85.*
Ubique in Sicilia (*Ucria*); sed hactenus non inveuta.

† 6. *A CRISPATA. Presl fl. sic. 1. p. XXXIII—Guss. suppl. 1. p.52.*
A. strigoso-hirsuta, foliis radicalibus oblongo-lanceolatis crenatis undulato-crispis in petiolum attenuatis, caulinis linearibus, racemis dichotomis compactis, bracteis ovatis, calycis 5-fidi laciniis lanceolatis obtusiusculis tubi longitudine.

## LYCOPSIS.

*Lehm. asp. p. 3.*

*Cal.* 5-fidus. *Cor.* infundibuliformis; limbo-5-lobo; fauce pervia, sed barbata. *Nuces* quatuor, 1-loculares, turbinatae, basi concavae, perforatae, fundo calycis affixae. (*Herba* annua, piloso-hispida; *racemi* bracteati; *flores* tenues, atrocoerulei.)

1. *L. PULLA. Lin. sp. pl. 198—Lehm. asp. p. 266.*
L. caulibus erectis adscendentibusque foliisque lanceolatis acutis integerrimis piloso-hispidis, bracteis calyce fructifero multo longioribus, corolla calycem demum inflatum vix superante, limbo brevissimo, nucibus exquisita rugosis.
L. vesicaria.—*Guss. pr. 1. p. 215*, excl. syn.
Ic. *Jacq. austr. 2. t. 186*—Echium pulloflore. *Clus. hist. 2.p.164?*—Buglossum procumbens, annuum, pullo minimo flore. *Moris. hist. 3. s. 11. t. 26. f. 11*, quoad folia.
In arenosis maritimis Siciliae meridionalis; *Comiso alla Berdia*, *Vittoria a Dorillo: fiume Oreto* (*Heldreich*, *Parlatore.*)
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* simplices, vel basi tantum ramosi, 4 - 12 - pollicares: *folia* infima obtusiuscula, reliqua, uti bracteae, acuta, aesquipollicaria, 2-4 lin. lata: *racemi* simplices, solitarii, vel terminales conjugati: *pedunculi* inferiores calyce fructifero subaequales: *calycis* laciniae acuminatae: *corollae* parvae; limbo atrocoeruleo: *nuces* fere semiovatae, nitidiusculae, glabrae, albo-granulatae.
Inspectis speciminibus *L. vesicariae* cognovi hanc ad *L. pullam* potius esse referendam, uti optime monet. Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 339.* Tamen icon *Morisonii* quoad folia et habitum, potius quam illa *Clusii*, nostram refert.

† 2. *L. echioides*. *Lin. sp. pl.* 199—*Ucria H. Pan. p.* 85— *Guss. pr.* 1. *p.* 215.
L. foliis lanceolatis hirsutis, caule ramosissimo erecto, floribus secundis sessilibus.
Ubique in Sicilia ( *Ucria* ), at mihi prorsus ignota.

## CYNOGLOSSUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 243—*Endl. gen. n.* 3784.

*Cal.* 5-partitus; laciniis in fructu patentibus. *Cor.* infundibuliformis; limbo 5-lobo; fauce clausa fornicibus. *Nuces* quatuor, 1-loculares, compressae, echinatae, latere interiore columna centrali affixae, basi imperforatae. ( *Herbae* annuae, biennes, aut perennes, molliter pubescentes, odore ingrato narcotico praeditae: *folia* radicalia longe petiolata : *racemi* bracteati, vel ebracteati: *flores* parvi, quod colorem varii, saepius reticulati. )

* *Pedunculis ebracteatis.*

1. *Nucibus dorso convexis.*

1. *C. nebrodense*. *Guss. pr.* 1. *p.* 216.
C. caule erecto folioso, foliis piloso-pubescentibus, radicalibus petiolatis ovali-oblongis lanceolatisque, caulinis sessilibus basi subdilatatis cordato-amplexicaulibus acutis, calycinis laciniis lanceolato-linearibus acutiusculis corolla concolore erecto-patente aequalibus, staminibus inclusis, pedunculis fructiferis erectis.
C. minus, alpinum, minus brachiatum, latiori pallente folio, caule rubente, flore e coeruleo rubicante. *Cup. H. Cath. p.* 64.
Ic. *nulla.*
In sylvis elatioribus montosis; *Madonie alla fosse di S. Gandolfo, a Zotta funno, a nella valle della Sciacca : in tutta la Colma grande* ( *Parlatore.* )
Junio, Julio. ♂
Pallide virens, nec molliter albo-villosum, vel tenue albo-tomentosum ut in speciminibus gallicis, batavia, ac germanicis *C. officinalis*, et *calycis* laciniae duplo angustiores : *caules* stricti, 1/2-1 1/2 pedales simplices, pubescentes : *folia* asperiora aliquando acutiuscula : *racemi* simplices, axillares solitarii, terminales conjugati, demum divaricato-patentes, et omnes simul aumpti versus apicem caulis paniculati, ut in sequentibus, 2-6 lin. longi : *pedunculi* calycem demum patentem subaequantes, inferiores longiores : *corolla* glabra, rubro-fusca, concolor, parva, et calyci aequalis, nunquam in anthesi intense saturate purpureo-coerulea; limis lobis obtusis, ut in aliis; *stamina* corolla dimidio breviora; *nuces* parvae, compressae, aculeis nitidis albidis glochidiatis undique tectae; *stylo* incluso.
Praeter characteres relatos differt quoque a *C. officinali*, fructibus minoribus et aculeis elongatis; dum in illo glochidiato-asperi dicuntur ( *Wahl. fl. suec.* 1. *p.* 118 ) Confer icones *Sturm fl. germ. f.* 6, et *Fl. dan.* 1147.

2. *C. pictum*. *Ait. hort. Kew. ed.* 1. *v.* 1. *p.* 179 — *Willd. sp. pl.* 1. *p.* 761—*Guss. pr.* 1. *p.* 216.
C. caule erecto folioso, foliis tenue molleque tomentosis canescentibus, radicalibus obtusis oblongo-lanceolatis petiolatis, caulinis ovato-lanceolatis acutis basi cordatis amplexicaulibus, laci-

niis calyciuis oblongis corollae limbo dilatato venoso duplo brevioribus, staminibus inclusis, pedunculis fructiferis reflexis.

C. officinale. *Ucria H. Pan. p. 81*, non *Lin.*—C. majus, vulgare. *Cup. H. Cath. p. 65—Cast. H. Mess. p. 36.*

Ic. *Haffm.* et *Link fl. port. 1. t. 24* (excl. *fig. 5*, et *6*) — C. creticum *H. Clus. hist. 2. p. 162.*

In ruderatis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Maretimo*.

Martio, Julio. ♂

*Caules* 1-3-pedales, saepe plures ex eadem radice, inferne subangulati, pilis mollibus reflexis, uti petioli, pubescentes: *folia* radicalia numerosa, erecta, pallide-virentia 1-1 1/2 poll. lata; *caulina* sessilia, saepe undulata: *pedunculi* fructiferi elongati, 5-6 lin., secundi: *calycis* laciniae obtusiusculae, in fructu duplo longiores, incurvae, et demum stellato-patentes, colore et pubescentia foliis similes: *corolla* pallide coerulescens, venis coeruleis picta: *fornices* obtusae, atrocoeruleae: *nuces* virentes, aculeis nitidis albis apice glochidiatis tectae.

3. *C. siculum. Guss. pr. suppl. p. 52.*

C. molliter et tenue villosum, caule erecto folioso, foliis petiolatis lanceolatis utrinque attenuatis, superioribus sessilibus lineari-lanceolatis, laciniis calycinis lineari-oblongis obtusis corollam aequantibus, staminibus inclusis, nucibus . . . . .

Ic. *nulla.*

In apricis cultis montosis; *Palermo al Caputo*, (*Gasparrini*).

Martio, Aprili. ♂

*Caules* fere pedales: *folia* radicalia et caulina inferiora 3-4 poll. longa, 2-4 lin. lata; suprema vix lin. lata: *flores* bene apertos et *fructus* non vidi.

Habitus *C. valentini Lag.*, sed villosum non vero hirsutum, et laciniis calycinis diversum—Quoad descriptionem *C. lanceolato* quoque proximum, sed in planta sicula *folia* minime punctato-scabra—A praecedente, cui habitu quoque et pubescentia affine, foliis superioribus minime cordatis certe diversum.

4. *C. clandestinum. Desf. atl. 1. p. 159—Pers. syn. 1. p. 159—Guss. pr. 1. p. 217.*

C. molliter villoso-canescens, caule erecto, foliis inferioribus lanceolato-oblongis obtusiusculis, superioribus sessilibus lanceolato-linearibus, calycinia laciniis ovato-oblongis obtusis fulve sericeis corolla apice villosa aequalibus, staminibus inclusis.

Ic. *Desf. l. c. t. 42.*

Inter segetes, et in herbidis maritimis; *Palermo a Mondello*, *Delia*, *Girgenti*, *Favara*, *Butera*, *Mazzara*, *Marsala*, *Sciacca*, *Acquaviva*, *Siracusa a Villasmonda*, *Terranova*, *Misterbianco*.

Aprili, Majo. ☉

*Caules* 5-12-pollicares: *folia* radicalia; in petiolum attenuata: *racemi* simplices, solitarii, terminales conjugati: *pedunculi* sub anthesi breves, in fructu, praesertim inferiores, elongati, aliquando pollicares, erecto-patuli: *corollae* violaceae: *nuces* aculeis crassis conicis apice glochidiatis tectae; *stylo* firmo, acuminato, exerto inter illas—*Corollis* apice villosis; *calycibusque* fulvis, sericeis, ab aliis speciebus facillime dignoscitur.

2. *Nucibus dorso concavo-depressis, margine elevato.*

5. C. COLUMNAE. *Ten. fl. nap. pr. p. 14—Biv. manip. 2. p. 5—R. S. s. veg. 4. p. 79—Guss. pr. 1. p. 217.*

C. molliter villosum, caule erecto, foliis inferioribus petiolatis elliptico-oblongis, superioribus sessilibus basi dilatatis cordato-amplexicaulibus acutis, calycinis laciniis lanceolato-linearibus obtusis corolla paullo brevioribus, staminibus inclusis, nucibus centro ac externo aculeato-muricatis, margine inciso-dentato.

C. nebrodense *Jan. elench. p. 31* etiam ex *Bertol.* in *fl. ital. 2.p.305.*

Ic. *Ten. fl. nap. 3. t. 116*—Cynoglossa altera, media, fructu cotylodes, sive lycnoides, *Column. ecphr. 1. t. 178.*

In glareosis calcareis, et dumetis montosis; *Palermo a Monte Cuccio, Sferracavallo, Monte Peregrino: alla Grazia, a Turdiemi e Termini* (*Parlatore*): *Madonie, Carini, Castellammare, Sciacca, Monte di Trapani, S. Vito, Caltauturo, Busambra, Priolo.*

Martio, Aprili. ♂

*Caules* 1/2 - 1 1/2 - pedales: *folia* obscure virentia, subcanescentia: *racemi* simplices, solitarii, vel terminales conjugati: *pedunculi* 2-4 lin. longi, fructiferi recurvi, parum elongati: *calycis* laciniae 2 lin. longae: *corollae* glabrae rubentes, parvae vix lin. longae: *nuces* majusculae, aculeis glochidiatis tectae; *stylo* crassiusculo vix exserto inter illas.

*C. nebrodense Jan.*, quod in *pr. 1. in add. p. 5.* ad *C. appenninum* male amandavi ob specimen mancum, deinde meliora et fructibus perfectis instructa observata ad hoc certe spectare cognovi.

6. C. APPENNINUM. *Lin. sp. pl. 193—Ucria H. Pan. p. 82—Guss. pr. 1. p. 217.*

C. molliter villoso-pilosum, viridi-cinereum, caule erecto firmo, foliis radicalibus ovali-oblongis petiolatis (magnis), caulinis late lineari-lanceolatis utrinque acutis sessilibus (longis), racemis ante anthesim compactis dense-paniculatis, staminibus exertis, nucibus earumque margine undique muricatis.

C. sylvaticum, rubente caule. *Cup. H. Cath. p. 64.*

Ic. C. montanum, maximum. *Sabb. H. Rom. 3. t. 37*—Cynoglossa montana, maxima, frigidarum regionum. *Column. ecphr. 1. t. 170.*

In pascuis umbrosis elatioribus montium; *Madonie, Monti di Mistretta, di Caronia, di Capizzi.*

Majo, Junio. ♂

Species inter omnes alias hujus generis maxima: siquidem *caules* 2-4-pedales, diametro 1-1 1/2 - pollicari, fistulosi, basi simplices, superne ob paniculae ramos graciles elongatos axillares simplices vel bifidos pyramidato-paniculati: *folia* radicalia 2-4 poll. lata, 5 - 10 poll. longa, obtusiuscula: *caulina* 3-9 lin. lata, 4-6 poll. longa, conferta: *racemi* fructiferi elongati, 1 usque 6- pollicares, et tunc laxiusculi: *pedicelli* sub anthesi brevissimi, inde fere 9-lineares, curvuli, inferiores longiores, una cum calycibus villoso - lanati: *calycis* laciniae oblongo-lineares, obtusiusculae, intus glabrae: *corolla* calyce longior, rubescens, inde sordide purpurascens; laciniis oblongis, erecto-patulis, obtusis: *nuces* majusculae, virentes, in centro minus muricatae, aculeis glochidiatis; *stylo* crassiusculo inter illas parum exerto.

** *Pedunculis bracteatis.*

7. *C.* CHEIRIFOLIUM. *Lin. sp. p. 193—Guss. pr. 1. p. 218.*

C. sericeo-tomentosum, caule erecto, foliis radicalibus lanceolatis petiolatis, caulinis sessilibus basi angustatis, racemis ante anthesim confertis, calycibus albido-lanatis, laciniis lineari-lanceolatis obtusiusculis corollae tubo vix brevioribus, staminibus inclusis, nucibus undique muricatis.

C. creticum, argenteo angusto folio. *Cup. H. Cath. p. 24.*

Ic. Cynoglossa media, argentea, apula, campestris, calidarum ragionum. *Column. ecphr. 1. t. 171!*—C. creticum. *1. Clus. hist. 2. p. 162.*

In collibus aridis calcareis meridiem spectantibus: *Palermo a Bocca di falco ed a Mondello presso la Favorita, Comiso, Modica, Noto, Siracusa, Agosta, Catania, Lentini, Sciacca, Capopassaro: Taormina nel teatro (Heldr.)*

Martio, Aprili. ♂

*Caules* 4-10-pollicares, subangulati: *folia* radicalia erecta, numerosa, utrinque attenuata, margine subundulata, 6-12 lin. lata, 2-4 poll. longa: *racemi* simplices solitarii, sed conjugati in apice caulis cum flore alari longe pedunculato: *pedunculi* in fructu 5-9 lin. longi, inferiores longiores, demum curvati, aupremi plerumque ebracteati: *corollae* glabrae tubus purpurascens, basi albidus, 4 lin. longus; limbi laciniae planae, albidae vel roseae, ovatae apice rotundatae, sub anthesi erecto-patentes, et subrecurvae, lin. longae: *filamenta* brevissima, pallide ex albo-rosea, *antheris* virescentibus subbreviora: *fornicis* laciniae atro-purpureae, puberulae, apice emarginatae, ac incrassatae: *stylus* tenuis, virescens: *nuces* aculeis conicis albidis glochidiatis undique muricatae; *stylo* crasso, subulato, inter eas longe exerto. *Tomentum* argenteum vel cinereum pro locorum natura.

In innumeris hujus stirpis individuis loco natali observatis, *corollas* semper calycem lineam excedentes vidi, et *stamina* tubo corollae fere dimidio breviora—Icon *Columnae* certe ad nostram plantam pertinet, quae ab illa a Cl. *Tenorio* in *fl. med.* et *fl. part. di Nap. p. 116* descripta nullo modo discrepat. Confer quae de hac specie habet auctor *l. c.*—Deleatur dubitationis signum post citationem *Linnaei* in *pr. l. c.*, nam specimina ipsius herbarii, nec non illa Galliae meridionalis, et Matritensia a nostris non differunt!: sed *Anchusa lanata* herb. *Lin.* videtur revera distincta; nam in hac stamina et pistilla exserta !!, quod nunquam in nostro observatur—Denique *C. cheirifolium Desf.* herb. ad *A. lanatum Lin.* spectare mihi visum est—Haec monenda puto, nam auctorum discrepantia circa ista synonyma certe summa. Confer *R. S. s. veg. 4. p. 96*, et *770.*

## SYMPHYTUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 245—Endl. gen. n. 3776.*

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* cylindrico-campanulata; limbo 5-dentato; fauce clausa fornicibus quinque subulatis in conum conniventibus. *Nuces* quatuor, ovatae, liberae, 1-loculares, fundo calycis affixae, excavatae, et margine tumido cinctae. (*Herbae* perennes: *caules* saepius alati: *folia* scabra: *flores* rubentes vel lutescentes, in racemis ebracteatis.)

1. *S.* OFFICINALE, *b. Lin. sp. pl. 195—Ucria H. Pan. p. 83—Guss. pr. 1. p. 219.*

S. breviter hirsutum scabrumque, caule erecto superne ramoso, foliis radicalibus petiolatis, caulinis ovato-lanceolatis vel oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis subdecurrentibus, calycinis laciniis acutis semipatentibus tubo corollae brevioribus, fornicibus obtusiusculis stamina subaequantibus, stylo recto.

S. majus. *Cup. H. Cath. p. 209* — Consolida major, flore rubro. *Cast. H. Mess. p. 7.*

Ic. *Plench ic. pl. med. 1. t. 76* —S. majus, flore purpureo. *Tabern. p. 949.*

In humidis umbrosis, et ad rivulos; *Collesano*, *Isnello*, *Mezzojuso.*

Majo, Junio. ♃

*Radix* crassa, nigra, fere transversa: *caules* in fertilibus superne paniculato-ramosi, 2-3-pedales: *folia* supra scaberrima intense virentia subtus pallidiora; caulina parum decurrentia, et inde caulis non vel imperfecte alatus: *racemi* simplices, solitarii vel terminales conjugati, cum flore alari: *calycis* laciniae in fructu semipatentes: *corollae* purpureae, calycem duplo excedentes.

*S. patens Sibth. fl. oxon.* et *Reich. fl. germ. exc. 1. p. 347,* quoad hujus descriptionem non differt nisi stylo sub stigmate geniculato—Sola varietas cum *floribus* purpureis in Sicilia invenitur.

2. *S.* ZEYHERI. *Schimper* in *Flora 1829. n. 7,* et in *Feruss. bull. Juin, 1830. p. 443.*

S. piloso-hirsutum, scabriusculum, caule simplici vel superne bifido, foliis inferioribus petiolatis ovato-oblongis basi subcordatis, caulinis superioribus basi angustatis sessilibus subdecurrentibus, corollae limbi dentibus erectis tubo 4-plo brevioribus, antheris filamento longioribus, fornicibus pistilloque longe exertis.

S. bulbosum. *Guss. pr. 1. p. 219*, non *Schimp.* nec *Reich.*—S. tuberosum. *Ucria H. Pan. p. 83*, non *Lin.*—S. minus, tuberosa radice. *Cup. H. Cath. p. 209*—Consolida major, tuberosa. *Cast. H. Mess. p. 7.*

Ic. *nulla.*

Ad sepes, in dumetis, locis cultis humentibus, ec. in Sicilia.

Martio, Aprili. ♃

*Radix* extus fusca, nec alba; *fibris* vix pennae anserinae crassitie; at hinc inde in *tubera* irregularia (saepius oblongo-ovalia) rufescentia incrassatis: *caules* 1/2-2 1/2-pedales, erecti, subangulati, raro ramosi, sed ut plurimum simplices: *folia* integerrima, obtusiuscula, virentia, subtus pallidiora: *racemi* terminales geminati, breves; *pedunculi* 3-6 lin. longis; *calycis* virentis laciniae lanceolatae, obtusae, carinatae, acutiusculae, inter se subaequales, vel unica aut duabus majoribus: *corollae* tubus campanulatus, albidus, 1-4 lin. longus, calyci et limbo aequalis; limbo pallide-sulphureo, dentibus obtusiusculis, erectis ipso brevioribus, inde recurvis: *filamenta* teretiuscula, brevissima, vix lin. longa: *antherae* subsagittatae, lobis obtusis: *fornicis* radii lanceolato-lineares, albidi, acuti, constanter corollam per lin. 1-1.1/2 excedentes, margine tantum (non undique *Bertol.*) echinulato-ciliati vel denticulato-crispi: *stylus* filiformis radios parum excedens, glaber, undique teres, non basi compressus.

Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 316* a *S. tuberoso* non distinguit hanc speciem, sed ejus characteres constantes sunt.

## CERINTHE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 246—Endl. gen. n. 3755.*

*Cal.* sepala 5, inaequalia. *Cor.* tubuloso-campanulata; fauce nuda; limbo breviter 5-dentato. *Anth.* sagittatae, basi appendicibus filiformibus spiraliter tortis inter se connexae. *Nuc.* duae, 2-loculares, basi imperforatae, fundo calycis affixae. (*Herbae* annuae aut perennes, glabrae, glaucescentes: *folia* caulina cordato-auriculata, sessilia: *flores* flavi, in racemis bracteatis).

1. C. ASPERA. *Roth catal. bot. 2. p. 33—Willd. sp. pl. 1. p. 772—Guss. pr. 1. p. 220.*

C. caule, erecto simplici vel ramoso, ramis inferioribus adscendentibus, foliis calloso-punctatis a medio ad apicem serrulato-ciliatis, inferioribus spathulatis, superioribus oblongo-lingulatis, corolla cylindracea subventricosa infra medium staminifera 5-dentata, dentibus brevissimis reflexis acutis, antheris inclusis filamento subaequalibus.

Cesiothe, sive Cynoglossum montanum, majus. *Cup. H. Cath. p. 46*, et—C. flore flavo, asperior. *supp. alt. p. 17*—C. folio non maculato. *Cast. H. Mess. p. 55.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 170—Reich. cent. 8. f. 983*, sed stigmata nimis globosa.

*b.* floribus pallidis, foliorum verrucis crebrioribus.

Ic. C. quorundam, major, flavo flore. *Clus. hist. 2. p. 167.*

Inter segetes, et in cultis ubique in Sicilia. Varietas *b. Corleone, Alcamo, Giuliana.*

Januario, Aprili. ☉

*Caules* palmares vel sesquipedales, leves: *folia* obtusa, aliquando a basi ad apicem serrulato-ciliata; suprema fere cordato-ovata: *racemi* terminales, simplices: *bracteae* amplexicaules, cordato-ovatae, caeterum foliis similes, pedunculis longiores, basi tantum vel a basi ad medium rubro-violaceae; *pedunculi* calloso-punctati, 3-4 lin. longi, demum arcuati: *sepala* oblongo-linearia, obtusiuscula, ciliata, levia, ad basim nigro-nuculata, corollis dimidio breviora: *flores* nutantes: *corolla* ante anthesim clausa, ac apice acute pyramidato-sulcata, inde pervia; concolor, vel in medio ubi calycem attingit zona atro-sanguinea notata, et ibi excavato-bicarinata; ad apicem pallide sulphurea: *filamenta* compressa, basi latiora, interne sulcata: *antherae* inclusae, conniventes, acabrae, nigrae, acuminatae: *stylus* filiformis, glaber, vix exertus, demum elongatus: *stigmata* subglobosa: *nuces* glabrae, leves, cinereae, et jam maturae nigro-maculatae.

In varietate *b.*, saepius quam in *a.*, verrucae albidae setulas quoque albidas gerunt; et corollae concolores.

2. C. MACULATA. *Lin. sp. pl. ed. 1. p. 137—Guss. pr. 1. p. 221.*

C. glabra, glauco-virens, radice multicauli, foliis integerrimis, radicalibus oblongis basi in petiolum attenuatis, caulinis amplexicaulibus cordato-ovatis oblongisque, auriculis incumbentibus, sepalis valde inaequalibus, duobus majoribus ovalibus, minoribus oblongis subciliatis, corollis in medio fascia rubro-fusca notatis, quinquefidis, laciniis erectis acutis.

C. minor. *Ucria H. Pan. p. 33*, non *Lin.*—C. alpina, nebrodensis, flora parvo variegato, asperior. *Cup. H. Cath. p. 46*, et *supp. alt. p. 17*—C. Plinii, folio maculato. *Cast. H. Mess. p.55?*

Ic. *Reich. cent. 4. f. 482.*

In pascuis elatioribus montosis; *Madonie.*
Majo, Junio. ♃
*Caules* saepius adscendentes, 1-2-pedales: *folia* levissima, vel minute tuberculata, concoloria vel albo-maculato, obtusa; radicalia numerosa, 8-14 lin. lata, 1 1/2 - 3 - poll. longa: *racemi* saepe in fructu pedales: *bracteae* foliis conformes, subciliatae: *pedunculi* glaberrimi, aliquando tuberculati; inferiores in fructo 6-12-lineares, et curvi: *sepala* corollis dimidio breviora, in fructu parum ampliata: *corollae*, excepta fascia, pallide albido-flavescentes; laciniis ante antheram conniventibus, nunquam reflexis; *antherae* leves, basi purpurascentes: *nuces* ovatae, levissimae, nitidulae, albidae, maculis nigris crebris notatae—Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 1. *p.* 252, hanc esse *C. maculatam Link*, non *Lin.* putat, et speciem Linneanam ad *C. strigosam Reich.* spectare asserit; sed descriptio *Lin.* cum nostra convenire videtur.

---

† 3. *C.* MAJOR. *Lin. sp. pl.* 195—*Ucria H. Pan. p.* 83—*Guss. pr.* 1. *p.* 221.
C. foliis amplexicaulibus, fructibus geminis, corollis obtusiusculis patulis.
In pascuis montosis; *Madonie al piano della battaglia* (*Ucria*).
An *C. maculata?*

## ONOSMA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 247—*Endl. gen. n.* 3734.

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* tubuloso-campanulata; fauce nuda; limbo obtuso, 5-dentato. *Anth.* sagittae, basi processu membranaceo inter se connexae. *Nuces* quatuor, 1-loculares, ovatae, fundo calycis affixae, liberae, lapideae, basi imperforatae. (*Herba* perennis, pilis simplicibus vel stellatis undique setoso-hispida et canescens: *flores* lutei, in racemis bracteatis.)

1. *O.* MONTANA. *Sibth. fl. gr.* 1. *p.* 121—*R. S. s. veg.* 4. *p.* 48—*Guss. pr.* 1. *p.* 221.
O. obsolete tuberculata, subcanescens, setoso-hispidissima; setis basi stellatis fasciculis confertis, caulibus annotinis simplicibus adscendentibus, foliis linearibus sessilibus obtusis, superioribus basi dilatatis, floribus nutantibus.
O. montana. *Guss. cat. H. Reg. Bocc. p.* 44, an excluso synon. *Wald.* et *Kit.?* — O. simplicissima. *Ucria H. Pan. p.* 84, non *Lin.*—O. echioides. *Desf. atl.* 1. *p.* 161, ex herb.—*O. canescens*, hispido-canescens, pilis stellatis patentibus, caulibus pluribus adscendentibus, foliis linearibus obtusissimis, bracteis lineari-lanceolatis, floribus erectis, seminibus punctatis. *Presl fl. sic. p.* XXXVI. — *O. erecta*, *Sibth.* ex herb. huic quoque proxima — Anchusa lutea, minor. *Cup. H. Cath. p.* 14.
Ic. Anchusa echioides, lutea, Cerinthe flore, montana. *Column. ecphr.* 1. *t.* 183.
In asperis calcareis montosis; *Palermo a S. Anna*, *Monte Gibilmessa presso Monreale*, *Madonie*, *Monte Scuderi*, *Busambra.*
Junio, Julio. ♃
*Caules* basi ramosi, dense caespitosi, ac foliorum exsiccatorum rudimentis dense tecti: *cauliculi* vero annotini palmares vel pedales, simplicissimi: *folia* 1-3 lin. lata, obtusiuscula, ad margines revoluta; *radicalia* confertissima, 1 1/2 -4 poll. longa; superiora latiora, sed

breviora : *racemi* bifidi, cum flore alari, sub anthesi recurvi, statim vero erecti, et inde flores primo cernui postea erecti: *pedicelli* brevissimi, in fructu parum incrassati, 2-lineares: *calycis* laciniae lanceolato-lineares, hirsutie flavescentes, erectae: *corollae* pallide vel intense sulphureae, in medio parum ampliatae, calycem duplo excedentes; *limbi* dentibus acutis, recurvis: *stylus* exertus: *nuces* nitidae, albidae, subtuberculatae, nigro punctatae.

Affinis *O. stellulatae*, *Wald.* et *Kit.*, cum qua conjuncta a me, et inde a Cl. *Moretti in dec. pl. it. 7. p. 5*; sed in *O. stellulata*, setae stellatae a tuberculis prodeunt, et setarum *fasciculi* sparsi; dum in *O. montana* tubercula vix observantur, et *folia* dense setoso-hispida ob setarum fasciculos approximatos—*O. angustifoliae*, *Lehm. asp. p. 361*, (quae *O. cinerea*, *Sieb.* ex *R. S. s. veg. 5. p. 749*), etiam valde proxima; sed nostra vix tuberculata; *folia* inferiora non vaginantia; *calyces* non sericei, sed potius strigoso-hispidissimi, *setis* flavescentibus—Icon *Columnae l. c.* ex speciminibus lectis in locis ab auctore notatis ad *O. montanam* spectat—Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 327 O. stellulatam* ac *angustifoliam* ab hac non separat.

### † ASPERUGO.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 249—Endl. gen. n. 3785.*

*Cal.* in fructu compressus, foliosis parallelis. *Cor.* infundibuliformis; fauce clausa fornicibus. *Nuces* quatuor, columna centrali affixae, basi imperforatae.

† 1. *A. procumbens. Lin. sp. pl. 198—Ucria H. Pan. p. 84—Guss. pr. 1. p. 222.*

In herbidis montosis; *Madonie alla Nivera* (*Ucria*).

### BORAGO.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 248—Endl. gen. n. 3778.*

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata; limbo 5-partito, fauce fornicibus emarginatis instructa. *Anth.* distinctae, sagittatae, in conum conniventes. *Nuces* quatuor, liberae, 1-loculares, turbinatae, fundo calycis affixae, basi excavatae et margine tumido cinctae. (*Herba* annua, pilis strigosa: *flores* coerulei, nutantes, in racemis ebracteatis subpaniculatis.)

1. *B. officinalis. Lin. sp. pl. 197—Guss. pr. 1. p. 223.*

B. hispida, caule erecto ramoso, foliis omnibus alternis basi cordatis vel attenuatis, inferioribus ovatis, superioribus lanceolatis, pedunculis fructiferis cernuo-arcuatis, corollae laciniis ovatis acutis stellato-explanatis.

Buglossum latifolium. *Cup. H. Cath. p. 33*, et—Idem flore candido *l. c.*—B. flore albo, et coeruleo. *Cast. H. Mess. p. 26.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 94. f. 1—Sturm fl. germ. p. 1. f. 8*—Borago. *Dodon. pempt. 627.*

In collibus, arvis cultis, et ruderatis in Sicilia = et in *Ustica*, *Alicuri*, *Favignana*, *Maretimo*, *Pantellaria*.

Februario, Aprili. ☉, et ♂.

*Caules* erecti, aut adscendentes, in fertilibus superne paniculati, et fere 2-pedales: *folia* lacunoso-rugosa; suprema sessilia; omnia margine denticulata: *racemi* solitarii, vel conjugati, floribus distichis: *pedicelli* in fructu 1-2-pollicares, apice incrassati: *calycis* laci-

niae lanceolato - lineares, acuminatae, post anthesim conniventes: *corollae* azureae, raro albae, torram spectantes: *fornices* albo-coeruiescentes, glabrae: *antherae* atrae: *filamenta* brevissima, externe cornu brevi atrocoeruleo appendiculata: *nuces* tuberculatae.

## ECHIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 267—Endl. gen. n. 3737.*

*Cal.* 5 - partitus. *Cor.* tubuloso-infundibuliformis, vel campanulata; fauce nuda; limbi obliqui laciniis saepe inaequalibus. *Filam.* inaequalia, declinata, uti *stylus*; *stigmate* bifido. *Nuces* quatuor, 1-loculares, turbinatae, scabrae, fundo calycis affixae, basi imperforatae. (*Herbae* annuae aut biennes, rare in Sicilia frutices, strigoso-hispidae: *flores* coerulei aut albi, in racemis spiciformibus secundis bracteatis saepe paniculatis.)

1. *E. AMBIGUUM. Dec.* in *R. S. s. veg. 4. p. 46—Guss. pr. add. p. 5.*
E, caule fruticoso ramoso, ramis hispido-setosia, foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis hispidis, racemo composito, racemulis partialibus bifidis, calycinis laciniis corolla aequalibus.
E. virescens. *Jan l. c. p. 5*, non *Dec.*
Ic. E. candicans. *Lam. ill. t. 94. f. 2*, mala quoad paniculae ramos pendulos.
In Sicilia meridionali collegit *Jan*, et prope *Catania* ab eodem ex specimine ad cl. *Bertol.* misso.
Aprili, Majo. ♄
*Hirsuties* in ramis junioribus, et pedunculis patens, in foliis adpressa: *folia* 2-3 poll. longa, 6 - 12 lin. lata, lineata, subtus pallidiora, integra ut in aliis speciebus: *bracteae* uti calycinae lacinise lanceolato-lineares, calyce breviores: *corollae* parvae, externe hirsutiusculae, pallide coeruisa: *genitalia* exerta: haec ex parvo specimine a *Jan* comunicato.

2. *E. ITALICUM. Lin. sp. pl. 200—Guss. pr. 1. p. 225.*
E. strigoso-hispidissimum, caule herbaceo elongato stricto, foliis lanceolato-linearibus, inferioribus nervosis, racemo composito longissimo spiciformi-pyramidato, racemulis bifidis brevibus densifloris, staminibus corolla subaequali duplo longioribus.
E. mas et asperius, flore albo. *Cup. H. Cath. p. 67*—Anchusa tenuifolia, flore albo. *Cast. H. Mess. p. 5.*
Ic. E. altissimum. *Jacq. austr. 5, app. t. 16.*
In arvis, et collibus siccis ubique in Sicilia ≂ et in *Ustica* (*Calcara.*)
Aprili, Augusto. ♂
*Caules* firmi, erecti, et nonnisi dum truncati adscendentes, vel irregulariter paniculato - ramosi: *folia* utrinque attenuata: *radicalia* exquisite tuberculata, 1-1 1/2 poll. lata, et fere aliquando pedalia, in petiolum attenuata: *racemi* foliati, 1-2-pedales: *calycis* laciniae lanceolato-lineares, acutae: *bracteae* cordatae, ovato-acuminatae, pedicello 1-lineari longiores: *corollae* albae, calycem excedentes, tamen ratione plantae satis parvae (3-4 lin. longae), externe hirsutae: *stamina* exerta: *nuces* albidae, exquisite tuberculato-muricatae: *setae* in racemis saepe flavescentes.

3. *E. MARITIMUM. Willd. sp. pl. 1. p. 788 — Guss. pr. 1. p. 224,* excl. var. *b.* ad *E. arenarium* spectante.
E. adpresse strigoso-villosum, caulibus herbaceis adscendentibus simplicibus, foliis spathulato-oblongis basi attenuatis obtusis subcinereis, staminibus corollam subaequantibus.

E. diffusum. *Jan elench: p. 5*, non *Sibth.* — E. creticum ex *insul. Hieres* in *herb. Banks.*
Ic. Lycopsis apsthulsefolio, hispanica et sicula. *Bocc. mus. t. 78. f. 1—Barr. ic. 1012.*
In arenosis maritimis; *Palermo a Mondello e Sferracavallo*, *Trapani*, *Sciacca*, *Girgenti*, *Marsala*, *Mazzara.*
Aprili, Majo. ♂
*Caules* plures ex eadem radice, palmares vel ad summum pedales: *folia* radicalia 3-6 lin. lata, 1 1/2-3 poll. longa; *caulina* sessilia, omnia obtusissima: *racemi* solitarii, vel geminati: *pedicelli* vix lin. longi: *bracteae* cordato-oblongae, calyces aequantes: *calycis* hispidi laciniae lanceolato-lineares, erectae, acutiusculae: *corollae* saturate coeruleae, calyce 2-3-plo longiores, 8-10 lin. longae, externe hirsutae: *nuces* fusco-virentes, exquisite muricato-tuberculatae—*Folia* saepius tuberculata, et hirsuties in calycibus nonnihil flavescens in plantis exsiccatis—Varietatem *floribus* albis prope *Trapani* legi—Lycopsis angustifolia, minor. *Bocc. mus. t. 78. f. 3*, quas foliis linearibus ab *E. maritimo* differt, locis a *Bocconio* indicatis non inveni.

4. *E. plantagineum. Lin. mant. 202—Guss. pr. 1. p. 225.*
E. molliter hirsuto-villosum, tuberculatum, caule herbaceo (saepe) paullulato-ramoso, foliis radicalibus petiolatis ovatis vel ovato-oblongis, caulinis sessilibus cordato-lanceolatis, supremis acutis, bracteis oblique cordatis inferioribus calycem superantibus, staminibus lobo corollino longiori subaequalibus.
E. vulgare. *Ucria H. Pan. p. 85*, non *Lin.*, ex loco potius ad hoc quam ad sequens, cui retuli in *pr. l. c.*, spectat.
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 179*—E. Isto Plantaginis folio, italicum. *Barr. ic. 1026 !* — E. purpureum, latifolium, campanulatum. *Cup. panph. 1. t. 113.*
*b.* herba villosiore, villis mollioribus, foliis radicalibus oblongolanceolatis. *Bertol. fl. ital. 2. p. 345.*
E. macranthum. *Scraph.* in *Viv. Fl. lyb. specim. p. 8*, ex *Bertol. l. c.*
In collibus aridis, secus vias, in campis asperis et in pascuis apricis passim in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Favignana*; *Levanzo*, *Maretimo*, *Pantellaria.*
Martio, Majo. ⊙
*Caules* centrales erecti, laterales adscendentes, ut plurimum simplices, palmares vel sesquipedales: *folia* radicalia rosulata, non cordata, obtusa, terrae adpressa, illa *Plantaginis majoris* aemulantia: *racemi* simplices: *bracteae* acutae, inferiores, foliis conformes; superiores angustiores, acuminatae, subfalcatae: *calycis* laciniae lanceolatae, acutae, subfalcatas, nervo albido carinatae, basi saepe atrorubentes, corolla 2-3-plo breviores: *corollae* fere pollicares, glabrae, vel sparse pilosae, violaceae, aut sub anthesi rubentes, intus et extra albo-lineatas; lobis rotundatis, denticulatis: *stamina* undique pallide coeruleascentia, sparse pilosa: *pistillum* pallide roseum, hirsutiusculum, incurvum, corollam subaequans.
Descriptio *Lin. l. c.*, specimina ipsius herb., et icon *Barr.* In omnibus cum nostra planta conveniunt. Confer *Bertol. l. c.*

5. *E. tuberculatum. Link* in *R. S. s. veg. 4. p. 24—Guss. pr. 1. p. 225.*
E. tuberculato-hispidum, caule herbaceo stricto simplici (raro subramoso), foliis lanceolato-linearibus, radicalibus obtusiusculis in petiolum attenuatis, caulinis acutis sessilibus subrepandis, racemo composito ex racemulis elongatis erecto-patulis simplicibus, bracteis ex ovata basi lanceolatis acutis, inferioribus et me-

diis calycem excedentibus, staminibus lobum corollinum superiorem subaequantibus.

E. pictum. *Jan elench. p. 3*—Anchusa I. Matthioli. *Cup. H. Cath. p. 14*, — et A. latifolia, floribus puniceis. *Cup. l. c. supp. alt. p. 7.*

Ic. *nulla.*

In agris, et in collibus arenosis aridis; *Catania*, *Nicolosi*, *Militello*, *Itala*, *Fiume di Nisi*.

Aprili, Majo. ☉

*Caules*, et *folia E. vulgaris*; *racemi* vero, et *flores* (qui aliquando punicei vel lineati) sequentis, cujus forsan, si quis mavult, varietas; sed *hirsutie* minore, *caule* simplici, et *foliis* saepius viridi-cinereis diversum. Confer *Lehm. asp. p. 452*— E. australe in *H. Banks.* ab hoc non differre videtur. An planta *Lam.* eadem? , et tunc nomen *Lamarkii* erit praeponendum.

6. *E.* PUSTULATUM. *Sibth.* ex *Smith fl. gr. pr. 1. p. 125*, et *Sibth. fl. gr. 2. p. 68*—*Guss. pr. 1. p. 225.*

E. tuberculatum, strigoso-hispidissimum, caule herbaceo erecto ramoso, foliis lanceolato-linearibus, radicalibus obtusiusculis in petiolum attenuatis, caulinis ovatis sessilibus repandis, racemo composito paniculato, racemulis simplicibus patentibus, bracteis linearibus acutis calycem aequantibus, staminibus lobo corollino superiori aequilongis.

Anchusa angustifolia, major, asperrima, purpureo flore. *Cup. H. Cath. p. 15?*—E. flore purpureo, foliis maculatis, alba hirsutie. *Cast. H. Mess. p. 37.*

Ic. *Sibth. l. c. t. 180.*

In aridis arenosis collibus maritimis; *Messina* (*Arrosto*), *Aci*, *Giarre*.

Aprili, Majo. ♂

*Folia* setis pungentibus, verrucisque albidis obsita; radicalia rosulata in petiolum attenuata, 6-10 lin. lata, 2-6 poll. longa; *caulina* sessilia, duplo angustiora, magis undulata: *racemi* in fructu aliquando pedales: *calycis* laciniae lanceolato-lineares, acuminatae: *corollae* coeruleae, calyce duplo longiores, ideoque *E. vulgaris* majores, praecedentia vero minores, externe hirsutiusculae: *styli* elongati, hirsuti: *nuces* pallide virentes, tuberculis albidis crebro exasperatae.

Ci. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 349* hoc et praecedens ab *E. vulgari* non separat; tamen habitus et alii characteres contrarium suadent —Confer quoque *Koch syn. p. 502.*

7. *E.* CALYCINUM. *Viv. fl. ital. frag. fasc. 1. p. 2*, excluso synonimo *Cupani*—*Guss. pr. 1. p. 226.*

E. piloso-hispidum, caulibus herbaceis erectis vel procumbentibus, foliis obtusis minute tuberculatis, radicalibus oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis, caulinis oblongo-ovalibus sessilibus, calycibus corolla subduplo brevioribus, laciniis demum foliaceis ampliatis dilatatis, corollis (parvis) tubulosis externe hirsutiusculis, staminibus inclusis.

E. prostratum. *Ten. fl. nap. 1. p. 60!* non *Desf.*—E. ovatum. *Poir. dict. enc. 8. p. 666!*—E. lusitanicum. *All. fl. ped. n. 182*, exclusis synonymis—Anchusa minor, repens, flore e rubro coeruleo, folio oblongo rotundo. *Cup. H. Cath. p. 15*, et *suppl. alt. p. 7.*

Ic. *Viv. l. c. t. 4*—*Ten. l. c. t. 12*—Anchusa minor, repens, coerulea, aspera, maculata. *Cup. panph. 2. t. 44*—E. annuum, folio Lithospermi arvensis, flore coeruleo parvo, Michelii. *Till. H. Pis. t. 23. f. 3.*

In campis incultis, in collibus, aridis, ad muros, et in arenosis maritimis; *Messina (Arrosto); Aci Castello, e Palagonia (Heldr.)*: *da Palermo a Polizzi, da Girgenti a Trapani, Val di Noto* = et in *Ustica, Lampedusa, Marettimo, Levanzo, Favignana.*

Martio, Aprili. ⊙

*Caulis* palmaris vel sesquipedalis, in aridis procumbens, in pascuis herbidis erectus; et dum ramosus, ramis semper adscendentibus vel patulis; *racemi* solitarii vel conjugati, in fructu fere 6-pollicares; *calycis laciniae* sub anthesi lineari-lanceolatae, 2 lin. longae, vix 1/2 lin. latae; in fructu vero ovato-lanceolatae, 5-6 lin. longae, 2-3 lin. latae; quo charactere ab aliis hujus generis speciebus facile dignoscitur; *corollae* 4-5 lin. longae, pallide coeruleae; *nuces* fuscae, tuberculis creberrimis acutis undique exasperatae, et inter ilia foveolata—Varietatem fl. albo prope *Palermo* invenit *Philippi.*

Cl. *Lehm. asp. p. 468*, *E. parviflorum Roth.*, *Horn.* et *Willd.*, nec non *E. micranthum Schous.*, sub hac specie uti synonyma refert; an recte?

8. *E.* ARENARIUM. *Guss. ind. sem. H. R. Bocc. an. 1825, pl. rar. p. 88*, et *pr. 1. p. 227.*

E. piloso-hispidum, caule tenui diffuso, foliis oblongo-spathulatis obtusis, radicalibus in petiolum attenuatis, caulinis sessilibus, calycibus immutatis patenter strigoso-hispidis, corollis tubulosis (parvis) externe hirsutis calyce semel longioribus, staminibus inclusis.

E. diffusum. *Guss. cat. H. R. Bocc. p. 23*, non *Sibth.* —Buglossum marinum, pusillum, angustifolium, siculianense, flosculo coeruleo. *Cup. H. Cath. p. 33.*

Ic. *Guss. l. c. t. 17*—Buglossum marinum, pusilum, siculianense. *Cup. panph. 1. t. 135* — et Anchusa minor, procumbens, azureo flore parvo. *Cup. l. c. 5. t. 66 ?*

*b.* caule robustiore, corollis majoribus; *Guss. suppl. p. 54.*

E. maritimum *b. Guss. pr. 1. p. 224.*

Ic. Anchusa lignosa, flore candido. *Cup. H. Cath. p. 15*, et *panph. 2. t. 44 ?*

In campis arenosis maritimis ubique in Siciliis = et in *Lampedusa sotto al Castello, Favignana, Marettimo, Pantellaria;* var. *b. Sciacca, Trapani* = et in *Lampedusa ne' campi coltivati.*

Martio, Aprili. ♂

*Habitus E. maritimi*, sed minor: *hirsuties* in caule 3-8-pollicari erecto-patens, in foliis adpressa: *folia* tuberculis minutis scabra, siliquosudo viridi-canescentia; radicalia 2-4 lin. lata 1-2 poll. longa; caulina angustiora, ac breviora: *racemi* solitarii, vel conjugati: *bracteae* ovato-lanceolatae, oblique cordatae, acutae: *calyces* setis flavescentibus vel rufescentibus ex tuberculo viridi prodeuntibus obsiti, bracteas subaequantes; *corollae* 2-3 lin. longae, intense violaceae; lobis duobus superioribus minute denticulatis: *genitalia* inclusa!: *nuces* verrucis callosis asperae.

*E. prostrati H. Kew.* nomine in *herb. Banks.* prostat — In *b.* corollae calyce duplo longiores, stamina aliquando prominula, et bracteae saepe acuminatae calyces superantes; ita ut *E. prostrato Delisl.*, ex specimine Sieberiano, proximum: nisi eadem species, tamen descriptio *E. prostrati Desf. Catal. H. Paris. p. 86*, in *R. S. s. veg. 4. p. 20* in multis recedit, uti quoque specimina *E. cretici herb. Sibth.* et icon *Florae graecae.*

*Primulaceae* Vent.

*Herbae* annuae, vel perennes: *caules* saepe scapiformes: *folia* vel omnia radicalia, vel in caule alterna, opposita et verticillata, simplicia, integra aut divisa, exstipulata: *calyces* 1-sepali, tubuloso-campanulati, persistentes: *corolla* 1-petala, infera: *capsula* 1-locularis. (Gen. ab *Androsace* ad *Anagallidem*.)

## ANDROSACE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 257—Endl. gen. n. 4197.*

*Flores* umbellati, involucrati. *Cal.* campanulatus, 5-gonus, 5-dentatus. *Cor.* hypocrateriformis; limbo 5-partito; tubo ovato; fauce glandulosa. *Caps.* 1-locularis, globosa, 5-valvis. (*Herba* pusilla, annua: *folia* omnia radicalia, rosulata, ex quarum centro pedunculi prodeunt: *flores* parvi, albi, in umbella pedunculati.)

1\. *A.* NANA. *Horn. en. H. Hafn. 1. p. 184 — R. S. s. veg. 4. p. 155—Guss. pr. 1. p. 228.*

A. foliis ovali-oblongis hinc inde a medio ad apicem acute serratis acutiusculis, umbellae radiis elongatis pedunculisque pubescenti-scabris involucro longioribus, calycinis dentibus lanceolatis acutis integerrimis corolla aequalibus.

A. elongata. *Guss. ind. sem. H. R. Bocc. an. 1825*, non *Jacq.*

Ic. Alsine verna, Androsace capitulis. *Cup. H. Cath. p. 7*, et *panph. 2. t. 5—Bon. t. 150.*

In pascuis elatioribus montosis; *Madonie alle fosse di S. Gandolfo, al piano della Principessa, a Pietrafucile.*

Majo, Junio. ⊙

*Planta* 1-2-pollicaris; *pedunculus* centralis erectus; laterales non divaricati, ut in *A. elongata*, sed erecto-patentes; nec glabri ut in illa, sed piloso-scabri, *pilis* apice furcatis; *folia* parva (vix 2 lin. longa), acutiuscula, uti *calyces* et *involucri* foliola, quibus similia, pilosiuscula: *pedunculi* 2-7 lin. longi, inaequales, erecti: *calycis* dentes tubum fere aequantes, ciliati: *capsulae* globoso-ovatae, uti *corollae*, calycem subaequantes, glabrae: *semina* trigona, fusca, transverse corrugato-foveolata.

## PRIMULA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 258—Endl. gen. n. 4191.*

*Flores* subumbellati, involucrati. *Cal.* tubulosus, 5-fidus, vel 5-dentatus. *Cor.* hypocrateriformis; limbo 5-lobo; tubo cylindrico; fauce glandulosa aut nuda. *Caps.* 1-locularis, apice 5-valvis dehiscens. (*Herba* perennis, pubescens: *folia* radicalia, ex quarum centro pedunculi (in hac uniflori) vel umbella prodeunt: *flores* sulphurei.)

1\. *P.* ACAULIS. *All. ped. n. 331—Pers. syn. 1. p. 169—Guss. pr. 1. p. 228.*

P. foliis obovato-oblongis eroso-dentatis rugosis subtus villosiusculis, umbella radicalis, pedunculis longitudine foliorum, corollae limbo plano.

P. veris γ. acaulis. *Lin. sp. pl. 205* — P. bicolor. *Raf. caratt. p. 78*—P. veris, sylvatica, acaulis, prolifera, simplex, alba; et—Eadem flore pallido. *Cup. H. Cath. p. 171.*

Ic. *Raf. l. c. t. 19—Sturm fl. germ. p. 1. f. 14* — Alisma sylvarum. *Column. Phyt. t. 6. f. 1*—Primula veris, pallido flore, humilis. *Clus. hist. 1. p. 302.*
In sylvis montosis; *Ficuzza*, *Madonie*, *Boschi di Caronia*, *di Francavilla*, *e di tutto Valdemone*, *Messina*, *Monregale a Sagana*: *Pizzuta*, *e Monte dell' Occhio* (*Parlatore*, *Todaro*).
Aprili, Majo. ♃
*Folia* caespitosa, laete virentia, subtus pallidiora, ad margines villoso-ciliata, in petiolum attenuata: *pedunculi* graciles, pauci vel numerosi: *calyces* 5-6 lin. longi., angulati; dentibus lanceolatis, apice aliquando attenuatis et divaricatis: *corollae*, rarius albae, tubus superne ampliatus, teres vel subangulatus, calyce aequalia vel longior, illo vero angustior; limbi lobi profunde emarginati, basi intense aurei ac puberuli: *stylus* staminibus brevior, uti illa inclusus, demum vero exertus: *stigma* capitatum: *capsula* cylindracea: *flores* exsiccati plerumque virescunt.

---

† 2. P. FARINOSA. *Lin. sp. pl. 105—Guss. pr. 1. p. 222.*
P. foliis crenatis glabris, florum limbo plano.
In montosis, *Madonie*, *Mezzojuso* (*Ucria*).

## CYCLAMEN.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 262—Endl. gen. n. 4204.*

*Cal.* campanulatus, 5-partitus. *Cor.* tubo brevi, subgloboso; fauce prominule; limbi laciniis reflexis. *Filam.* brevissima, tubo insidentia; *antheris* sagittatis, conniventibus. *Caps.* 1-locularis, globosa, apice 5-fariam dehiscens. (*Radices* tuberosae: *folia* omnia radicalia, glabra: *pedunculi* 1-flori, in fructu spiraliter contorti, capsulas ad terram trahentes: *corollae* cernuae, coeruleae vel albidae.)

1. C. REPANDUM. *Sibth. fl. gr. 2. p. 72—Guss. pr. 1. p. 229.*
C. foliis synanthiis cordato-ovatis suborbiculatisque levissime repandis vel inaequaliter grandidentatis, angulis dentibusque integris acutis vel rotundatis, petiolis pedunculisque apice scabris, corollae laciniis oblongis obtusis, tubi ore circulari nudo.
C. hederaefolium. *Ait. H. Kew. ed. 1. vol. 1. p. 196*—C. vernum. *Reich. fl. germ. excurs. 1. p. 407!*—Cyclaminum orbiculato folio, inferne purpurascente—*Cup. H. Cath. p. 64*; et—Idem flore saturatius purpurascente. *Cup. l. c.*—Idem radice exigua. *Cup. l. c. supp. alt. p. 24* — Idem pallido crassulo folio nitidiori, superficialius dentato, rotundo, aliquantulum seu breviter angulato, subtus purpureo. *Cup. l. c. supp. alt. p. 24.*
Ic. *Sibth. l. c. t. 186*—Cyclaminus verno tempore florens. *Clus. hist. 1. p. 265*—Cyclaminum vernum. *Lobel. ic. 605.*
*b.* floribus Jasminum olentibus, corollae laciniis elongatis (poll. longis, 1/2-2 1/2 lin. latis): quae varietas quoad corollae lacinias *C. verno Reich.* magis quadrant, sed folia obtuse angulata.
In sylvis, in fruticetis, et ad sepes in Sicilia = et in *Alicuri*, *Felicuri*, *Saline*, *Lipari*: var. *b. Madonie*, *bosco della Colomba* (*Gasparrini*.)
Aprili, Majo. ♃
*Folia* non simpliciter repanda, sed plus minusque repando-dentata, unicoloria vel maculata; (hinc omnia synonyma *H. Cath.*, superius allata, ad hanc speciem spectare mihi visum est) 1-1 1/2 poll. lata, subtus purpurascentia; dentibus lobisque glandula ob-

tusa terminatia: *petioli* et *pedunculi* fusco-purpurascentes, basi attenuati, graciles, albidi: *calycis* laciniae ovato-lanceolatae, acutae, fuscae, ad margines subciliato-glandulosae, interne pallidiores, reticulatae, tubum subaequantes: *flores* in *a.* ingrate olentes; intense persicini (uti recte notat *Reich. l. c.*): *lacinias* corollinae 1 - 2 lin. latae, 7 - 9 lin. longae: *tubo* campanulato-globoso: *stamina* inclusa: *antherae* sessiles, intus lutescentes, dorso glanduloso-scabrae; una cum glandulis a basi ad medium intense purpureae, a medio ad apicem viridi-albidae: *stylus* exertus, tenuissimus, basi conicus: *germen* pyramidale, scabrum, atropurpureum.

Var. *b.* ulterius observanda—Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 405* praeunte *Reich. l. c.* hanc speciem a *C. repando* distingunt, et *C. vernum* vocant, sed certe non differunt. — Confer de hoc, et sequente *Giordano oss. sopra due specie di Ciclamino. Rivista nap. Gen. e Febbr. 1842.*

2. C. NEAPOLITANUM. *Ten. fl. nap. pr. supp. 2. p. 66—R. S. s. veg. 4. p. 130—Guss. pr. 1. p. 230.*

C. foliis hysterantiis cordato-ovatis acutis angulatis undique crenulatis, corollae laciniis ovatis obtusis ad flexuram basi utrinque dente prominulo instructis.

C. europaeum. *Ucria H. Pan. p.96*, non *Lin.*—Cyclaminum viridi-fusco tenui-anguloso folio circumroso, umbilico albo obscure maculato. *Cup. H. Cath. p.65*, et *supp. alt. p. 24*—Idem orbiculato folio inferne purpurascente, radice maxima. *Cup. l.c. supp. alt. p. 24*—C. radice maxima, foliis inferne rubentibus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 24*—Cyclamen autumnale, flore carneo. *Cast. H. Mess. p. 36.*

Ic. *Ten. fl. nap. 3. t. 118*—Cyclaminum folio anguloso radiato, maculato. *Cup. panph. 3. t. 95*, et—C. viridi-fusco tenui anguloso folio, umbilico albo obscure notato. *Cup. l. c. 1. t. 225*—C. inodorum, purpurascente flore. *Clus. hist. 1. p. 265*—C. folio Hederae. *Lobel. ic. 605 !*

*b.* corollae laciniis acutis, floribus odoris.

In sylvis, sepibus, et in fruticetis umbrosis in Sicilia = et in *Lipari a quattro pani.*

Septembri, Octobri. ♃

*Lacinias calycinas* acutae, ciliatae, ovatae; interne nervis coloratis, basi simplicibus, superne ramosis reticulatae; externe uti *petioli* et *pedunculi* superne glanduloso-scabrae: *corollae* laciniae obtusae, basi non angustatae, planae, inde verticaliter oblique flexae, ad tubi faucem intra dentes sanguineae; tubo campanulato: *stylus* conicus, albus, *antheras* dorso rubentes ibique tuberculis fuscis notatas excedens, tubum corollae subaequans: *stigmate* acuto: *flores* in *a.* inodori.

Cl. *Reich.* in *fl. germ. exc. 1. p. 407*, et *Bertol.* in *fl. ital. 1. p. 403*, cum *C. hederaefolio* conjungunt; sed nitidis certisque characteribus differunt—Confer *Ten. syll. p. 89*, et *Giord. l. c.*

## CORIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 329—Endl. gen. 4211.*

*Cal.* tubuloso-campanulatus, apice 5-dentatus; dentibus conniventibus, basi externe spinosis. *Cor.* irregularis; laciniis omnibus planis, emarginatis, obtusis; duabus inferioribus brevioribus. *Caps.* 5-valvis, 1-locularis, polysperma. (*Herba* annua, vel perennis, humilis: *folia* anguste-linearia, conferta, alterna, rigidinscula: *flores* amoeue coerulei, in racemo terminali.)

1. *C.* MONSPELIENSIS. *Lin. sp. pl. 852—Ucria H. Pan. p. 56—Biv. cent. 1. p. 28—Guss. pr. 1. p. 231.*
   C. coerulea maritima. *Cup. H. Cath. p. 59.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 102*, mala quoad folia—Coris quorumdam. *Clus. hist. 2. p. 174*, optima.
   In collibus aridis calcareis; *Palermo a S. Martino*, ed *a S. Maria a Gesù*, *Trapani*, *Mazzara*, *Marsala*, *Spaccaforno.*
   Aprili, Junio. ⊙, et ♃
   *Caules* rubentes, vix pennae anserinae crassitie, basi aliquando suffruticulosi, pollicares vel palmares, solitarii aut caespitosi; ramis adscendentibus: *folia* in eadem planta integerrima vel setaceo-denticulata, obtusa, erecta, patentia, vel recurva, margine demum revoluta, glaberrima, vix lin. lata, 5 8 lin. longa, laeta virentia: *flores* in racemo 1-1 1/2-pollicaris denso: *pedunculi* brevissimi: *calyces* exquisite nervosi; dentibus dense villosis, obtusiusculis, basi nigro maculatis, spinis dentes ipsos excedentibus: *corolla* calyce angustior; tubo albido.
   *Caules*, *calyces*, *pedunculi*, *corollae tubus*, *et capsulae* pilis brevibus glandulosis tecti: *folia* vero *glandulis* nigris oblongis subtus hinc inde conspersa; quae glandulae ad basim dentium calycinorum constantes sunt—In icone *Lamarkii folia* omnia setaceodentata, quod nec in speciminibus siculis, nec in gallicis observavi; illa vero *Clusii* nostram exacte repraesentat — Plantae siculae nonnihil a gallicis recedunt, *foliis* longioribus, sat raro reflexis, et a medio ad apicem caulis magis ciliatis; dum in illis, vix, quae sub flore sunt, ciliis nonnullis instructa observantur.

## SAMOLUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 294—Endl. gen. n. 4215.*

*Cal.* tubus breviter campanulatus, cum ovario adhaerens; limbo 5-partita, semi-supero. *Cor.* subcampanulata; limbo 5-partito, patente. *Stam.* fundo corollae inserta, inclusa, cum filamentis 5-sterilibus fauce insertis alterna. *Caps.* 1-locularis, ovata, semiinfera, apice 5-valvis dehiscens, polysperma. (*Herba* glaberrima, perennis: *folia* simplicia, alterna: *flores* albi, parvi, in racemis terminalibus ebracteatis).

1. *S.* VALERANDI. *Lin. sp. pl. 243—Ucria H. Pan. p. 94—Guss. pr. 1. p. 232.*
   S. caule erecto levissimo, foliis integerrimis obovato-spathulatis obtusiusculis, radicalibus in petiolum attenuatis, caulinis subsessilibus, racemis corymbosis demum elongatis, pedicellis medio 1-bracteatis, calycinis dentibus obtiusculis, capsula subglobosa.
   Veronica aquatica, folio subrotundo non crenato. *Cup. H. Cath. p. 228.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 101*—Anagallis aquatica, tertia. *Lobel. ic. 467.*

Ad rivulos, ad scaturigines, in humidis inundatisque maritimis, et ad fossarum margines in Sicilia = et in *Maretimo*, *Pantellaria*.
Floret fere per totum annum. ♃
*Caules* palmares vel pedales, simplices, ramosique: *folia* laete virentia; radicalia rosulata; *caulina* adscendendo minora: *racemi* in fructu 2-3-pollicares: *pedicelli* filiformes, erecto-patentes, 2-6-lineares, basi ebracteati: *corollae* laciniae calycem parum excedentes.

## LYSIMACHIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. 269—Juss. 95.*

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata, patens vel subcampanulata, 5-fida; tubo brevi, vel nullo. *Caps.* globosa, mucronata, 5-valvis, 1-locularis. (*Herbae* annuae aut perennes, glabrae: *folia* opposita, rare alterna: *flores* axillares, solitarii, aut racemosi, parvi, saepius lutei.)

1. *L.* LINUMSTELLATUM. *Lin. sp. pl. 211—Ucria H. Pan. p. 87—Guss. pr. 1. p. 252.*
L. glaberrima, caule erecto simplici vel ramosissimo, foliis lanceolato-linearibus acutis sessilibus oppositis, pedunculis axillaribus folio brevioribus solitariis unifloris, calycibus corollam superantibus.
Asterolinum stellatum. *Hoff.* et *Link fl. port. 1. p. 332.*
*Ic. Sibth. fl. gr. 1.189*—Anagallis minima, alpina, Passerinae Tragi foliis. *Cup. H. Cath. p. 14*, et *panph. 1. t. 197*—Linum minimum, stellatum. *Magnol. monsp. t. 162.*
In collibus herbidis, et aridis, vel inter fruticeta in herbosis humidiusculis; *Palermo*, *Carini*, *Mazzara*, *Marsala*, *Trapani*, *Catania*, *Val di Noto* = et in *Ustica al Nord della guardia di mezzo*, *Felicuri a Capo graziano*, *Alicuri all' ilice*, *Lampedusa*, *Maretimo*.
Aprili, Majo. ☉
*Pallide* virens: *caules* 1/2 - 2 - pollicares; ramis adscendentibus: *folia* 3-nervia, plana, margine scabriuscula, vix 2-3 lin. longa: *pedunculi* oppositi et alterni, in fructu cernui: *calycis* laciniae integrae, acuminatae, in fructu patentes: *corollae* pallide ex albido-virentes: *capsulae* globosae, calyce breviores: *semina* fusca, in umbilico excavata, ad faciem corrugato-rugosa.

2. *L.* NEMORUM. *Lin. sp. pl. 211—Guss. pr. 1. p. 252.*
L. glaberrima, caule procumbente, foliis ovatis acutis, pedunculis axillaribus solitariis unifloris folio longioribus, staminibus levibus glabris.
Anagallis reptilis, adamussim Nummulariaefolio, flore luteo. *Cup. H. Cath. p. 14*, et *supp. alt. p. 7.*
*Ic. Fl. dan. 174 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 1* — Anagallis. *Clus. hist. 2. p. 182.*
In humidis, et nemorosis montosis; *Boschi di Caronia e di Mistretta*, *Itala*, *Monte Scudari*, *Fiume di Nisi*, *Mandanici*, *Floresta*.
Majo, Junio. ♃
*Caules* graciles, 2-6-pollicares, basi parum ramosi, ibique saepius radicantes: *folia* breviter petiolata, patentia, margine ciliato-scabra, 4-6 lin. longa: *pedunculi* capillares, demum arcuati, pollicares, et ultra: *calycis* laciniae lanceolato-lineares, acuminatae, in fructu patentes, *capsulam* globosam obtusam subaequantes: *corollae* luteae, calycem duplo excedentes: *semina* matura non vidi.

---

† 2. *L.* TOMENTOSA. *Presl fl. sic. 1. p. XXXVIII.*
L. caule erecto tomentoso tereti, foliis quaternis sessilibus ellipti-

cis utrinque acutis subremotis subtus tomentosis, panicula ramosa, pedicellis tomentosis calyce paullo longioribus, lobis calycis ovatis acuminatis glabris marginatis.
In Sicilia (*Presl*).

## ANAGALLIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 270—Endl. gen. n. 4213.*

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata; limbo 5-lobo. *Filam.* villosa, erecta. *Caps.* globosa, 1-locularia, circumscissa, polysperma. (*Herbae* annuae, tenerae, glaberrimae: *folia* opposita, integerrima: *pedunculi* solitarii, 1-flori, oppositi, ebracteati.)

1. *A. arvensis. Lin. . pl. 211—Ucria H. Pan. p. 87.*
A. caule prostrato, foliis ovatis sessilibus, calycinis laciniis integerrimis, corollae lobis crenulatis minute glanduloso-ciliatis calyce paullo longioribus, capsulis calycem subaequantibus.
A. phoenicea. *Lam. Dict. enc. 4. p. 333—Guss. pr. 1. p. 233 —* A. phoeniceo flore. *Cup. H. Cath. p. 14—Cast. H. Mess. p.52—* A. mas, videlicet flore phoeniceo, angustifolia, cujus aliquota pars latifolis. *Cup. l. c.*—A. mas, flore phoeniceo, angustifolia, foliis caulis latis, scilicet vulgaris. *Cup. l. c. supp. alt. p. 7.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 101 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 1. —* A. phoeniceo flore, bifolia. *Cup. panph. 1. t. 15*—A. mas, seu flore phoeniceo, angustifolia, crispa. *Cup. l. c. 2. t. 1—Raf. t. 31. f. 2*—A. mas, flore phoeniceo duplo majori. *Cup. l. c. 2. t. 7.*
In cultis, herbidis, collibus apricis, et in ruderatis in Sicilia = et in *Ustica*, *Alicuri*, *Saline*, *Panaria*, *Lipari*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Levanzo*, *Favignana;* in *Alicuri* varietas floribus pallidis occurrit.
Martio, Majo. ⊙
*Corollae* in hac coccineae, in sequenti amoenae coeruleae.

1. *A. coerulea. Schreb. in R. S. s. veg. 4. p. 117—Guss. pr. 1. p. 234.*
A. caule suberecto, foliis ovato-oblongis ovatisque sessilibus, calycinis laciniis subserrulatis, corollae lobis irregulariter crenulatis eglandulosis capsulisque calycem subsuperantibus.
A. arvensis. *a. Lin. sp. pl. 211*—A. Monelli. *Ucria H. Pan. p. 88,* non *Lin.*; quamvis Cl. *Reich.* in *fl. germ. excurs. 1. p. 408,* hanc veram *A. Monelli Lin.* esse putat; et haec ex *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 425* tantum varietas *A. coeruleae* sit—A flore coeruleo. *Cup. H. Cat. p. 14—Cast. H. Mess. p. 52*—A. flore coeruleo, foliis ternis, angustioribus. *Cup. l. c. ?*—Eadem latiori folio. *Cup. l. c. ?*—A. flore coeruleo, seu foemina, folio ex latiuscula basi angusto. *Cup. l. c. ?*
Ic. A. arvensis. *Fl. dan. 1570*—A. montana, angustifolia, majori et amoeno flore coeruleo. *Cup. H. Cath. p. 14*, et *panph. 1. t.15*— A. foemina, seu flore coeruleo, pusilla, cepeaefolio duplo minori. *Cup. panph. 2. t. 7*—A. coerulea, foliis ternis. *Cup. panph. 2. t. 192—Bon. t. 136.*
In arvis, ad vias, in ruderatis, cum praecedente in Sicilia = et insulis adjacentibus.
Martio, Aprili. ⊙
Variant ambae; *caule* erecto, vel procumbente; *foliis* latioribus angustioribusque, oppositis aut aliquando ternis; *calycinis* laciniis integris, vel obsolete serrulatis; *corollis* majoribus vel minoribus, imo aliquando calycem vix excedentibus, plus minusque intense coloratis. Idcirco omnia *Cupani* synonyma superius citata ad duas

istas species referenda putavi — Caeterum utraeque undique glaberrimae et laete virentes, alterne vel opposito ramosae: *caules ramique* tetragoni, plerumque ferrugineo-punctati: *pedunculi* in fructu elongati ac arcuati, folio longiores, pollicares et ultra; *corolla* diametro ad summum 4-lineari: at potius varietates ejusdem plantae haec et antecedens videntur, quam species diversae, ut jam *Willd.*, *Poir.*, aliique opinati; sunt; nam excepto florum colore, qui tamen constans, reliqui characteres non satis firmi.

## PLUMBAGO.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 284—Endl. gen. n. 2174.*

*Cal.* persistens, 5-dentatus, plicatus, ad costis pilis glanduliferis conspersus. *Cor.* infera, 1-petala, hypocrateriformis; limbo 5-lobo. *Filamenta* basi dilatata, germen ambientia, corollae lobis opposita. *Stigm.* 5-fidum. *Caps.* 1-locularis, apice 5-valvis, 1-sperma. (*Herba* perennis: *folia* simplicia, integra, exstipulata, una cum ramis alterna; *flores* coerulei, alterne spicati, tribracteati. *Plumbagineae Juss.*)

1. *P.* EUROPAEA. *Lin. sp. pl. 125—Ucria H. Pan. p. 88—Guss. pr. 1. p. 233.*

P. glabra, caule erecto, ramis erecto-patentibus, foliis levibus margine scabris, radicalibus obovatis petiolatis, caulinis oblongis lanceolatisque sagittato-amplexicaulibus, spicis terminalibus, bracteis subglandulosis subserratis.

Dentellaria Rondeletii. *Cup. H. Cath. p. 66*, et — Limonium Dentellaria dictum, Glasti folio, plumbeo echinato calyculo. *supp. alt. p. 54*—Molibdena Plinii. *Cast. H. Mess. p. 41.*

Ic. *Plenck off. t. 93*—Tripolium Dioscoridis. *Column. ecphr. 1. t. 161.*

In collibus aridis, maceriis, ruderatis, ad vias, in Sicilia = et in *Ustica.*

Augusto, Octobri. ♃

*Caules* altero latere rubentes: *folia* obscure virentia; caulina utrinque attenuata, acutiuscula, a medio ad basim undulata: *spicae* terminales, vel laterales, quae saepius abbreviatae: *bracteae* lanceolatae, ternae; quarum exterior duplo reliquis major, calycem multistriatum subaequans: *corollae* laete coerulea, tubo calycem excedente; limbi lobis obtusis.

## CONVOLVULUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 287—Juss. 133.*

*Cal.* persistens, 5-partitus. *Cor.* infera, 1-petala, campanulata, 5-plicata, angulata. *Stam.* basi corollae inserta, ejus lobis alterna. *Stigm.* duo, filiformia. *Caps.* 2-3-locularis, 2-3-valvis; loculis 2-spermis. (*Herbae* perennes, annuae, vel frutices: *folia* alterna, exstipulata, simplicia, integra, lobata, vel partita: *flores* axillares vel terminales, quoad colorem varii. *Convolvulaceae. Juss.*)

* *Caule volubili.*

1. *C.* SYLVESTRIS. *Wald. et Kit. pl. rar. Hung. 3. p. 290 — Guss. pr. 1. p. 233.*

C. foliis cordato-sagittatis, auriculis rotundatis approximatis, pedunculis axillaribus unifloris subteretibus, bracteis calyce longio-

ribus carinatis concavis inflatis, lateribus invicem superincumbentibus.

Calystegia sylvestris. *R. S. s. veg. 4. p. 183*—C. major, albus. *Cup. H. Cath. p. 56*—*Cast. H. Mess. p. 45*; quae synonyma potius ad hanc speciem, quam ad sequentem mihi spectare videntur.

Ic. *Wald.* et *Kit. l. c. t. 261.*

In sepibus, in dumetis, et in fruticetis humentibus ubique in Sicilia = et in *Lipari*, *Saline*.

Majo, Junio. ♃

Hic et sequens undique glaberrimi, ac laete virentes: *pedunculi* folia subaequantes; *bracteae* statim sub calyce insertae: *flores* albi; at in hoc, *caules* robustiores, altius scandentes: *folia* latiora, et *flores* majores, corollis nempe 2-2 1/2 poll. longis—*Bractearum* characteribus eximie differunt, et inde confer quae de hac, et de sequente specie dixi in *pl. rar. p. 89*, et *91*.

2. *C. sepium. Lin. sp. pl. 218*—*Ucria H. Pan. p.89*—*Guss. pr. 1. p.236.*
C. foliis oblongo-sagittatis, auriculis truncatis distantibus, pedunculis axillaribus unifloris tetragonis, bracteis calyce longioribus carinatis planis adpressis, lateribus parallelis invicem distantibus.
Calystegia sepium. *R. S. s. veg. 4. p. 182.*
Ic. *Curtis lond. fasc. 1. t. 13*—*Sturm fl. germ. p. 1. f. 1*—*Fl. dan. 458*—Smilax levis, major. *Dod. pempt. 393.*
In dumetis humentibus maritimis; *Palermo a Mondello*, *presso Trabia*, *Termini*, *Spaccaforno*, *Siracusa*, *Messina*, *Barcellona*, *Patti.*
Majo, Junio. ♃
Confer praecedentem.

3. *C. arvensis. Lin. sp. pl. 218*—*Ucria H. Pan. p. 89*—*Guss. pr. 1. p. 236.*
C. foliis sagittatis hastatisque, auriculis acutis, pedunculis axillaribus subunifloris foliis superantibus, bracteis duabus oppositis anguste-linearibus brevissimis a calyce remotis.
C. vulgaris, flore minore. *Cup. H. Cath. p. 56*—C. sylvestris. *Cast. H. Mess. p. 56.*
Ic. *Fl. dan. t. 459*—*Bull. herb. de fr. t. 269*—Smilax levis, minor. *Dod. pempt. 393*—C. minimus, angusto brevi folio. *Bocc. mus. t. 53. f. 2.*
*b.* foliis angustis, auriculatis.
C. arvensis *y. lancifolius. Presl fl. sic. 1. p. xxxiii.*
Ic. C. minimus, augusto auriculato folio. *Bocc. mus. t. 53. f. 1.*
In arvis, et in campis ubique tam in Sicilia, quam in Insulis adjacentibus. Varietas *b.* in campis arenosis aridis maritimis Siciliae = et in *Lampedusa*.
Junio, Octobri. ♃
*Radices* longe lateque excurrunt, et quo magis caeduntur, eo magis agros et hortos infestant: *caules* numerosi, prostrati dum fulcimenta desunt: *folia* glabra, breviter petiolata; infima cordato-ovata; caulina saepe secunda: *pedunculi* a medio ad apicem in fructu arcuati: *corollae* ex albo-roseae, 6-10-lineares, *capsulae* globoso-triquetrae, parvae, tamen calyce majores, glabrae: *semina* levia.
In varietate *b. foliorum auriculae* triangulares, acutae, horizontaliter patentes vel approximatae: *pedunculi* 1-2-flori, folio demum longiores, aliquando gemini: *flores* pallide rosei.

4. *C. italicus. R. S. s. veg. 4. p. 266*—*Guss. pr. 1. p. 237.*
C. hirsutus virescens, foliis radicalibus cordato-ovatis rugosis repandis crenatis, caulinis palmato-pedatis incisis, segmentis inae-

qualiter dentato-crenatis integrisve, pedunculis axillaribus subbiflo-ris folio longioribus.

C. altheoides. *Lin.* et *Desf.* ex herb., non ex descriptione—C. hirsutus. *Ten. fl. nap. 1. p. 60*—C. bryoniaefolius. *Reich. fl. germ. excur. 1. p. 548 !*, an et *Sims?* — C. macrocarpos. *Ucria H. Pan. p. 90*, non *Lin.*—C. atrovirente folio, Murucuiae secundae caesura, flore majore, purpureo-rubente, patulo. *Cup. H. Cath. p. 57*, et *supp. alt. p. 20*—Idem argenteo folio, et flore minori, dilute purpureo. *Cup. l. c.*, et *supp. alt. p. 20 ?*

Ic. *Ten. l. c. t. 15*—C. altheoides. *Sibth. fl. gr. t. 194*, non *Lin.*—C. altheaefolio. *Clus. hist. 2. p. 49.*

Ad sepes, in agrorum maceriis, in ruderatis, ad muros, et aliquando in cultis montosis, interque vineas; *Palermo*, *Polizzi*, *Collesano*, *Partinico*, *Alcamo*, *Ficuzza*, *Piana*, *Marsala*, *Montallegro*, *Vicari*, *Regalmuto*, *Giojosa*, *Ibiso*, *Cefalù*, *Catonia*, *Messina*, *Val di Noto* = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Pantellaria*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*.

Aprili, Majo. ♃

*Caules* in herbosis siccis diffusi, inter frutices volubiles, longe et late scandentes: *folia* omnia petiolata: *pedunculi* 1-3-flori: *bracteae* duae, parvae, anguste lineares in medio pedunculi, vel ad eorum divisionem insertae: *corollae* saturate-roseae, pollicem et ultra longae.

Quamvis Cl. *Dec.* in *Fl. fr. supp. p. 423*, et Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 459*, opinantur hanc speciem esse verum *C. altheoidem Lin.*; tamen *folia* in hac planta nunquam sericea, ut in definitione Linneana petuntur—*C. alceaefolius Lom.* ab hac specie non diversus ex Cl. *Spr. s. veg. 1. p. 191*; sed abunde distinctus ex *R. S. s. veg. 4. p. 267.*

5. C. ALTHEOIDES. *Lin. sp. pl. 222*, ex descriptione, non ex herb. —*Guss. pr. 1. p. 238.*

C. foliis subargenteo-sericeis, radicalibus cordato-oblongis crenatis, caulinis sinuatis palmatisque, laciniis oblongo-linearibus obtusis subintegris, pedunculis axillaribus subbifloris elongatis.

C. argyreus. *Dec. fl. fr. supp. p.423.*—C. argenteus, altheaefolio. *Cup. H. Cath. p. 57.*

Ic. C. Betonicae, Altheaeque foliis, repens, argenteus. *Barr. ic. 312.*

In collibus marnaceis, vel calcareis; *Caltanissetta*, *Campofranco*, *S. Cataldo*, *Delia*, *Morsala*, *Trapani*.

Majo, Junio. ♃

Differt a precedente; *habitu*; *statura* minore; *hirsutie* sericea; *caule* graciliore; *corollis* minoribus, pallidioribus, et fere lilacinis. Confer *R. S. l. c. p. 265.*

6. C. TENUISSIMUS. *Sibth. fl. gr. 2. p. 79*—*Guss. pr. 1. p. 238.*

C. foliis argenteo-sericeis, radicalibus cordato-ovatis crenatis, superioribus palmato-pedatis, laciniis angustissime linearibus obtusis integris, pedunculis axillaribus unifloris elongatis.

C. argenteus, altheaefolio, floribus magis purpurantibus, foliis magis incisis et incanis. *Cup. H. Cath. p. 57.*

Ic. *Sibth. l. c. t. 195*—C. altheaefolio, profundius secto, argenteo. *Cup. panph. 1. t. 57.*

In collibus aridis vulcanicis, calcareis, vel graniticis; *Ibiso*, *Catania*, *Agosta*, *Siracusa*, *Lentini*, *Spaccaforno*, *Scaletta*, *Noara*, *Comiso*: *S. Calogero*, e *Militello di Val di Noto* (*Heldr.*) *Gibilrossa* (*Parlatore*).

Aprili, Majo. ♃

Haec et praecedens species a *C. italico* certe diversae sunt, quamvis *folia* radicalia aliquando virentia sint; sed haec glabra, laete virentia et subpruinosa, non obscure virentia fere lucida et omnino nuda, ut in illo. Interim inter speciem 5 et 6 summa affinitas intercedit, et forsan ut duae varietates habendae sunt, uti ex *Bertol.* in *fl. ital.* 2. *p.* 441.

* *Caule non volubili.*

7. *C.* SOLDANELLA. *Lin. sp. pl.* 226 — *Ucria H. Pan. p.* 91 — *Guss pr.* 1. *p.* 239.

C. glaberrimus, caulibus procumbentibus, foliis cordato-subreniformibus crassiusculis integerrimis, pedunculis axillaribus unifloris elongatis tetragono-sub-alatis, bracteis inflatis calyce aequalibus.
Calystegia Soldanella. *R. S. s. veg.* 4. *p.* 184—C. maritimus, rotundifolius. *Cup. H. Cath. p.* 58—Soldanella. *Cast. H. Mess. p.* 47.
Ic. *Plenck off. t.* 93—C. seu Brassica marina. *Lob. ic.* 602.—C. maritimus, nostras, rotundifolius. *Moris. hist.* 2. *s.* 1. *t.* 3. *f.* 2.
In arenosis maritimis: *Palermo a Mondello*, *Termini*, *Castellammare*, *da Trapani a Spaccaforno*, *Catania*, *Messina*, *Milazzo*, ec.
Majo, Junio. ♃
*Radices* lactescentes, inter arenam alte et late repentes: *caules* caespitosi, superne simplices, inter herbas surrecti: *folia* longe petiolata, aliquando emarginata; et obsolete angulata: *bracteae* obtusissimae, calycibus approximatae, ut in *C. sylvestri*: *corollae* roseae, poll. 1-1 1/2 longae: *stigmatis* laciniae oblongae, crassiusculae.

8. *C.* TRICOLOR. *Lin. sp. pl.* 225—*Ucria H. Pan. p.* 91—*Guss. pr.* 1. *p.* 239.

C. caulibus adscendentibus diffusisque, foliis inferioribus obtusis glabris petiolatis obovato-spathulatis, caulinis oblongis lanceolatisve acutis sessilibus ciliato-pilosis, pedunculis axillaribus unifloris folio longioribus cauleque villosis, calycinis laciniis lanceolatis acuminatis longe ciliato-hirsutis.
C. peregrinus, coeruleus, folio oblongo, flore peramoeno, triplici colore insignito. *Cup. H. Cath. p.* 57.
Ic. C. spicaefolius, villosus, coeruleus, vel Amelli folio, hirsutus. *Moris. hist.* 2. *s.* 1. *t.* 4. *f.* 4—*Cup. panph.* 2. *t.* 196, et —Idem monstruosus, platycaulos, tomentosus *l. c.* (varietas caule compresso.)
*b. bicolor*; corollis bicoloribus, duplo minoribus, foliis angustioribus.
*c. unicolor*; floribus omnino albis.
In arvis, et in pascuis argillosis ubique in Sicilia: varietas *c.*, *fra Alcamo e Trapani.*
Martio, Majo. ☉
*Caules* palmares. vel sesquipedales, basi ramosi: *folia* integra; infima minora, aliquando fere suborbiculato-spathulata; caulina basi ad medium praesertim longe ciliata: *pedunculi* post anthesim curvati; *bracteis* duabus lanceolatis, vel linearibus in medio instructi: *calycis* laciniae superiores breviores, 3-4 lin. longae, lin. latae, capsulam subglobosam pilosam excedentes: *corollae* 6-9 lin. longae; in *a.* in margine limbi coeruleae, in medio albae, in fundo flavae: *semina* triquetra, fusca, glabra, verrucis depressis albidis notata.

9. *C.* MEONANTHUS. *Hoffm.* et *Link Fl. Portug.* 1. *p.* 369— *R. S. s. veg.* 4. *p.* 289.

C. caule adscendente dense villoso, foliis infimis obovato-oblongis

obtusis glabris petiolatis, caulinis sessilibus lanceolatis acutis vel obtusiusculis subciliatis, pedunculis unifloris folio longioribus adpresse villosis, calycinis laciniis ovato-lanceolatis acutis subpilosis, bracteis obsoletis.

C. tricolor *b. Guss. pr. 1. p. 240.*

Ic. *nulla.*

In herbosis arvis apricis; *Palermo alla Grazia; Baida (Heldr.), Boccadifalco (Parlatore).*

Martio, Majo. ☉

*Habitus* praecedentis, pro cujus varietate male habui; tamen indicatis characteribus, et pubescentia diversus: *corollae* praecedentis duplo minores: *bracteae* vel obsoletae, vel minutissimae: *stamina* calyce 3-plo et ultra longiora, dum in illo vix calycem excedunt—Confer *Bertol. fl. ital. 2. p. 451.*

10. *C. siculus. Lin. sp. pl. 223—Ucria H. Pan. p. 90—Guss. pr. 1. p. 240.*

C. caule villoso procumbente vel adscendente superne subvolubili, foliis glabris margine subciliatis, caulinis inferioribus petiolatis cordato-ovatis, superioribus subsessilibus cordato-oblongis, pedunculis axillaribus unifloris folio subbrevioribus, bracteis lanceolato-linearibus flore approximatis calyce ciliato demum longioribus.

C. siculus, annuus, coeruleus, minimus, capsula binis foliis cincta. *Cup. H. Cath. p. 58.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 196*—C. siculus, minor, flore parvo auriculato. *Bocc. sic. t. 48—Cup. panph. 2. t. 169.*

In collibus aridis saxosis, et glareosis maritimis; *Palermo, Carini, Trapani, Ficuzza, Favignana, Catania, Val di Noto* = et in *Ustica, Alicuri nella valle del comune, Felicuri, Maretimo, Favignana, Lampedusa.*

Martio, Majo. ☉

*Caules* pro locorum natura 3-pollicares ac adscendentes, vel bipedales et diffusi, apice surrecti, basi aut ad medium ramosi: *folia* laete virentia; inferiora saepius 1 1/2 poll. longa, poll. lata, adscendendo angustiora, breviora, et brevius petiolata: *pedunculi* demum curvati, graciles, puberuli, saepius uniflori, sed in fertilibus aliquando biflori; flore altero inter bracteas sessili; altero pedicello 2-3-lineari suffulto: *bracteae* acutae, semi-patentes, integrae, ciliatae: *calycis* laciniae ovales, acutae, capsulam subglobosam glabram subaequantes: *corollae* coeruleae, concolores, parvae, *calyce* subduplo longiores, sed praecedente 3-4-plo minores: *semina* triquetra, nigra, tuberculis exasperata.

Icon *Bocc.* quoad bracteas, quae deficiunt, male, caeterum quoad habitum optima, et ad hanc speciem certe spectat!, quamvis dubitet Cl. *Reich. in fl. germ. 1. p. 349.*

11. *C. pentapetaloides. Lin. syst. nat. 229—Guss. pr. 1. p. 240.*

C. caulibus decumbentibus adpresse villosis, foliis radicalibus glabris oblongo-ovalibus in petiolum attenuatis, caulinis sessilibus oblongis lanceolatisque subciliatis, pedunculis axillaribus unifloris folio subduplo brevioribus demum recurvatis, corollis semiquinquefidis, capsulis glabris.

*C. arcuatus*, pubescens, annuus, caule simplicissimo erecto, foliis lineari-lanceolatis acutis sessilibus, pedunculis axillaribus solitariis folio triplo brevioribus 2-bracteatis, fructiferis arcuato-recurvis, corolla extus villosa. *Presl fl. sic. 1. p. xxxiii*; nam in hac specie caules aliquando simplices, et reliqui characteres conveniunt.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 197.*

In collibus aridis apricis, et arvis submontosis; *Siracusa (Heldr.)*

*Palermo*, *Altavilla*, *Bagheria*, *Termini*, *Catania*, *Acquaviva*, *Trapani*, *Cofani*, *Sciacca* = et in *Favignana*, *Maretimo*.
Aprill, Majo. (•)
*Caules* 2-7-pollicares, adpresse pilosi, plures ex eadem radice: *folia* integra, caulina subtus sparse pilosa, saepe undulata ac patentia, 2-4 lin. lata, 6-12 lin. longa; *pedunculi* ultra medium *bracteis* deciduis minimis instructi: *calycis* laciniae ovatae, acutae, glabrae, margine membranaceae: *corollae* 3-4 lin. longae, calycem duplo excedentes, coeruleae: *capsulae* globosae, calycem superantes: *semina* fusca, muriculata, triquetra.

12. *C. evolvuloides. Desf. alt. 1. p. 176—Guss. pr. 1. p. 241.*
C. caulibus adscendentibus villosis, foliis oblongo-vel obovato-spathulatis ciliatis subvillosis, inferioribus in petiolum attenuatis, supremis amplexicaulibus, floribus axillaribus subsessilibus approximatis, capsulis pilosis.
Ic. *Desf. l. c. t. 49—Sibth. fl. gr. t. 198*—C. undulatus. *Cav. ic. 3. t. 277*—C. humilis. *Jacq. collect. 4. t. 22*—C. coeruleo parvo flore, apicaefolius, repens. *Cup. panph. 1. t. 82.*
In arvis argillosis; *Caltanissetta*, *Delia*, *Priolo*.
Majo, Junio. ⊙
*Caules* simplices vel alterne ramosi, 5-12-pollic.: *folia* integra; radicalia parva, adscendendo longiora ac latiora, acutiuscula, vel obtusissima: *calycis* laciniae ovato-lanceolatae, acuminatae, villosae: *corollae* coerulescentes, tubuloso-campanulatae, 2-3 lin. longae; tamen calycem, uti capsulae, duplo excedentes: *capsulae* majusculae, ad apicem praesertim piloso-ciliatae: *semina* fusca, triquetra, exquisite muricata.
*Floribus* in apice ramorum inter foliorum axillas fere sessilibus et inter se approximatis, ob omnibus facillime dignoscitur.

13. *C. cantabrica. Lin. sp. pl. 225—Ucria H. Pan. p. 91—Guss. pr. 1. p. 241.*
C. caule ramoso herbaceo adscendente, foliis inferioribus spathulato-oblongis in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus lineari-lanceolatis acutis, pedunculis axillaribus elongatis 1-3-floris subpaniculatis, calycibus hirsutis.
Ic. *Jacq. austr. 296*—Cantabrica quorumdam. *Clus. hist. 2. p. 49.*
In collibus aridis calcareis, et submontosis in Sicilia.
Majo, Septembri. ♃
*Caules* palmares vel 2-pedales, aliquando simplices ac erecti: *folia* nervoso-venosa, radicalia majora: *bracteae* lineari-lanceolatae, acutae, 3-6 lin. longae, parum a floribus remotae: *pedunculi* vel 1-flori, vel 3-6-flori, et tunc apice corymbosi; *pedicellis* iterum bracteatis: *calycis* laciniae lanceolatae, acuminatae, adpressae, virentes; tubo albido, glandulis nigris minutis consperso: *corollae* roseae, fere pollicares, calyce 3-4-plo majores; *capsula* subglobosa, calyce brevior, apice pilosa: *semina* fusca, subglobosa.
Variat *caule* plus minus erecto; *foliis* latioribus, lanceolatis et omnino linearibus, intense virentibus vel cinerascentibus, glabris aut plus minusque pilosis, planis undulatisve; caulis *pubescentia* patula, vel adpressa; tamen *pedunculi* longissimi, 2-5-pollicares, semper recti, 1-6-flori, in specie constantes sunt.

14. *C. lineatus. Lin. sp. pl. 224—Ucria H. Pan. p. 91—Guss. pr. 1. p. 242.*
C. repens, adpresse incano-vel viridi-sericeus, caulibus adscendentibus erectisque subsimplicibus, foliis lanceolatis lineatis petiolatis, superioribus sessilibus, pedunculis subbifloris bracteatis a-

xillaribus et terminalibus folio valde brevioribus, floribus supremis approximatis.

C. minor, spicaefolius. *Cup. H. Cath. p. 57.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 199*—C. marinus, repens, angusto et oblongo folio, flore-purpureo. *Barr. ic. 1152.*

*b.* foliis latioribus, caule elatiore (1/2 pedali).

C. intermedius. *Loisl. not. p. 40*, et *Fl. gall. ed. 2. v. 1. p. 166?* —*R. S. s. veg. 4. p. 294?*

C. spicaefolius, nebrodensis, latiori folio. *Cup. H. Cath. p. 57.*

Ic. C. spicaefolio latiori, argenteus. *Cup. panph. 1. t.160—Bon. t. 163.*

In collibus marnaceis calcareis vel subargilliosis, nec non in volcanicis arenosis; *Palermo a Mondello* (*Heldr.*) *Sferracavallo alla Bagheria*, *Marsala*, *Trapani*, *Castelvetrano*, *Mazzara*, *Sciacca*, *Girgenti*, *Alicata*, *Comiso*, *Siracusa*, *Agosta*, *Bronte* = et in *Ustica*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*.

Aprili, Majo. ♃

*Caules* 1-4-pollicares, basi parum ramosi vel simplices; *folia* integra, caule quandoque longiora, saepius condoplicata, ad angulum acutum obsolete et tenuiter lineata; *pedunculi* 2-3 ex axillia foliorum, vel in apice caulis, vix 1-3 lin. longi: *bracteae* lineari-lanceolatae, oppositae, floribus plus minus approximatae, calyce longiores vel illum subaequantes; *calycis* laciniae lanceolatae, acuminatae, in aterilibus breviores, in fertilibus elongatae, foliaceae, et apice magis divaricatae: *corolla* alba, externe ad plicarum angulos sericeo-villosa, caeterum glaberrima, 6-9 lin. longa: *capsula* ovalis, pubescens.

In *a.* aliquando *pedunculi* inferiores pollicem longi, in medio bracteati, et uniflori, ut in icone *Triumfetti obs. p. 91. t. 8.* quodammodo delineantur. In *b.* *caules* palmares vel semipedales: *folia* viridi-sericea; *pedunculi* saepius sesquipollicares et 3-flori, tamen semper folio breviores, et habitus praecedentis — In C. Gerardi *R. S. s. veg. 4. p. 294*, *caules* brevissimi; *folia* breviora, obtusiora, apice latiora, et fere obovato-spathulata, exquisita lineata; *calycis* laciniae minus acuminatae, corollae adpressae; denique *pubescentia* argenteo-sericea, ut in sequente — *C. Besseri Spr. s. veg. 1. p. 610*, quoad specimina caucasica ab amico *Richter* communicata a var. *b.* vix differre video.

15. *C. CNEORUM. Lin. sp. pl. 224—Guss. pr. 1. p. 242.*

C. caule fruticoso ramoso erecto, foliis lanceolatis spathulatisque obtusis in petiolum attenuatis confertis argenteo-sericia, floribus fasciculato-cymosis, calycibus hirsutis.

C. major, creticus, argenteus. *Cup. H. Cath. p. 56.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 200—Duham. ar. ed. 2. v. 6. t. 18*—Dorychnium. *Clus. hist. 2. p. 254*, mala—C. major, erectus, creticus, argenteus. *Moris. hist. 2. s. 1. t. 3. f. 1* — Dorjinio di Dioscoride, *Lauro bianco di alcuni. Imp. hist. nat. p. 666.* (*per err. 656.*)

In rupibus calcareis maritimis montium; *Palermo a Monte Peregrino ed a Monte Gallo*, *Bagheria al Monte Catalfano*, *Trapani a Cofani e S. Vito.*

Aprili, Majo. ♄

*Caules* dense caespitosi, alterne ramosi, 1/2 - 1 - pedales: *folia* integerrima, aliquando acutiuscula, demum deflexa: *pedunculi* 2-3-lineares, *bractea* lineari-lanceolata suffulti, uti calyces hirsuti: *calycis* laciniae oblongae, acutae, capsulam excedentes: *corollae* albae, fere pollicares, calyce triplo longiores: *capsula* ovoidea, apice pilosa: *semina* triquetra, fusca, tenuissima vil-

loso-cinerescentia—*Frutex* ad hortos ornandos ob folia argentea, persistentia, et flores albos inferiore potest.

Icones, C. saxatilis, erectus, villosus, perennia, flore ex albo purpurascente, hispanicus. *Bocc. mus. t. 70*, et *Barr. ic. 470*, quae a *Lin.* sub *C. Cneoro*, a *Willd.* et *Vahl* sub *C. saxatili*, et a *R. S.* denuo sub *C. Cneoro* citantur, potius ad hunc spectant.

## IPOMAEA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 288—Juss. 134.*

*Stigma* indivisum, capitato-globosum; reliqua ut in *Convolvulo*.

1. *I.* SAGITTATA. *Poir. it. 2. p. 122—Pers. syn. 1. p. 184—Guss. pr. 1. p. 243.*

I. glaberrima, caule volubili, foliis inferioribus cordato suborbiculatis, superioribus sagittatis, auriculis acutis, pedunculis axillaribus subbifloris incrassatis folio brevioribus, filamentis basi villosis, seminibus tomentosis.

Convolvulus Vehleri. *Vahl symb. 2. p. 56—Willd. sp. pl. 1. p. 843*, excluso synonymo *Pluknetii*.

Ic. *Cavan. ic. rar. 2. t. 107—Lam. ill. gen. t. 104. f. 1*, rudis.

*b.* foliis superioribus angustissimis 1-1 1/2 lin. latis, auriculis linearibus approximatis.

In dumetis humidis, et aggeribus maritimis; *marina fra S. Croce, e Scicli*; var. *b. Palermo a Mondello*.

Majo, Augusto. ♃

*Caules* graciles, inter dumeta ascendentes, una cum foliis laete virentes, 2-6-pedales: *folia* petiolata, integerrima; adscendendo oblonga, et angustiora; demum fere linearia, acuta; auriculis approximatis, vel inter se remotia; *petioli* 1-1 1/4-pollicares, graciles; *pedunculi* in medio obsolete bracteati, solitarii, vel gemini, saepius 1-flori: *calycis* laciniae ellipticae, obtusae, breviter mucronatae, margine scariosae: *corollae* 2 poll. longae, limbo quoque bipollicari: *capsula* globosa, glabra, calyce major.

*Planta* speciosa, et ad hortos ornandos aptissima propter flores roseo-purpurascentes, magnitudine fere *Convolvuli muricati*; sed quamvis radicibus undique excurrentibus ad instar *Convolvuli arvensis* facillime multiplicatur, tamen nonnisi tempestatibus calidioribus semina in Sicilia perficit.

*CAMPANULACEAE. Alph. Dec.*

*Plantae* annuae, vel perennes: *folia* exstipulata, alterna, rare opposita, simplicia: *calycis* tubus cum ovario connatus; limbo supero, persistente: *corolla* 1-petala, infera, tubuloso-campanulata; limbi partiti laciniae cum illis calycinis, et staminibus alternae: *capsula* calyce tecta: *semina* minuta, numerosa. ( *Gen. a Campanula*, ad *Jasionem*. )

## CAMPANULA.

*Endl. gen. n. 3085.*

*Cal.* limbus 5-partitus. *Cor.* campanulata, vel tubuloso-campanulata, 5-fida; fundo clauso valvulis staminiferis. *Stigm.* 3-5-fidum. *Caps.* 3-5-locularis, poris lateralibus dehiscens. ( *Herbae* an-

nuae, vel perennea: *folia* in siculis indivisa; *flores* solitarii, axillares, racemoso spicati vel glomerati, coerulei aut albi.)

1. *C.* ROTUNDIFOLIA. *Lin. sp. pl. 232*, exclusis varietatibus — *Ucria H. Pan. p. 92—Guss. pr. 1. p. 244.*

   C. glabra, caule paucifloro, foliis radicalibus (cito pereuntibus) et fasciculorum sterilium longe petiolatis cordatis suborbiculato-ovatis oblongisque crenato-dentatis, caulinis sessilibus, summis anguste linearibus integerrimis, laciniis calycinis lineari-subulatis.

   Ic. *Fl. dan.1086*—C. sylvestris, minor, rotundioribus imis foliis. *Dod. pempt. 167.*

   In rupestribus herbidis, et umbrosis montosis; *Madonie a Rocca di mele, ed all'Acqua del canale.*

   Junio, Julio. ♃

   *Caules* fere semper simplices, uniflori, rare 3-4-flori, solitarii vel caespitosi, adscendentes, graciles, 3-8-pollicares: *folia* radicalia 3-5 lin. lata ac longa; caulina 1 - 1 1/2 poll. longa, acuta, saepius integra: *pedunculi* filiformes: *corollae* laete coeruleae, 5 - 6 lin. longae, calycinas lacinias patentes vel adpressas aequantes, superantesve, plerumque cernuae, ad sinus non excisse.

2. *C.* TRICHOCALYCINA. *Ten. fl. nap. 1. p. 67— R. S. s. veg. 5. p. 123—Guss. pr. 1. p. 244.*

   C. glabriuscula, caule simplici erecto, foliis subsessilibus ovato-ellipticis grosse inaequaliterque dentato-serratis, racemo terminali subsimplici, floribus pedunculatis, laciniis calycinis setaceis corollam 5-partitam subaequantibus.

   C. alburnica. *Brig. pempt. 1. p. 5.*

   Ic. *Ten. l. c. t. 16—Brig. l. c. t. 2.*

   In sylvis montosis solo pingui; *Madonie alle fosse di S. Gandolfo.*

   Junio, Julio. ♃

   *Caules* 1-3-pedales, striati, inferne nudi: *folia* omnino sessilis, vel brevissime petiolata; *infima* obtusa, rotundata; reliqua acuta; illa et suprema minora: *racemi* terminales, laxiflori, 3 - 10 - pollicares, floribus superioribus magis approximatis: *pedunculi* graciles, 4 - 6 - lineares, solitarii, vel 2 - 3, bractea lineari - setacea suffulti, illam excedentes; *calycis* laciniae patentes, in fructu erectae, non reflexae, ut in speciminibus creticis (*Alph. Dec. Camp. p. 216*): *corollae* pallide coeruleae; laciniis lanceolatis, acutis, patenti-recurvis: *stigma* 3-partitum, exertum: *capsulae* ovoideae, cernuae.

   Potius *C. rhomboideae*, quam *C. bononiensi* proxima, uti suspicantur Cl. *R. S. l. c.*—In plants sicula *folia* minus argute et crebre serrata, quam in planta neapolitana—*Phytsuma amplexicaule*, ex herb. *Sibth.* ac ex specimine *Tourn.* in *herb. Salvator*, huic valde similie, sed flores in nostra pedunculati, in illo sessiles et conferti, quamvis *pedunculatos* et *distantes* dicat *Willd. sp. pl. 1. p. 925*—Confer quoque *Alph. Dec. Camp. p. 207.*

3. *C.* GRAMINIFOLIA. *Lin. sp. pl. 254 — Guss. pr. 1. p. 245.* excluso synonymo *Fl. Hung.*

   C. caulibus caespitosis brevibus ramosis decumbentibus, cauliculis floriferis simplicibus adscendentibus molliter villosis, foliis anguste - linearibus acutis basi ciliatis, floribus terminalibus capitatis bracteatis, bracteis exterioribus ovato-cuspidatis dense ciliatis, calycinis laciniis auguste lanceolato-linearibus, tubo villosiusculo.

   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 206*—C. alpina, tragopogifolio. *Cup. H. Cath. p. 35, supp. p. 240*, et *panph. 1. t. 184*—*Bon. t. 187*—Trachelium tragopogifolium, montanum. *Column. phyt. 2. p. 25, ic. p. 30.*

In rupibus calcareis montosis apricis, umbrosisque; *Busambra*, *Madonie*, *Monte Scuderi*.

Majo, Julio. ♃

*Caules* irregulariter ramosi, 1-3-pollicares, foliorum emarcidorum rudimentis tecti: *cauliculi* vero floriferi simplicissimi, 1-6-pollicares: *folia* pubescentia, laete virentia, 1-4-poll. 'onga, vix 1-2 lin. lata, cauliculis quandoque longiora, subcanaliculata; radicalia lineari-spathulata, ad caules confertissima, ad cauliculos alterna, remota, et superne plerumque basi dilatata ac amplexicaulia: *capitula* pauci-vel multiflora: *bracteae* villosae, a basi ad medium vel undique ciliatae, floribus breviores; exteriores duplo interioribus albidis longiores: *calycis* tubus nervosus; limbi laciniis villoso-ciliatis, acutiusculis: *corollae* amoene coeruleae, 6-12 lin. longae; laciniis ovatis, acutis, apice recurvis: *capsula* apice dehiscens: *semina* oblonga, compressa.

Quoad capsulae dehiscentiam *Wahlenbergiis* associanda, ad quas relata ab *Alph. Dec. Camp. p. 150*, sed habitus repugnat.

4. *C.* DICHOTOMA *Lin. sp. pl. 237—Ucria H. Pan. p. 93—Biv. cent. 1. p. 16—Guss. pr. 1. p. 246.*

C. villoso-hirsuta, caule erecto dichotomo, foliis elliptico-oblongis integris serratisque, floribus cernuis solitariis, laciniis calycinis lato-lanceolatis acuminatis corolla tubuloso-campanulata brevioribus, calycis sinus acuminatos reflexos 3-4-plo superantibus.

C. mollis. *Jan. elench. p. 5*, non *Lin.*; nam vera *C. mollis* quamvis Siciliae indigena ex *Lin.* et ex nonnullis recentioribus, tamen quantum scio huc usque in illa insula non detecta—Trachelium minus. *Cast. H. Mess. p. 46.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 211*—C. hirsuta, ocymifolio caulem ambiente, flore pendulo. *Cup. H. Cath. p. 14*, et *panph. 2. t. 259—Bocc. sic. t. 45. f. 1*—Viola mariana, minor, coerulea, folio subrotundo, calyce corniculato. *Barr. ic. 759*, mala.

In collibus apricis, in rupibus, ac in muris; *Palermo a S. Anna*, *Piana*, *Ficuzza*, *Castellammare*, *S. Vito*, *Caronia*, *S. Fratello*, *Militello di Val Demone*, *Brolo*, *Patti*, *Messina*, *Itala*, *Mandanici*, *Mila*, *Aci*, *Catania*: *Parco*, *Sferracavallo*, *Misilmeri*, *Marinea*, *Gibilrossa*, *Pizzuta*, *Monte Occhio* (*Parlat.*), *Cefalù*, *Castelbuono* (*Heldr.*) = et in *Alicuri*, *Felicuri*, *Saline* (ubi floribus albis occurrit), *Panaria*, *Lipari*, *Pantellaria*.

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* angulati, 5-12 poll., rare inferne ramosi: *folia* inferiora minora, brevissime petiolata; omnia scabriuscula, virentia, acuta vel obtusa: *pedunculi* axillares ac terminales, graciles, aliquando fere pollicares, nudi, vel bracteis duabus suboppositis instructi: *calycis* laciniae tubum corollae subaequantes, 5-6 lin. longae, in fructu conniventes; sinubus pedunculo approximatis, 2 lin. longis: *corollae* amoenae coeruleae, 8-12 lin. longae; laciniis ovatis acutiusculis, patulis, tubo brevioribus: *stylus* albidus, a medio ad basim pilis sparsis candidis patentibus tectus, corollae tubum aequans: *stigma* trifidum; laciniis revolutis: *capsula* cernua, turbinato-depressa, poris tribus dehiscens—*Flores* sub anthesi cernui, inde ac postea erecti; sed pedunculi in fructu iterum curvantur.

5. *C.* ERINUS. *Lin. sp. pl. 240—Ucria H. Pan. p. 94—Guss. pr. 1. p. 245.*

C. pubescens scabra, caule superne dichotomo, foliis obovato-cuneatis irregulariter dentato-serratis, inferioribus in petiolum attenua-

tis, superioribus subsessilibus, floribus solitariis axillaribus terminalibusque breviter pedunculatis, calycinis laciniis lanceolatis demum stellato-patentibus corollam ( parvam ) tubuloso-campanulatam subaequantibus.

Roncela erinus. *Dumort.* in *Alph. Dec. Camp. p. 295*, et in *Reich. fl. germ. exc. 1. p. 296.*

Ic. Erini, sive Rapunculi minimum genus. *Column. phyt. ic. p. 102, descr. par. 2. p. 29* — Rapunculus minor, foliis incisis. *Moris. hist. 2. s. 5. t. 5. f. 25.*

In muris, tectis, ruderatis, arvis cultis, ac in saxosis sterilibus in Sicilia = et in *Ustica*, *Lampedusa*, *Maretimo*, *Pantellaria.* Varietas *flore albo*, *Lentini.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* 2 - 7 - pollicares, erecti vel adscendentes: *folia* suprema saepe opposita: *pedunculi* vix lin. longi: *calycis* laciniae acutiusculae, sub anthesi conniventes, in fructu parum latiores: *corollae* coerulescentes, vel albae, calycem vix excedentes, 2-3 lin. longae: *capsula* calyce coronata, cernua, inferne dehiscens.

---

† 6. C. FRAGILIS. *Cyr. pl. rar. neop. fasc. 1. p. 32—Guss. pr. 1. p. 248.*

C. caulibus procumbentibus, ramis secundis multifloris, foliis radicalibus reniformibus crenatis, calycibus angulatis.

Ic. *Cyr. l. c. t. 11*—C. rotundifolia, cajetana, longius radicata. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 14*, et *panph. 1. t. 192—Raf. t. 1.*

In Sicilia ex *Cupani*, et *Rafin.*

† 7. C. TRACHELIUM. *Lin. sp. pl. 235—Ucria H. Pan. p. 95—Guss. pr. 1. p. 248.*

C. caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis.

In sylvia montosis, *Monte Cham* ( *Ucria* ).

## SPECULARIA.

*Heister gen. 8—Alph. Dec. Camp. 344—Endl. gen. 3086.*

*Cal.* tubus longus, cum ovario connatus; limbo supero, 5-partito. *Cor.* rotata. *Caps.* elongata, prismatica, 3-locularis, sub apice dehiscens. ( Reliqui characteres, ut in *Campanula* ).

1. S. SPECULUM. *b. hirta. Alph. Dec. l. c. p. 346.*

S. scabriuscula tenue villoso-pubescens, caule erecto, ramis erecto-patentibus subtrifloris, foliis subcrenatis subundulatis, radicalibus obovato-spathulatis in petiolum attenuatis rotundatis, caulinis acutiusculis semiamplexicaulibus, calycinis laciniis anguste linearibus patentibus rectis corollam subaequantibus.

Prismatocarpus hirsutus. *Ten. fl. nap. 1. p. 76*—Campanula hirsuta. *Guss. pr. 1. p. 246*—C. arvensis, erecta. *Cup. H. Cath. p. 35.*

Ic. *Ten. l. c. t. 19*—Speculum veneris, ocymifolio, amplo flore purpureo. *Cup. panph. 1. t. 9.*

Inter segetes; *Geraci*, *Gangi*, *Mistretta*, *Petralia*, *Messina.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* palmares, vel pedales: *folia* infima minora, virentia vel ob villositatem canescentia: *flores* terminales aliquando aggregati, brevissime pedunculati; *pedunculis* crassioribus, quam in typo speciei: *calycis* laciniae integerrimae, omnino lineares, vel lineari-lanceolatae, acuminatae, vix 1 lin. latae: *corollae* duplo quam in duabus sequentibus majores, amoene coeruleae, fundo al-

bo, diametro 3-4 lin.: *capsulae* pubescentes: *semina* rufescentia, compresso-ovalia, nitida, levia, glaberrima in hac et in sequentibus.

2. *S. HYBRIDA. Alph. Dec. l. c. p. 348.*

S. caule stricto subramoso angulis foliisque scabro, foliis obtusis, inferioribus obovato-superioribus oblongo-spathulatis undulatis semiamplexicaulibus, floribus axillaribus solitariis, terminalibus approximatis, laciniis calycinis lanceolatis (foliaceis) erecto-patentibus rectis corolla duplo longioribus.

Campanula hybrida. *Lin. sp. pl. 239 — Ucria H. Pan. p. 95— Guss. pr. 1. p. 247*—C. arvensis, minor, Bellidis minimae foliis crispis, flore minore. *Cup. H. Cat. p. 85*, et—Speculum veneris, medium. *supp. alt. p. 84.*

Ic. *Engl. bot. t. 375!* — C. minor, arvensis, erecta. *Cup. panph. 1. t. 100—Raf. t.100. f.2*—C. arvensis, minima, erecta. *Moris. hist. 2. s. 5. t. 2. f. 22.*

Inter segetes, et in arvis ubique in Sicilia = et in *Ustica.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* angulati, simplices vel basi ramosi, 3-pollicares, et in fertilibus inter segetes pedales: *folia* setis brevibus adpressis sparsis ciliato-scabra, pallide virentia; inferiora ut in praecedente minora, et in petiolum attenuata: *flores* sessiles, inferiores remoti: *calycis laciniae* acutae, lin. latae, 3-4 lin. longae, margine sparse ciliatae, demum revolutae, ante et post anthesim fere conniventes; *corollae* pallide roseae, aliquando obliteratae: *capsula* scabra, obtusa, angulata.

3. *S. FALCATA. Alph. Dec. l. c. p. 348.*

S. caule erecto ramoso angulis scabro, foliis levibus oblongis integris planis acutiusculis, floribus axillaribus solitariis terminalibus subapproximatis, laciniis calycinis lineari-lanceolatis patentibus acuminatis corolla subduplo longioribus, demum falcatis.

Campanula falcata. *Guss. pr. 1. p. 247*—C. hybrida. *Desf. atl. 1.p. 180*, non *Lin.*, ex herb.—Prismatocarpus falcatus. *Ten. l. c. p.77*—C. major, Euphrasiae luteae, sive Trissaginis apulae foliis. *Cup. H. Cath. p. 35*, et *supp. alt. p. 41 ?*

Ic. *Ten. l. c. t. 20*—C. arvensis, erecta, purpureo-coerulea, piramidata. *Cup. panph. 2. t.20*—et Speculum veneris, dilute-cinereo flore stellato, majus. *Cup. l. c. t.224*—C. arvensis, flore minimo, capsula grandi. *Buxb. cent. 4. p. 24. t. 38!*

Inter segetes, in collibus apricis, et ad sepes in Sicilia = ac in *Ustica.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* palmares vel sesquipedales; ramis inferioribus aliquando patentibus: *folia* laeta virentia, glabriuscula, vix ad margines scabra; radicalia spathulata, in petiolum attenuata; caulina aliquando lanceolata: *flores* sessiles, irregulariter dispositi, vel longe spicati: *calycis* laciniae aliquando angustissime lineares, fere setaceae, ut in *S. speculo*, 4-6 lin. longae, glabrae: *corollae* coeruleseentes: *capsula* scabriuscula, obsolete striata.

Haec est *C. hybrida* herbarii *Linn.* ex *Smith.* in *Engl. bot.*—Icon *Buxbaumii* a Cl. *Marsch.* in *Fl. taur. cauc. 1. p. 156*, ad *C. hybridam* relata, ad *C. falcatam* certe spectat.

## † PHYTEUMA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 292—Endl. gen. n. 5082.*

*Cor.* rotata, 5-partita, laciniis linearibus. *Stigm.* 3-fidum. *Caps.* 2-3-locularia, infera.

† 1. *P.* SPICATA. *Lin. sp. pl.* 242—*Ucria H. Pan. p.* 94—*Guss. pr.* 1. p. 249.

P. spica oblonga, capsulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis.
In ruderatis, et segetibus (*Ucria*); sed in Sicilia nullibi hanc speciem vidi.

## TRACHELIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 239—Endl. gen. n. 5087.*

*Cal.* limbus brevis, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis; tubo longissimo, tenui. *Stig.* globosum. *Filam.* basi non dilatata. *Caps.* 3-locularis, basi poris dehiscens. (*Plantae* glabrae, perennes: *folia* indivisa: *flores* coerulei, numerosi, corymbosi, parvi.)

1. *T.* COERULEUM. *Lin. sp. pl.* 243—*Ucria H. Pan. p.* 94—*Guss. pr.* 1. p. 249.

T. glabrum ramosum erectum, foliis ovato-vel ovali-oblongis inaequaliter serratis planis, floribus corymbosis terminalibus.
Valeriana graeca, violacea. *Cup. H. Cath. p.* 226.
Ic. *Lam. ill. gen. t.* 126—Valeriana coerulea, urticaefolio. *Barr. ic.* 683.
Ad muros in humentibus; *Palermo.*
Majo, Junio. ♃
*Caules* plures ex eadem radice, 1-3-pedales, saepe viridi-rubentes: *folia* laete virentia, petiolata, acuminata, margine tenuiter ciliata, adscendendo minora, cum rudimentis foliorum in axillis: *corymbi* densiflori, diametro 2-8-pollicari: *pedunculi* bractea anguste-lineari, saepe recurva, integra suffulti: *calyces* virentes; laciniis erectis, obtusiusculis, tubum subaequantibus: *flores* odori: tubo *corollae* 4-5 lin. longo; limbi laciniis ellipticis, obtusis: *stylus* longe exertus, glaber; *stigmate* capitato, papilloso, albido: *stamina* inclusa: *capsulae* parvae, obovatae, trisulcatae.

2. *T.* LANCEOLATUM. *Guss.*

T. glaberrimum basi ramosum adscendens, foliis exacte lanceolatis in petiolum attenuatis acutis irregulariter serrulatis glabris, (floribus terminalibus corymbosis ex *Cup.*)
Rapunculus saxatilis, Persicae foliis, umbella magna corniculata. *Cup. H. Cath. supp. alt. p.* 78.
Ic. *nulla.*
In umbrosis collinm calcareorum rupibus; *Spaccaforno*, *Noto*, *Avola*, *Siracusa*, *Mililli.*
Floret . . . ♃ et basi ♄
*Caules* caespitosi: *folia* numerosa 4-9 lin. ad summum lata, 1-3 poll. longa, laete virentia, subtus venosa: *flores* non vidi.

## JASIONE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 1562—Endl. Gen. n. 3071.*

*Flores* capitati, bracteis involucrantibus circumdati. *Cal.* limbus 5-partitus. *Cor.* tubus brevissimus; limbo 5-partito; laciniis erecto-patulis, ante anthesim coalitis. *Filam.* libera; antheris basi tantum in tubum cohaerentibus. *Caps.* 2-locularia, apice lato foramine dehiscens. ( *Planta* perennis, plus minus hirsuta: *folia* radicalia rosulata, numerosa; caulina alterna: *flores* parvi, dilute coerulci. )

1. *J. montana. Lin. sp. pl. 1317—Guss. pr. 1. p. 250.*

J. foliis planis undulatisque subcrenatis cauleque adscendente simplici vel ramoso piloso-hirsutis, radicalibus in petiolum attenuatis spathulatis obtusis, caulinis sessilibus lineari-lanceolatis, pedunculis solitariis elongatis nudis glabris.

R. corniculatus, hirsutus, Scabiosae ovinae folio, et globulo majori, multicaulis, non ramosus, resupinus. *Cup. H. Cath. p. 189*, et *supp. alt. p. 77*— Idem supinus, foliis oblongis, leviter crispis. *Cup. l. c.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 724. f. 1 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 9* — Rapunculus multicaulis, procumbens, corniculatus, non ramosus, Scabiosae capitulo coeruleo, foliis acutis per oras crispatis lanuginosis. *Cup. panph. 2, t.244*—R. Scabiosae capitulo coeruleo, procumbens, latiori folio, multicaulis. *Bon. t. 441*— Scabiosa minor. *Dod. pemp. 122.*

*b. humilis*; incano-hispida, caule brevi simplici undique diffuso.

J. montana. *b. litoralis. Kock syn. p. 463.*

Rapunculus supinus foliis oblongis pallidis, leviter crispis. *Cup. H. Cath. l. c.*

Ic. R. corniculatus, supinus, multicaulis, non ramosus, Scabiosae capitulo coeruleo, folio oblongo subrotundo. *Cup. panph. 2. t.33*— *Bon. t. 83.*

In aridissimis collibus, et in submontosis; *Madonie*, *Caronia*, *S. Fratello*, *colline di Messina*, a *dell'Ibiso*, *Monte Scuderi*, *Itala*, *Etna presso Nicolosi*, *Bronte* e *Catania* ⇌ et in *Lipari*: varietas *b.* in arenosis maritimis, *Giojosa*, *Capo di Calavà*, *Patti*; *Milazzo*.

Aprili, Julio. ♃

*Caules* caespitosi, 4-12-pollic.: *folia* virentia, vel canescentia, 1-4 lin. lata, 6-14 longa, integerrima, aut crenulata et crispato-undulata: *pedunculi* in *a.* 4-8-pollicares: *bracteae* inaequales, ovali-lanceolatae, acutae, flores pedicellatos subaequantes: *calyces* glabri; laciniis anguste-linearibus, subciliatis: *styli* coerulescentes, longe exerti; *stigmata* in floribus centralibus sterilibus clavata ac hirsuta, in marginalibus fertilibus emarginata! Confer *R. S. s.veg.5. p. XXXVIII.*

Species *habitu* et *foliis* mire varians. Occurrit *caulibus* simplicibus, vel alterne ramosis, adscendentibus diffusisve, et haec praecipue in arenosis maritimis; *foliis*, lanceolatis acutis, vel oblongis obtusis, planis undulatisque, glaberrimis vix ciliatis, aut hirsuto-canescentibus; radicalibus plerumque spathulatis, obtusis, vel acutis; *pedunculis* nudis elongatis, vel aliquando in *b.* brevibus ac usque ad apicem foliatis: *capitulis* majoribus, vel minoribus; *involucri* foliis integerrimis, vel denticulatis: *radices* vero semper perennes (an ex loci calidioris natura), et inde ad *J. perennem Lam.* potius spectaret, praesertim si ad characteres a Cl. *Alph. Dec. camp. p.101-104* datos attendatur, nam in nostra bracteae interne, ac saepius externe pilo-

sae, et calyciniae lacinlae tubo longiores; sed reliqui characteres minime conveninut—Praeterea *J. humilis* specimina recedunt quoque ab hac nostra var. *b.* foliis angustioribus; caulibus basi radicantibus, et habitu; quamvis in planta sicula pedunculi aliquando usque ad apicem foliosi sint, ut in *J. humili*. Confer quoque de hac specie Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 2. *p.* 526-529.

## LOBELIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 1365—*Juss.* 165.

*Cal.* persistens, inferne cum ovario connatus; limbo supero, 5-partito, libero. *Cor.* supera, 1-petala, tubulosa, subbilabiata: labio superiore 2-fido, vel usque ad basim tubi partito; inferiore 3-fido. *Filam.* libera, corollae lobis alterna. *Anth.* in cylindrum connatae. *Caps.* 2-3-locularis, apice debiscens. (*Herbae* (in Siciliis) annuae aut perennes: *folia* simplicia, omnia radicalia, vel in caule alterna, exstipulata: *flores* axillares, solitarii, pedunculati, parvi, coerulei. *Lobeliaceae Bartl.*)

1. *L.* BIVONAE. *Tin. Cat. H. Pan. an.* 1827. *p.* 279—*Guss. supp. p.* 57.
   L. scanlis, foliis oblongis vel obovato-spathulatis repandis subintegerrimis, pedunculis unifloris medio bracteatis.
   L. setacea. *Smith. fl. gr. pr.* 1. *p.* 145—L. tenella. *Biv. pl. rar. Sic. cent.* 1. *p.* 55, et *Guss. pr.* 1. *p.* 251—Rapunculus minimus, Bellidis minimee folio tenui, flore coeruleo tricuspidato, alba macula insignito. *Cup. H. Cath. p.* 198.
   Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 221—*Biv. l. c. t.* 2—Rapunculus aquaticus, minimus. *Bocc. mus. t.* 27. *f. minor.*
   In herbosis uliginosis montosis; *Madonie ai pomieri, Monte S. Michele:* et ad scaturigines, aquaeductus, vel ad margines fluminum; *Palermo al fiume Oreto, alla Guadagna, sotto il Parco; Valguarnera,* ec.
   Aprili, ad Autumnum. ♃
   *Planta* tenera, glaberrima, laete virens: *folia* caespitosa, numerosa, longe petiolata, obiter crenata, 2-3 lin. lata: *pedunculi* gracillimi, fere setacei, foliis ut plurimum longiores, bracteis setaceis brevissimis in medio instructi: *calycis* laciniae anguste lineari-lanceolatae, acutae, corolla duplo breviores: *corollae* pallidae coeruleae, in medio albo-maculatae; labio superiore breviore—Cum jam alia *L. setacea* in speciebus plantarum sit recensita, et *L. tenellae* nomine diversae species in auctoribus occurrant, sic consultu duxi illo a Cl. *Tineo* impositum uti.

2. *L.* LAURENTIA. *Lin. sp. pl.* 1321—*Guss. pr.* 1. *p.* 252.
   L. caulescens, foliis lanceolato-ovalibus crenatis integris, pedunculis axillaribus solitariis unifloris longissimis medio bracteatis.
   *L. Gasparrini*, gracillima, caule basi subdecumbente radicante ramoso, foliis obovato-spathulatis subintegerrimis, pedunculis oppositifoliis capillaribus longissimis unibracteatis, bracteis linearl-lanceolatis. *Tin. Cat. H. Pan. an.* 1827. *p.* 279, nam specimina Italiae superioris, Corsicae, et Galliae solo habitu robustiore a planta sicula differunt.
   Ic. L. Salzmanniana. *Presl symb. bot. p.* 31. *t.* 20? Catholica minima, Bellidis minimae folio, flore coeruleo, alba macula notato, caulifer. *Cup. panph.* 2. *t.* 217—L. Laurentia. *Mich. gen. t.* 14.
   *b.* caule erecto, foliis margine unduleto-denticulatis.
   Ic. Catholica minima, caulescens et remosa, Rapunculi minimi serrato folio, flore coeruleo alba macula notato. *Cup. l. c.* 5. *t.* 57.

In humentibus arenosis mare proximis; *Palermo nelle vigne presso Mondello* varietatem *a.* Invenit *Gasparrini; Misilmeri al piano della stoppa*, e *presso Ogliastro (Todaro.)*
Majo, Junio. ⊙
*Planta* undique glabra: *caules* graciles, 2-4-pollicares; in *a.* plerumque adscendentes, inferne radicantes, ac ramosi: *folia* breviter petiolata, obiter crenata, obtusiuscula, 1-2 lin. lata. *pedunculi* graciles se bracteati, ut in praecedente: *calycis* laciniae fere lineari-setaceae, corolla breviores: *corollae* coeruleae, in medio albo-maculatae; lobis subsequalibus.

## VIOLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 1364—Endl. gen. n. 5040.*

*Cal.* sepala 5, subaequalia, persistentia, basi appendiculata. *Cor.* infera, 5-petala, irregularia, postice calcarata. *Filam.* libera, petaliis alterna. *Anth.* in tubum conienm conniventes, latere interiori filamentorum in membranam producto adnatae. *Caps.* 1-locularis, polysperma. (*Herbae* annuae, vel perennes: *folia* stipulata, simplicia, omnia radicalia, vel in caule alterna: *pedunculi* axillares, 1-flori. *Violaceae Juss.*)

* *Acaules.*

1. *V. hirta.* *Lin. sp. pl. 1324—Presl fl. sic. 1.p.131—Guss.pr.1.p.252.*
V. stolonibus subnullis, foliis cordatis oblongis crenatis supra pubescentibus, subtus petiolisque villoso-hirsutis, calycibus obtusis, petalis emarginatis duobus mediis subbarbatis, calcare subconico obtuso, capsulis hirtis, semiulbus turgidis (fuscis).
V. martia, sylvestris, aquate coerulea, folio et flore minore. *Cup.H. Cath. p. 229.*
Ic. *Sturm fl. germ. p. 1. f. 11—Fl. dan. 618* — V. martia, hirsuta, inodora. *Moris. hist. 2. s. 5. t. 35. f. 4.*
In sylvis montosis, ad sepes, et in fruticetis umbrosis in Sicilia = et in *Felicuri*, *Saline*, *Lipari.*
Februario, Martio. ♃
*Habitus* omnino sequentis, sed *stolones* aut obliterati aut arhizi: *pubescentia* praesertim petiolorum major: *flores* quoque majores, tamen fere inodori: *petalis* latioribus rotundatis, pallide coerulescentibus—*Calcar* saepe apice incurvum, et appendicea calycinas excedens, nec in pedunculi curvatura inclusum.

2. *V. odorata.* *Lin. sp. pl. 1324—Presl fl. sic. 1. p. 132—Guss. pr. 1. p. 253.*
V. stolonibus reptantibus, foliis late cordatis petiolisque pubescentibus glabratisve, calycibus obtusis, petalo infimo latiore emarginato, reliquis angustioribus rotundatis, calcare obtusissimo brevissimo, capsulis turgidis pubescentibus, seminibus turbinatis (albidis).
V. martia, purpurea, flore simplici. *Cup. H. Cath. p. 229* — V. martia, coerulea. *Cast. H. Mess. p. 24.*
Ic. *Sturm. l. c. t. 14—Fl. dan. 309*—V. nigra, sive purpurea. *Dod. pempt. 156.*
*b.* flore albo.
V. martia, alba. *Cup. H. Cath. p. 229.*
In sylvis, et ad sepes; varietas *b.*, *Bosco di Caronia presso al mare.*
Januario, Martio. ♃

*Folia* laete virentis, profunde cordata; primordialia fere reniformia, reliqua suborbiculata: *pedunculi* petiolis breviores, glabri, apice curvati, supra medium bracteati: *sepala* oblongo-linearia, virentia, glabra, vix lin. lata: *petala* saturate violacea, oblonga; inferius aliquando integram; duo lateralia basi exteriore barbata; omnia prope basim albida, ac striata: *flores* hebetati fertiles, uti notat *Reich.* in *fl. germ. excurs.* 2. *p.* 705: *calcar* intra pedunculi curvaturam saepius inclusum.

** *Caulescentes.*

3. *V.* SYLVESTRIS. *Lam. fl. fr.* ed. 1. v. 2. *p.* 680—*Reich. cent.* 1. *p.* 80—*Guss. pr.* 1. *p.* 253.
 V. adscendens, foliis suborbiculato-ovatis profunde cordatis, calcare compresso integerrimo (colorato), calycinis appendicibus superioribus rotundatis in fructu evanidis, capsula oblonga acuta.
 V. canina. *Ucria H. Pan. p.* 380, non *Lin.*
 Ic. *Reich. l. c. t.* 94. *f.* 200, et 201—V. canina. *Sturm fl. germ. p.* 1. *f.* 11., ex icone—V. sylvestris, inodora. *Dod. pempt.* 156.
 In sylvis montosis; *Madonie*, *Busambra*, *Etna*, *Boschi di Caronia*, *di Mistretta*, *di Floresta*, ec.
 Martio, Aprili. ♃
 *Caules* plures, erecti, basi rubentes, angulati, 4-6-pollicares: *stipulae* acuminatae, fimbriato-serratae, petiolo breviores: *folia* glabrata, virentis, subtus pallidiora: *pedunculi* 2 - 3 -pollicares, bracteis duabus filiformibus ad medium instructi: *sepala* ex viridi-purpurascentia, lanceolato-acuminata, subcarinata, glabra, petalis duplo breviora, calcar subaequantia: *petala* oblonga, rotundata; duo inferiora lateralia intermedio latiore ac emarginato parum longiora: *calcar* coerulescens, obtusum, compressum, saccatum, apice integrum.
 Ex observatione Cl. *Reich.* haec est *V. canina* plurium auctorum, a *V. canina Lin.* omnino diversa, et cujus iconem dedit ipse auctor *l. c. t.* 75. *f.* 154—Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 2. *p.* 702 immerito uti varietatem *V. caninae* habet.

4. *V.* CALCARATA. *Lin. sp. pl.* 1325—*Guss. pr.* 1. *p.* 254.
 V. foliis ovato-oblongis suborbiculatisque crenatis, stipulis inciso-dentatis, sepalis oblongis obtusis! subsequalibus, calcare corollae subaequilongo obtuso recto vel adscendente.
 Ic. *nulla.*
 *b. odorata;* caule humiliore, foliis oblongo-spathulatis subintegris, floribus minoribus odoris.
 *V. nebrodensis*, caule erectiusculo simplici glabro, foliis spathulatis longe petiolatis crenatis, stipulis ovatis pinnatifido-incisis, pedunculis medio bracteatis, segmentis calycinis obtusis, calcare adscendente. *Presl del. Prag. p.* 26.
 V. biflora. *Ucria H. Pan. p.* 380, non *Lin.*
 Ic. V. calcarata, *madonia. Reich. cent.* 3. *p.* 6. *t.* 169. *f.* 4521—V. nebrodensis, asculos, purpurea, floris trinitatis, foliis vix serratis, Narcissum olens. *Cup. H. Cath. p.* 230, et *panph.* 2. *t.* 404—*Bon. t.* 99; quae icon ad *V. Bertolonii* minime spectat, ad quam adducitur a Cl. *Dec.* in *pr. s. nat.* 1. *p.* 302.
 *c. lutea*, caule subelongato, floribus luteis.
 *d. grandiflora;* foliis latis glaberrimis lucidis crenatis, floribus inodoris amplis diametro pollicari et ultra.
 Ic. V. petraea, Busambarensis, crassulo, crenato ocymifolio, flore

majore, inodoro, coeruleo, venis candidis distincto. *Cup. H. Cath. p. 250*, et *panph. 2. t. 186 !—Raf. t. 80. f. 1.*

In pascuis herbosis montosis, et ad rupes; varietas *b. Madonie; var. bb. Monte Pizzuta ( Parlatore)*: varietas *c. nelle rupi di Busambra alla fossa dall'Agnuni sopra la Ficuzza.*

Majo, Julio. ♃

Varietas *d.* inter omnes alias pulchra ob flores magnos, et folia nitide virentia—Confer sequentem.

5. *V.* GRACILIS. *Sibth. fl. gr. 3. p. 17—Guss. pr. 1. p. 255.*

V. foliis imis parvis suborbiculato-ovatis oblongisve crenatis, superioribus lineari-lanceolatis elongatis, stipulis digitato-partitis, sepalis lanceolatis acutis inaequalibus, calcare acutiusculo (saepius ariatato) corollae subaequilongo recto vel adacendente.

V. montana, assurgens. *Cast. H. Mess. p. 24?*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 222?* —V. alpestris, coerulea, minima, rotundo ac longo folio varians. *Cup. panph. 1. t. 77 !*

*b. lutea*; caulibus valde elongatis, floribus luteis.

*c. aethnensis*; foliis stipulisque velutino-pubescentibus ( a *Dec.* in *pr. l. c.* immerito cum *V. calcarata* conjuncta)

Ic. V. acaulos, purpurea, inolens, violae bicoloris foliis. *Cup. panph. 2. t. 31—Bon. t. 158.*

In apricis montosis; *Messina, Monte Scuderi, Noara, Mandanici*: varietas *b.* promiscue cum specie: varietas *c.* in elatioribus arenosis, *Etna.*

Aprili, Majo. ♃

Species *V. calcaratae* proxima: *caules* in utrisque caespitosi, ramosi, decumbentes, graciles, palmares, vel in hac sesquipedales; *folia* laete virentia; *flores* amoeni coerulei: differt hac vero caulibus magis elongatis; foliis caulinis ac stipularum lacinia impari angustioribus et longioribus. Praeterca tam in hac, quam in praecedente *sepala* semper integra observavi; sed *appendices* dentato-serratae—*Sepalum* inferius reliquis majus, et magis basi productum, praesertim in varietate *b.* Tamen haec nostra ab icone citata *Fl. Gr.* nonnihil recedi.

6. *V.* PARVULA. *Tin. pug. pl. rar. sic. p. 5—Guss. pr. 1. p. 256.*

V. villoso-pubescens, caule (brevissime) subsimplici erecto, foliis sub ciliatis, inferioribus suborbiculatis integerrimis, superioribus oblongo-lanceolatis, stipulis trifidis lacinia media oblonga, petalis ( lutescentibus) ac calcare calycem vix excedentibus.

*V. micrantha*, caule angulato simplici erecto, foliis oblongo-lanceolatis integerrimis, stipulis trifidis lacinia media oblonga, petalis calycem aequantibus. *Presl del. Prag. p. 27.*

V. tricolor, *bellidioides. Dec. pr. syst. nat. 1. p. 304*—V. aetnica, purpurea, pilosiuscula, Violae bicoloris foliis, inolens. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 93?*, ex quo—Viola aetnica, erecta, bicolor, hirsuta, minima, elatior, ac ramosior. *Cup. H. Cath. p. 230*, et V. aetnensis inolens. *Cup. l. c.*

Ic. V. minima, bicolor, flore candido, umbilico coeruleo. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 94*, et *panph. 1. t. 184* ac—V. erecta, bicolor, minima, alpina. *Cup. panph. 1. t. 197.*

In pascuis sylvaticis arenosis; *Madonie alle fosse di S. Gandolfo, Etna nella regione arenosa.*

Majo, Junio. ☉

*Planta* parva, vix sesquipollicaris, plus minus pubescens, aliquando fere canescens: *folia* radicalia 2-3 lin. lata, obtusissima, longe petiolata; caulina acutiuscula, 1-2 lin. lata: *pedunculi* gra-

ciles, folia excedentes: *sepala* ovata, obtusa: *flores* albidi, umbilico coeruleo: *capsulae* glabrae, et calyce vix majores: *calcar* brevissimum—Potius sequentis varietas, quam *V. tricoloris*, uti ax *Dec. l. c.*, et *Bertol.* in *fl. ital.* 2. p. 719.

7. *V. ARVENSIS. Roth. fl. germ.* 2. p. 273—*Pers. syn.* 1. p. 255.
V. glabriuscula, caulibus ramosis erectis, foliis imis cordato-ovalibus, stipulis pinnatifidis ciliatis, lobo medio lanceolato crenato, petalis breviter unguiculatis sepala glabra acuta vix excedentibus, calcare crasso obtuso (floribus bicoloribus).
V. tricolor *b. bicolor Poir. dict. enc.* 3. p. 640—*Guss. suppl.* p. 57.
—V. bicolor, arvensis. *Bauh. pin.* 200—*Cup. H. Coth.* p. 230.
Ic. V. sylvestris. *Lob. ic.* 611—V. assurgens, tricolor. *Dod. pempt.* 158? ; sed flores duplo majores—V. sylvestris, minima, altero pallens (sic), longifolia canescens. *Cup. panph.* 3. t. 119.
In Sicilia inter segetes; *seminati presso i gurghi della Piana* (*Gasparrini*) *Siracusa* (*Cosentini.*)
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* palmares vel pedales, basi puberuli, internodiis elongatis: *petioli*, et *folia* superiora, quae longiora ac oblongo-lanceolata, subciliati: *stipularum* laciniae laterales lineares, nec dilatatae nec falcatae, sed rectae: *pedunculi* graciles, valde elongati, 2-3-pollicares: *sepala* acuta, ciliata, capsulam subglobosam aequantia, trium superiorum auriculae breviores, rotundatae: *flores* duplo fere minores, quam in *V. tricolora*: *corollae* luteo-albidae, calcare 2 lin. longo, quod in praecedente fera obliterstum, sepalorum longiorum auriculas emarginatas acquante: *semina* albida, oblonga.
Cum sequente minime associanda; nam in *V. arvensi*, *radices* semper annuae; *caules* erecti, ad summum adscendentes, ac altiores, non diffusi; *flores* 2-3-ploque minores, *petalo* inferiore flavicante, basi tantum saturatiore; denique cultura permanet; et si charaterea isti pro aliis speciebus discriminandis valent, pariter pro hac valere debent.

---

† 8. *V. TRICOLOR. Lin. sp. pl.* 1326—*Ucria H. Pan.* p. 380— *Guss. pr.* 1. p. 256.
V. caule triquetro diffuso, foliis oblongis incisis, stipulis dentatis.
V. tricolor. *Cast. H. Mess.* p. 24.
In Sicilia (*Ucria* et *Castell.*)

## THESIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 410—*Endl. gen. n.* 2072.

*Cal.* persistens, inferne cum ovario connatus; limbo supero, 4-5-fido, interne colorato. *Stam.* calyci inserta, ejus laciniis opposita. *Cor.* nulla. *Nux* 1-sperma, calycis limbo coronata. (*Herba* annua, glaberrima: *folia* simplicia, integra, linearia, exstipulata, sparsa: *flores* racemosi, bracteati. *Santalaceae Juss.*)

1. *T. HUMILE. Vahl symb.* 3. p. 43—*Willd. sp. pl.* 1. p. 1212 — *Guss. pr.* 1. p. 257.
T. glabrum, caule ramisque erectis adscendentibusque, foliis angnato linearibus enerviis crassiusculis, calycinia lacinila nuce brevioribus demum involutis, floribus, subspicatis quinquefidis bracteatis, nucibus subsessilibus oblongis angulato-reticulatis bractea intermedia 2-3-plo brevioribus.
Ic. *Guss. pl. rar. t.* 20.

**In collibus aridis, vel subargillosis maritimis ;** *Palermo alla Vergine Maria , ed alla Bagheria* ( *Tineo* ) : *Marsala , Mazzara , Siculiana , Alicata , Terranova , Vittoria , Comiso , Noto , S. Croce , Catania* = et in *Lipari alle terre rosse.*
Aprili , Majo. ☉
*Caulis* 2 - 6 - pollicares , superne angulati : *folia* levia , semiteretia, acutiuscula , 1 - 1 1/2 poll. longa , 1/2 - 2 lin. lata ; inferiora integerrima , superiora minutissime serrulata : *flores* in apice caulis et ramorum spicati , virescentes, suffulti bracteis 3 ; duabus lateralibus brevissimis recurvis ; intermedia serrulata, foliis conforme , 3 - 4 - plo lateralibus longiore , 3 - 6 lin. longa : *calycis* laciniae acutae, sub anthesi patentes : *nuces* majusculae.

## LONICERA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 306—Endl. gen. n. 3337.*

*Cal.* persistens, inferne cum ovario adnatus ; limbo libero, brevissimo, supero , 5-dentato. *Cor.* 1-petala, supera , tubulosa ; limbo irregulariter 4-5-fido , laciniis patentibus. *Bacc.* 2-3-locularis , oligosperma. (*Frutices* opposite ramosi : *folia* simplicia, opposita, exstipulata : *flores* capitato-verticillati , vel gemini aut solitarii. *Lonicereae Endl.* )

* *Floribus capitato-verticillatis.*

1. *L.* IMPLEXA. *Ait. H. Kew. ed. 1. v. 1. p. 231—Viviv. fl. corsic. specim. p. 4*, excluso syn. *L. canescentis !* — *Guss. pr. 1. p. 257.*
L. glaberrima , foliis coriaceis sempervirentibus subtus glaucescentibus, imis distinctis, superioribus perfoliatis oblongis, floralibus urceolato-connatis suborbiculatis , corollis ringentibus, germinibus glabris eglandulosisque.
Caprifolium implexum. *R. S. s. veg. 5. p. 261* , excluso forsan synonymo *Willd.*—L. caprifolium. *Ucria H. Pan. p. 94* , non *Lin.*
Ic. *Sims Bot. mag. 640* ( ex *R. S.* ) ·
*b.* foliis inferioribus subcordatis connatis obovatis abrupte acutis.
L. balearica. *Dec. fl. fr. supp. p. 499*—Caprifolium balearicum. *R. S. l. c.*, excluso synonymo *L. siculae Ucria*, ad *Putoriam calabricum* spectante.
*c. longifolia* ; foliis elongato-oblongis ( 1 1/2 - 3 1/2 pollic.) obtusiusculis , caulinis inferioribus basi subdistinctis , superioribus basi confluentibus , floralibus connatis vix urceolatis obtusiusculis, corollis glabris , germinibus eglandulosis glabrisque , ut in *a.*
*cc.* foliis acutis mucronatisque.
L. implexa. *Hoffm.* et *Link Fl. port. 2. p. 29* , ex descriptione.
*d. ternifolia* ; foliis suborbiculato-ovatis ternis.
In fruticetis maritimis ; varietas *a.* in illis Siciliae meridionalis ; varietas *b.* in Sicilia septentrionali magis obvia = praeteres var. *a.* cum corollis glabris , *Maretimo ;* glabris , hirsutisque , *Felicuri , Panaria :* var. *c.* in dumetis et ad sepes, *Saline* : var. *d.* in sylvis , *Etna nella valle del bove* ( *Cosentini* ).
Aprili , Majo. ♄
*Cortex* ramorum, qui implexo-scandentes, saepe violaceo-rubens pruina albida: *folia* superne lucida, virentia ; in *a.* minus coriacea, ac subtus pulverulento-glaucescentia, et *flores* intensius rubentes ; *corollae* in utrisque hinc inde pilosae, ante anthesim albo-purpurascentes, in anthesi vero tubo roseo vel albido, pollicari et ultra, limbo externe

pallide roseo, intus albido: *flores* sessiles, suave olentes: *stamina* et *pistilla* corollis breviora: *baccae* ovatae, rore glaucae glabrae ac eglandulosae—Ejusdem speciei varietates esse *a.* et *b.*, ut jam asseruit Cl. *Vivian. l. c.*, mihi quoque videtur—Planta sicula a *L. implexa* foliis obtusioribus est parum aliena. In *c. pistillum* staminibus longius, demum exsertum; an species propria?—*Bracteae* in omnibus enumeratis varietatibus in fructu carnosae, lutescentes, fere obovatae, eglandulosae, et *flores* ut in sequente statim a foliis circumdati.

2. *L.* ADENOCARPA. *Guss. suppl. p. 58.*

L. glaberrima, foliis sempervirentibus subtus glaucis, caulinis basi connatis oblongis obtusis cum acumine, floralibus urceolato-connatis suborbiculatis, corollis ringentibus undique et germinibus apice pilosis, glandulis subsessilibus intermixtis.

Ic. *nulla.*

In sepibus, et in dumetis; *Maucini*, *Capopassaro*; et in *Felicuri.* Aprili, Majo. ♄

Omnia ut in praecedente; sed *baccae* apice glandulosae, ac pilis longis patentibus rigidiusculis albis tectae: *corollas* etiam interne pubescentes: *pistillum* staminibus aequale: *bracteas* apice rotundatae.

2. *L.* ETRUSCA. *Savi fl. pis. p. 256—Guss. pr. 1. p. 258.*

L. foliis deciduis subtus pubescentibus, inferioribus suborbiculatis subpetiolatis liberis, summis obovato-spathulatis connato-perfoliatis utrinque glabris, capitulis terminalibus subternis nudis, corollis ringentibus, germinibus glabris eglandulosis.

Caprifolium etruscum. *R. S. s. veg. 5. p. 261*—C. flavum. *Raf. pl. exsic.*—L. periclymenum. *Ucria H. pan. p. 94*, non *Lin.*—Periclymenum non perfoliatum, germanicum. *Cup. H. Cath. p. 166.*

Ic. *Santi, viaggi al monte Amiata t. 1.*

In dumetis, et ad sepes; *Palermo*, *Castellammare*, *Polizzi*, *Caltauturo*, *Carini*, *Ficuzza*, *Piana*, *Nicolosi*, *Bronte*, ec.

Majo, Junio. ♄

*Frutex* inter saepes longe excurrens et subscandens, cortice ramorum rubro: *folia* inferiora saepius late-obovata: *pedunculi* elongati, et inde flores basi nudi, non foliis statim circumdati ut in praecedentibus: *corollae* pollicares et ultra, sparse pilosae, externe flavo-rubentes, interne albido-flavescentes, suaveolentes: *genitalia* subexerta: *baccae* globosae, coccineae; suffultae bracteis, 1-2 lin. longis, obovatis, incurvis, glaberrimis, carnosiusculis, ex albido-luteolis, nitidiusculis, bacca duplo brevioribus.

** *Pedunculis bifloris.*

3. *L.* CANESCENS. *Schous. Pers. syn. 1. p. 215—Guss. pr. 1. p. 259.*

L. caule volubili, foliis perennantibus petiolatis cordato-ovatis obtusiusculis subtus ramulisque pubescentibus, pedunculis axillaribus solitariis folio brevioribus, baccia distinctis glabris.

Ic. L. biflora. *Desf. atl. 1. p. 184. t. 52.*

Ad sepes umbrosas; *Palermo al Parco.*

Majo, Septembri. ♄

*Frutex* valde scandens, et hinc ad ambulacra obtegenda saepius adhibetur: *folia* 1-2 1/2 poll. longa, 1/2-2 poll. lata, nervosa, supra cinereo-virentia glabriuscula, subtus albo-canescentia; superiora approximata, valde minora: *bracteolae* minutae sub floribus: *pedunculi* 2-3-flori, petiolo longiores: *flores* mane grate odori, sub anthesi ita approximati, ut fere fasciculati videntur: *corollae* pollicem longae, externe puberulae, sub anthesi albae, inde fla-

vescentes; laciniis oblongis, obtusis, subaequalibus, unica angustiore a reliquis superne remota, quatuor reliquis approximatis dependentibus: *stamina* ac *pistillum* corollam aequantia: *stigma* globoso-depressum, viridi-flavescens: *baccae* globosae, nigrae, cum pruina glauca.

4. *L.* XYLOSTEUM. *Lin. sp. pl.* 248—*Ucria H. Pan. p.* 95—*Guss. pr.* 1. *p.* 259.

L. caule erecto, foliis deciduis cordato-ovatis acutiusculis ramulis junioribus petiolis pedunculisque pubescentibus, pedunculis axillaribus solitariis folio brevioribus corolla longioribus, baccis glabris basi connatis.

Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 223—Periclymenum rectum, fructu gemino nigro, folio rotundiori. *Cup. panph.* 1. *t.* 57—Xylosteum. *Dod. pempt.* 412.

In dumetis, et sylvaticis montosis; *Madonie, Boschi di Caronia*, a *di Bronte.*

Junio, Julio. ♄

*Frutex* valde ramosus, in Sicilia 2-3-pedalis: *folia* pollicaria, integerrima, breviter petiolata, subtus villosiora ac pallidiora: *pedunculi* 6-8 lin. longi: *bracteae* duae sub flore, breves, lineares, oppositae: *flores* albi, inodori, externe puberuli, 3-6 lin. longi: *baccae* jam maturae rubentes.

## VERBASCUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 331—*Endl. gen. n.* 3878.

*Cal.* persistens, 5-partitus. *Cor.* infera, decidua, rotata, patens, vel subinfundibuliformis, 5-loba; lobis rotundatis, inaequalibus; tubo brevissimo. *Stam.* omnia, aut tria tantum lanata, corollae lobis alterna. *Caps.* polysperma, 2-locularis, 2-valvis; valvis inflexis, dissepimentum formantibus. (*Herbae* saepius biennes, ac lanato-floccosae: *folia* simplicia, alterna, exstipulata, ut plurimum decurrentia: *flores* flavi, racemoso-spicati, bracteati, percussi cito decidui. *Scrophularineae R. Brown.*)

* *Caule alato.*

1. *V.* THAPSUS. *Lin. sp. pl.* 252?—*Ucria H. Pan. p.* 97—*Guss. pr.* 1. *p.* 259.

V. albido-tomentoso-lanatum, foliis oblongis crenulatis, inferioribus obtusis in petiolum subattenuatis, superioribus acutis, racemo simplici apicato denso, corolla subinfundibuliformi calyce duplo longiore, antheris subaequalibus.

V. foliis incanis, mas, latifolium, floribus luteis arcte adhaerentibus. *Cup. H. Cath. p.* 227—V. mas, candidum. *Cast. H. Mess. p.* 47.

Ic. V. latius. *Dod. pempt.* 143?—Verbascum I. *Matth. comm.* 2. *p.* 487.

In campis submontosis sterilibus; *Palermo a S. Martino, Piana, Pizzuta, Messina, Spadafora, Catania, Milo*; ec.

Majo, Junio. ♂

*Caules* simplicissimi, 2-7-pedales, undique sub lana, quae aliquando lutescens, rubentes: *folia* crassiuscula, mollissima, uti tota planta tomento lanaeformi stellato implexo obducta; *radicalia* rosulata; caulina adscendendo minora: *racemi* densissimi, palmares vel sesquipedales: *bracteae* lanceolatae, acutae, inferiores calyce longiores: *capsulae* ovatae, tomentoso-lanatae, maturae nigrae, calycem aequantes: *corollae* ex albido-luteolae, vel luteae, nu-

quam exacte explicatae, externe pubescentes; *lobis* pallidioribus: *filamenta* duo longiora interne in medio pilis longis albis raria barbata, caeterum glaberrima, sub apice dilatata; *antheris* oblongis; *polline* croceo; tria breviora inter se aequalia, undique dense villosa, villis albidis; *antheris* sublinearibus: *stylus* basi, *germen* vero undique dense villosum.

Species extricatu difficilis, uti reliquae hujus generis. Hoc nostrum est certe *V. Thapsus*, *Ten. syll. p. 105*, tamen corollae non rotatae, et folia radicalia ampla, pedalia et ultra; sed a *V. Thapso* Galliae septentrionalia ac Angliae certe diversum; *habitu*, *tomenti* colore, *foliis* superioribus minus acuminatis, *floribus* duplo fere minoribus; at cum specimine ex Hollandia ab amico *Splitgerber* misso exacte quadrat, et forsan hac de causa Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 573* a vero *V. thapso* septentrionalium differre non putat. Idcirco species adhuc mihi dubia; quae si nova *V. neglectum* appellandam rursum propono—A *V. thapsiforme Schrad.* omnino alienum.

2. *V.* MACRURUM. *Ten. syll. p. 106.*

V. dense albo-vel luteolo-tomentosum, foliis crenulatis oblongo-lanceolatis, inferioribus obtusiusculis in petiolum attenuatis, superioribus acuminatis (raro cuspidatis), racemo elongato simplici spicato denso, corollae lobis calyce 4-plo longiori, antheris difformibus.

V. thapsiforme. *Guss. pr. 1. p. 260*, exclus. syn. *Schrad.* et *R. S. s. veg.*

V. foliis incanis sinuatis, maximum, odoratum, meridionalium, floribus luteis arcte caulibus adhaerentibus, et foliis multis angustis inter flores emanantibus. *Cup. H. Cath. p. 227?*

Ic. *nulla.*

In collibus aridis arenosis maritimis; *da Spadafora a Messina.*

Majo, Junio. ♂

*Habitus* et *tomenti color* omnino similes *V. crassifolio Hoffm.* et *Link*; sed *stamina* in nostro barbata; *corolla* magna, sesquipollicem lata, externe farinosa, lobis undulatis explanatis, duobus superioribus minoribus; *stamina* tria superiora omnino lanata, *pilis* flavescentibus; duo inferiora longiora, a basi ad medium lanata: *antherae* oblongae, quarum tres terminales, duae vero laterales, omnes crocatae: *pistillum* albidum, staminibus brevioribus aequale; *stigmate* laterali, virescente, glabro.

A praecedente egregie differt, tomento non lanato; caule elatiore firmiore; racemis compactioribus longioribus; floribus omnino explicatis, duplo majoribus. Huic similius est *V. thapsus* fl. Anglicae, quoad specimina accepta.

3. *V.* AUSTRALE *Schrad ?—Guss. pr. 1. p. 261.*

V. tomentosum ex albo-virescens, foliis crenatis, inferioribus oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis, caulinis inferioribus oblongis acutis superioribusque cordatis cuspidatis semidecurrentibus, racemi ramosi fasciculis remotis, antheris difformibus.

V. thapsoides. *Ucria H. Pan. p. 97*—V. mas, latifolium, alterum, incanius, longioribus augustioribusque foliis undulatis, minus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 93.*

Ic. *Schrad. mon. verbasc. t. 2 ?*

In collibus maritimis cum praecedente, et eodem tempore floret. ♂

*Caules* 2-3-pedales, sub tomento purpurascentes: *folia* superne approximata: *racemi* terminales, fere pedales, basi ramosi; ramis abbreviatis: *florum* fasciculi plus minus remoti, suffulti bracteis

pedunculos subaequantibus : *tomentum* tenue, non densum ut in praecedente.

4. *V.* SINUATUM. *Lin. sp. pl. 254 ?*, excluso synonymo *Tournefortii—Ucria H. Pan. p. 98—Guss. pr. 1. p. 261.*

V. cinereo-virescens, tomentoso-floccosum pulverulentumque, foliis radicalibus caulinisque inferioribus oblongis sinuatis pinnatifidisque undulato-crispis sessilibus cordatis, superioribus crenatis nudiusculis semidecurrentibus, racemis paniculatis, florum glomerulis distantibus; antheris aequalibus.

V. nigrum, luteum. *Cast. H. Mess. p. 47.*

Ic. V. aliud. *Matth. comm. 2. p. 492*—V. laciniatum, Matthioli. *Dalech. hist. 1302.*

*b. glabratum*; foliis scabris, subtus pubescentibus concoloribus.

*V. scabrum*, foliis radicalibus oblongis sinuatis scabris subtus pubescentibus concoloribus, caulinis amplexicaulibus oblongis obtusis pubescentibus, mediis semidecurrentibus, caule ramoso pubescente, floribus breviter pedicellatis, bracteis cordatis acuminatis, calycis subtomentosi lobis lanceolatis. *Presl fl. sic. 1. p. XXXV?*

In collibus, et agris sterilibus, ad vias, in ruderatis etc. in Sicilia = et in *Ustica*, *Lipari*, *Lampedusa*, *Marettimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*: var. *b. Palermo.*

Majo, Julio. ♂

*Caules* erecti, superne paniculati, sordide virentes, 2 - 4-pedales: *folia* radicalia rosulata, aliquando pedalia, et 3 poll. lata, in petiolum attenuata; caulina omnino sessilia, semidecurrentia in *b.* vix sinuata, semi-amplexicaulia, acuta; *pedunculi* brevissimi, bracteis aequilongi, raro solitarii, saepius 3-7: *corollae* flavae, diametro 5-6-lineari, in fundo purpureo-maculatae, lobis subaequalibus: *filamenta* omnia villis purpureis undique tecta.

Icon hujus speciei *Fl. gr. t. 222* cum nostro non in omnibus convenit, et multo minus Linnaeana descriptio; tamen cum illis *Schraderi, mon. p. 35*, et *Desf. alt. 1. p. 186*, bene quadrat. Praeterea de iconibus *Matth.* et *Dalech.*, in quibus *folia* non decurrentia repraesentantur, dubitat Cl. *Sibth. l. c. 3. p. 22* an ad varietatem *V. undulati Lam.* (plicati *Sibth.*) pertineant—Ex observatione *Linkii* hoc nostrum ad *V. graecum* spectat. An species distincta ?

** *Foliis adnato-sessilibus et petiolatis.*

5. *V.* ROTUNDIFOLIUM. *Ten. fl. nap. 1. p. 92—R. S. s. veg 4. p. 343—Guss. pr. 1. p. 262.*

V. dense tomentosum albo-cinereum, foliis crenatis, radicalibus suborbiculatis vel ellipticis longe-petiolatis, caulinis oblongis obtusiusculis, superioribus ovato-lanceolatis subcuspidatis sessilibus, racemi subsimplici, fasciculis remotiusculis, filamentis omnibus atro-purpureo-lanatis, capsulis ovoideis.

V. nigrum. *Ucria H. Pan. p. 97*, non *Lin.* — V. foemina, flore luteo. *Cast. H. Mess. p. 47 ?*

Ic. *Ten. l. c. t. 23.*

*b.* foliis ex albido-virescentibus.

In pascuis montosis; *Busambra*, *Madonie;* varietas *b. Monte de' Cani sopra Altavilla.*

Majo, Junio. ♂

*Caules* stricti, simplices, 1-3-pedales, sub tomento purpurascentes: *folia* radicalia 3-6 poll. longa, 2-3 poll. lata, rosulata, basi angustata, nunquam cordata; caulina superiora fere cordato - am-

plexicaulia: *racemi* simplices, vel basi ramis paucis brevibus instructi, 1 - 1 1/2 - pedales; florum *fasciculi* superiores approximati: *bracteae* inferiores flores excedentes, ovato-acuminatae; superiores lanceolato-lineares: *corollae* luteae: *filamenta* inaequalia: *capsulae* virentes, tomentoso-floccosae, demum glabratae, calycem duplo excedentes: *antherae* aequales.

6. *V.* FLOCCOSUM. *Wald.* et *Kit pl. rar. Hung. 1. p. 81—Pers. syn. 1. p. 215—Guss. pr. 1. p. 262.*

V. albo-tomentoso-floccosum, foliis radicalibus breviter petiolatis oblongis subundulato-crenatis, caulinis sessilibus ellipticis acutis, supremis suborbiculato-ovatis, racemis pyramidato-ramosis, fasciculis florum sparsis multifloris, filamentis omnibus albo - lanatis, capsulis subglobosis.

*V. laxiflorum*, foliis crenulatis utrinque denso tomentosis, pilis stellatis, radicalibus oblongo-ovatis mucronatis, caulinis sessilibus, supremis ovatis acuminatis, floribus paniculatis, fasciculis multifloris laxis. *Presl del. Prag. p. 76 ?*

Ic. *Wald.* et *Kit. l. c. t. 79.*

In aridis submontosis, et in sylvaticis; *Nicolosi*, *Caronia*, *Floresta*, *Milo*; et in collibus maritimis, *Torrenova*, *Acquedolci*, *Messina*, *Itala*.

Majo, Junio. ♂

*Caules* firmi, erecti, 2-5-pedales, basi simplices, superne paniculato-pyramidati, sub tomento detersibili purpurascentes: *folia* radicalia rosulata, acuminata aut saepius obtusa, superne non dense tomentosa, uti subtus, sed hinc illinc farinoso-floccosa, ac pallide virentia; caulina vero utrinque tomentosa: *racemi* 1 - 1 1/2 - pedales: *flores* flavi, parvi, breviter pedicellati, suffulti bracteis ipsis subaequilongis; *stamina* inaequalia: *capsulae* parvae, calycem vix excedentes.

Speciem *Preslii* cum hac conjungere putavi, ut jam fecit Cl. *Spr.* in *s. veg. 1. p. 619.*

7. *V.* REPANDUM. *Willd. en. H. Ber. 1. p. 226?—R. S. s. veg. 4. p. 549? —Guss. pr. supp. p. 59.*

V. foliis glabriusculis, radicalibus caulinisque inferioribus oblongis obtusis subsinuatis inaequaliter crenatis subciliatis, superioribus acutis amplexicaulibus ovato-oblongis inaequaliter dentato-crenatis, racemis elongatis, pedunculis calyce sublongioribus solitariis, inferioribus 1-3, filamentis omnibus purpureo-barbatis, unico brevissimo.

V. blattaria. *Guss. pr. 1. p. 263.* exclus. syn. *Lin.* et *Dodon.* icone—V. blattaria. *Ten. syll. p. 115.* ex loco! — Blattaria lutea. *Cast. H. Mess. p. 54.*

Ic. B. lutea, Brassicae foliis, florum petiolis curtis. *Cup. panph. 1. t. 72.*

*b.* floribus dilute lutescentibus.

Blattaria flore gilvo, sive obsoleti coloris. *Cup. H. Cath. p. 30* — B. flore albo. *Cast. H. Mess. p. 5.*

In arvis argillosis, ad vias in Sicilia.

Junio, Augusto. ♂

*Caules* superne ac *pedicelli* piloso-pubescentes: *folia* radicalia rosulata, obscure virentia; caulina pauca, remota: *pedunculi* sat raro gemini, vel terni, bracteas vix superantes vel aequantes; hinc etiam a *V. annuo Mill.* videtur diversum: *calycis* laciniae recurvatae, obovato-lineares, una cum *pedunculis* et *capsulis* glandulis sessilibus ac pedicellatis tectae: *stamina* male aequalia dixi, nam duo longiora sunt, duo breviora, quintum brevissimum: illa

sub apice glabra, interne ad medium villis violaceis tecta; reliqua undique dense villosa, villis inferioribus violaceis, sub apice vero pallidioribus vel albidis; fere omnibus apice clavatis: *semina* oblonga, truncata, subangulata, fusca, corrugato-scabra.

*V. Blattaria* ab Austria acceptum, nec non illud a *Gasparrini* in Lucania collectum satis differt, *caule* minus ramoso, *ramis* magis approximatis; *foliis* caulinis revera duplicato-argute serratis, magisque acuminatis; *pedunculis* duplo longioribus: quibus speciminibus icon *Dodon.*, quam mediocram dixi, ex asse quadrat. Interim planta sicula a descriptione *Willd.* etiam discrepat: *foliis cauleque* sparse villosis; *pedunculis* omnibus aequalibus, non vero superioribus longioribus. Forsan istis observationibus innixus Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 2. *p.* 585 hoc ad *V. virgatum* refert; sed nec hujus speciei descriptio, nec icon *Lobelii* 564, cum nostra bene quadrant, et specimiuum defectu nihil certi affirmare audeo.

---

† 9. *V. ANNUUM. Mill. dict. n.* 11.

V. foliis radicalibus oblongis integerrimis utrinque atroviridibus, caulinis acutis sessilibus, pedunculis aggregatis.

In Sicilia ex *R. S. s. veg.* 4. *p.* 348, in notis.

*Annuum* non est, sed bienne: *folia* inferiora 10-pollicaria, 2 1/2 poll. lata, apice rotundata: *caulis* 4-9-pedalis, foliis parvis acuminatis, sessilibus: *spica* longa, laxa, terminalis: *flores* in pedunculis tenuibus fasciculati, magni, saturate lutei: *capsulae* magnae, fuscae—Haec referunt *R. S. l. c.*; quibus characteribus cum praecedente mihi convenire quoque videtur.

† 10. *V. ALOPECUROIDES. Biv.* (*Andr.*) *piant. ined. p.* 7.

Differt a *V. Alopecuro* lobis calycinis haud ovatis, sed lineari-lanceolatis.

*Folia* inferiora crenato-dentata, dentibus obtusis, petiolata, ovata, obtusiuscula, superne glabriuscula, subtus praesertim ad nervos flocoso-lanata, adscendendo sessilia, tenuissime crenato-dentata, acutiuscula: *petioli* dense floccoso-lanati, ex albo-rufescentes: *caulis* haud angulatus, teres, sesquipedalis, inferne floccoso-lanatus, adscendendo pilis floccosis sparsus: *spica* elongata: *flores* 1-5 in glomerulis subfasciculatis coadunati, inferiores pedicellati; pedicellis subincanis, filiformibus, 1-2 1/2 lin. longis; superiores sessiles, raro brevissima pedicellati: *calyx* quinquelobus, subincanus, lobis lineari-lanceolatis, acutis: *corolla* extus pubescente-lanata. *Biv. l. c.*

SOLANACEAE. *Juss.*

*Frutices*, aut herbae, plus minus virosae: *folia* alterna, simplicia, indivisa, vel varie secta, exstipulata: *calyces* 1-sepali, persistentes: *corolla* 1-petala, infera: *stamina* lobis corollae alterna: *fructus* capsularis vel baccatus. (*Gen.* a *Datura* ad *Lycium.*)

## DATURA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 332—*Endl. gen. n.* 3845.

*Cal.* tubulosus, angulatus aut teres (magnus), 5-dentatus, prope basim demum circumscissus, et inde deciduus; basi orbiculata persistente. *Cor.* infundibuliformis; limbo plicato, 5-dentato. *Caps.* polysperma, inferne 4- superne 2-locularis, 4-valvis.

(*Plantae* annuae, foetidae: *caules* erecti, superne dichotome ramosi: *folia* integra, vel angulato-dentata: *flores* solitarii, axillares, majusculi, albi, vel coerulescentes odori.)

1. *D.* FEROX. *Lin. sp. pl. 255—Guss. pr. 1. p. 264.*

D. glabra, capsulis erectis ovatis crasse spinosis, spinis summis maximis (6-8 lin. longis) convergentibus, foliis ovatis ellipticisque inaequaliter sinuato-dentatis.

Solanum foetidum, pomo aculeis crassioribus et robustioribus donato. *Cup. H. Cath. p. 206.*

Ic. Stramonium ferox. *Bocc. sic. p. 50. t. 26* — Stramonium, seu Datura ferox, pomo crassioribus aculeis robustioribus. *Moris. hist. 5. s. 15. t. 2. f. 4* (bona).— *Cup. panph. 2. t. 17.*

In arvis cultis pinguibus; *Messina*, ubi primus invenit *Arrosto*.

Augusto, Septembri. ☉

*Caules* 1 1/2 - 2 - pedales; ramis junioribus puberulis: *folia* pallide virentia, plus minus acuta, basi aliquando cordata, saepius cuneata, petiolata; in ramis ad eorum divisionem, ut in aliis opposite inserta: *pedunculi* crassi, sub-clavati, 3 - lineares: *calyces* striati, puberulo-farinosi, acute 5-dentati: *corollae* erectae, albido-coerulescentes, 1 1/2 poll. longae, calyce duplo longiores: *capsulae* virentes, pollicares, et ultra; spinis in ipsius apice crassissimis, et prae reliquis 3 - 5 - plo longioribus.

2. *D.* STRAMONIUM. *Lin. sp. pl. 255—Ucria H. Pan. p. 98 — Guss. pr. 1. p. 264.*

D. glaberrima, capsulis erectis ovato-ellipticis spinosis, spinis brevibus divergentibus subaequalibus, foliis cordatis ovatis acute angulato-dentatis.

Solanum foetidum, pomo spinoso oblongo. *Cup. H. Cath. p. 206*— Stramonium flore albo, et purpureo. *Cast. H. Mess. p. 22.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 115—Fl. dan. t. 436*—Stramonia, seu Datura major, foetida, pomo spinoso oblongo. *Cup. panph. 2. t. 209*—Solanum maniacum, Dioscoridis. *Columm. phyt. p. 46. t. 47*, optima— Stramonia altera, major. *Bauh. hist. 3. p. 624.*

In cultis, pinguibus, ruderatis, fimetis; *Palermo, Lentini, Comiso, Catania, Terranova, Barcellona, Palagonia, Militello di Val di Noto, Monumenti, Giarre*, ec. = et in *Lipari.*

Julio, Septembri. ☉

*Planta* undique laete virens, sed foetidissima, et frigoris impatiens: *caules* fistulosi, 1 - 4 - pedales: *folia* saepius ampla, basi oblique cordata, aut cuneata; inferiora longius petiolata: *pedunculi* 4-6 lin. longi: *calyces* acute angulati, pollicares et ultra; dentibus acuminatis, brevissimis: *corollae* albae, erectae, 2-4-pollicares; limbi angulis acuminato-attenuatis, fere filiformibus: *stamina* et *pistillum* alba, inclusa: *capsula* majuscula; spinis validis, sed brevioribus, quam in praecedente: *semina* atra, foveolata, ut in reliquis compresso-reniformia.

3. *D.* METEL. *Lin. sp. pl. 256—Ucria H. Pan. p. 98—Guss. pr. 1. p. 265.*

D. pubescens, capsulis spinosis nutantibus globosis, foliis oblique cordatis ovatis subintegris.

Ic. Stramonia. *Dod. pempt. 460—Fuchs. hist. p. 90* melior.

In cultis arenosis secus vias; *fra Messina e S. Stefano di Messina, nella strada presso il mare* = et in *Pantellaria.*

Majo, Junio. ☉

*Caules* 2 - 3 - pedales, et uti folia saepius cinereo-pubescentes: *folia* acutiuscula, integra: *calyces* 3 - 4 poll. longi, dentibus acuminatis: *pedunculi* 5-6-lineares: *corollae* erectae, albae, 5 - 6 pol-

licares : *capsulae* pubescentes, majusculae, spinis denso villosis patentibus apice fere attenuato-aristatis flexibilibus tectae.

4. *D. Bertolonii. Parlat. ined.*

D. capsulis erectis ovatis inermibus, foliis puberulis late ovatis ab ipsa basi angulato-dentatis, caule farcto.

D. levis. *Bertol. fl. ital. 4. p. 780*, non *Lin.*

Ic. *nulla.*

In campis maritimis; *Palermo presso Romagnoso* (*Parlat.*)

Septembri, Octobri. ⊙

Differt a *D. levi*, *caule* farcto; *foliis* puberulis, crassioribus, obscurius virentibus, et ab ipsa basi dentatis, non ut in illa basi integerrimis ac cuneatis; *capsulis* crassioribus, illis praecedentis similibus; et *habitu* — *Flores* ex sicco videntur albi, ac parvi, ratione plantae: *folia* quod formam illa *D. Stramonii* affinia.

---

*D. fastuosa*, *Lin. sp. pl. 256*, cujus icon adest in *Cupani panph. 1: t. 56* sub nomine *D. aegyptiaca, foetida, semine pallido, pomo spinoso rotundo, flore violaceo simplici, duplici, triplicique*, non est certe Siciliae indigena, et nonnisi culta in hortis invenitur.

## HYOSCIAMUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 333—Endl. gen. n. 3847.*

*Cal.* tubulosus, persistens, 5-dentatus. *Cor.* Infundibuliformis; limbo obliquo, inaequaliter 5-lobato, lobis rotundatis. *Caps.* polysperma, 2-locularis, calyce tecta, circumscissa; operculo 2-loculari. (*Herbae* perennes vel biennes, villoso-unguinosae ac foetidae: *caules* ante anthesim apice nutantes: *folia* integra, vel angulato-dentata: *calyces* nervosi: *flores* lutei, axillares, solitarii, in apice caulis et ramorum fere racemoso-spicati.)

1. *H. niger. Lin. sp. pl. 257—Ucria H. Pan. p. 99—Guss. pr. 1. p. 265.*

H. foliis oblongis, radicalibus pinnatifido-sinuatis, superioribus amplexicaulibus semidecurrentibus acute sinuato-dentatis, floribus subsessilibus reticulato-venosis.

H. vulgaris, vel niger. *Cup. H. Cath. p. 99.*

Ic. *Fl. dan. 1452—Bull. herb. de Fr. t. 93—Sturm fl. germ. p. 1. f. 3*—H. niger. *Dod. pempt. 450.*

In pinguibus, et in fimetis in submontosis; *Villalba, Miceli, Caltanissetta, Floresta.*

Aprili, Majo. ♂

*Caules* erecti, saepius simplices; *folia* ima radicalia in petiolum attenuata, aliquando integra: *flores* inferiores remotiores: *calyces* post anthesim fere campanulati, acute 5-dentati: *corollae* sordide flavescentes, calyce 3-plo longiores, externe pubescentes, intus venis nigris (in fauce vero coeruleis) reticulatae; fundo uti antherae, atrocoeruleo, venis obliteratis: *filamenta* alba: *stylus* coerulescens; *stigmate* capitato, albido—*Calyces* in fructu evadunt spicati, ac secundi.

3. *H. albus. Lin. sp. pl. 257—Ucria H. Pan. p. 100—Guss. pr. 1. p. 266.*

H. foliis petiolatis, imis orbiculatis subintegris, reliquis cordato-ovatis obtuse sinuato-lobatis, floribus subsessilibus concoloribus.

H. albus. *Cast. H. Mess. p. 59.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 117. f. 2*—H. albus. *Dod. pempt. 451—Matth. comm. 2. p. 411.*

*b.* corollis fauce, et basi atropurpureis.

H. albus, minor. *Cup. H. Cath. p. 99*—H. major, albo similis, umbilico floris atropurpureo. *Tourn. herb.* apud *Juss.*, et *Coroll. p. 5.*
Ic. *Bull. herb. de Fr. t. 99—Sibth. fl. gr. t. 230.*
Secus vias, in ruderatis, et in fimetis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Felicuri*, *Salino*, *Lipari*, *Favignana*, *Maretimo*, *Lampedusa*: var. *b.* passim in Sicilia = et in *Ustica*, *Panaria*, *Lipari*, *Pantellaria*.
Floret per totum annum. ♂, et ♃
*Caules* saepius ramosi: *folia* crassiuscula, dentibus obtusis: *flores* brevissime pedunculati: *calyces* tubulosi, acute vel obtuse dentati, uti caules hirsuto-lanati: *corollae* calyce duplo longiores, externe sordide lutescentes; interne in limbo luteolae, fundo viridi in *a.*, nunquam reticulatae, praecedentis minores: *antherae* majusculae, candidae: *stylus* et *filamenta* albida, vel pallidissime violacea: *stigmata* capitata.
*Folia* hujus ac *Mandragorae officinarum* contusa, et cum pane cocto commixta ad tumores siphyliticos vel alterius naturae suppurandos in *Lampedusa* ab incolis utilissime adhibentur.

## ATROPA.

*R. S. s. veg. 4. p.* LX.—*Endl. gen. n. 3857.*

*Cal.* 5-partitus, persistens. *Cor.* campanulata, ventricoso-ovata; limbo 5-fido. *Filam.* filiformia (non dilatata), basi conniventia, villosa, superne distantia. *Bacc.* 2-locularis, polysperma; placentis linea dorsali dissepimento insertis. (*Herba* perennis, foetida, subunguinosa: *folia* saepe gemina, altero tunc minore: *pedunculi* extraxillares, ut plurimum 1-flori: *flores* triste purpurascentes, nutantes).

1. *A.* BELLADONNA. *Lin. sp. pl. 260—Ucria H. Pan. p. 102—Guss. pr. 1. p. 266.*
A. caule herbaceo erecto apice 2-3-chotomo, foliis petiolatis ovatis oblongisque integerrimis, pedunculis unifloris nutantibus.
Solanum melanocerasos. *Cup. H. Cath. p. 203* — S. somniferum, bacciferum. *Cast. H. Mess. p. 22.*
Ic. *Jacq. austr. 309—Bull. herb. de Fr. t. 29* — Solanum lethale. *Clus. hist. 2. p. 86.*
In sylvis montosis solo pingui; *Ficuzza alle fosse della Neve*, *Madonie alle Favare*: *all' acqua del Salto ed alla Colma grande* (*Parlatore*): *Bosco di Caronia*, *di Mistretta*, di *Montalbano*, *di Francavilla*.
Junio, Septembri. ♃
*Caules* firmi, uti *folia* pubescentes, et nonnihil unguinosi, 2-raro 3-chotomi: *folia* obscure virentia, ovato-subrotunda, vel ovato-oblonga, superiora basi attenuata: *pedunculi* fere pollicares: *calyces* in anthesi campanulati, in fructu stellato-patentes; laciniis acutis, corollis duplo brevioribus: *corollae* 6-10 lin. longae; limbi laciniis acutiusculis, recurvis: *antherae* albidae: *stigma* viride, capitatum: *baccae* nigrae, nitidae, *Cerasi* magnitudine: *odor* totius plantae virosus.
*Nicotiana fruticosa*, *Ucria H. Pan. p. 101*, non *Lin.* ex loco et nomine vernaculo ad hanc speciem spectat.

## MANDRAGORA.

*R. S. t. veg. 4. p. LV.—Endl. gen. n. 2839.*

*Cal.* persistens, turbinatus, 5-fidus. *Cor.* campanulata, 5-fida. *Filam.* basi dilatata, et approximata, ibique barbata. *Bacc.* 2-locularia, sed dissepimento obliterato 1-locularis. (*Herba* perennis, acaulis: *folia* omnia radicalia, rosulata: *pedunculi* radicales, numerosi, uniflori: *flores* coerulei).

1. *M. officinarum. Lin. sp. pl. ed. 1. p. 181—Bertol. el. pl. H. Bon. an. 1824. p. 6.* et *Comm. de Mandr. p. 10—Guss. pr. 1. p. 267.*
   M. foliis oblongo-lanceolatis ovalibusque undulatis, acutis obtusiave, laciniis calycinis lanceolato-linearibus elongatis acuminatis baccam oblongam aequantibus.
   M. autumnalis. *Bertol. el. pl. H. Bon. an. 1820. p. 6—Spr. s. veg. 1. p. 699*—Atropa mandragora, *b. Willd. sp. pl. 1. p. 1017 — Ucria H. Pan. p. 101*—M. fructu rotundo. *Cup. H. Cath. p. 137,* et *suppl. alt. p. 59*—M. foemina. *Cast. H. Mess. p. 14.*
   Ic. *Bertol. comm. l. c. t. 2*—Atropa mandragora. *Sibth. fl. gr. t. 232.*
   In campis, agris, collibus, ad vias ubique in Sicilia = et in *Maretimo*, *Favignana*, *Lampedusa.*
   Septembri, Octobri. ♃
   *Folia* breviora vel longiora, plus minus rugosa, superne intense glauco-virentia, subtus pallidiora, in petiolum attenuata, glabra vel hirsutiuscula, 2-6 poll. lata, margine integra: *pedunculi* 2-5-pollicares, pubescentes, uti corollae, colorati: *calycis* laciniae acutae, carinatae, virentes, tubo basi atrocoeruleo: *corollae* pallide aut intense violaceae; externe nervosae et pubescentes: *bacca* aliquando subglobosa, succulenta, majuscula, ingrate olens, maturitate fere aurantiaca.
   Plerumque caules brevissimi, vix pollicares, in plures pedunculos divisi observantur — A *M. vernali* potissimum differt *laciniis* calycinis elongatis, florendi *tempore* autumnali, *bacca* minore—Confer *Bertol. l. c.*

## PHYSALIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 336—Endl. gen. n. 3851.*

*Cal.* persistens, 5-dentatus. *Cor.* campanulato-rotata, plicata. *Anth.* conniventes, longitudinaliter dehiscentes. *Bacc.* 2-locularis, calyce angulato demum inflato tecta. (*Frutices*, vel *herbae* perennes: *folia* alterna, saepe gemina, altero minore: *flores* intra vel extra axillares, solitarii aut conferti, parvi, lutei, concolores vel fuscomaculati.)

1. *P. somnifera. Lin. sp. pl. 261 — Ucria H. Pan. p. 102 — Guss. pr. 1. p. 268.*
   P. caule fruticoso terete, ramis rectis, foliis ovatis integris acutiusculis subtus flocoso-villosis, floribus confertis.
   Solanum somniferum, verticillatum. *Cup. H. Cath. p. 203,* et *supp. alt. p. 84—Cast. H. Mess. p. 22.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 103—Jacq. fil. ecl. t. 22*—Solanum somniferum. *Clus. hist. 2. p. 85.*
   Ad sepes, secus vias, et in sylvaticis in regionibus maritimis; *Catania*, *Siracusa*, *Aci*, *Palermo ai Ficarazzi ed alle falde meridionali di Monte Gallo.*

Majo, Augusto. ♄

*Caules* 2 - 3 - pedales, uti petioli, calyces, et corollae externe plus minus flocceso-villosi, ac canescentes: *folia* 1-4 poll. longa, 1/2-3 poll. lata, supra glabrata, suprema subsessilia: *calyces* fere sessiles, dense glomerati, in fructu ovato-conici; laciniis ovato-lanceolatis, apice attenuatis: *corollae* parvae, vix calycem excedentes, viridi-flavescentes: *baccae* globosae, parvae, jam maturae coccineae.

2. P. EDULIS. *Cyr.* in *Balbis Cat. H. Taur. an. 1813—Guss. supp. p. 61.*

P. molliter pubescens, caule suffruticoso ramisque subflexuosis subteretibus, foliis solitariis geminisque cordato-ovatis integris subrepandis acutis, calycibus fructiferis angulatis pendulis, laciniis acuminatis, baccis levibus.

Solanum virginianum, fructu luteo. *Cup. H. Cath. p. 205.*

Ic. *Sims. bot. mag. t. 1068*, ex *R. S. s. veg. 5. p. 675.*

Inter sepes, vel in dumetis locis cultis proximis; *Alicuri lungo la strada nelle siepi, e ne' prunai prima di arrivare alla chiesa.*

Majo, Junio. ♃, et basi ♄

*Caules* 2-3. pedales, basi diametro fere pollicari, dichotomo-ramosi; *ramis* lineis duabus approximatis rufescentibus subangulati: *folia* 1 1/2 - 2 1/2 poll. longa, 1 - 2 poll. lata; supra lineata, obscure virentia; subtus lacunoso-nervosa, pallidiora ac magis pubescentia: *petioli* semiteretes, subcanaliculati, 1 - 2 pollicares: *flores* nutantes, pedunculati, axillares, vel ex dichotomia; *pedunculis* saepe fusco-coloratis, 4-6-linearibus: *calyces* 10-nervosi; nervis quinque coloratis per dentium apices excurrentibus; in fructu ovato-elliptici, virentes, pollicem longi, dentibus acuminatis tunc conniventibus, et fere spiraliter tortis: *corollae* calyce duplo longiores, pallide lutescentes; limbo intus pubescente ac maculis quinque notato; tubo brevi, interne undique densissimis luteisque villis obsito: *stamina* et *pistillum* fusco-violacea: *baccae* jam maturae *Cerasi* magnitudinis, aurantiacae, edules, acidulae ac grate odorae.

Male haec species cum *P. pubescente* adhuc confusa; a qua *radice* perenni, imo *caule* in calidioribus fruticoso: *pubescentia* minime viscosa omnium partium; *habitu* denique quam certe distincta, sicut cultura plurium annorum probavit— Quamvis haec, et forsan *Lycopersicum esculentum* exoticae sint; tamen nunc in sylvaticis inter saxa meridiem spectantia passim in illa insula absque ulla cura sponte proveniunt.

3. P. ALKEKENGI. *Lin. sp. pl. 262—Ucria H. Pan. p. 102 — Guss. pr. 1. p. 263.*

P. caule herbaceo, foliis ovatis integris vel obiter angulato-dentatis acutis, floribus solitariis pedunculatis, calycibus in fructu coloratis pendulis.

Solanum vesicarium. *Cup. H. Cath. p. 202—Cast. H. Mess. p. 21.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 234—Sabb. H. Rom. t. 65*—Solanum vesicarium. *Dodon. pempt. 454.*

In sylvaticis montosis humentibus; *Madonie all' aequa del Canale, Bosco di Caronia.*

Junio, Julio. ♃

*Radix* repens; *caules* adscendentes, alterne ramosi, 1/2 - 1 - pedales, saepius flexuosi: *folia*, uti caules, glabra vel puberula, solitaria aut gemina: *calyces* virentes, in fructu uti baccae aurantiaci ac valde aucti et inflati, subcoriacei: *flores* sordide albi: *baccae* globosae, edules, et ejusdem magnitudinis praecedentis.

## SOLANUM.

*Endl. gen. n. 3835.*

*Cal.* persistens, 5-partitus. *Cor.* rotato-plicata, 5-fida; laciniis patentibus vel reflexis. *Anther.* conniventes, apice poro gemino dehiscentes. *Bacc.* globosa, pulposa, farcta, 2-4-locularis, polysperma. (*Frutices*, vel *herbae* perennes, annuaeque: *folia* solitaria, aut gemina: *flores* racemoso-corymbosi, terminales, axillares, aut extraxillares, coerulei vel albi).

1. *S.* SODOMEUM. *Lin. sp. pl. 268*, excluso synonymo *Pluknetii*— *Ucria H. Pan. p. 105—Guss. pr. 1. p. 269.*

S. fruticosum aculeatum, aculeis rectis basi dilatatis, foliis oblongis sinuato-pinnatifidis, lobis obtusis angulatis sinuatisque, supra glabris subtus pilosiusculis, junioribus utrinque farinoso-pilosis, pilis stellatis simplicibusque, corymbis paucifloris.

S. astrophorum. *Jan elensh. p. 4*—S. Hermanni. *Dunal Sol. p. 212.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 253*—*Lam. ill. gen. t. 115. f. 1*—S. pomiferum, frutescens, africanum, spinosum, nigricans, Boraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Moris. hist. 3. s. 13. t. 1. f. 15.*

In arenosis maritimis, in collibus, ac in sepibus mari proximis; *da Palermo a Messina, e da Messina a Terranova* = et in *Ustica, Saline all'arenella, ed alla marina di S. Maria, Stromboli, Panaria, Lipari, Vulcano, Lampedusa alla cala della Madonna ed alla Croce.*

Aprili ad Autumnum. ♄

*Caules* valde ramosi, tortuosi, erecti, 2-8-pedales; juniores intense virentes, uti folia superne, quae vero subtus pallidiora: *folia* petiolata, sliqnsndo bipinnatifida: *corymbi* 3-5-flori, pedunculati, extraxillares; *pedunculis* 1-1 1/2 poll. longis: *pedicelli* 5-7-lineares, alterni: *calyces* parvi, ac folia aculeati: *corollae* coeruleae, calycem excedentes, diametro 7-9-lineari; laciniis acutis: *baccae* majusculae, lutescentes, demum sordide spadiceae vel nigrescentes.

*Folia* juniors utrinque, uti *petioli*, *pedunculi* (valde aculeati), *calyces* et externo *corollae* pilis stellatis tecta; adulta superne glabra, et tunc nuda ut in Linnaeana descriptione dicuntur.

2. *S.* DULCAMARA. *Lin. sp. pl. 264*—*Ucria H. Pan. p. 105*— *Guss. pr. 1. p. 270.*

S. caule inermi fruticoso scandente, foliis cordato-ovatis glabris superioribus auriculato-hastatis, corymbis oppositifoliis terminalibusque.

S. scandens, sive Dulcamara. *Cup. H. Cath. p. 205*—*Cast. H. Mess. p. 45*, et Amaro-dulcis. *Cast. l. c. p. 2*, et *45*.

Ic. *Sturm fl. germ. p. 1. f. 18*—*Bull. herb. de Fr. t. 23*—Amara dulcis. *Lobel. ic. 895.*

*b. pubescens; R. S. s. veg. 4. p. 581*: caule foliisque pubescentibus.

S. litorale. *Link en. alt. H. Berol. 1. p. 183.*

In sepibus, et in dumetis humentibus in Sicilia passim: varietas *b. Palermo, Amorosa al sud di Busambra, Siracusa.*

Aprili, Junio. ♄

*Caules* sarmentosi; *folia* laete virentia, acuminata, integerrima; superiora plerumque ita profunde secta, ut ternata videntur: *corymbi* multiflori, pedunculati; *pedicellis* 5-7-linearibus, divaricatis: *bracteae* obsoletae: *corollae* violaceae, calyce multo longiores; laciniis reflexis: *baccae* erectae, globoso-ellipticae, parvae, coccineae.

Varietas *b.* minime species distincta, nam sensim ab una ad al-

teram itur—Icon *Dillenii H. Elth. t. 273. f. 252*, quae ad varietatem *b. S. dulcamari* citatur, a nostra varietate *b.* differt, foliis crassioribus et non auriculatis.

3. *S. moschatum. Presl del Prag. p. 77.—Guss. pr. 1. p. 270.*

S. caule herbaceo perennanti inermi ramisque angulatis pubescentibus, foliis ovatis dentato-angulatis scabriusculis ciliatis, corymbis extrafoliaceis pedunculatis, pedicellis refractis, baccis nigris.

S. nigrum. *Ucria H. Pan. p. 104*, non *Lin.*—S. officinarum. *Cup. H. Cath. p. 202*—S. hortense. *Cast. H. Mess. p. 45.*

Ic. *nulla.*

*b.* caule basi suffrutescente, foliis ovali-oblongis acutis obiter dentato-subangulatis pubescenti-scabris.

In hortis, cultis, et ruderatis in Sicilia = et in *Ustica* (*Calcara*), *Lampedusa*, *Pantellaria*, *Isole Eolie*, utraeque varietates.

Majo ad Autumnum. ♃ et var. *b.* basi ♄

*Caules* plus minusque pubescentes ac scabri, et in locis calidioribus vel meridiem spectantibus basi suffruticosi evadunt; idcirco, *S. parviflorum*, caule erecto ramoso angulato glabriusculo, angulis per glandulas 1-2 pilis incurvis terminatas scabris, foliis subcordatis petiolatis scabris, baccis nigris, *Moret. fl. it. ined.*, et *Badarò Osservazioni*, ec., *Giornale di Fisica di Pavia*, *dec. 2. v. 7. p. 364*, forsan hujus quoque speciei varietas est, assentiente Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 634*—*Odor* totius plantae moschatus.

4. *S. nigrum. Willd. en. H. Ber. 1. p. 236—Guss. supp. p. 162.*

S. glabriusculum, caule herbaceo inermi angulato, foliis ovatis oblongisque basi attenuatis dentato-angulatis, corymbis extrafoliaceis pedunculatis, pedicellis refractis, baccis nigris.

S. nigrum, *a. vulgatum. Lin. sp. pl. 266.*

Ic. *Bull. herb. t. 67—Reich. cent. 10. f. 1283.*

In hortis, et in cultis pinguibus: *Siracusa*, *Lentini* (*Splitgerber*).

Majo, Augusto. ⊙

*Folia* nudiuscula: *odor* virosus, non moschatus.

5. *S. miniatum. Bernardi*, in *Willd. en. H. Ber. 1. p. 236 — Guss. pr. 1. p. 271.*

S. villosum, caule herbaceo, ramis angulato-alatis, foliis ovatis repando-dentatis, corymbis extrafoliaceis pedunculatis, pedicellis refractis, baccis rubris.

S. rubrum. *Ucria H. Pan. p. 105*, non *Lin.*—S. officinarum, acinis punicantibus. *Cup. H. Cath. p. 202*—S. hortense, rubrum. *Cast. H. Mess. p. 45.*

Ic. *Reich. cent. 10. f. 1327.*

In cultis, et ruderatis in Sicilia = et in *Ustica*, *Pantellaria*.

Junio, Septembri. ⊙

In hoc et in duobus praecedentibus, *caules* superne dichotomo-ramosi, saepius atropurpurei: *folia* caulina solitaria, longe petiolata; ramea saepius gemina, basi obliqua: *corymbi* pauci, vel multiflori; *pedicellis* refractis!: *calycis* laciniae, et corollae reflexo-patentes: istae parvae, albae, calyce tamen duplo longiores; lobis obtusiusculis: *baccae* Pisi parvi magnitudine, glabrae.

A descriptione *S. miniati Willd. l. c.*, et *R. S. s. veg. 4. p. 590*, discrepat *ramis* angulatis, *angulis* minime dentatis; ita ut videatur species inter hoc et *S. villosum* media; tamen a *S. villoso* etiam diversa *ramis* angulatis non teretibus—*S. rubro Mill.* in *Reich. cent. 10. f. 1328*, quoad caulem erectum, et lacinias calycinas obtusas quoque satis proximum, sed *habitus* et *folia* aliena sunt.

## LYCOPERSICUM.

*Dunal Sol. p. 109*, in *R. S. s. veg. 4. p. LIV—Endl. gen. n. 3856.*

*Anth.* conicae, membrana apice elongata connatae, intus longitudinaliter dehiscentes. *Sem.* villosa. Reliqua ut in *Solano*. ( *Caulis* basi suffruticosus: *folia* impari, et interrupte pinnata; *corymbi* extraxillares, multiflori: *corollae* luteae in hoc laciniis reflexis. )

1. *L. ESCULENTUM. Mill.* in *R. S. l. c. p. 568.*

S. pilosum inerme, foliis interrupte pinnatis, foliolis incisis subtus glaucescentibus, pedunculis racemosis, calycibus corollam subaequantibus, fructibus globosis.

Solanum Lycopersicum. *Lin. sp. pl. 265—Guss. supp. p. 61.*

Ic *Plenck off. t. 122— Blakw. t. 133.*

In saxosis meridiem spectantibus inter vepres sponte nunc vegetat et fruticat ! ; *Alicuri*, *Saline.*

Maio, Novembri. ♄

*Caules* inter sepes 2-4-pedales: *foliola* ovato-lanceolata, basi valde obliqua, acuta, petiolata: minora fere integra, ovato-orbiculata: *baccae* coccineae, parvae: *herba* gravem, sed non ingratum odorem spirat. Confer observationem ad *Physalidem edulem.*

## LYCIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 343—Endl. gen. n. 3863.*

*Cal.* persistens, brevissimus, urceolatus, 5-dentatus, aut 3-5-fidus. *Cor.* tubuloso-infundibuliformis; limbo 5-fido; fauce plerumque clausa *filamentorum* barba. *Stigma* 2-fidum, crassiusculum. *Bacc.* 2-locularis, polysperma, succulenta. ( *Frutex* glaber, ramosissimus: *folia* sparsa, solitaria, aut fasciculata: *flores* axillares, pedunculati, solitarii, vel plures. )

1. *L. EUROPAEUM. Lin. mant. 47—Guss. pr. 1. p. 272.*

L. valide spinosum, caule erecto, ramis apice spinescentibus declinatis irregulariter flexuosis, foliis obovato-cuneatis spathulatisque glabris oblique flexis, staminibus imberbibus corollae limbo brevioribus, bacca subglobosa.

Rhamnus spinis oblongis, flore candicante. *Cup. H. Cath. p. 189.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 236*—Rhamnus prima, seu oleaefolio, spinis minoribus, floro lacteo, violaceis angulis. *Cup. panph. 2. t. 105*— Jasminoides aculeatum, Salicis folio, flore parvo, ex albo purpurascente. *Mich. gen. t. 105. f. 1.*

In sepibus, in arenosis maritimis, ac inter fruticeta in Sicilia = et in *Lipari*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Pantellaria*, *Favignana.*

Julio, Septembri. ♄

*Rami* numerosi, spinescentes, juniores brevissime pubescentes, demum glabrati: *spinae* validae, horizontales, saepius foliiferae, et basi floriferae: *folia* in ramis junioribus alterna, in adultis fasciculata: *flores* solitarii, vel 2-3, breviter pedunculati: *calyx* brevissimus, subglobosus, irregulariter 4-dentatus; dentibus ciliatis: *corollae* tubus atrocoeruleus, basi albidus; limbi laciniis pallidioribus, ovatis, obtusis, subciliatis: *stamina* edentula, glabra, tubum excedentia, sed limbo breviora.

Rhamnus flore purpureo singulari, seu non racemoso. *Cup. l. c.*, hujus speclei varietas videtur; sed mihi ignotus.

† 2. *L.* AFRUM. *Lin. sp. pl.* 277—*Ucria H. Pan. p.* 107—*Guss. pr.* 1. *p.* 272.
L. foliis linearibus.
Ubique (*Ucria*). An L. *europaeum*?

## RHAMNUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 358—*Endl. gen. n.* 5722.

*Cal.* brevissimus; tubo urceolato, cum fructu persistente; limbi 4-5-fidi laciniis deciduis. *Pet.* nulla, vel 4-5, squamaeformia, una cum staminibus, quibus opposita, calycis tubo inserta, et ejus laciniis alterna. *Styl.* 1-4-fidum; germine disco glanduloso cincto. *Bac.* supera, 3-4 sperma, 2-4-locularis. (*Arbusculae* vel *frutices*, spinosae aut inermes: *folia* simplicia, saepe exstipulata, sparsa, aliquando opposita et fere fasciculata: *flores* axillares fasciculati vel racemosi, parvi, hermaphroditi, dioici, aut polygami. *Rhamneae R. Brown.*)

1. *R.* CATHARTICUS. *Lin. sp. pl.* 279—*Ucria H. Pan. p.* 107—*Guss. pr.* 1. *p.* 273.
R. arborescens erectus, ramis apice spinescentibus, foliis deciduis suborbiculato-ovatis vel ovalibus crenulatis venoso-nervosis petiolisque subpubescentibus, pedunculis aggregatis, floribus polygamo-dioicis, bacca tetrasperma.
R. catharticus. *Cup. H. Cath. p.* 190.
Ic. *Fl. dan.* 850—*Duham. arb. ed.* 2. *v.* 3. *t.* 10—R. solutivus, foliis rotundioribus, spinisque rarioribus, ac brevioribus. *Cup. panph.* 1. *t.* 88—*Bon. l.* 74.—R. solutivus. *Dod. pempt.* 756.
In sylvaticis montosis; *Madonie alli favari; a Marrapulegio* (*Parlatore*); *Caronia.*
Majo, Junio. ♄
In Sicilia arbor 10-15-pedalis; trunco diametro 9-12-pollicari: *rami* patuli, numerosi, saepius atro-virentes: *folia* laete virentia, subtus pallidiora, pollicem longa, crenis apicem versus glandulosis: *petioli* folium et pedunculos subaequantes, utrinque ad basim *stipula* brevissima, setacea, decidua ipsis breviore instructi: *flores* viridi-luteoli: *bacca* succosa, matura nigra.

2. *R.* OLEOIDES. *Lin. sp. pl.* 279—*Guss. pr.* 1. *p.* 273.
R. frutescens, ramis apice spinescentibus, foliis glaberrimis sempervirentibus oblongis vel obovato-oblongis integerrimis solitariis fasciculatisque in brevem petiolum attenuatis, floribus dioicis.
*Lycium siculum*, foliis obovatis subpetiolatis, fructu trigono. *Ucria pl. ad Lin. opus add. n.* 4.
Ic. Lycium siculum, Buxi folio, fructu trigono. *Cup. H. Cath. p.* 111, et *panph.* 1. *t.* 114.
In collibus calcareis, ut plurimum maritimis; *Trapani*, *Mazzara*, *Marsala*, *Campobello*, *Alicata*, *Palagonia al Molino nella via di Aidone* = et in *Maretimo* ac *Favignana*, ubi *Spinapuleae* appellatur.
Martio, Majo. ♄
*Frutex* sempervirens, ramosissimus, erectus vel diffusus, 2-3-pedalis; *folia* laete virentia, in ramis junioribus solitaria, 1-3 lin. lata; et aliquando suborbiculato-elliptica, 5 lin. lata, 7 lin. longa, mar-

gine hinc inde denticulata, ac angustc lineari-oblonga in eadem planta; illa cujusque fasciculi inaequalia: *stipulae* lineares, deciduae, patentes: *calyces* quadrifidi, pallide et sordide luteo-virentes: *petala* nulla: *baccae* trigonae, exsuccae, virentes, demum aliquando rubentes, obtusissimae, glaberrimae, diametro vix 1 1/2-lineati, pedunculo lin. longo suffultae: nonnunquam abortu dispermae, et tunc non trigonae, sed compressiusculae, et fere obovatae.

*R. buxifolia*, *Poir.* ob mutabilem foliorum figuram potius hujus stirpis varietas, quam species diversa videtur, uti recte notat *Desf. Arb. et arbr. v. 2. p. 368;* et icon, R. hispanicus oleaefolio. *Clus. hist. 1. p. 110. f. 1*, a Cl. *Smith* in *fl. gr. pr. 1. p. 157* ad hanc speciem cum? relata, ad nostram plantam quoque quodammodo convenit.

3. *R.* ALATERNUS. *Lin. sp. pl. 281—Ucria II. Pan. p. 108—Guss. pr. 1. p. 274.*

R. arborescens erectus, ramis inermibus, foliis ellipticis sempervirentibus glaberrimis margine cartilagineo - subserratis, racemis axillaribus folio brevioribus multifloris, floribus dioicis polygamisque, stigmate triplici.

Phylica elatior. *Cup. H. Cath. p. 167.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 3. t. 14*—Alaternus *II. Clus. hist. 1. p. 50.*

*b. angustifolius;* foliis angustioribus, mucronato-dentatis.

R. Clusii. *Willd. en. H. Ber. 1. p. 250*—Phylica humilior. *Cup. H. Cath. p. 167.*

Ic. Alternus *I. Clus. l. c.*

In montosis calcareis, in sylvaticis ad sepes, in saxosis ac in rupibus in Sicilia = et in *Ustica.*

Januario, Februario. ♄

*Arbuscula* 6-14-pedalis, et in ipso hyeme floribus parvis luteolis, tamen numerosis et mellem olentibus onusta: *rami* juniores puberuli, ac glandulis conspersi: *folia* coriacea, obscuro et nitido virentia, subtus pallidiora et sparso nigro-glandulosa: *stipulae* setaceae, fuscae, 1 lin. longae, petiolo 2-3-plo breviores: *racemi* brevissimi: *pedicelli* cum calyce continui, *bractea* obtusa brevi pubescente suffulti: *calycis* 5-fidi laciniae acutae, in floribus masculis reflexae, in foemineis erecto-patentes: *baccae* globoso-obovatae.

In floribus masculis discus glandularis lucidus deest; in foemineis stamina sterilia ad faucem tubi calycini inserta sunt—Varietas *b.* nonnisi characteribus pauci momenti a specie differt.

## ZYZYPHUS.

*Lam. dict. enc. 3. p. 316—Endl. gen. n. 5717.*

*Cal.* brevissimus, planus; basi cum fructu persistente; limbi 5-fidi laciniis deciduis. *Pet.* 5, squamaeformia, una cum staminibus, quibus opposita, ante discum carnosum germen cingentem inserta, calycinis laciniis alterna. *Styl.* 1-3. *Drupa* supera, pulposa, 2-3-locularis (abortu 1-loc.), loculis 1-spermis. (*Arbores* vel *frutices*, aculeis axillaribus armatae; *rami* flexuosi: *folia* glaberrima, nitido virentia, decidua, alterna, simplicia, exstipulata: *flores* lutei, parvi, axillares, solitarii vel in racemis brevibus axillaribus: *fructus* edulis. *Rhamneae R. Brown.*)

1. *Z.* LOTUS. *Willd. sp. pl. 1. p. 1103—Biv. cent. 1. p. 85—Guss. pr. 1. p. 275.*

Z. frutescens, aculeis geminis altero recurvo, foliis ovalibus suborbiculatisque obsolete crenatis, drupis subglobosis.

Rhamnus Lotus. *Lin. sp. pl. 281—Ucria H. Pan. p. 108—Desf. act. Acad. Paris. an. 1788. p. 443*—Jujuba sylvestris, infoecunda. *Cup. H. Cath. p. 104*, et *supp. alt. p. 43.*

Ic. *Desf. l. c. t. 21—Z.* sylvestris, humilis, infructuosa. *Cup. panph. 2. t. 73.*

In aridis, et lapidosis calcareis maritimis; *Palermo a Mondello, alla Favorita, a Sferracavallo.*

Junio, Julio. ♄

*Caules* in Sicilia vix 2-3-pedales, ramosissimi; adulti albo-cinerei, una cum ramis reclinati; *folia* aliquando obovata, rotundata vel emarginata, trinervia, basi saepius cuneata, subtus pallidiora, 6-12 lin. longa, brevissime petiolata: *pedunculi* graciles, filiformes, sat raro solitarii, folio 2-3-plo breviores: *petala* vere obovata, concava, albida, calycem virentem subaequantia: *drupae* 3-4 lin. longae, apiculatae, glabrae, maturae croceae, deciduae.

*Fructus* in Sicilia parum sapidi, et vix edules, quod discrimen Africani climatis temperiei tribuendum est; insuper potius olim cultus quam spontaneus videtur, uti jam Cl. *Biv. l. c.* suspicatus est, cum nonnisi prope Panormum proveniat.

2. *Z. vulgaris. Willd. sp. pl. 1. p. 1105—Guss. pr. 1. p. 275.*

Z. arborescens, aculeis geminis altero recurvo, foliis oblongis retusis denticulato-crenatis lucidis, drupis oblongis.

Rhamnus Zizyphus. *Lin. sp. pl. 282—Ucria H. Pan. p. 108*—Jujuba major, oblonga. *Cup. H. Cath. p. 104.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 185. f. 1—Duham. arb. ed. 2. v. 3. t. 16*—Zizyphus. *Dod. pempt. 807.*

Quamvis Syriae indigenus, nunc in sepibus, et collibus calcareis in *Val di Noto* sponte ubique provenit.

Majo, Junio. ♄

*Arbor*, vel in sepibus et in saxosis calcareis frutex ramosissimus: *rami* juniores non floriferi, uti radicales, aculeati, virentes; adulti rubentes aut cinerei, et inermes, ad flexurae angulos tuberculis globosis gemmiferis obsiti, ex quibus ramuli annotini graciles floriferi inermes plures prodeunt: *folia* trinervia, basi obliqua, breviter petiolata, pollicaria et ultra, crenis apice glandulosis: *stipulae* lineares, fuscae, breves, cito deciduae: *flores* axillares 1-3, breviter pedunculati: *petala* obtusa, et calycis laciniae acutae virentia: *drupae* maturae rubentes — *Aculei* juniores in hac specie veras spinas mentiuntur, sed in ramis adultis tandem decidunt.

## EVONYMUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 373—Endl. gen. n. 5676.*

*Cal.* parvus, persistens, planus; limbo 4-5-fido. *Pet.* 4-5, patentia, sub margine disci carnosi germen cingentis inserta. *Filam.* petalis alterna, laciniis calycinis opposita, ipso disco immersa. *Caps.* supera, depressa, 3-5-gona (colorata), 3-5-locularis, 3-5-valvis, loculis 1-spermis. *Sem.* arillata; arillo carnoso, spongioso, colorato. (*Frutex* glaber: *folia* simplicia, opposita, stipulata: *pedunculi* axillares, solitarii, apice trichotomo-cymosi: *flores* parvi, virentes. *Celastrineae R. Brown*).

1. *E. europaeus. Lin. sp. pl. 286*, exclusa varietate *b.*, et synonymo *Clusii—Ucria H. Pan. p. 109—Guss. pr. 1. p. 276.*

E. erectus, ramis obtuse tetragonis levibus, foliis oblongo-lanceu-

latis crenulato - serratis glabris , pedunculis subtrifloris , floribus plerisque tetrandris , capsulia obtuse 4 - 5 - gonis apteris glabris.
E. vulgaris, granis rubentibus. *Cup. H. Cath. p. 70.*
Ic. *Fl. dan. 1089—Sturm fl. germ. p. 1. f. 27*—Evonymus. *Dod. pempt. 783.*
In sepibus, et sylvis montosis ; *Polizzi , Madonie , Boschi di Mistretta e di Caronia , Etna al Milo , Bucheri , Ficuzza , S. Maria del Bosco ; Moarta ( Todaro ), via tra il Parco e la Piana, prima del Gurgo di Ddingoli ( Parlatore ).*
Aprili , Majo. ♄
*Caules* 3-10-pedales ; ramis oppositis : *folia* decidua , acuminata , petiolata , intense virentia , subtus pallidiora : *stipulae* lineares, brevissimae , cito deciduae : *pedunculi* pollicares ; *pedicelli* 2 - 3 lin. longi , bracteis minutis margine ciliatis suffulti : *calycis* laciniae obtusae : *petala* oblonga , stellato-patentia , obtusa , margine subscariosa ac subciliata : *stamina* saepe 4 , disco carnoso nitide- virenti inserta , petalis breviora ; *antheris* pallide roseis, globosis : *stylus* uti filamenta virescens : *capsula* saepius 4-loba, demum rosea : *semina* arillo coccineo undique circumdata.

## † RIBES.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 390—Endl. gen. n. 4682.*

*Petal.* 5 , et *Stam.* calyci ventricoso 5-fido inserta. *Bacc.* globosa, infera , polysperma.

† 1. *R.* GROSSULARIA. *Lin. sp. pl. 292—Ucria H. Pan. p. 110—Guss. pr. 1. p. 276.*
R. ramis aculeatis , petiolorum ciliis pilosis , baccis hirsutis.
Grossularia , spinosa , sativa. *Cup. H. Cath. p. 92*—Uva spina. *Cast. H. Mess. p. 24.*
In dumetis umbrosis ; *S. Stefano nel vallone di la Vanca ( Ucria).*
Cl. *Tineo* me monuit se plantas viventes accepisse *da Piazza* , sed dubitat num spontaneae sint , an cultae.

† 2. *R.* UVA CRISPA. *Lin. sp. pl. 292—Ucria H. Pan. p. 110—Guss. pr. 1. p. 276.*
R. ramis aculeatis , baccis glabris , pedicellis bractea monophylla.
In Castro Simethi ( *Ucria* ).

## HEDERA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 395—Endl. gen. n. 4560.*

*Cal.* tubus urceolatus , cum ovario connatus ; limbi superi , brevissime 5 - dentati , dentibus deciduis. *Pet.* 5 , oblonga , patentia , libera , decidua, disci epygini margine inserta. *Stam.* ( dum 5 ) , petalis alterna , calycis dentibus opposita. *Anth.* cordato-ovatae. *Stig.* simplex. *Bacc.* subglobosa , apice 5-locularis , 2-5-sperma, parum sub apico calycis limbo obsoleto coronata. ( *Frutices* arborescentes , fibrillis radiciformibus scandentes : *folia* simplicia , alterna, exstipulata , sempervirentia , coriacea : *flores* parvi , in umbellis terminalibus simplicibus pedunculatis , et saepe racemoso-paniculatis. *Araliaceae Juss.* ).

1. *H.* HELIX. *Lin. sp. pl. 292—Ucria H. Pan. p. 110—Guss. pr. 1. p. 277.*
H. foliis angulato-lobatis integrisque nitidis , floralibus ovatis acuminatis , umbellis erectis globosis simplicibus stellato-pubescentibus , baccis ( atris ) turbinatis.

H. arborea. *Cup. H. Cath. p.* 92—H. nigra. *Cast. H. Mess. p.* 39.
Ic. *Fl. dan.* 1027—*Duham. arb. ed.* 2. *v.* 3. *t.* 84—Hedora. *Dod. pempt.* 413. *f.* 1.
*b. major*, *sterilis. Cup. l. c. p.* 92.
Ic. H. helix. *Dod. pempt.* 413. *f.* 2.
In rupibus calcareis montosis umbrosis, ad arborum truncos, ad muros, ac ad sepes in Sicilia ≡ et in *Ustica al Nord della Guardia di mazzo*, *Lipari a piana Greca;* sed in istis insulis satis rara: varietas *b.* in Sicilia ex *Cupani*.
Septembri, Octobri. ♄
*Folia* longe petiolata, valde polymorpha; nam sunt subrotunda, ovata, ovato-oblonga, angulato-lobata, superiora integra, concoloria vel maculata: umbellarum *pedunculi* pubescentes, 3-5 lin. longi: *flores* mellem olentes, apibus grati: *calycis* dentes fusci, 1/3 lineares: *petala* cito subtus recurva ac decidua, luteo-virentia, superne carinata, stamina subaequantia: *styl.* vix 1/2 lin. longus; *bacca* 2-5-sperma, sed saepius 3-sperma.

2. *H.* Poetarum. *Bertol. fl. ital.* 2. *p.* 688.
H. foliis angulato-lobatis integrisve nitidis, floralibus ovatis acuminatis, umbellis erectis globosis simplicibus stellato-pubescentibus, baccis, (aureis) globosis.
H. chrysocarpa. *Walsch.* in *Trans. hort. soc. v.* 6. *p.* 42—H. baccis flavis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p.* 55.
Ic. H. Dyonisias Dalechampii. *Dalech. hist.* 2. *p.* 1419—*Bauh. hist.* 2. *p.* 113.
Ad arborum truncos: *Bosco della Ficuzza, di Caronia, di Francavilla*, ec.
Septembri, Octobri. ♄
Omnia ut in praecedente, a qua potissimum fructuum colore ac forma dignoscitur.

## VITIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 396—*Endl. gen. n.* 4567.

*Cal.* minimus, 5-dentatus, deciduus. *Petal.* quinque, infera, fornicata, apice anbcohaerentia, caduca, dentibus calycinis alterna, staminibus opposita, disco hypogino externe inserta. *Stig.* capitatum. *Bacc.* oligosperma. ( *Frutex* arborescens, sarmentis et cirrhis scandens: *folia* simplicia, vario lobata, exstipulata, inferiora opposita, superiora alterna: *flores* parvi, virentes, racemosi: *fructus* edules. *Ampelideae Kunt* ).

1. *V.* vinifera. *sylvestris. Willd. en. H. Ber.* 1. *p.* 267—*Ucria H. Pan. p.* 111—*Guss. pr.* 1. *p.* 278.
V. foliis subtus pubescentibus glabrisve palmato-lobatis, lobis sinnato-dentatis, racemis pendulis.
Ic. *Jacq. ic. rar. t.* 50—*Sibth. fl. gr. t.* 242—*Matth. v.* 2. *p.* 655.
In sepibus, et in nemoribus vel ad illorum margines obvia; *Caronia, Cassaro*, *Selve dell'Etna*, ec.
Aprili, Majo. ♄
*Caules* in nemoribus inter arbores alto scandentes, et ab illis dependentes, sarmentosi, juniores articulati: *folia* supra laete virentia, subtus pallidiora: *flores* odori: *petala* basi libera, et dum apice adhuc cohaerent decidunt: *baccae* in hac varietate parvae, acidulo-dulces, nigrae.

### ACHYRANTHES.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 404—Juss. 88.*

*Cal.* 4-5 sepalus, inferus, persistens, basi bracteis tribus scariosis apice spinescentibus instructus. *Cor.* nulla. *Filam.* sepalis opposita, basi connata; *squamis* quinque fimbriatis interjectis. *Styl.* integer; vel 2-fidus; *stigm.* capitato. *Utric.* 1-spermus. (*Suffrutex* pilis adpressis pubescens: *caules* articulati: *folia* opposita, simplicia, exstipulata: *flores* parvi, virentes, in spica terminali. *Amaranthaceae R. Brown.*)

1. *A.* ARGENTEA. *Lam. dict. enc. 1. p. 545—Willd. sp. pl. 1. p. 1191—Guss. pr. 1. p. 278.*

A. caule suffruticoso tetragono erecto, foliis ellipticis utrinque attenuatis apice acuminatis subtus argenteo-sericeis, spicis terminalibus elongatis, calycibus demum reflexis axi adpressia.

A. aspera. *Ucria H. Pan. p. 111*, non *Lin.*—Amaranthus Helxine, foliis pallido virentibus ex parte rubentibus, angustissimis spicis rubellis, perpetuus. *Cup. H. Cath. p. 9.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 244*—Amaranthus spicatus, perennis, siculus. *Cup. panph. 1. t. 194—Bon. t. 59*—A. siculus, spicatus. *Bocc. sic. t. 9.*

In collibus glareosis calcareis, vel ad radices montium, in sylvaticis, et ad sepes; *Palermo*, *Trapani*, *Spaccaforno*, *Catania*, *Siracusa*, *Caronia e Fiumo di Nisi sul mare*, *Messina*: *monte Catalfano* (*Heldr.*)

Martio, Majo. ♄

*Caules* 1-3-pedales, adpresse villosi, simplices vel opposite ramosi, ramis axillaribus saepe abortivis, ad nodos parum incrassati, et plerumque aetate rubentes: *folia* breviter petiolata, supra laeta virentia: *spicae* terminales pedunculatae, primo breves, inde elongatae, 4-10-pollicares, floribus inferiorioribus remotioribus: *sepala* subcoriacea, virentia, aristata aut mutica, lanceolata, conniventia, ideoque calyces in fructu conici, ac arcte clausi.

### ILLECEBRUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 407.*

*Cal.* 5 partitus, cartilagineus, coloratus, persistens, inferus. *Cor.* nulla. *Stam.* saepius cum squamulis linearibus alternа. *Styl.* simplex aut 2-fidus, vel geminus; *stigm.* capitatis. *Caps.* 5-valvis, aut indehiscens, 1-sperma, calyce persistente tecta. (*Herbae* annuae, vel perennes: *caules* articulati, alterne ramosi: *folia* simplicia, opposita, stipulata: *flores* parvi, albido-virentes, glomerati, axillares vel terminales, bracteis nitentibus saepius obvallati. *Paronychieae Juss.*)

1. *I.* ECHINATUM. *Pers. syn. 1. p. 260—Guss. pr. 1. p. 279.*

I. floribus glomeratis axillaribus, bracteis virentibus opacis calyce brevioribus, calycinis laciniis elliptico-lanceolatis ex apice longe divaricato-aristatis, caulibus erectis prostratisque.

Paronychia echinata. *Poir. dict. enc. 6. p. 23*—Polygonum echinatum Ilvense. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris. p. 18.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 245*—Polygonum minimum, capitulis ad genicula echinatis. *Cup. H. Cath. p. 171*, et *panph. 2. t. 237—Bocc. sic. t. 20. f. 3.*

In collibus aridissimis sterilibus ; *Monte Gibilrossa* ( *Todaro* , *Heldr* *Parlatore* ) *Polizzi al Cuozzo de' Suvareddi* , *Ibiso* , *Messina* , *Vittoria* , *Comiso* = et in *Pantellaria*.
Aprili , Majo. ☉
*Caules* graciles , 1-8-pollicares , adpresse retrorsum hirsutiusculi , saepe aetate, uti folia radicalia, rubentes , plus minus ramosi : *folia* acuta , vel obtusiuscula , acabra , breviter petiolata , 2-4 lin. longa , 1. lin. lata , virentia , sub lente punctis aureis notata : *stipulae* acariosae , brevissimae, integrae aut bipartitae: *florum* sessilium *fasciculi* approximati , vel remoti : *calycis* basi pubescentis laciniae apice incrassatae , non fornicatae , in setam patulam productae—Pro charactere generico dubio hujus speciei , confer *Fl. gr.* 3. *p.* 39 , et quae dixi in *pl. rar. p.* 107.

2. *I. paronychia. Lin. sp. pl.* 299—*Ucria H. Pan. p.* 112 — *Guss. pr.* 1. *p.* 279.
I. floribus capitatis axillaribus terminalibusque dense bracteatis, bracteis scariosis nitidis calyce triplo longioribus , laciniis calycinis ovatis glabris apice concavis externe sub apice aristatis, foliis ovali-lanceolatis margine ciliatis , caulibus procumbentibus.
Paronychia hispanica. *R. S. s. veg.* 5. *p.* 13—Polygonum minus , candicans. *Cup. H. Cath. p.* 170 , et *supp. alt. p.* 73—P. flore tomentoso albo. *Cast. H. Mess. p.* 43.
Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 246—Paronychia hispanica. *Clus. hist.* 2. *p.*183.
In campis aridis, collibus apricis , et arvis arenosis maritimis passim in Sicilia = et in *Lipari*.
Martio , Majo. ♃
*Caules* caespitosi , graciles , in orbem expansi , 4 - 12-pollicares et ultra : *folia* parva , vix 5-6 lin. longa , 1 lin. lata , virentia , brevissime petiolata , *stipulis* albo-scariosis longiora : *capitula* densa , *bracteis* numerosis albo -scariosis instructa , valde approximata , aut remota : *calycis* laciniae albo-marginatae , dorso virentes , interne albidae , vix 1 lin. longae.

3. *I. niveum. Pers. syn.* 1. *p.* 261—*Guss. pr.* 1. *p.* 280.
I. floribus capitatis axillaribus terminalibusque dense bracteatis , bracteis nitidis flore triplo longioribus , foliolis calycinis lanceolatis acuminatis muticis piloso-hispidis striatis inaequalibus, foliis lanceolatis ciliatis hirsutiusculis , caulibus procumbentibus.
Paronychia nivea. *R. S. s. veg.* 5. *p.* 520.
Ic. Polygonum minus , niveum, alterum, seu argenteis squamulis luxurians. *Cup. panph.* 2. *t.* 7—P. montanum , niveum , roseum, majus , hispanicum. *Barr. ic.* 687 , et—P. montanum, niveum, polyanthes. *id. l. c.* 725 ?
In aridissimis collibus vulcanicis ; *Palagonia* , *Militello in Val di Noto*.
Aprili , Majo. ♃
*Planta* in loco natali spectabilis ob caespites nitido-argenteos densos latosque , quos format super nigris vulcanicis lapidibus : *habitus* omnino praecedentis , a quo potissimum recedit praeter notatos characteres , *stipulis* acuminatis scariosis folia subaequantibus ; *bracteis* numerosioribus , acutis , vel acuminatis , apice obliquis , longioribus , ac omnino argenteo-scariosis : deuique *caulibus* densius caespitosis , brevioribusque.

## ERYTHRAEA.

*Pers. syn. 1. p. 283. n. 633—Endl. gen. n. 3543.*

*Cal.* persistens, angulatus, 5-partitus; laciniis anguste linearibus, erectis. *Cor.* infera, hypocrateriformis; limbo 5-fido; tubo gracili, longo. *Stam.* corollae lobis alterna. *Anther.* defloratae spirales. *Caps.* sublinearis, 2-valvia, 1-locularis, polysperma. ( *Herbae* annuae, glabrae: *caules* tetragoni: *folia* simplicia, indivisa, opposita, exstipulata, 3-5-nervia: *flores* alarea et terminales, solitarii, corymbosi, aut spicati. *Gentianeae Juss.* )

1. *E.* GRANDIFLORA. *Biv. pl. rar. sic. man. 4. p. 17—Spr. s. veg. 1. p. 580—Guss. pr. 1. p. 282.*
   E. caule ramoso, foliis radicalibus spathulatis, caulinis oblongo-ellipticis, calycinis laciniis subulatis adpressis tubo corollae dimidio brevioribus pedunculisque muricato-scabris, floribus subsessilibus corymbosis, limbi corollini diametro tubum subaequante.
   Gentiana centaurium. *Ucria H. Pan. 120*, ex loco potius ad hanc spectat, quam ad sequentem.
   Ic. Centaurium minus, ab imo ad summum ramosum, eleganti flore majore patulo, e punicante vegete rubro. *Cup. H. Cath. p. 43*, et *panph. 1. t. 199.*
   In collibus aridis sterilibus, et submontosis fere totius Siciliae.
   Aprili, Junio. ⊙
   *Caules* erecti, 7-12-pollicares, solitarii vel plures ex eadem radice, et tunc corymbosi; *folia* radicalia, ut in reliquis rosulata, in petiolum attenuata; caulina sessilia: *flores* laxe corymbosi, amoene rubri, intermedii sessiles, laterales pedunculati: *corollae* laciniae ovatae, obtusiusculae, 1-1 1/2 lin. latae, 3-4 lin. longae.
   *Habitus* sequentis a qua eximie differt non solum calycibus et pedunculis, sed etiam bracteis saepius muricato-scabris! *Capsularum* valvae demum ad margines introflexae in hac, et in aliis speciebus hujus generis—Excludantur ab hac specie in *suppl. 1. p. 63* loca natalia, quae ad sequentem spectant — In *E. majore Fl. port. 1. p. 349. t. 65*, *caules* graciliores, ac plures ex eadem radice; *folia* caulina angusta, vix 1-2 lin. lata; *flores* laxiores, ac pallidiores; *corollae* tubus magis calyce longior, ac gracilior; corymborum rami tenuiores et divaricati.

2. *E.* CENTAURIUM. *Pers. syn. 1. p. 283.*
   E. caule laxe ramoso, foliis radicalibus spathulatis, caulinis oblongo-ellipticis, calycinis laciniis subulatis adpressis tubo corollae dimidio brevioribus pedunculisque levibus, floribus subsessilibus corymbosis, limbi corollini diametro tubum subaequante.
   Gentiana centaurium. *Lin. sp. pl. 332.*
   Ic. *Fl. dan. 617 — Sturm. fl. germ. p. 1. f. 12* — Erythraea. *Renealm. specim. t. 76*, optima.
   In collibus aridis; *Catania*, *Mandanici*, *Noara*, in Sicilia = et in *Isole Eolie*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Pantellaria.*
   Aprili, Majo. ⊙
   *Flores* minus intense rubri, quam in praecedente, conferti vel laxiusculi, aliquando albi. Nulla cum sequente affinitas, quoad caulis ramificationem.

3. *E.* TENUIFLORA. *Hoffm.* et *Linck fl. port. 1, p. 354? — R. S. s. veg. 4. p. 170?*

E. caule a basi ad apicem dichotomo, ramis approximatis corymbosis, foliis oblongo-ovalibus, calycinis laciniis subulatis adpressis tubo corollae filiformi constricto brevioribus, corollae laciniis obtusiusculis.

E. centaurium. *Guss. pr. 1. p. 282*, excl. syn. praeter *Castelli*— Centaurium minus, rubrum - et idem flore coeruleo. *Cup. H. Cath. p. 43?* — et idem flore albo. *Cup. l. c. supp. alt. p. 16*—C. minus. *Cast. H. Mess. p. 6.*

Ic. *nulla.*

In collibus herbosis, campis apricis, et inter segetes in Sicilia. Aprili, Majo. ☉

*Caules* angulis duobus alatis, 5 - 12 - pollicares et ultra, ab ipsa basi, vel a medio ad apicem ramosi; *ramis* confertis vel raris, non divaricatis, uti in sequente: *folia* inferiora ellipticoоblonga, obtusa; superiora acuta; suprema linearia, angusta: *flores* ebracteati, in dichotomia breviter pedunculati, reliqui sessiles: *calycis* usque ad basim partiti laciniae subaequales, angustissimae, adpressae, capsulam aequantes, sed tubo corollae valde breviores: *corollae* limbus ruber; *laciniis* ovato - ellipticis, obtusiusculis vel raro acutis, patentibus; exsiccatione erectis, ac margine subrevolutis, ita ut tunc duplo angustiores et fere acuminatae videantur; *tubo* albido, filiformi, constricto, elongato (quod non in sequento), limbum fere superante. *Floribus* albis variat.

Differt a descriptione *Linckii* foliis superne non deliquescentibus, inferioribus obtusis; corollae laciniis non acutissimis: et a praecedente, floribus minoribus ebracteatis, tubo corollae constricto ac elongato, ac habitu. An *E. conferta Pers. l. c.*

4. *E.* RAMOSISSIMA. *Pers. syn. 1. p. 283*—*Guss. pr. 1. p. 283.*

E. caule superne dichotomo, ramis divaricato-patentibus, foliis oblongo-ovalibus, floribus sessilibus pedunculatisque ebracteatis, calycinis laciniis subulatis corollae tubo non angustato brevioribus.

Ic. E. pulchella. *Fl. dan. 1637*—Centaurium minus, palustre, ramosissimum, flore purpureo. *Vaill. paris. t. 6. f. 1* — C. minus, rubrum, Aphacae folio. *Cup. panph. 1. t. 68.*

In pascuis humentibus maritimis, et collibus apricis in Sicilia ≍ et in *Ustica, Lampedusa, Pantellaria:* var. flore albo *sotto Gangi* (*Heldr.*) Majo, Julio. ☉

*Caules* 2-10-pollicares, fere ancipites; *ramis* vix corymbosis: *flores* rubentes, parvi, pauci, distantes; *calycis* laciniae inaequales, adpressae, capsulam non excedentes: *habitus* fere sequentis in speciminibus pumilis—An haec vera *E. ramosissima*? ; nam nostra ab icone *Vaill.*, et a descriptione nonnullorum, praesertim ab illa *Roth, man. fl. germ. 1. p. 304* discrepat, caule a medio ad apicem, non vero basi ramoso; quo charactere *E. inapertae* ejusdem. proxima, sub quo nomine a *Siebero* accepi; sed caeterum aliena—Haec cum praecedentibus sub *E. centaurio* refert Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 642.*

5. *E.* MARITIMA. *Pers. syn. 1. p. 283*—*Guss. pr. 1. p. 283.*

E. caule erecto stricto tetragono superne dichotomo-subcorymboso, foliis ovali-oblongis, floribus (luteis) sessilibus pedunculatisque, calycinis laciniis setaceis sub anthesi tubo corollae aequalibus, demum duplo brevioribus, corollae laciniis ellipticis.

E. lutea. *Bertol. amoen. it. p. 76*—Centaurium pusillum, non perfoliatum, luteum. *Cup. H. Cath. p. 43*—C. minus, creticum, flore oblongo, e flavo nonnihil virescente. *Tourn. herb. in Mus. H. Paris.* et apud *Juss.*, ac *Coroll. p. 5.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 257*—Centaurium luteum, novum. *Column. ecphr. 2. t. 77.*
In collibus, et in campis herbidis, nec non in pascuis submontosis inter fruticeta in Sicilia = et in *Felicuri a Capo Graziano*, *Lipari*, *Saline*, *Maretimo*, *Pantellaria*.
Aprili, Junio. ⊙
*Herba* viridi-glaucescens: *caules* simplices vel superne ramosi, 2-6-pollicares: *laciniae* corollinae plus minusque elongatae, obtusae aut acutiusculae—Cl. *Sibth.* in *fl. gr. 3. p. 31* notat aequentia « caulis nec procumbens nec teres est, *folia* minime uninervia, *styli* non gemini, nec *corollae* laciniae acuminatae » et ex ejusdem observatione in *l. c.*, icones *Cav. 3. t. 296*, *Barr. 467*, et *Bocc. mus. t. 76*, etiam ad hanc speciem spectant; sed confer nunc Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 2. p. 648*. pro istis synonymis— *Habitus* praecedentis, sed florum colore egregie ab omnibus affinibus statim dignoscitur.

6. *E.* SPICATA. *Pers. syn. 1. p. 283*—*Guss. pr. 1. p. 284.*
*E.* caule erecto superne dichotome-ramoso, ramis irregulariter elongatis, floribus subsecundis laxe spicatis, calycinis laciniis subulatis adpressis bracteisque corollae tubo subaequalibus.
Gentiana spicata. *Lin. sp. pl. 333*—*Ucria H. Pan. p. 120.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 258*—Centaurium minus, spicato flore, e puniceo rubente, latiori folio glauco. *Cup. H. Cath. p. 43*, et *panph. 2. t. 99*—C. minus, ramosum. *Barr. ic. 1242*, rudis.
*b.* flore albo.
Centaurium minus, spicato flore albo. *Cup. l. c.*
Ic. Centaurium minus, spicatum, album. *Bauh. pr. p. 130.*
In pascuis inundatis, vel humentibus maritimis in Sicilia = et in *Lampedusa nella salina sotto al Castello.*
Majo, Julio. ⊙
*Caules* 5-12-pollicares, inferne simplices, aliquando etiam superne non divisi, et tunc spica terminati: *folia* oblongo-ovalis, glauco-virentia: *spicae* terminales, breves, vel elongatae, floribus in *a.* rubentibus, valde remotis, sat raro approximatis, alternis, parvis: *bracteae* lanceolato-lineares: *corollae* laciniae oblongae, obtusinsculae; tubo post anthesim calycem parum excedente.

---

† 7. *E.* LEPTINA. *Guss. pr. 1. p. 285.*
*E.* caule simplicissimo unifloro, foliis sessilibus ovato-lanceolatis punctatis glabris, calycibus quinquepartitis, laciniis subulatis, corolla hypocrateriformi, laciniis limbi acutis integris.
Gentiana leptina. *Raf. prec. p. 88. n. 126.*
In maritimis prope *Patti* (*Raf.*).
An *E. maritima?*

‡ 8. *E.* ARENARIA. *Presl del. Prag. p. 88.*
*E.* caule erecto quadrangulo basi ramoso, ramis elongatis erectis, foliis ovalibus acutis, pedunculis dichotomis bracteatis, calycibus tubum corollae aequantibus, laciniis subulatis adpressis.
*b.* floribus albis.
In arenis maritimis in Sicilia; *a Mondello* (*Presl*).
Junio. ⊙
*Caules* spithamei pedalesve, quadranguli, erecti, glabri, basi ramosi; *ramis* erectis, fastigiatis, simplicibus, elongatis: *folia* opposita, sessilia, ovalia, acuta, quinquenervia, glaberrima, distantia; inflorescentia dichotoma: *flores* pedunculati, pedunculis nunc flora aequilongis, nunc brevioribus, bracteati; *bracteis* calyce brevioribus, subinde infra calycem positis; *calyces* tubum co-

rollac aequantes vel parum breviores, laciniis subulatis adpressis: *corolla* purpurea aut alba, segmentis acutis.

Affinis *E. ramosissimae Pers.*, differt tamen; caule erecto basi tantum ramoso; ramis erectis, fastigiatis, simplicibus, elongatis; foliis distantibus; floribus bracteatis (*Presl l. c.*).

*Apocyneae. Juss.*, *Brown.*, et *Endl.*

*Frutices*, vel fruticuli: *folia* saepius opposita, exstipulata, simplicia, indivisa: *cal.* persistens, 5-partitus: cor. 1-petala, infera, decidua, 5-partita; laciniis aestivatione oblique imbricatis, cum segmentis calycinis staminibusque alternis: *filamenta* libera: *antherae* stigmati incumbentes: *pollen* granulosum (non in massas): *folliculi* duo: *semina* nuda, vel comosa. (Gen. *Vinca* et *Nerium*).

## VINCA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 419—Endl. gen. n. 3405.*

*Cal.* brevis. *Cor.* hypocrateriformis; fauce nuda; limbi plani, lobis obliquis. *Filam.* basi geniculata, ac inflexa, apice dilatata. *Anther.* barbatae, stigmate incumbentes. *Styl.* superus in discum dilatatus: *stigmate* centrale, stellato, fimbriato - villoso. *Follic.* erecti, conniventes. *Sem.* nuda. (*Fruticuli* sarmentosi, diffusi; *folia* subcoriacea, perennantia: *flores* coerulei, solitarii, axillares, longe pedunculati.)

1. *V. minor. Lin. sp. pl. 304—Guss. pr. 1. p. 285.*

V. caulibus sterilibus procumbentibus radicantibus longe excurrentibus, floriferis erectis, foliis oblongis calyciniisque laciniis lanceolatis integris undique glabris, corollae lobis truncatis.

Clematis daphnoides. *Cast. H. Mess. p. 7.*

Ic. *Lam. gen. t. 172. f. 2—Plenck offic. t. 113—*Clematis. *Dod. pempt. 405.*

*b.* foliis variegatis.

Clematis daphnoidea, minor, flore et folio variegatis. *Cup. H. Cath. p. 52.*

In sylvaticis, et ad sepes; *Caronia*, *Montalbano*, *Francavilla*: var. *b.* in Sicilia ex *Cupani.*

Martio, Aprili. ♄

*Caules* floriferi breves: *folia* laete virentia: *pedunculi* fere pollicares, erecti: *calycis* laciniae 2 lin. longae: *corollae* limbus pollicaris, lobis obtusissimis; fauce pentagona, prominula; tubo cylindraceo-conico, 6-lineari, intus retro staminas hirsuto: *stamina* inclusa: *styli* discus ad marginem saepe bisulcatus: *glandulae* duae minutae, virentes, ad facies latiores germinis, in hac et in sequente.

2. *V. major. Lin. sp. pl. 304—Biv. cent. 1. p. 83—Guss. pr. 1. p. 285. b. eriocarpa.*

V. caulibus declinatis excurrentibus, floriferis erectis, foliis cordato-ovatis, junioribus calyciniisque laciniis filiformibus basi 2-dentatis margine ciliatis, corollae lobis obtusis, capsulis pubescentibus.

V. minor. *Ueria H. Pan. p. 113* non *Lin.* ex loco—Clematis daphnoides, latifolia, corniculis ad Scorpioidam siliquosam accedentibus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 20.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 172. f. 1—Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 14—* Clematis daphnoides, major, purpureo flore frontato, siliquis binatim (sic). *Cup. H. Cath. p. 52*, et *panph. 2. t. 88—Raf. t. 52—* Clematis daphnoides, major. *Dod. pempt. 406.*

In sylvis, ad sepes umbrosas ubique in Sicilia.
Aprili, Majo. ♄
*Caules* aliquando 3-4-pedales, lete excurrentes et radicantes, utrinque barbati; floriferi demum declinati: *folia* laete virentia, utrinque glabra: *pedunculi* in sicolis plantis foliis breviores, erecti, fructiferi vero recurvato-contorti: *flores* amoene coerulei: *calycis laciniae* tubum corollae aequantes, aliquando fere setaceae, adpressae vel stellato-patentes: *stamina* ac *pistillum* fere ut in praecedente: *folliculi* duo, vel ex abortu unicum, 1-1/2 poll. longi, acuminati, approximati—Planta, sicula ab illis Europae continentalis differt, *petiolis*, *caulibus* (plerumque) et *folliculis* pilis longis albis plus minus conspersis.

## NERIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 420—Endl. gen. n. 3427.*

*Cal.* brevissimus. *Cor.* hypocrateriformis; limbo plano 5-partito; laciniis obliquis; fauce coronata squamis latis, lacero-dentatis. *Anth.* sagittatae, conniventes, apice cauda plumosa longa terminatae. *Styl.* crassiusculus, stigmate nitido antheris adhaerente: *follic.* duo, erecti, invicem cohaerentes: *sem.* comosa. (*Frutex* sempervirens, glaberrimus, ramosissimus, floribus roseis terminalibus corymbosis copiosis odoris onustus: *folia* coriacea, acris.)

1. *N.* OLEANDER. *Lin. sp. pl. 305—Ucria H. Pan. p. 113—Guss. pr. 1. p. 286.*
 N. foliis lineari-lanceolatis oppositis ternisve subtus tenue costatis, laciniis calycinis lineari-lanceolatis squarrosis, coronae laciniis dentato-laceris.
 N. floribus rubescentibus. *Cup. H. Cath. p. 152—Cast. H. Mes. p. 17.*
 Ic. *Sibth. fl. gr. t. 248—Duham. arb. ed. 2. v. 5. t. 25*—Rhododendendron. *Dod. pempt. 851.*
 *b.* floribus albis.
 N. floribus albis. *Cup. l. c.*
 In humidis, ad fluviorum margines, in torrentium alveis exsiccatis in campis aridis, tamen subtus humentibus, in Sicilia ⩵ et in *Vulcano a Lentia*: Varietas *b.* fide *Cupani* Siciliae indigena.
 Aprili, Julio. ♄
 *Frutex* in sterilibus 3-6, in fertilibus 10-12-pedalis: *rami* virgati erecti, oppositi vel terni: *folia* acuta, superne laete-virentia, subtus pallidiora, brevissime petiolata: *pedunculi* plerumque terni, angulati: *bracteae* brevissimae: *calyces* ac *corollae* ante explicationem intense rubentes: *coronae* laciniae 2 lin. latae, breves, intra corollae tubum productae, et cum illo adhaerentes, rubrostriatae: *stamina* brevissima: *antherarum* caudae tubum non excedentes: *folliculi* elongati, sulcati, obtusi, virentes, demum distincti et rubentes: *seminum* coma rufescens. Confer optima descriptio in *Bertol. fl. ital. 2. p. 751.*

## II. Digynia.

ASCLEPIADEAE *Juss.*, *Brown.*, et *Endl.*

*Frutices* vel *herbae* perennes, saepius lactescentes: *folia* opposita, vel alterna, exstipulata, simplicia, aliquando obliterata: *cal.* persisteus, 5-partitus: *cor.* infera, 1-petala, decidua, 5-partita; laciniis aestivatione oblique imbricatis, aut valvatis, cum segmentis calycinis, staminibusque alternis: *filam.* saepe basi connata: *pollen.* in massas coalescens, stigmatis dilatato-pentagoni glandulis affixas: *folliculi* duo, abortu unicum: *semina* comosa, compressa. (Gen. a *Periploca* ad *Stapeliam.*)

### PERIPLOCA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 427—Endl. gen. n. 3433.*

*Cal.* brevissimus, patens. *Cor.* rotato-patens, 5-partita; fauce coronata squamis quinque aristato-unciustis; laciniis corollae alternantibus. *Filam.* distincta. *Anth.* cohaerentes, dorso barbatae. *Massae* pollinis apice dilatato corpusculi stigmatis applicitae, solitariae, e quatuor confluentibus. *Stig.* obtuse pentagonum, muticum. *Follic.* cylindracei, divaricatissimi, leves. *Sem.* comosa. (*Frutex* sempervirens, lactescens: *folia* coriacea, angusta, remota: *flores* parvi, tristes, in cymis axillaribus, et terminalibus.)

1. P. ANGUSTIFOLIA. *Labill. pl. Syr. rar. dec. 2. p. 15—Pers. syn. 1. p. 272—Guss. pr. 1. p. 287.*

P. fruticosa erecta, ramis junioribus scandentibus, foliis perennantibus glabris integerrimis lineari-lanceolatis vel oblongo-cuneatis obtusis acutisve, solitariis fasciculatisque, cymis brevissime pedunculatis paucifloris, folliculis horizontalibus basi oppositis.

P. rigida. *Viv. fl. Lyb. p. 14.* (descriptio optima) — P. levigata. *Vahl symb. 3. p. 45*, excluso synonymo *Bitonii.*

Ic. *Labill. l. c. t. 7—Viv. l. c. t. 6. f. 34.*

In rupibus calcareis meridionalibus insularum: *Lampedusa*, ubi jam illam Cl. *Labillardiere* collegit, *Linosa*, *Pantellaria*, *Maretimo*, *Favignana*, e *Levanzo* prope *Trapani*, non in insulis Aeoliis; uti male a *Spr.* in *s. veg. 1. p. 236* notatur; nam hujus plantae specimina a me vir cl. habuit, nec in Sicilia hactenus inventa. Novembri ad Julium. ♄

*Frutex* 3-6-pedalis, ramosissimus: *folia* 2-3 lin. lata, fere pollicaria, aestate calidissima in istis insulis decidua: *cymae* foliis breviores, 2-3-chotomae, aliquando tantum 2-florae, pedunculis 2-fidis: *calycis* laciniae obtusissimae: *corollae* diametro 4-5-lineari; laciniis oblongis, obtusis aut emarginatis, margine luteolis, disco sordide atropurpureis, cum macula albido-villosa: *folliculi* 2-3-pollicares, acuminati: *semina* fusca, compressa.

*P. rigida Viv.* est certe hujus loci, uti specimina in herbario ipsius observata me certum fecerunt. *Folia* venosa non obstant, nam in icone *Labill.*, et in plantis Lopadusanis patenter nervus per medium folii paginae excurrens observatur; haec sunt plus minus acuta, vel obtusa et apice dilatata — Praeterea comparatis speciminibus nullum discrimen inter harum insularum plantas, nec non inter illa herb. Cl. *Desf.* cognovi. Aliunde haec est certe planta cujus iconem Cl. *Labill.* evulgavit, quia in eodem loco colle-

cta—In *Maretimo*, et in *Favignana* ob fructuum figuram ( cum in quavis cyma ut plurimum solummodo duo *folliculi* oppositi ad maturitatem perveniant ) vulgo *Scornabecco* dicitur; in *Lampedusa albero della seta* appellatur— In hac insula Mauri et incolae seminum comas colligunt ad culcitras conficiendas—Boves, capreae, ac oves, cum alia vegetabilia jam exsiccata sunt, fame coactae hujus folia comedunt, a quibus fauces et labia primum excoriantur, sed inde assuetae nullum detrimentum patiuntur, imo uti incolae tradunt lactis copia ac densitas ab hoc pabulo augentur.

## CYNANCHUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 450—Endl. gen. n. 3461.*

*Cal.* brevissimus. *Cor.* rotata, patens, 5-partita. *Coron.* staminea 1-phylla, 5-10-loba, dum 5-fida lobis antheris oppositis. *Anth.* membrana terminatae. *Massae* pollinis ventricosae, pendulae. *Stig.* apiculatum. *Follic.* leves. *Sem.* comosa. ( *Herbae* lactescentes, perennes: *caules* volubiles, graciles: *folia* cordata: *flores* parvi, albi, in umbellis vel cymis extraxillaribus ).

1. *C. ACUTUM. Lin. sp. pl. 310—Ucria H. Pan. p. 114— Guss. pr. 1. p. 288.*
   C. herbaceum glabrum, foliis acutis profunde cordatis, lobis distantibus ( sinu lato patente ), laciniis corollinis oblongis acutinsculis.
   Scammonea monspeliaceae affinis, foliis acutioribus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 80*—Scamonium marinum. *Cast. H. Mess. p. 21.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 177. f. 2—Sibth. fl. gr. t. 250*—Apocynum *III.* latifolium. *Clus. hist. 1. p. 125.*
   In dumetis humidis maritimis, et in salsis subinundatis inter *Juncos: Campofranco, Catania, Sciacca: al Simeto sotto S. Filippo di Argirò* ( *Heldr.* )
   Julio, Augusto. ♃
   *Caules* sequente breviores; *folia* crassiuscula, subglaucescentia, lobis basi distantibus, et hinc sinus latissimus; *corymbi* proliferi, multiflori, rari, saepius dichotomi, plus minus longe pedunculati, pedicellis gracilibus: *corollae* albae.
   C. longifolii *Martens* specimina, quae habui a Cl. *Bertol.* ab hoc vix differunt.
2. *C. MONSPELIACUM. Lin. sp. pl. 311—Guss. pr. 1. p. 289.*
   C. herbaceum glabrum, foliis reniformi-cordatis vel cordato-ovatis acutis venosis, basi sinu subclauso, lobis approximatis, laciniis corollae elliptico-lanceolatis acutis.
   Apocynum Scamoniae facie, monspeliacum, foliis rotundioribus. *Cup. H. Cath. p. 21.*
   Ic. *Cav. ic. 1. p. 44. t. 60—Sibth. fl. gr. t. 251*—Apocynum *IIII.* latifolium, Scamonea Valentina. *Clus. hist. 1. p. 126.*
   In salsis inundatis, et in sepibus maritimis; *Milazzo, Messina* ( *Arrosto* ), *Cattolica* ( *Cupani* ).
   Junio, Julio. ♃
   *Caules* longe lateque excurrentes; *folia* omnia viridia, praecedentis foliis tenniora, magisque venosa, admodum variabilia; nam saepe in eadem planta radicalia fere hastata, vix pollicem lata, 2-3 pollic. longa, et caulina 3 pol. lata, et 2 pol. longa: *flores* similes: *folliculi* fusci glabri, 2-3-pollicares.
   Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 9.* hoc cum praecedente conjungit. Nonnulla nostra specimina cum icone *Clusii* ex asse quadrant, at an

planta gallica eadem sit, affirmare non possum; tamen has duas sienlas species inter se differre certum est. An ad *C. excelsum Desf. atl. 1. p. 212.* spectat?, sed *folliculi* in nostro duplo breviores.

## GOMPHOCARPUS.

(*Brown. Ascl. ed. lat. p. 52—R. S. s. veg. 6. p. x. n. 1087— Endl. gen. n. 3484.*)

*Cal.* brevis. *Cor.* 5-partita; laciniis reflexis. *Corona* staminea 5-phylla, foliolis cucullatis, intus simplicibus. *Massae pollinis* compressae, apice attenuato affixae, pendulae. *Stig.* depressum, muticum. *Follic.* ventricoso-inflati, spinis innocuis echinati, saepius abortu solitarii. *Sem.* comosa. (*Frutex* lactescens, erectus, sempervirens: *folia* alterna, opposita, aut terna: *flores* albi, numerosi, in umbellis pedunculatis extraxillaribus).

1. *G.* FRUTICOSUS. *R. S. s. veg. 6. p. 87—Guss. pr. 1. p. 289.*
G. foliis lanceolato-linearibus glaberrimis.
Asclepias fruticosa. *Lin. sp. pl. 315—Jacq. misc. 1. p. 25.*
Ic. *Jacq. l. c. t.2—Sabb. H. Rom. 1. t.37*—Apocynum erectum, africanum, Salicis folio, folliculis pilosis. *Plukn. alm. t. 138. f. 2.*
In frutictis, et campis maritimis; *Palermo a Mondello.*
Majo, Augusto. ♄
*Frutex* 4-6-pedalis, ramosus; ramis adpressis: *folia* opposita vel terna, utrinque attenuata, brevissime petiolata, 2-3 poll. longa, 3-4 lin. lata; costa subtus albida: *pedunculi* foliis duplo breviores, sed pedicellos basi bracteolatos demum refractos paniio superantes: *flores* inodori, angulati: *calycis* laciniae adpresae pubescentes, demum reflexae: *petala* lanceolata, acuta, ad margines ciliata, parum incurva: *corona* staminea ex albo-viridula: *stigma* albidum, pentagonum, globosum, in medio foveolatum: *folliculi* ovales, pallide virentes, acuminati, glaberrimi, 1-1 1/2-pollicares: *semina* fusca; *coma* sericea ac candida.
Quamvis olim certe cultus, tamen nunc sponte in frutictis ac campis superius memoratis copiose vegetat, et propagatur.

## STAPELIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 452—Juss. 146.*

*Cal.* brevissimus. *Cor.* crassa, rotata, patens. *Coron.* staminea simplex vel duplex, exerta. *Massae* pollinis basi affixae, margine hinc cartilagineo pellucido. *Stigm.* muticum. *Foll.* subcilindracei, leves. *Sem.* comosa. (*Planta* 3-5-pollicaria, caespitosa, carnosa, aphylla; ramis angulatis, dentatis: *flores* flavidi, parvi, striati, laterales, solitarii vel fasciculati).

1. *S.* EUROPAEA. *Nob. in act. soc. Borb. v. 4 p. 81*, et *suppl. p. 65.*
S. stolonifera, ramis tetragonis erectiusculis levibus glabris, in medio extra dentes sub apice floriferis, dentatis, dentibus erecto-patulis, junioribus foliis ovata parva mox marcescentia gerentibus, floribus pluribus aggregatis, corollis planis, laciniis ovatis acutis integris subciliatis, orbiculo nullo, corona simplici 5-fida, laciniis inflexis apice truncatis integris.
Apteranthes Gussoneana. *Michan act. Academ. Caes. Leopol. v. 17. pars 1. p. 393*, et *Endl. gen. n. 3525.*
Ic. *Guss.* et *Mich. l. c.*

Inter saxorum calcareorum rimas terra argilloso-calcarea repletas declivitatum meridionalium; *Lampedusa.*

Aprili, Majo. ♃

*Flores* non ex dentium axillis, sed ex ramorum facicbus sub apice prodeunt, 6-20: *corolla* interne ad discum, et ad laciniarum basim sordide albida, ac lineolis sordide rubentibus transversalibus fere circularibus, nec inter se continuis picta, villisque albidis mollibus erectis sparsis pubescens, ad laciniarum apicem atropurpurea et concolor, diametro 6-7-lineari; laciniis ovatis, acutiusculis, sub anthesi patenti-recurvis: *corona* turbinato-campanulata, 1-phylla, non appendiculata, 5-fida; *segmentis* (*rostris*) fere triangularibus, apice truncatis, subretusis, inflexis, *stigmate* incumbentibus, ad margines prope basim glandula crassiuscula (*alis*) aurantiaca transverse oblonga instructis: *massae* pollinis transverse-oblongae, ceraceae, stigmatis angulis affixae: *succus* aqueus, fatuus, ideoque *odor* et *sapor* plantae nullus, sed florum more generis foetidus: tota planta 3-6-pollices non excedit. Pro reliquis characteribus confer *l. c.*

## CRESSA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 489—Endl. gen. n. 3792.*

*Cal.* persistens, 5-partitus. *Cor.* infera, infundibuliformis (vix calyce longior); limbo 5-partito, laciniis planis. *Filam.* tubo insidentia, exerta, corollae lobis alterna. *Stigm.* capitata. *Caps.* abortu 1-locularis, 2-valvis, 1-sperma. (*Herba* perennis, alterne ramosa, humilis: *folia* simplicia, integra, sparsa, exstipulata: *flores* parvi, bracteolati, in extremitate ramorum brevissime, et dense racemosi. *Convolvulaceae Juss.*)

1. *C.* CRETICA. *Lin. sp. pl. 325—Guss. pr. 1. p. 290.*

*C.* foliis sessilibus ovatis acutis caulequè herbaceo diffuso villoso-hirsutis, corollis extus villosis.

Erica marina, humilis, saccensis, Ericae alexandrinae foliis mollibus pilosis albicantibus. *Cup. H. Cath. p. 69*, et—Chamaepytis *III. Matthioli. supp. alt. p. 17.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 183—Sibth. fl. gr. t. 256*—Erica marina, humilis, sanamundaefolio. *Cup. panph. 1. t. 55*—Anthyllis. *Alp. exot. t. 156.*

In argillosis salsis subinundatis; *Catania nella pianura presso il fiume Giarretta*, *Marsala*, *Trapani.*

Junio, Augusto. ♃

*Caules* herbacei, non suffruticosi, vix supra basim in multos ramos divisi, erectiusculi, sed saepius diffusi, palmares vel fere pedales; ramis erecto-patulis: *folia* vix 2-3 lin. longa, cinereo-virentia, rudimentis ramulorum in axillis: *flores* parvi: *racemi* breves, vix 3-6 lin. longi: *pedunculi* brevissimi, bracteis duabus sub flore instructia: *calycis* laciniae concavae, oblongae, obtusiusculae: *corollae* lutescentes; laciniis ovato-lanceolatis, calycem parum excedentibus: *capsulas* maturas non vidi—*Folia* juniora in humentibus ab *Uredine Cressae* subtus undique obsita sunt.

## CUSCUTA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 288—Endl. gen. n. 3846.*

*Cal.* persistens, 4-5-fidus, turbinatus. *Cor.* infera, subgloboso-urceolata, 4-5-fida, intus saepius aquamata. *Stam.* corollae laciniis alterna. *Caps.* circumscissa, 2-locularis; loculis 2-spermis. *(Herbae parasiticae, aphyllae: caules filiformes, volubiles: flores 1-bracteati, parvi, glomerati, laterales. Cuscutae Presl*, et *Endl.*, uam uti recte monet *Reich.* in *fl. germ. 2. p. 586* nulla cum *Convolvulaceis* affinitas.)

1. *C.* ALBA. *Presl del. Prag. p. 87—Guss. pr. 1. p. 291.*
C. floribus glomeratis sessilibus quiuquefidis pentandris, laciniis corolliuis calycinisque obtusis, squamis hypostamineis denticulatis, stigmatibus subcapitatis.
C. major. *Cup. H. Cath. p. 24 ?*
Ic. *nulla.*
In aridis aprieis, parasitica *Zizyphi Loti*, *Galii lucidi*, *Plantaginis serrariae*, *Acarnae gummiferae*, *Dauci polygami*, etc. in Sicilia = et in *Alicuri*, *Maretimo*, *Pantellaria.*
Aprili, Junio. ☉
*Caules* minus rubentes, *bracteas* numerosiores, et *flores* minores, quam in sequente, cujus forsan insiguis varietas.

2. *C.* EPITHYMUM. *Lin. syst. veg. ed. 13. p. 140—Guss. pr. 1. p. 291.*
C. floribus glomeratis sessilibus subquinquefidis, laciniis corollinis erecto-patulis calycinisque acutis, squamis hypostamineis dentato-fimbriatis, stigmatibus linearibus acutis.
C. europaea, *b. Lin. sp. pl. 180—Ucria H. Pan. p. 77*—C. minor. *Dec. fl. fr. 3. p. 644* — C. minor, sive Epithymum. *Cup. H. Cath. p. 65.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 88—Reich. cent. 5. f. 692.*
Parasitica *Cisti salvifolii*, *Galiorum*, et praecipue *Labiatarum*, uti *Thymi capitati*, ac *acicularis*, *Acarnae gummiferae:* etc.
Majo, Julio. ☉
*Caules* graciles, albidi, rubentes vel pallide luteo-virentes, plus minus dense intricati: *flores* albi, in glomerulis multifloris dense-congesti: *calyces* basi virentes; laciniis candidis, erectis: *corollae* albae, laciniis sub anthesi erecto-patentibus, tubo aequilongis: *antherae* luteae, ovatae: *stigmata* pallide-purpurascentia.
Ci. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 71 C. planifloram Ten.* a me accepisse dicit, illamque super *Acarnam gummiferam* provenire; sed seduio inspectis exemplaribus, me illam non recognovisse fateor.

## ULMUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 443—Endl. gen. n. 1850.*

*Cal.* inferus, marcescens, companulatus, 4-5-dentatus, coloratus. *Cor.* nulla. *Stam.* calycinis dentibus opposita. *Samar.* 1-sperma, compressa (foliacea), ala membranacea circumdata. (*Arbores* alterne ramosae: *folia* simplicia, dentata, stipulata, scabra: *flores* parvi, ante folia emergentes, in ramorum lateribus fasciculati, et fere sessiles. *Ulmaceae Mirb.*)

1. *U.* CAMPESTRIS. *Lin. sp. pl. 327? — Ucria H. Pan. p. 120—Guss. pr. 1. p. 292.*

U. foliis duplicato-serratis basi inaequalibus, obovato-cuneatis apice saepe subtrilobis, lobis acuminatis, floribus subsessilibus glomeratis pentandris, samaris sessilibus ellipticis glabris.
U. montana. *Cup. H. Cath. p. 235*—U. italica. *Cast. H. Mess. p. 24.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 185. f. a. b. c. d. e. n.* ex samara. — *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 42?*—*Engl. bot. t. 1886* ex *Smith*—Ulmus. *Dod. pempt. 837?*—*Matth. Comm. 1. p. 130 ?*, melior; quae tamen a *Smith* ad sequentem citatur.
In nemoribus montosis; *Madonie al passo di Gonata* (*Tineo*); *Caronia*, *Mistretta*, *Boschi di Cannata*, *S. Maria del Bosco*.
Februario, Martio. ♄
*Folia* scaberrima, ampla, 2-3 poll. lata, 3-5 poll. longa, subtus ad nervos villosiora; lobis, vel apice tantum acuminatis: *samarae* 6 lin. latae, 9 lin. longae, albidae, in centro macula rufescente saepe notatae, sinu apicis saepius clauso; quibus characteribus etiam ab *U. campestri* videtur alienum.

2. *U.* SUBEROSA, *arborea. Willd. sp. pl. 1. p. 1324*—*Guss. pr. 1. p. 292.*
U. foliis duplicato-serratis basi inaequalibus ovali-oblongis, floribus subsessilibus glomeratis tetrandris, samaris suborbiculatis sessilibus glabris, cortice ramulorum suberoso-alato nudoque.
U. campestris. *Cup. H. Cath. p. 235.*
Ic. *Engl. bot. t. 2161* ex *Smith.*
Ad sepes, in dumetis, ad fluviorum margines, etc. in Sicilia et in *Lipari.*
Februario, Martio. ♄
Non est praecedentis varietas, uti nonnulli putant; nam praeter notatos characteras egregie differt, *ligno* tenacissimo! *cortice* trunci tenuiore, creberrime, ac transverse rimoso, et non crasse suberoso; *foliis* duplo minoribus, intensius virentibus, potius ovalibus quam oblongis vel obovatis; *samaris* duplo minoribus, saepius rubentibus; denique florendi et frondescentiae *tempore* 15-20 dierum circiter seriore in plantis eodem loco cultis!

## HERNIARIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 434*—*Endl. gen. n. 5198.*

*Cal.* inferus, persistens, 5-partitus; laciniis patentibus, in fructu conniventibus. *Cor.* nulla. *Filam.* quinque fertilia, cum sterilibus alterna laciniis calycinis opposita. *Utric.* 1-spermus, calyce tecto. (*Herbae* annuae aut perennes, ac basi fruticulosae: *caules* articulati: *folia* parva, opposita, summa in ramis saepe alterna, simplicia, indivisa, stipulata: *flores* minuti, herbacei, axillares, saepius glomerati. *Paronychieae Juss.*)

1. *H.* GLABRA. *Lin. sp. pl. 317*—*Ucria H. Pan. p. 115* — *Guss. pr. 1. p. 293.*
H. caespitosa basi perennans, radice subliguosa, caule procumbente, foliis obovato-subrotundis ellipticisque obsolete ciliatis, calycibus 5-fidis glabris, glomerulis axillaribus multifloris.
H. nebrodensis. *Jan elench. p. 4*—Illecebrum verticillatum. *Ucria H. Pan. p. 112*, non *Lin.*, ex loco — *H. microcarpa*, caulibus patulis suffruticosis glabris, foliis obovato - vel lanceolato-oblongis ciliatis, floribus axillaribus glomeratis quinquefidis glabris. *Presl del. Prag. p. 63*—Polygonum minus, Millegrana dictum, Paronychiae secundae foliis atroviridibus, semine pene verticillato. *Cup. H. Cath. p. 170*, et—P. minus, sempervirens. *supp. alt. p. 73*—Herniaria. *Cast. H. Mess. p. 39.*

Ic. *Fl. dan. 529 ?* — *Lam. ill. gen. t. 180 ?* — Polygonum minus, polyspermius, perenne. *Cup. panph. 5. t. 13 !* — Herniaria. *Dod. pempt. 114 ?*

In montosis herbosis apricis; *Palermo a S. Martino e S. Maria a Gesù*, *Madonie*, *Monte Scuderi*, *Monte di Cammarata*, *Busambra*, *Lentini*, *Etna a Bronte e Maletto*, ec.: *ne'monti di Messina* (*Arrosto.*)

Majo, Junio. ♃ !

*Caules* non sunt revera suffruticosi, sed ad radicis collum ramuli suffruticulosi perennant; *folia* vix 2 lin. longa, laete virentia, omnino glabra, vel ad margines ciliata; *glomeruli* axillares primum pauciflori videntur, sed dum planta adolescit elongantur.

*H. glabra* herb. *Lin.* est planta perennis, et omnino nostra !

2. *H.* PERMIXTA. *Jan elench. p. 5.* — *Guss. pr. add. p. 6.*

H. caespitosa basi perennans, radice sublignosa, caulibus prostratis subradicantibus, foliis obovato-oblongis vel oblongo-lanceolatis margine ciliato-hispidis, glomerulis axillaribus paucifloris, calycibus quinquefidis piloso-hispidis.

H. fruticosa. *Guss. pr. 1. p. 293*, non *Lin.* — Polygonum minus, sive Millegrana lignosa, folio grandiori, pauciori semine. *Cup. H. Cath. p. 70*, et — P. minus, Traynense, lignosum. *supp. alt. p. 75.*

Ic. *nulla.*

In herbosis montosis cum praecedente; sed in locis demissioribus non invenitur; *Etna*, *Madonie*, *Traina*.

Majo, Julio. ♃

*Habitus* omnino praecedentis, a qua non differt nisi *caulibus* magis suffruticulosis et saepe radicantibus; *foliis*, et *calycibus* ciliato-hispidis.

*H. fruticosa Lin.* uti comperii ex ejus herb., et ex speciminibus missis a Cl. *Jan*, et in Hispania a me lectis, a planta sicula procul dubio diversa est: nostra *H. macrocarpae* valde proxima, et nonnisi foliis margine tantum ciliatis, ac calycibus fructiferis magis globosis ab illa distinguitur; in qua folia angustiora, ac undique hirsuta, et calyces oblongi — Quod haec sit varietas insignis *H. hirsutae*, uti putat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 21*, non dissentio.

3. *H.* CINEREA. *Dec. fl. fr. supp. p. 375*, et *pr. 3. p. 367* ex herb. ! — *Guss. pr. 1. p. 294.*

H. radice annua, caulibus rosulatis procumbentibus herbaceis, foliis oblongo-linearibus calycibusque undique hirsutis, glomerulis axillaribus paucifloris.

H. annua *Lag. gen. et spec. p. 12*, ex ejus specimine ! — Polygonum Caltagironense, gracilius, pauciori semine, Lotum odoratum olescens. *Cup. H. Cath. p. 73*, et *supp. alt. p. 72* — P. minus, actenac, rigidum, Millegrana major dictum, leviter hirutum polyspermius. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 72.*

Ic. *Dec. mem. des Paron. p. 10. t. 31* — H. hirsuta. *Bauh. hist. 3. p. 379. f. 1 ?*

In arenosis, ad vias, et nunquam in locis elatioribus provenit; *Cinisi*. *da Alicata a Capo passaro*, *Noto*, *Avola*, *Brolo*. = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Levanzo*, *Favignana*.

Aprili, Majo. ⊙ !

Tres species superius recensitae inter se certe differunt. Haec radice constanter annua! etiam, in dissitis regionibus terrisque diversis, aliisque notis, ab *H. hirsuta Lin.* recedit; ideoque Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 21.* immerito hanc cum *H. hirsuta* associat.

*Chenopodeae. Vent.* et *Endl.*

*Frutices*, vel plantae annuae, perennesve, alterne ramosae: *folia* alterna, raro opposita, exstipulata, simplicia, indivisa, aut vario dentato-pinnatifida: *flores* parvi, herbacei, nudi, vel bracteati, varie dispositi: *calyces* inferi, persistentes, 5-partiti: *corolla* nulla: *stamina* calycinis laciniis opposita: *fructus* indehiscens. (Gen. a *Chenopodio* ad *Salsolam*.)

## CHENOPODIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 433—Juss. 85.*

*Cal.* laciniae inappendiculatae. *Cor.* nulla. *Utric.* membranaceus, depressus, calyce clauso angulato tectus. *Sem.* lenticulare, non spirale. (*Herbae* annuae, perennes, aut frutices: *folia* integra vel dentato-pinnatifida: *flores* racemosi vel paniculati, bracteati.)

† *Folia plana.*

1. *C. bonus henricus. Lin. sp. pl. 318—Guss. pr. 1. p. 293.*
 C. glabriusculum, caulibus adscendentibus, foliis triangulari-hastatis integris, spicis compositis glomeratis aphyllis axillaribus terminalibusque.
 Blitum bonus henricus. *Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 582*—Blitum perenne, Spinaciae facie. *Cup. H. Cath. p. 30.*
 Ic. *Fl. dan. 579—Lam. ill. gen. t. 181. f. 1*—Tota bona. *Dod. pempt. 654.*
 In pascuis fertilibus humentibus montosis; *Madonie alle fosse di S. Gandolfo.*
 Junio, Augusto. ♃
 *Caules* palmares vel 2-pedales, inferne ramosi: *folia* flaccida, supra saturate viridia, glabra; juniora subtus puberula, pallidiora; suprema aliquando obiter sinuato-dentata: *florum* glomeruli vel axillares sessiles ac pedunculati, vel in spicis compositis laxifloris 3-6-pollicaribus digesti—*Odor* in hoc, et in sequente nullus.
2. *C. melanospermum. Spr. s. veg. 1. p. 919—Guss. supp. p. 66.*
 C. glabrum, caule erecto stricto, foliis triangularibus dentatis basi productis, spicis longis compositis strictissimis aphyllis, pedunculis cauli approximatis, seminibus levibus.
 C. urbicum. *Guss. pr. 1. p. 295*, exclusis synonymis *Lin.* et *Fl. dan.*—*Ucria H. Par. p. 116*—Atriplex folio crasso, calloso, obscure virenti, lucido, dentato. *Cup. H. Cath. p. 27.*
 Ic. Atriplex folio crasso, atrovirente, lucido, dentato. *Cup. panph. 1. t. 156*—et *2. t. 178*—*Bon. t. 80.*
 In ruderatis, et fimetis ad pagos; *Ficarazzi presso Palermo* (*Tineo*), *S. Agata*, *Alimena*, *S. Filippo d' Argirò*, *Regalbuto*, *Paternò*, *Piana de' Greci*, *Traina*, *Cesarò*, *Mistretta*, ec.
 Augusto, Septembri. ☉
 *Caules* 1-3-pedales, angulato-sulcati, firmi, ramosi; ramis erectis; aliquando ab ipsa basi floriferi: *folia* crassiuscula, lucida, laete virentia, utrinque glaberrima, aliquando sinuato-dentata; juniora subtus puberulo-glaucescentia; suprema fere lanceolata: *spicae* terminales, palmares et aliquando pedales: *florum* glomeruli, remotiusculi: *semina* perfecta omnino atra ac pruinosa, at atomis aureis ad corculum conspersa non vidi; parve, non magnitudine *Brassicae rapae*; confricata, utriculo remoto, nitida, ac levissima! Confer *R. S. s. veg. 6. p. 254*—Cl.

*Bertol.* in *fl. ital.* 3. *p.* 26, et *Reich. in fl. germ. exc.* 2. *p.* 580 a *Ch. urbico* non distinguunt, sed folia breviua dentata; et semina minuta—Synonymon *Bonanni* a Cl. *Bertol.* ad *C. murale* relatum, ad hanc speciem certe spectat.

3. *C.* MURALE. *Lin. sp. pl.* 318—*Guss. pr.* 1. *p.* 296.
 C. glabrum, caule erecto ramoso, ramis patulis, foliis deltoideo-ovatis inaequaliter argute dentatis acutis, spicis axillaribus terminalibusque compositis corymboso-paniculatis aphyllis.
 C. rubrum. *Ucria H. Pan. p.* 116, non *Lin.* — Atriplex sylvestris, latifolia, acutiori folio. *Cup. H. Cath. p.* 27—*Cast. H. Mess. p.* 33.
 Ic. *Curtis lond.* 6. *t.* 20 — Atriplex sylvestris *Ill. Matth. comm.* 1. *p.* 420—Chenopodium, Pes anscrinus t. *Tabern. hist.* 427.
 *b. pruinosum;* foliis acute sinuato-dentatis, superioribus lanceolatis, subtus una cum ramis junioribus calycibusque pruinosis.
 In rudcratis, et ad muros, in fimetis, et ad macerias ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*: var. *b. Lampedusa.*
 Julio, Septembri. ⊙
 *Caules* angulato-sulcati, basi aliquando rubentes, juniores ut spicae folia et rami albido-farinosi, 1/2-1 1/2-pedales: *folia* obscure virentia, acuta vel acuminata: *spicae* alterno ramosae; *pedunculis* gracilibus, subdivaricatis: *florum glomeruli* parvi, alterni, remotiusculi: *semina* in utrisque varietatibus atra, magnitudine praecedentis, compressiuscula ae fere marginata, margine ad hilum inciso; confricata, deterso utriculo, nitidiuscula, et tenuissime tuberculata: odor ingratus.

4. *C.* VIRIDE. *Lin. sp. pl.* 319, excl. synon. *Vaill.*—*Guss. pr.* 1. *p.* 296.
 C. glabrum, caule erecto ramoso, foliis rhomboideo-lanceolatis dentato-sinuatis postice integris summis subintegris, spicis ramosis subfoliatis approximatis, seminibus levibus.
 Atriplex sylvestris. *Cast. H. Mess. p.* 33.
 Ic. *Fl. dan.* 1149.
 In cultis non admodum frequens in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Pantellaria*, *Favignana.*
 Junio, Septembri. ⊙
 Nostra planta cum icone citata *Fl. dan.* convenit; tamen a descriptione Linnaeana recedit, *foliis* minime rhomboideo-triangularibus; *ramis* cauli approximatis, magis foliatis, quam in sequente brevioribus, nec racemis filiformibus—*Folia*, uti tota planta, in hoc ex albo virescunt, in sequente sunt glaucescentia.

5. *C.* ALBUM. *Lin. sp. pl.* 319 — *Ucria H. Pan. p.* 116 — *Guss. pr.* 1. *p.* 296.
 C. glabrum, caule erecto ramoso, foliis rhomboideo-ovatis erosis, postice integris, summis lanceolato-linearibus integris, spicis ramosis erectis paniculatis subaphyllis, florum glomerulis distantibus, seminibus levibus.
 Atriplex sylvestris, folio sinuato candicante. *Cup. H. Cath. p.* 26—*Cast. H. Mess. p.* 33.
 Ic. *Fl. dan.* 1150—*Blakw. t.* 553—Atriplex sylvestris. *Bauh. hist.* 2. *p.* 972—*Tabern. hist.* 426.
 In cultis, et ruderatis ubique cum praecedente.
 Junio, Septembri. ⊙
 Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 3. *p.* 31, aliique, varietatem praecedentis faciunt, et forsan non immerito; dum Cl. *Reich.* in *fl. germ. excurs.* 2. *p.* 579 ex seminibus has species provenire affirmat; ideo donec meliora innotescant uti diversas referre putavi.

6. *C. opulifolium. Schrad* in *R. S. s. veg. 6. p. 258—Guss. pr. 1. p. 297.*

C. glabrum, caule erecto ramoso, foliis abbreviatis rhomboideo-ovatis antice eroso-dentatis obtusiusculis postice integris, spicis axillaribus subramosis subfoliatis, seminibus levibus.

Ic. C. sylvestre, opulifolio. *Vaill. paris. t. 7. f. 1.*

In cultis cum praecedente in Sicilia = et in Insulis adjacentibus.

Majo, Augusto. ⊙

*Folia* praecedentis breviora, vix poll. longa, ac latiora, etiam suprema ovata, non lanceolata, et subtus glauco-virentia; *calyces* in fructu magis angulati; *racemi* breviores, glomerulis confertioribus et floribus numerosioribus—In hoc et in duobus praecedentibus pubescentia ac odor nullius, et semina, deterso utriculo, atra, nitida.

7. *C. vulvaria. Lin. sp. pl. 321 — Ucria H. Pan. p. 116 — Guss. pr. 1. p. 299.*

C. glauco-pulverulentum glabrum, caulibus ramosis diffusis, foliis rhomboideo-ovatis subintegris, spicis glomeratis axillaribus terminalibusque ramosis aphyllis.

C. olidum. *Smith fl. brit. 1. p. 277*— Atriplex foetida. *Cup. H. Cath. p. 26—Cast. H. Mess. p. 33.*

Ic. *Bull. herb. de Fr. t. 325 — Plenck offic. t. 167* — Garosmus. *Dod. pempt. 616.*

In cultis, in ruderatis, et in fimetis ubique in Siciliis = et in *Ustica*, *Saline*, *Panaria*, *Lipari*, *Vulcano*, *Favignana*, *Pantellaria.*

Majo, Septembri. ⊙

*Caules* saepe rosulati, palmares, vel 1 1/2-pedales: *folia* longe petiolata, obtusiuscula, dente uno aut altero obsoleto ut plurimum instructa: *spicae* breves, vix 1 1/2-pollicares, florum fasciculis approximatis paucifloris: *herba* undique foetidissima.

8. *C. botrys. Lin. sp. pl. 320 — Ucria H. Pan. p. 116 — Guss. pr. 1. p. 297.*

C. glanduloso-pubescens viscidulum, caule erecto ramoso, foliis oblongis pinnatifido-sinuatis obtuseque dentatis, summis lanceolatis integerrimis, spicis nudis axillaribus brevibus numerosis subcymosis in racemis elongatis dispositis, seminibus scabris.

Atriplex odora sive suaveolens. *Cup. H. Cath. p. 26*—Botrys. *Cast. H. Mess. p. 5.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 253*—Botrys. *Dod. pempt. 34.*

In arvis arenosis, et ad torrentium alveos arenosos exsiccatos; *Milazzo*, *Brolo*, *Barcellona*, *Messina*, *Terranova*, *Catania*, *Milo*, *Nicolosi*, *Giarre.*

Julio, Septembri. ⊙

*Caules* palmares vel pedales, ab ipsa basi ramosi; ramis fere pyramidatis: *folia* virentia, plerumque aetate rubentia; laciniis obtusis: *spicae* in axillis foliorum vix poll. longae, iterato-ramosae, viridi-lutescentes: *odor* ambrosiacus.

9. *C. ambrosioides. Lin sp. pl. 320—Ucria H. Pan. p. 116—Guss. pr. 1. p. 298.*

C. caule herbaceo ramoso erecto, foliis glabris subsessilibus lanceolatis remote repando-dentatis subtus glandulosis, glomerulis florum axillaribus sessilibus in ramorum spicibus longe spicatis.

Atriplex odorata, suaveolens, Americana, Mexicanave. *Cup. H. Cath. p. 26.*

Ic. *Plenck offic. t. 168*—Botrys odorata, suaveolens, Americana, Mexicanave. *Moris. hist. 2. s. 5. t. 31. f. 8*—B. boetica, Atriplicis sylvestris facie, vulgo Botrys americana. *Barr. ic. 1185.*

In ruderatis, humentibus, et ad vias in Sicilia = ae in *Ustica*. Majo, Novembri. ⊙, ♃

*Odor* ingratus et illi formicae tritae similis, ut jam *Bauhinus* in *Pinace* notavit: *caules* 1-3-pedales, striato-angulati, puberuli, ab ipsa basi ramosi: *folia* laete virentia, utrinque attenuata, saepius integerrima, in calidioribus perennantia, uti caules ad basim — *Florum* dispositio, in hoc et in sequente non discrepat; ideoque ai in illo dicuntur axillares, in hoc spicati dici nequeunt.

10. *C. MULTIFIDUM. Lin. sp. pl. 320—Guss. pr. 1. p. 298.*

C. caule basi suffruticoso diffuso, ramis surrectis, foliis glabrinsculis lanceolatis, inferioribus subdentatis, glomerulis florum axillaribus sessilibus in ramorum apicibus longe spicatis.

C. polyspermum. *Ucria H. Pan. p. 118*, non *Lin.*

Ic. C. sempervirens, foliis tenuiter laciniatis. *Dill. elth. t. 66. f. 77.*

In ruderatis, et ad vias; *Palermo lungo la strada de' Cappuccini, e de' Colli, al piano di S. Erasmo presso il fiume Oreto*; ec. Augusto ad Autumnum. ♃ et basi ♄

*Caules* pubescentes, uti rami, qui inter herbas elongati et fere flagelliformes: *folia* suaveolentia, perennantia, laete virentia, parva; suprema fere pectinata; laciniis obtusiusculis: *flores* raro solitarii, axillares, saepius glomeruli per foliorum axillas longe dispositi, ita ut fere in spicis foliosis digesti videntur — Ex seminibus ab horto aliquo forsan elapsis natum videtur, nam nonnisi prope urbem copiose invenitur.

** *Folia semiteretia.*

11. *C. MARITIMUM. Lin. sp. pl. 321—Ucria H. Pan. p. 118—Guss. pr. 1. p. 299.*

C. glabrum viridi-glaucescens, caule subterete herbaceo erecto, ramis patulis, foliis carnosis semiteretibus acutis, floribus axillaribus glomeratis, glomerulis distantibus.

Salsola maritima. *Poir. dict. enc. 7. p. 294*—Schoberia maritima. *Meyer fl. alt. p. 400*, et *Koch syn. p. 602*—Kali minus, album, semine splendente. *Cup. H. Cath. p. 245*—et *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. *Fl. dan. 489*—Kali minus. *Lob. ic. 394.*

In salsis inundatis maritimis ubique in Sicilia = et in *Saline alla lingua.*

Junio, Octobri. ⊙

*Caules* pedales, semper herbacei; *folia* juniora glaucescentia, sed demum uti tota planta rubescunt.

12. *C. JACQUINI. Ten. fl. nap. 3. p. 258*, et *Syll. p. 124.*

C. glabrum viridi-glaucescens, caule basi lignescente striato adscendente, ramis erectis, foliis carnosis semiteretibus obtusiusculis, floribus axillaribus glomeratis, glomerulis approximatis.

C. salsum. *Guss. pr. 1. p. 299*—Salsola salsa. *Jacq. H. vind. 3. p. 44 !*—Schoberia salsa. *Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 528 !*—Kali album, minus, alterum, tenuifolium, humile. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 43.*

Ic. *Jacq. l. c. t. 83*, optima—Kali parvum, glabrum. *Cup. panph. 1. t. 72.*

In salsis inundatis maritimis; *Palermo a Mondello, Trapani, Marsala.* Junio, Augusto. ⊙

Praecedenti affine, sed habitu omnino diversum, et sat raro aetate rubescit: *caules* in hoc firmiores, striati, basi fere lignescentes, diametro 3-4-lineari, sesquipedales et bipedales; qui in illo pedem alti, graciles et omnino herbacei, diametro vix 1-2-lineari: *folia*

superne magis plana, confertiora, obliqua; *ramuli* floriferi breviores, confertiorea; *flores* 3-5, digyni; *semina* in hoc, et in illo tenuissime lineolata.

*β.* salsa, *Lin.*, et illa *Cavan. icon. rar. t. 290*, a planta *Jacquini* differunt. Hinc synonyma mihi dubia praetermisi, et merito Cl. *Ten. l. c.* nomen mutavit — Insignis praecedentis varietas videtur, uti putat *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 59*, et ad *C. maritimum b. R. S. s. veg. 6. p. 273* forsan spectat: tamen Cl. *Reich.* etiam hoc a *C. maritimo* separat.

13. *C.* FRUTICOSUM. *Lin. sp. pl. ed. 1. p. 221—Guss. pr. 1. p. 300.*
C. glabrum glaucescens, caule fruticoso erecto-patente irregulariter ramoso, foliis semiteretibus carnosis glaucescentibus obtusis, floribus axillaribus sessilibus (solitariis) trigynis.
Salsola fruticosa. *Lin. sp. pl. ed. 2. p. 324* — Kali fruticosum, minus, flore minore. *Cup. H. Cath. p. 245.*
Ic. Salsola fruticosa. *Sibth. fl. gr. t. 255*—Kali minus, sive Sedum minus, arborescens, vermiculatum. *Cup. panph. 2. t. 70* — Chamaepitys vermiculata. *Lob. ic. 384*, mala.
*b. confertiflorum*, floribus axillaribus glomeratis, et in extremitate ramulorum longe spicatis, glomerulis approximatis.
In argillosis collibus, et salsis inundatis; *da Trapani a Noto, Catania, Paternò, Agosta, Siracusa, Buonfornello, Caltanissetta* = et in *Felicuri, Dattolo, Lisca nera, Bottaro, Lisca bianca, Basiluzzo, Lipari*: var. *b. Maretimo*, et *Lampedusa* in calcareis. Majo, Augusto. ♄
*Caules*, uti rami juniores, albidi, teretes: *folia* conferta vel remota, 1-5 lin. longa, saepe rudimentis ramulorum in axillis: *florum* glomeruli in *a.* remotiusculi.
Varietas *b.* differt a specie, praeter characteres datos, *caulibus* firmioribus, ramis foliisque approximatis, inflorescentiae *habitu*. Forsan duae species, me judice, sub *C. fruticoso* confusae—Confer *C. hortense*, et *Suaeda monoica Forsck.* sub *C. fruticoso* in *R. S. s. veg. 6. p. 265*, et *268*.

## BETA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 436—Endl. gen. n. 1924.*

*Cal.* urceolatus, inferne ovario adhaerens; laciniis immutatis, demum conniventibus. *Cor.* nulla. *Utric.* subglobosus, intra substantiam baseos induratae calycis involutum. *Sem.* depressum, non cochleatum. (*Herbae* biennes, vel perennes: *folia* plana: *flores* solitarii, vel glomerati, in spica terminali dispositi.)

1. *B.* CICLA. *Lin. syst. nat. ed. 12. vol. 2. p. 195—Guss. pr. 1. p. 301.*
B. radice fusiformi bienni, foliis radicalibus petiolatis ovatis subcordatis, caulinis superioribus lanceolatis subsessilibus, floribus subternis in spica elongata interrupta dispositis, bracteis superioribus linearibus flores subaequantibus.
B. vulgaris. *Guss. pr. 1. p. 301—Ucria H. Pan. p. 48*—B. communis, sive viridis. *Cup. H. Cath. p. 29* — B. alba vel pallescens, quae et sicula, et Cicla officinarum. *Cup. H. Cath. p. 29*— B. alba, major. *Cast. H. Mess. p. 26.*
Ic. *Plenck offic. t. 170*— B. candida. *Dod. pempt. 620* — B. alba. *Tobern. hist. p. 844.*
*b.* caule inferne foliisque hirsutis.

B. vulgaris *b. Guss. l. c.*

In cultis, et submontoais ubique in Sicilia = et in *Ustica* : var. *b.* prope *Villanova* , *ed al Landro* in argillosis.

Aprili , Septembri. ♂

*Caules* erecti , 1-3-pedales, angulato-sulcati : *folia* integerrima ; radicalia majora , et longius petiolata , acuta , vel obtusa ; in *a.* nitida virentia , et glabra : *spicae* palmares, vel sesquipedales : *bracteae* inferiores lanceolatae , acuminatae , flores excedentes.

Varietas *b.* ulterius observanda , siquidem habitus et locus natalia alienus ; bracteae brevissimae , fere obliteratae ; calyces fructiferi duplo fere minores ; et forsan species propria—Bracteae in hac et in sequentibus longitudine variant , et ideo ad characteres satis firmi ad species discriminandas ?

3. *B. MARITIMA. Lin. sp. pl. 322—Ucria H. Pan. p. 118—Guss. pr. 1. p. 301.*

B. radice fusiformi perenni , caulibus adscendentibus , foliis rhomboideo-ovatis acutis in petiolum attenuatis , floribus geminis in spica elongata interrupta dispositis , bracteis lanceolatis flores excedentibus.

B. spontanea , maritima , communis , viridis. *Cup. H. Cath. p. 29.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 254—Fl. dan. 1571.*

In arenosis, ac lapidosis maritimis in Sicilia = et in *Ustica* , *Felicuri*, *Saline* , *Panaria* , *Favignana* , *Maretimo* , *Pantellaria* , *Lampedusa* , *Linosa*.

Aprili , Julio. ♃

*Caules* aliquando decumbentes , angulato-sulcati , palmares vel 2-pedales , aetate rubentes : *folia* parva ( vix pollicaria ) , nitide virentia , margine aliquando undulata , acuta vel acuminata , inferiora longius petiolata : *spicae* 3 - 12 - pollicares.

4. *B. MACROCARPA—Guss. pr. 1. p. 302.*

B. radice fusiformi gracili annua , caule erecto , ramis divaricatis , foliis rhomboideo - ovatis , floribus subsenis glomeratis , glomerulis laxe spicatis , bracteis lanceolatis glomerulos excedentibus.

Ic. *nulla.*

In argillosis maritimis , et ad vias ; *Girgenti*, *Sciacca* , *nelle Saline di Trapani* = et in *Lampedusa ne' campi coltivati presso la salina.*

Martio , Aprili. ⊙ !

*Planta* glabra, in argillosis saturate viridi-glaucescens : *caules* angulato-sulcati , palmares vel pedales , superne subflexuosi : *folia* obtusa vel acutiuscula , margine undulata , crassiuscula ; inferiora longius petiolata , ad summum sesquipollicaria ; superiora successive minora , oblongo - cuneata : *spicae* 3-8-pollicares ; *florum* glomerulis , globosis , crassis , remotis : *laciniae* calycinae carinatae, in fructu incurvae ; at non ita erecto-conniventes , et apicibus approximatis, ut in praecedentibus.

B. maritima *Marsch. fl. taur. cauc. 1. p. 192*, non *Lin.*, ad hanc speciem forsè spectat , sed racemis virgatis videtur diversa.

## SALSOLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 437.*

*Cal.* inferne ovario adhaerens; laciniis demum conniventibus, saepius dorso trausverse appendiculatis. *Cor.* nulla. *Utric.* depressus, calyce tectus. *Sem.* cochleatum. (*Herbae* annuae, vel frutices: *folia* in alculis semiteretia: *flores* bracteati, solitarii, vel glomerati, in spica terminali dispositi.)

1. *S.* TRAGUS. *Lin. sp. pl. 322—Ucria H. Pan. p. 119— Guss. pr. 1. p. 302.*
   S. herbacea patula glabra, foliis semiteretibus subulatis elongatis mucronato-spinosis, calycibus subsolitariis, appendicibus latis explanatis decoloribus coloratisque.
   Tragum Matthioli. *Cast. H. Mess. p. 46.*
   Ic. Trago. *Matth. comm. 2. p. 382*—Tragon Matthioli. *Lob. ic. 797. f. 2.*
   In arenosis maritimis passim in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Pantellaria*, *Lampedusa*, *Linosa*.
   Junio, Augusto. ⊙
   *Caules* patule-ramosi, densos caespites saepius formantes, angulato-striati: *folia*, uti reliquae partes, intense virentia, et aliquando glaucescentia, basi vix dilatata, patentia, 3-8 lin. longa, saepe in axillis fasciculata, superiora breviora: *flores* solitarii, suffulti bracteis tribus; quarum exterior major foliis conformis; duae laterales breviores; omnes demum subrecurvae: *calycis* laciniae virentes, dorso appendiculatae, appendices aequantes vel aliquando excedentes.
   *S. tragus* herbarii *Lin.* folia habet gracilia, 1-1 1/2 poll. longa, diametro vix lineari ac sparsa, et caulea elongati. In *S. Kali* folia conferta, brevia, rigida, ut saepius in Sicilia occurrunt. Proinde si speciea latas adhuc ut diversas aliquis habere maluerit, tunc ob formam magis trivialem nostra, glabritie excepta, ad *S. Kali* referenda erit.
2. *S.* SODA. *Lin. sp. pl. 323 — Ucria H. Pan. p. 119— Guss. pr. 1. p. 302.*
   C. herbacea erecta, ramis adscendentibus, foliis semiteretibus inermibus acutiusculis elongatis, calycibus fructiferis turbinatis, appendicibus crassis brevissimis semirotundatis.
   Kali, seu Kallu Aegyptiorum, species prima. *Cup. H. Cath. p. 245.* et—K. majus, cochleato semine. *supp. alt. p. 45*—Tragus hortensis. *Cast. H. Mess. p. 31?*
   Ic. *Jacq. H. Vind. t. 68—Plenck offic. t. 161*—Kali majus, cochleato semine. *Cup. panph. 1. t. 15*—K. magnum, Sedi medii folio. *Lob. ic. 394*, mala.
   In arenosis maritimis; *Termini*, *Altavilla*; praeterea uso oeconomico multis in locis Siciliae colitur.
   Augusto Septembri. ⊙
   *Planta* 1-3-pedalis, glaberrima, viridi-glaucescens, aetate rubescens; ramis erecto-patulis: *caules* striati: *folia* carnosa, basi dilatata, semiamplexicaulia, ad medium utrinque sulco obsoleto albido-notata, aliquando recurva, pollicaria et ultra: *flores* laxe spicati, ut plurimum terni, basi trium *bractearum* insidentes; quarum laterales duplo angustiores ac breviores: *calycis* laciniae demum acutae ac fornicatae, albido-scariosae, ad dorsi gibbositatem virentes: *semen* majusculum, nitidum, nigrum.

3\. S. DASYANTHA. *Pall.* in *Spr. s. veg. 1. p. 923—Guss. pr. add. p. 6.*
S. herbacea pilosa, caulibus erectis basi alterne ramosis, foliis lineari-filiformibus elongatis, calycibus subgeminis hirsutissimis (elongato-alatis *Spr.*).
S. arenaria. *Jan slench. p. 4*—Kochia dasyantha. *R. S. s. veg. 6. p. 244.*
Ic. *Pall. ill. t. 10*, et *t. 11* (ex *R. S.*).
In arenosis prope *Trapani (Jan.)*
Majo, Junio. ☉
*Caules* graciles, a basi ramosi, palmares vel pedales; *folia* filiformia pollicem longa, acutiuscula, ob rudimentis ramorum in axillis fere fasciculata: *flores* axillares subgemini, parvi—Specimina quae coram habeo fructu carent, ideoque de calycinis appendicibus nihil dicere valeo; sed quoad characteres *foliorum* et *caulis* potius ad hanc, quam ad *S. arenariam* spectare arbitratus sum.

4\. S. VERMICULATA. *Lin. sp. pl. 323. a. pilosa. Lagasca* in *Herr. agr. ed. 1828. v. 1. p. 261. ad 263.*
S. suffruticosa decumbens pubescens, ramis elongatis adscendentibus, foliis sparsis linearibus semiteretibus, in axillis fasciculatis, supremis brevissimis, floribus subsolitariis alternis laxe spicatis, appendicibus calycinis explanatis decoloribus.
S. agrigentina. *Guss. pr. 1. p. 303*, et *add. p. 7.*
Ic. S. microphylla. *Cav. ic. 3. p. 45. t. 287*—et S. flavescens. *Cav. l. c. p. 45. t. 288.*
*b. glabra. Lag. l. c. p. 263*— ramis firmioribus, foliisque glabris, floribus conferte spicatis, spicis numerosis approximatis.
S. agrigentina *b. glabra. Guss. l. c.*—S. Ennaea. *Jan elench. p. 4.*
Ic. Sedum, potius Kali maritimum, vermiculatum, flore Saxifragiae albae, semine villoso. *Cup. panph. 1. t. 134—Raf. t. 115. f. 1!*
In collibus, ac planitiebus argillosis hyeme subinundatis; *Girgenti ai Macalubbi*, simul cum *Chenopodio fruticoso*: var. *b. Castrogiovanni.*
Junio, Julio. ♄
*Caules* ramosissimi, diffusi, teretes, aetate albidi, 1-2-pedales: *folia* brevia (3-6 lin.), pallide virentia, aliquando recurva, approximata: *bracteae* inferiores floribus longiores; reliquae ovatae, parvae; duae laterales intermedia breviores: *spicae* palmares vel pedales; in *b.* confertiores, et numerosiores: *calycis* appendices in *a.* albido-virentes, subcarinatae; in *b.* perfectas non vidi; quae varietas ob habitum ulterius observanda.
Cl. *Lagasca l. c. S. flavescentem Cav., S. microphyllam* ejusdem (quae *S. brevifolia Desf.*) nonnisi varietates *S. microphyllae* esse demonstrat. Et revera si plantae in locis dissitis provenientes inter se conferantur, facile ejusdem speciei lusus esse quisque cognoverit; uti specimina herbarii *Cavanillesii*, nec non et illa penes Cl. *Lagasca* visa me certum fecerunt.

4\. S. OPPOSITIFOLIA. *Desf. atl. 1. p. 219—Pers. syn. 1. p. 297—Guss. pr. 1. p. 203.*
S. fruticosa glabra erecta, foliis carnosis inermibus linearibus acutis semiteretibus oppositis, floribus subsolitariis laxe et opposite spicatis, calycinis appendicibus latis explanatis coloratis (roseis).
S. oppositiflora. *Jan elench. p. 4*—Kali siculum, lignosum, floribus membranaceis. *Cup. H. Cath. p. 245*—K. fruticosum, floridum. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris. p. 55.*
Ic. S. fruticosa. *Cav. ic. 3. t. 285*, non *Lin.*—Kali floribus membranaceis. *Cup. panph. 2. t. 255*—K. siculum, lignosum, floribus membranaceis. [illegible]

In collibus argillosis, et salsis; *Termini*, *Scillato*, *Olivieri*, *Girgenti*, *Cattolica*, *Alicata*, *Sciacca*, *Pietrapersia*, *Caltanissetta*, *Castrogiovanni*, *Regalbuto*, *Catania*, *Misterbianco*, *Pozzallo* = et in rupibus ac declivitatibus maritimis argilloso-calcareis; *Lampedusa al sud*, *e nello scoglio de' conigli*.

Junio, Augusto. ♄

*Frutex* glaberrimus, sempervirens, 3-4-pedalis, opposite ramosissimus: *folia* apice recurva, superne canaliculata, subtus subcarinata, 6-12 lin. longa, crassiuscula: *flores* saepius solitarii in locis sterilibus: *spicae* 3-12 - pollicares, in apice et aliquando in fructu confertiflorae: *bracteae* inferiores foliis conformes; superiores flores vix excedentes; duae laterales breviores: *calycis* appendices nervosae, rotundatae, integrae, 2-3 lin. longae.

Cum in herbario aegyptiaco Sieberiano alia planta sub nomine *S. oppositifoliae* occurrat, sic Cl. *Jan* stirpem siculam nomine *S. oppositiflorae* vulgavit; sed descriptio Cl. *Fontanesii* et icones, quas citat, cum nostra conveniunt, ideoque potius planta aegyptiaca ad aliam pertinet speciem.

## UMBELLIFERAE. *Juss.*

(*Herbae* aut frutices: *caules* ut plurimum articulati; rami inferiores alterni, superiores aliquando oppositi, vel verticillati: *folia* exstipulata, simplicia, vel composita, alterna, aliquando suprema opposita: *petioli* basi saepius vaginantes: *calycis* tubus cum ovario connatus; limbo obliterato, aut 5-dentato: *petala* 5, supera, staminibus et calycinis dentibus alterna, quoad formam varia: *styli* in stylopodia duo ovarium tegentia incrassati, recti, da mum recurvi: *fructus* diachenium forma varium, maturitate bipartibile vel indivisum: *flores* varie umbellati, saepius flavi vel albi. (Gen. ab *Eryngio* ad *Elaeoselinum.*)

### ERYNGIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 436—Endl. gen. n. 4386.*

*Invol.* spinosum. *Umbell.* capitata, densa; floribus sessilibus. *Cal.* margo 5-fidus, foliaceus, persistens. *Pet.* aequalia, erecto-connivantia, oblongo-obovata, acumine inflexo. *Fruct.* aubterca, ovalis, tuberculoso-squamatus, evittatus, et ecostatus. (*Herbae* perennes vel annuaa, glabrae, virentes, vel glauco-coerulescentes: *folia* coriacea, simplicia vel pinnato-partita: *flores* albi: *petala* ob apicem longum intus arcte flexum videntur apice emarginato - bidantata).

1. *E.* CAMPESTRE. *Lin. sp. pl. 337—Ucria H. Pan. p. 121—Guss. pr. 1. p. 304.*

E. caule superne ramosissimo, ramis divaricatis, foliis radicalibus petiolatis ternato-pinnatis, laciniis latis pinnatifidis dentato-serratis aculeatis, caulinis sessilibus auriculatis, involucri foliolis lineari-lanceolatis capitula superantibus, paleis subulatis indivisis.

E. vulgare. *Cup. H. Cath. p. 70.*

Ic. *Jacq. austr. t. 455—Lam. ill. gen. t. 181. f. 1*—E. campestre slectoropon, minus, asperum. *Cup. H. Cath. p. 71*, et *panph. 1. t. 221*—et E. campestre. *Dod. pempt. 730.*

*b.* foliis fimbriato-crispis.

Ic. E. campestre, foliis crispis. *Cup. l. c. t. 64*, in qua folium unicum exhibetur.

In arvis argillosis ubique in Sicilia.
Julio, Septembri. ♃
*Caules* corymbosi: *folia* radicalia laete virentis, uti tota planta, vix siliquando glaucescentia, reticulato-venosa; auriculis superiorum laciniato-dentatis: *petala* calyce breviora.

2. *E. dilatatum*. *Lam. dict. enc. 4. p. 755 — Spr. s. veg. 1. p. 872.*
E. caule erecto apice amethystino ramoso-corymboso, foliis radicalibus caulinisque inferioribus bipinnato-laciniatis, laciniis elongatis dentato-spinosis incisisque divaricatis, involucria lineari-lanceolatis spinosis subintegris capitula ovata superantibus, apinis basi interjectis, receptaculi paleis subulatis integris.
E. multifidum. *Guss. pr. 1. p. 305*, exclusis synonymis *Sibth.* et *Sprengelii* — E. alpinum. *Ucria H. Pan. p. 121*, non *Lin.* — E. montanum amethystinum. *Cup. H. Cath. p. 70* — E. montanum. *Cast. H. Mess. p. 8.*
Ic. E. amethystinum *dilatatum*. *Brot. fl. lusit. 2. t. 166 !*—E. alpinum, elatius, caule folioso, molliculum. *Cup. H. Cath. p. 71*, et *panph. 2. t. 200*—E. minimum, trifidum. *Bocc. mus. t. 71*, mala.
In collibus aridis, et in montosis; *Val di Mazzara.*
Augusto, Octobri. ♃
*Caules* 6-18-pollicares: *folia* exquisite nervosa, glaberrima, caulina sessilia; vaginia dilatatis, dentato-spinosis: *involucri foliola* prope basim utrinque spina una aut altera instructa, sed non pinnatifida: *spinulae* multae inter illa interjectae, saepius reflexae; *capitula* amethystina, sed flores albi, ut etiam in sequente.
Differt ab *E. amethystino Lin.*, *foliis* inferioribus bipinnato-laciniatis, superioribus palmato-trifidis et laciniatis; non inferioribus subpinnatis, reliquis semitrifidis: ab icone *E. amethystini Wald.* et *Kit. pl. rar. Hung. t. 215* ( quae a *R. S.* ab *E. amethystino Lin.* differre dicitur), *caule* minus ramoso; *foliis* radicalibus non crispis, laciniis magis elongatis; *involucri* foliolis integris, non dentato-inciais — Denique specimina *E. multifidi*, pro quo hoc habui, in herb. *Sibthorpiano* differunt a nostro, *involucri* foliolis fore ad dimidium pinnatifidis, et *habitu*; sed foliis conveniunt. Illa *E. dilatati* in herb. *Dec.* nostris omnino similia. Hinc deleatur observatio in *pr. 1. p. 307* sub *E. dichotomo*.

3. *E. triquetrum*. *Vahl symb. 2. p. 46 — Pers. syn. 1. p. 299 — Guss. pr. 1. p. 306.*
E. caule erecto ramosissimo corymboso superne amethystino, ramis pedunculisque triquetris, foliis radicalibus cordatis petiolatis tripartitis inciso-dentatis spinosis, caulinis sessilibus digitato-palmatis, involucris 3-4-phyllis, foliolis integris lanceolatis pungentibus patentibus canaliculatis subtus carinatis capitula superantibus, receptaculi paleis integris.
E. creticum. *Jan elench. p. 4*, non *Lin.?*
Ic. *Desf. atl. 1. t. 54*—E. campestre, alterum, intense coeruleum, capitulis quatuor aculeis cinctis. *Cup. H. Cath. p. 28*, et *panph. 1. t. 212.*
In arvis, et in collibus argillosis ubique in Sicilia.
Majo, Julio. ♃
*Caules* 5-12-pollicares, basi simplices: *folia* glauco-virentia; radicalia petiolo 2-pollicari instructa, sub-orbiculata, diametro vix pollicari; segmentis latis obovato-cuneatis; caulina subsessilia, petiolis vix dilatatis, segmentis lineari-lanceolatis: *capitula* globoso-ovata: receptaculi *paleae* mucronato-carinatae, *flores* subaequantes—Rami superiores laterales centralem vix superantea: *folia* radicalia tripartita, non triloba, ut ex descriptione *Vahlii*.

4. *E. maritimum. Lin. sp. pl. 337—Guss. pr. 1. p. 306.*

E. caule erecto patule ramoso, foliis albido-glaucescentibus dentato-spinosis, radicalibus longo petiolatis, cordato-subrotundis trilobis undulato-plicatis, superioribus subsessilibus palmatis, involucris foliosis dentato-spinosis latis capitula ovata superantibus, receptaculi paleis tricuspidatis.

E maritimum. *Cup. H. Cath. p. 70*—E. marinum. *Cast. H. Mess. p.8.* Ic. *Fl. dan. 875*—E. marinum. *Dod. pempt. 730.*

In arenosis maritimis in Sicilia = et in *Pantellaria.*

Julio Augusto. ♃

*Caules* subcorymbosi, 6-12-pollicares, albo-glaucescentes, vel superne pallide amethystini: *folia* ad margines et ad nervos candida, radicalia diametro 2-pollicari et ultra, *petiolis* 3-4 poll. longis: *involucri foliola* patentia, semipollicem lata, coriacea, glaucescentia: *calycis* laciniae rigidae, lanceolatae, carinato-mucronatae, demum stellate patentes, *fructum* undique strigoso-paleaceum subaequantes, *receptaculi* paleas subexcedentes.

5. *E. tricuspidatum. Lin. sp. pl. 337—Ucria H. Pan. p. 121 —Biv. cent. 1. p. 34—Guss. pr. 1. p. 307.*

E. caule erecto apice subramoso, foliis radicalibus longe petiolatis cordatis suborbiculatis spinoso-serratis apice subincisis, caulinis palmatis auriculatis; superioribus sessilibus, laciniis anguste lineari-subulatis, involucri foliolis pungentibus subspinoso-dentatis capitula triplo superantibus, paleis omnibus tricuspidatis flores parum excedentibus.

E. capitulis Psyllii, ex Sicilia. *Cup. H. Cath. p. 70*, et—E. capitulis Psyllii, alterum, majus, forsan ex semine minoris, scilicet Bocconiani degener. *supp. alt. p. 28.*

Ic. *Tratt. arch. t. 211*, ex *Dec.* — E. capitulis Psyllii. *Bocc. sic. t. 47—Cup. panph. 2. t. 202.*

In collibus aridis calcareis, in montosis asperis, et lapidosis maritimis ubique in Sicilia.

Junio, Septembri. ♃

*Radix* crassa, saepius turbinata: *caules* semper erecti, palmares, pedales et ultra; *folia* radicalia parva, vix diametro semipollicari, laete virentia: *involucri* foliola erecto-patentia, versus basim spina una aut altera instructa, pollicem longa, rigida, anguste linearia, carinata; *capitula* subsessilia, parva, ovata, vix 3-4 lin. longa, terminalia, et axillaria.

Icon, E. syriacum, ramosius, capitulis minoribus, coeruleis. *Moris. hist. 3. p. 166. s. 7. t. 37. f. 13*, aut mala, aut aliam plantam repraesentat.

6. *E. dichotomum. Desf. alt. 1. p. 226 — Pers. syn. 1. p. 299 — Guss. pr. 1. p. 307.*

E. caule erecto superne vel ab ipsa basi patule ramoso, foliis radicalibus mucronato-dentatis oblongis basi cordatis longe petiolatis, caulinis sessilibus palmato-incisis, involucri foliolis pungentibus capitula superantibus, receptaculi paleis flores excedentibus, exterioribus tricuspidatis interioribus subulatis.

E. montanum, minus, coeruleaceus, asperum. *Cup. H. Cath. p. 71* ex *Bertol.*—E. planum. *Ucria H. Pan. p. 121*, non *Lin.*

Ic. *Desf. l. c. t. 55*—E. planum, coeruleum. *Cup. panph. 2. t. 81.*

In arvis, et collibus argillosis, in planitiebus hyeme inundatis in Sicilia = et in *Lampedusa.*

Majo, Junio. ♃

Variat, *caule* palmari vel pedali, apice vel ab ipsa basi ramoso et divaricato, quae varietas in maritimis argillosis prope *Menfri-*

*ci* provenit; omnino albo-virenti, vel apicem versus subamethystino: *folia* vero radicalia semper integra, apice dilatata, fere spathulato-oblonga, 2-3-pollicaria, 4-6 lin. in medio lata, uti reliquae partes glaberrimae, virentes, vix coriaceae; *caulina* subsessilia, segmentis lanceolatis, dentato-incisis spinosisque: *capitula* ovata, breviter vel longe pedunculata: *involucri* foliola anguste-linearia, fere pollicaria, basi et apice spinosa — In *Lampedusa* ob terrae ariditatem vix ad palmarem altitudinem caulis assurgit, sed ut plurimum 1-3-pollicaris occurrit—Semel folia radicalia tripartita observavi.

7. *E.* PUSILLUM. *Lin. sp. pl. 337—Guss. pr. 1. p. 308.*

E. caule dichotomo, foliis radicalibus longe petiolatis basi attenuatis (non cordatis) oblongo-lanceolatis integris repandis vel spinoso-dentatis, floralibus capitulisque sessilibus palmatis, involucri foliolis carinatis canaliculatis pungentibus basi dilatatis ibique margine scariosis unidentatis, receptaculi paleis omnibus integris mucronatis.

E. planum, minus. *Cup. H. Cath. p. 71*—E. minimum, serratum. *Cast. H. Mess. p. 8 ?*

Ic. *Tratt. arch. t. 212*, ex *Dec.*—E. pusillum, planum, Montoni. *Clus. hist. 2. p. 158.*

In argilloso-calcareis inundatis, vel humentibus; *Altavilla al Gurgo di Serra a Mare, Piana de' Greci al Gurgo di Ddingoli, Cotrano al Gurgo lo Drago, Bosco di Castelvetrano, S. Maria del Bosco, Catania, Randazzo, Bronte, Girgenti ai Macalubbi.*

Majo, Junio. ♂

*Caules* erecti, 4-12-pollicares, ab ipsa basi patule ramosi; *ramis* non corymbosis; *folia*, uti tota planta laete virentia, praecedentis similia, sed basi nunquam cordata, apice dilatata; caulina media in petiolum attenuata; suprema sessilia: *involucri* foliola numerosa, rigida, 5-7-linearia, *capitula* parva triplo-superantia, receptaculi paleis similia, et una cum illis stellate-patentia.

---

† 8. *E.* FOETIDUM. *Lin. sp. pl. 336—Ucria H. Pan. p. 121—Guss. pr. 1. p. 509.*

E. foliis radicalibus subensiformibus serratis, floralibus multifidis, caule dichotomo.

In campestribus; *alla Quisquina* (*Ucria*).

## ECHINOPHORA.

* *Gen. pl. ed. Schreb. n. 461—Endl. gen. n. 4522.*

*Invol.* et *involucell.* polyphylla; foliola spinosis aut inermibus, inaequalibus. *Flos* centralis cujusque umbellulae foemineus; radiales masculi. *Cal.* margo 5-partitus; laciniis inaequalibus, lanceolatis. *Pet.* vix radiantia, obcordata, cum lacinia inflexa. *Fruct.* oblongus, indivisus, subteres, immersus in pedicello aucto, tubaeformi, apice coronato pedicellis persistentibus incrassatisque florum sterilium inter quos rostrum fructus emergit. (*Plantae perennes*: *folia* decomposita; foliolis angustis: *umbellae* planae, terminales: *flores* albi, vel lutei).

1. *E.* SPINOSA. *Lin. sp. pl. 344—Ucria H. Pan. p. 125—Guss. pr. 1. p. 509.*

E. glabra, foliis bipinnatifidis, laciniis integris trifidis pinnatifidis

que subulatis subcarnosis rigidis carinato-trigonis, involucris integris spinosis.
Crithmum maritimum, spinosum. *Cup. H. Cath. p. 61.*
Ic. *Cav. ic. 2. t. 130* — *Sibth. fl. gr. t. 265* — Crithmum spinosum. *Dod. pempt. 705.*
*b. pubescens;* caule profunde sulcato, umbellarumque radiis piloso-pubescentibus, foliis scabris.
In arenosis maritimis in Sicilia = et in *Panaria*, *Pantellaria*; varietas *b.* prope *Castellammare.*
Junio, Octobri. ♃
*Caules* erecti, anguloso-striati, saepe pedales, subflexuosi, ab ipsa basi valde et approximate ramosi; *ramis* erectis, patulisque: *folia* glauco-virentia; radicalia, et caulina petiolata; suprema subsessilia, pinnatifida; *laciniis* crassis, pungentibus, supra canaliculatis: *umbellae* pedunculatae, densiflorae: *flores* albi.

2. *E. tenuifolia. Lin. sp. pl. 344—Guss. pr. 1. p. 309.*
E. viridi-pubescens, caule sulcato, foliis tripinnatifidis, superioribus 2-pinnatifidis, laciniis linearibus omnibus conformibus canaliculatis ad primarias petioli divisiones decussatis involucrisque inermibus, umbella centrali in dichotomis, reliquis paniculatis, fructibus pruinoso-villosiusculis.
Pastinaca sylvestris, angustifolia, fructu echinato. *Cup. H. Cath. p. 163.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 190. f. 2* — Pastinaca echinophora, apula. *Columm. ecphr. 1. t. 104.*
In collibus, et arvis arenosis; *Butera*, *Comiso*, *Piazza*, *S. Michele*, *Leonforte*, *S. Filippo*, *Lussuria*, *Aidone*, *Pietraperzia*, *Lentini.*
Septembri, Octobri. ♃
*Caules* erecti, ramosi, palmares, vel sesquipedales: *folia* radicalia numerosa, rosulata, fere illis *Elaeoselini Asclepiadis* imitantia; laciniis approximatis, saepe filiformibus, 1/2-1 lin. longis; aliquando *folia* tripinnatifida, *laciniis* plurimis ad primariam petiolorum divisionem crueiatim dispositis; in caulinis vero laciniae remotae, breviores, parum latiores, rigidiores: *flores* luteoli, in umbellis parvis 3-7-radiatis: *involucra* integra, inermia, radiis subbreviora, patentia, demum saepe deflexa: *involucella* in fructu recurva, rigida, sed non pungentia.
Haec est *E. tenuifolia Lin.* ex loco, et synonymia!, nam planta aicola eum illis Apuliae ex asse quadrat; sed *E. tenuifolia Fl. gr.* ex herb. *Sibth.* ac specimine *Sieberiano*, et illa *Marsch. fl. taur. cauc. 3. p. 199*, ex specim. *Steveni* in herb. *Dec.*, nec non ex icone *Buxb. cent. 5. p. 44. app. ic. n. 27*, aliam speciem sistit, quae sic definienda:
*E. sibthorpiana. Guss. supp. p. 69.*
E. pubescenti-canescens, caule substriato, foliis radicalibus 3-pinnatis, caulinis pinnatis, laciniis planis non decussatis cuneatis difformibus, radicalium laciniis incisis angustato-linearibus (1 lin. latis), caulinarum inciso-lobatis lanceolatis latis (2-4 lin.) involucrisque inermibus, umbellis lateralibus terminalibusque paniculatis, fructibus canescenti-villosis—E. tenuifolia. *Sibth. fl. gr. 3. p. 59. t. 266*, *Marsch.*, *Steven*, et *Buxbaum*—Ammi majus, exoticum, foliis per ambitum elegantur incisis. *Plukn. Alm. t. 11. f. 1*, bona quoad folium, sed quoad umbellam pessima.
Ad veram *E. tenuifoliam* spectat icon *Columnae*, at inde illae *Morisonii* ac *Lam.*, quia a prima imitatae.

## SANICULA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 458—Endl. gen. n. 4382.*

*Umbellae* pauciradiatae; *umbellul.* densifloris, subcapitatis. *Invol.* 2-phyllum, et *involuc.* oligophylla, multipartita. *Cal.* margo 5-partitus, persistens. *Pet.* erecta, obovata, cum lacinula longa, inflexa. *Fruct.* subglobosus, ecostatus, indehiscens, setis hamatis tectus. (*Herba* perennis, glaberrima: *folia* simplicia, lobata, fere omnia radicalia: *umbellae* radii irregulares: *flores* albi, in eadem umbella polygami.)

1. *S.* EUROPAEA. *Lin. sp. pl. 339—Ucria H. Pan. p. 122—Guss. pr. 1. p. 310.*
   S. foliis radicalibus 3-5-partito-palmatis, lobis cuneiformi-obovatis inciso serrulato-aristatis, umbellularum floribus omnibus sessilibus.
   Diapensia, sive Sanicula mas. *Cup. H. Cath. p. 66* — Diapensia. *Cast. H. Mess. p. 8.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 191. f. 4—Bull. herb. de Fr. t. 267* — Sideritis. *Column. phyt. p. 72*—S. mas. *Fuchs. hist. 671.*
   In montosis nemoribus umbrosis; *Madonie, S. Maria del Bosco, Ficuzza, Boschi di Val Demone.*
   Majo, Junio. ♃
   *Caules* striati, erecti, pedales et ultra, simplices aut vix ramosi, una cum foliis glaberrimi: *folia* laete virentia; radicalia, longe petiolata; caulina sessilia, parva: *flores* inodori; hermaphroditi pauci: *calyces* in masculis glabri, dentibus erectis; in flor. foeminels et hermaphroditis setis obsessi, dentibus lanceolatis, stellatim patentibus: in floribus foemineis petala desunt, et eorum loco margo corollinus candidus campanulatus brevissimus obtusus observatur, confer *Scop. fl. carn. 1. p. 187*: *styli* recurvi, albidi: *fructuum* setae nitide virentes, hamatae.

## PETAGNIA.

*Guss. pr. 1. p. 311—Endl. gen. n. 4380.*

*Umbel.* imperfectae; radiis dichotomis; involucris involucellisque diphyllis. *Flor.* hermaphroditi fertiles, in radiorum dichotomia vel extremitate sessiles; masculi 2-4, pedunculati, ad calycem floris hermaphroditi inserti! *Pet.* aequalia, erecta, conniventia, ob apicem acutum intus flexum emarginata. *Fruct.* 1-spermus, indivisus, intus cavus, globoso-ovatus, obsolete costatus, glaber, ac levis, evittatus. (*Herba* perennis, glaberrima: *folia* simplicia, fere omnia radicalia: *flores* albi.)

1. *P.* SANICULAEFOLIA. *Guss. l. c.—Dec. pr. s. nat. 4. p. 83—Bertol. fl. ital. 3. p. 418*, et *4. p. 780*, ubi florum descriptio bona.
   Sison Gussonii. *Spr. s. veg. cur. post. p. 118.*
   Ic. *nulla.*
   In frigidis rivulis nemorum; *Val Demone ne' boschi di Cannata lungo la strada da Floresta a Maniaci.*
   Majo, Junio. ♃
   *Planta* inodora, laete virens: radices horizontaliter excurrentes, fuscae, fibris descendentibus: *caules* teretes, palmares vel pedales, basi simplices, superne semel vel bis bifidi, et ad bifurcationem

**tantum foliis instructi, caeterum nudi:** *folia* radicalia longe petiolata, peltata, suborbiculata, 5-partito-palmata; lobis cuneiformibus, obtusis, subtrilobis; serrulata, dentibus aristatis: caulina ad caulis bifurcationes sessilia, tripartita, sat raro petiolata: *petioli* teretes, farcti, palmares: *umbellarum* radii graciles, 4-6 lin. longi: *involucri* et *involucelli* foliola angustissime linearia, acuta, 2-3 lin. longa: *flores* parvi, corollis in floribus masculis persistentibus; *pedicelli* florum masculorum capillares, lin. longi: *fructus* 1/3 lin. longus, dentibus calycinis et stylis elongatis recurvis coronatus.

Dixi in memoriam Cl. Med. Doct. *Vincentii Petagna*, quondam Botanices Professoris in Regia Neapolitana studiorum Universitate, in cujus honorem quamvis jam aliud genus a *Gmel.* in *syst. nat. p. 1119* fuerit dicatum, tamen sub *Smithiae* nomine fuit inde recognitum.

## HYDROCOTYLE.

*Gen. pl. ad. Schreb. n. 457—Endl. gen. n. 4355.*

*Umbell.* simplex. *Invol.* olygophyllum, brevissimum. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, ovata, acuta, apice integro recto. *Frut.* biscotatus, e latere commissurali compressus, evittatus: jugis 5-filiformibus, carinali et lateralibus saepe obsoletis. (*Herba* aquatica, perennis: *folia* simplicia, orbiculata: *umbellae* pedunculatae axillares: *flores* parvi, albidi.)

1. *H.* NATANS. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 20*, excluso synonymo *Columnae—Pers. syn. 1. p. 301—Guss. pr. 1. p. 312.*

H. foliis natantibus cordato-reniformibus orbiculatisque glabris subpeltatis multilobis, lobis obtusis crenatis, umbellis capitatis pedunculatis, pedunculis fructiferis recurvis, floribus breviter pedicellatis.

Ic. *Cyr. l. c. t. 6—Rich. mon. des Hydr. p. 54. t. 59—Ten. fl. nap. 3. t. 124.*

In aquis puris lente fluentibus; *Barcellona*, *Milazzo*, *Spadafora*, *S. Cosimano sotto Mililli*, *Siracusa al fiume Pisma ossia Ciane*, *Spaccaforno*.

Aprili, Majo. ♃

*Planta* undique glabra, laete virens, aquis innatans; *caules* fistulosi, longe et late horizontaliter excurrentes, fibras ex nodis emittentes: *folia* diametro 1-1 1/2-pollicari, 9-11-lobata: *umbellae* pauciflorae: *fructus* viridi-luteoli, diametro vix lineari, glabri, leves, vel minutis tuberculis obsiti, ad carinam acute costati, aut obtusi, ad faciem utrinque nervo unico prominulo, et ipso saepe obsoleto instructi: *styli* breves, divaricati vel recurvi: *stylopodium* brevissimum.

Umbellarum pedunculi longitudine variant ratione profunditatis aquarum; extant apud me specimina pedunculis vix pollicaribus et tripollicaribus instructa, ideoque breviter pedunculata cum Cl. *Sprengello* dici nequeunt—Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 116* synonymon *Columnae ecphr. 1. p. 315. t. 316*, ex loco denuo ad hanc speciem refert, a qua Cl. *Moretti bot. ital. n. 1. p. 19* jam jure exclusit. Siquidem quamvis icon *Columnae* quoad folia et habitum hanc *Hydrocotylem* exacte referat; tamen fructus in summitate pedunculi omnes sessiles!!, ac descriptio *Columnae* certe ad *Ra-*

*nunculi* speciem spectant : eo magis quod hujus auctoris descriptiones et icones accuratissimae habentur ab omnibus.

## BUPLEURUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 460—Endl. gen. n. 4414.*

*Invol.* varium: *invol.* olygo-polyphylla. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, apice arcte involuta; lacinia lata, retusa. *Fruct.* ex latere commissurali compressus, ovalis, aut oblongus, acute vel obsolete utrinque 5-costatus; valleculis vittatis, vel evittatis, levibus vel tuberculatis. *Carpoph.* demum liberum, bipartitum. (*Plantae* glaberrimae, annuae, perennes, vel fruticosae: *folia* simplicia, integerrima: *flores* lutei, parvi; *fructus* glabri.)

** Annua.*

1. *B.* PROTRACTUM. *Link en. alt. H. Ber. 1. p. 261 — Spr. s. veg. 1. p. 881—Guss. pr. 1. p. 313.*

B. caule subsrecto, ramis divaricatis, foliis obtusis mucronatis glaucis, inferioribus oblongis amplexicaulibus, superioribus ovatis perfoliatis, umbellis 2-4-radiatis, involucro nullo, involucellis ovato-subrotundis aristatis patentibus, fructibus (atris) ovalibus acutis costatis, valleculis corrugato-rugosis.

B. rotundifolium. *Ucria H. Pan. p. 122*, non *Lin.*—B. subovatum. *R. S. s. veg. 6. p. 565*—Perfoliata vulgatissima, sive arvensis. *Cup. H. Cath. p. 165* et—P. minor, ramis inflexis. *Cup. l. c. p. 166*—P. vulgaris, Matthioli. *Cast. H. Mess. p. 18.*

Ic. *Reich. cent. 9. f. 1112, et 1113*—B. perfoliatum, rotundifolio nigro, rectum, ramis inflexis, floribus inaequalibus. *Cup. panph. 1. t. 18*—*Raf. t. 18.*

Inter segetes ubique in Sicilia = et in *Lipari alle terre rosse*, *Maretimo.*

Aprili, Majo. ⊙

*Planta* intense glauca, palmaris vel aesquipedalis: *folia* inferiora 2-3 poll. longa, pollicem lata; superiora breviora, latiora: *umbellae* pedunculatae: *involucelli* foliola 4-5 lin. lata, subinaequalia, pallide viridi-lutescentia, *flores* in umbellula aequaliter pedicellatos excedentia —A *B. rotundifolio* fructuum valleculis corrugato-rugosis, et foliis longioribus differt.

2. *B.* ODONTITES. *Lin. sp. pl. 342!* ex herb.—*Ucria H. Pan. p. 125*—*Biv. cent. 2. p. 15.*, excluso ab omnibus synonymo *Columnae*—*Guss. pr. 1. p. 315.*

B. caule erecto divaricate-ramoso, foliis lineari-lanceolatis trinervila, involucris involucellisque lanceolatis acutis coloratis membranaceo-scariosis hyalinis, umbellularum radiis elongatis valde inaequalibus, fructibus lavibus ecostatis lineari-oblongis.

B. Fontanesii. *Guss. ind. sem. H. R. Bocc. an. 1825*—Perfoliata minima, Bupleuri folio. *Cup. H. Cath. p. 166.*

Ic. *Jacq. H. Vind. 3. t. 91* — *Reich. cent. 2. f. 310* — *Guss. pl. rar. t. 22.*

Inter segetes nihil communius in Sicilia = et in *Ustica.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* 4-12-pollicares; ramis gracilibus: *folia* virentia, 1-2 lin. lata, 1-2 poll. longa: *umbellae* pedunculatae; radiis inaequalibus: *involucra* et *involucella* lutescentia, nervis virentibus lon-

gitudinalibus pinnatis reticulata, flores excedentia, sub anthesi patentia, in fructu contracta!: *radioli* valde inaequales, quo charactere a sequente statim dignoscitur: *fructus* nitiduli, fusci, ad commissuram late sulcati.

Confer quae dixi in *pl. rar. p. 112* — In icone *Gaert. t. 22. f. 7*, *fructus* exacte ovatus delineatur, quod in nostro minime verum.

**3.** *B.* ARISTATUM. *Bartl.* in *Reich. cent. 2. p. 20* — *Dec. pr. s. nat. 4. p. 129.*

**B.** caule ramisque erectis, foliis linearibus 3-nerviis, involucris involucellisque ovato-lanceolatis aristato-cuspidatis (virentibus) opacis, umbellularum radiis brevibus aequalibus, fructibus subtetragonis levibus sulcatis.

Ic. *Guss. pl. rar. p. 114. t. 52. f. 1*—Perfoliata minima, Bupleuri folio. *Column. Ecphr. 1. p. 84. t. 247.*

In apricis herbosis montosis; *Monte delle rose*, *ed alla Quisquina* (*Gasparrini*).

Aprili, Majo. ☉

*Caules* 3-6-pollicares, superne tantum ramosi: *folia* infima oblongo-ovalia, in petiolum longum attenuata: *involucra* umbellulas, et *involucella* flores superantia.

**4.** *B.* GLAUCUM. *Dec. fl. fr. supp. p. 515*—*Spr. s. veg. 1. p. 882*— *Guss. pr. 1. p. 314.*

**B.** caule ramosissimo gracili erecto, ramis erecto-patulis, foliis acutis anguste lanceolato-linearibus glaucis, inferioribus recurvis, involucri 5-phylli involucellisque lineari-lanceolatis cuspidatis denticulatis flore fructuque longioribus, fructibus granulatis ecostatis.

Ic. *Reich. cent. 2. f. 229*—*Guss. pl. rar. t. 25. f. 2.*

In collibus aridis argilloso-calcareis maritimis, et in arvis cultis; *Trapani*, *Terranova*, *Vittoria*, *Pozzallo*, *Noto*, *Spaccaforno*, *S. Croce*, *Siracusa*, *Patti*, *Bronte*, *Nicosia* = et in *Favignana*, *Levanzo*, *Lampedusa.*

Aprili, Majo. ☉

*Planta* undique glaucescens: *caules* 2-5-pollicares, graciles, subflexuosi, ab ipsa basi ramosi: *folia* vix 1-1 1/2 lin. lata, non spathulata, sed lanceolato-linearia, poll. longa: *umbellae* laterales et terminales; radiis valde inaequalibus, altero plerumque in ramulo folioso producto: *umbellarum* radii inaequales: *fructus* jam maturi nigri — Ab affini *B. semicomposito* differt foliorum figura, colore glauco, ac tenuitate omnium partium.

**5.** *B.* GERARDI, *b. virgatum. Reich. cent. 2. p. 36* — *Guss. pr. 1. p. 314.*

**B.** caule erecto gracili ramosissimo, ramis umbellarumque radiis elongatis erectis, foliis lineari-cuspidatis, involucro utroque pentaphyllo, foliolis lineari-subulatis, involucellis flores excedentibus, fructibus oblongis prismaticis obtuse costatis levibus.

Ic. *Reich. l. c. f. 295.*

In pascuis apricis, et ad sylvarum margines; *Maletto*, *Bronte*, *Caltanissetta*, *Nicosia*, *Capizzi.*

Augusto, Septembri. ☉

*Planta* glaberrima, laete-virens: *caules* 1-2 1/2-pedales; ramis erectis, filiformibus, tenuibus: *folia* semiamplexicaulia, lineari-lanceolata, angustissima, trinervia: *umbellae* pauciradiatae; *umbellularum* radiis uti in praecedente valde inaequalibus: *flores* in umbellulis 5-7: *fructus* costis vix prominulis notati.

**6.** *B.* JUNCEUM. *Lin. sp. pl. 343*—*Ucria H. Pan. p. 125*—*Guss. pr. 1. p. 315.*

**B.** caule erecto firmo paniculato, foliis lanceolato-linearibus cuspi-

**datis basi amplexicaulibus, involucris triphyllis umbella subaequalibus, involucellis pentaphyllis flore brevioribus, fructibus ovatis acute costatis levibus.**
B. folio subrotundo, sive vulgatissimum. *Cup. H. Cat. p. 33?*, ex synonymo *C. Bauhini* sub hac specie a *R. S.* relato.
Ic. *Reich. cent. 2. f. 297*— B. Gerardi. *Sibth. fl. gr. t. 262*, ex *Reich.*— B. angustifolium. *Dod. pempt. 633.*
In campis, et in agris argillosis; *Trapani*, *Reitano*, *Caldarari.*
Augusto, Septembri. ☉
*Caules* firmiores, quam in praecedente; *folia* rigidiora, ac latiora; radicalia plura, subfalcata; caulina basi amplexicaulia: *flores* in umbellulis 3-5: *semina* crassiora, nigricantia, costis elevatis acutis; hinc *habitu* omnino a *B. Gerardi* diversum.

7. *B. COLUMNAE. Guss. pr. supp. p. 70.*
**B. caule erecto rigido firmiusculo ramosissimo, foliis anguste linearibus mucronatis, umbellis axillaribus incompletis subtrifloris, terminalibus 3-5-radiatis, involucris involucellisque lanceolatis rigidis cuspidatis (brevibus) flores (4-5) aequantibus, fructibus acute costatis, valleculis corrugato-rugosis.**
B. tenuissimum. *Guss. pr. 1. p. 315*, excl. syn. *Lin. Reich.* et *Fl. dan.* — B. tenuissimo folio. *Tourn.* herb. in *Mus. H. Paris.* —B. angustissimo folio. *Cup. H. Cath. p. 33.*
Ic. B. minimum. *Colum. ecphr. 1. t. 247!*
In arvis, et in campis argillosis post messem, et ad vias in Sicilia.
Augusto, Novembri. ☉
*Caules* 5-18-pollicares, saepe paniculato-ramosi: *folia* glaucescentia, rigida, vix lin. lata: *umbellae* axillares saepius simplices, per ramorum latera approximatae, subsessiles aut pedunculatae, pauci radiatae: *umbellulae* pauciflorae, radiis aequalibus: *fructus* majusculi, nigro-virentes, vel cinerei, maturi fere globosi ac involucelis excedentes.
Comparatis speciminibus exoticis hoc nostrum est omnino diversum a *B. tenuissimo*, nec locorum natura mutatur. — Praeterea icon *Fl. dan. 1030* et illa Cl. *Reich. cent. 2. t. 162* a nostra specie recedunt, *caule* gracilissimo, ramosiore, **humiliore**, *ramisque* magis diffusis; *umbellis* omnibus simplicibus, **laxioribus** et pedunculatis, *involucellis* fructus excedentibus: illa vero *Columnae* nostram speciem exacte refert, quamvis etiam in hac *involucella* nonnihil fructus superant. Haec apud nos flores excedunt, sed fructibus breviora vel aequalia sunt. Confer quoque Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3.p.605.*

** *Suffruticosa vel fruticosa.*

8. *B. ELATUM. Guss. p. 1. p. 116 — Dec. pr. s. nat. 4. p. 133.*
B. caule basi suffrutescente, ramis annotinis floriferis virgatis elongatis, foliis membranaceis, radicalibus oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis, caulinis sessilibus lineari-lanceolatis, involucri foliolis brevibus (2-5 lin.), involucellis ovato-lanceolatis acuminatis umbellularum radios aequales superantibus, fructibus costatis levibus.
Ic. *nulla.*
In rupibus calcareis occidentalibus in frigidioribus montosis; *Madonie alla Colma grande nella vallata che scende sopra le favare d' Isnello* (*Gasparrini.*)
Julio, Augusto. ♄
*Caules* **basi caespitosi, petiolorum** rudimentis tecti, vix palmares;

cauliculi annotini vero superne paniculato-ramosi, striati, 2-5-pedales: *folia* laete virentia, nervea, mucronata; radicalia sempervirentia, plana, cum petiolo 3-5 poll. longa, 6-9 lin. lata, recta vel subfalcata; caulina 1-2-pollicaria, 3-4 lin. lata, plus minus remota: *umbellae* terminales in caule et in ramis multiradiatae; radiis inaequalibus, 6-16 lin. longis: *involucri* feliola lanceolata, acuminata, inaequalia: *fructus* oblongi, glauci, involucella sub excedentes.

*Habitus* et latitudo *foliorum* omnino ut in *B. plantagineo*. Differt ab hoc, *caule* non fruticoso, sed basi tantum suffruticoso; *umbellularum* radiis aequalibus l, involucello brevioribus: a *B. rigido*, *umbellis* multiradiatis, et longitudine involucellorum, quae in illo fere obliterata; tandem a *B. exaltato Marsch.*, utriusque *involucri* longitudine, *foliis* latioribus; etc.

9. *B.* DIANTHIFOLIUM. *Guss. pr. supp. p. 71.*

B. caule basi frutescente dense caespitoso, cauliculis floriferis annotinis gracilibus apice adpresse ramosis, foliis (virentibus) lanceolato-linearibus subtus nervosis, involucris involucellisque polyphyllis adpressis lanceolatis foliisque acutis, umbellulae radiis numerosis involucello longioribus, fructibus levibus prismaticis acute costatis.

Ic. *nulla.*

In rupibus calcareis maritimis aquilonem spectantibus; *Maretimo.* Majo, Junio. ♄

*Caules* vix pedales, irregulariter ramosi; floriferi 1-1 1/2-pedales, ante florescentiam apice nutantes, ad ramulorum adpressorum basim folio brevi instructi, caeterum omnino nudi: *folia* supra canaliculata, semper virentia, 1-2 lin. lata, 1-2 poll. longa, ad caespitea confertissima: *involucrum* et *involucella* 1-2 lin. longa; ista sub anthesi pedicellis longiora, demum breviora: *radii* 5-7: *fructus* ut plurimum glaucescentes, 2 lin. longi, immaturi fere costato-aleti: *habitus* ante florescentiam ita *Diantho Bisignani* simillimus, ut facillime e longinque cum ille commutetur.

*B. fruticescens*, quod ego ipse in Hispania legi, et in *Cav.* herbario vidi, diff.. ab hoc nostro; caulibus elatioribus, basi minime caespitosis, ..gis ramosis; ramulis floriferis magis divaricatis; foliis cuspidatis, sparsis; involucris involucellisque brevissimis, vix 1/2 lin. longis, angustissimis, oligophyllis; umbellae radiis ut plurimum tribus; fructibus obliterato-costatis. Icones *Cav. ic. rar. 2. t. 106*, ac *Barr. ic. 1255* cum planta hispanica optime quadrant—Confer quoque *Bertol. fl. it. 3. p. 149.*

10. *B.* FRUTICOSUM. *Lin. sp. pl. 343—Ucria H. Pan. p. 123—Guss. pr. 1. p. 317.*

B. caule fruticoso erecto ramoso, foliis oblongo-lanceolatis coriaceis sessilibus margine albo-cartilagineis, involucri utriusque foliolis oblongo-spathulatis obtusis deciduis, fructibus oblongis prismaticis.

Seseli aethiopicum, Salicis folio. *Cup. H. Cath. p. 200*—S. aethiopicum, frutex. *Cast. H. Mess. p. 21.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 265—Duham. ar. ed. 2. v. 6. t. 34*—Seseli aethiopicum, frutex. *Dod. pempt. 312.*

In sylvaticis, et in rupibus aridis; *Isnello*, *Cefalù*, *Mistretta ai Romei*, *Marina di Tusa*, *Capo di Calavà*, *Mola*, *Taormina*, *Scaletta*, *Militello di Val di Noto e di Val Demone*, *Castrogiovanni* = et in *Maretimo.*

Junio, Julio. ♄

*Caules* fere orgyales: *folia* supra laete virentia, subtus glaucescen-

tia, utrinque nervo medio albido, obtusiuscula, cum mucronulo sub apice recurvo, sempervirentia, conferta: *umbellae* terminales, solitariae, convexae, multiradiatae; radiis aequalibus: *involucri* foliola 3 lin. longa, et *involucella* virentia, obtusiuscula: *fructus* parvi, acute costati, fusci.

## RIDOLFIA.

*Moris en. sem. H. Taur. an. 1841. p. 43.*

*Invol.* utrumque nullum. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* ovalia, integra, involuta, apice lato retuso. *Fruct.* oblongo-linearis e latere commissurali subcompressus, dorso gibbus, tenuissime obsoleteque 5-costatus; valleculis planiusculis, 1-vittatis. *Carpoph.* liberum, demum 2-partitum. (*Herba* annua, glauco-virens: *folia* in laciniis filiformes decomposita: *flores* flavi.)

1. *R.* SEGETUM—*Moris l. c.*

Anethum segetum. *Lin. mant. 219? Br. fl. lusit. 1. p. 465!* ex planta berb. *Tourn.—Jacq. H. Vind. 2. p. 62?— Bertol. fl. ital. 3. p. 343!— Dec. pr. 4. p. 186!—* A. graveolens. *Ucria H. Pan. p. 138*, non *Lin.*, ex synonymo siculo—Meum segetum. —*Guss. pr. 1. p. 346*, et *supp. p. 79* — Anethum semine minori, lusitanicum. *Tourn.* herb. in *Mus. H. Paris*; et inde Foeniculum lusitanicum, minus, annuum, Anethi odore. *Tourn. inst. p. 312*, ad A. segetum jam a *Lin.* refertum.

Ic. *Jacq. l. c. t. 132?* — Anethum sylvestre, majus. *Cup. panph. 1. t. 31!*

Inter segetes, et in arvis argillosis in Sicilia = et in *Levanzo*, *Favignana*, *Maretimo*.

Aprili, Junio ⨀

*Caules* fere fistulosi, 1-3-pedales; ramis corymbosis, supremis plerumque oppositis verticillatisque: *folia* radicalia 2-3-pinnata, saepe ita ampla sunt ut illa *Foeniculi sativi* aemulentur, superiora 3-ternata, foliolis in omnibus filiformi-setaceis levibus flaccidis ex viridi glaucis: *vagina* suprema tantum aphylla: *umbellae* multiradiatae terminales, axillares et oppositifoliae, longe pedunculatae, centrales breviores: *petala* ut in *Foeniculo*: *fructus* obscure virentes, nitidiusculi, in commissura sulco notati, ut fere cymbiformes videntur, grate aromatici.

Differt a descriptione Linnaeana, *caule* siquando bipedali; *foliis* caulinis numerosioribus, non tribus; umbellarum *radiis* plurimis, non novem; et ab icone *Jacq.*, *foliolis* longioribus et tenuioribus; *fructibus* lineari-oblongis, fere ecostatis, margine omnino nudis, in binis seminibus facillime discedentibus, non margine subalatis, ovalibus, et striis tribus elevatis in dorso.

## PIMPINELLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 498—Endl. gen. n. 4410.*

*Invol.* utrumque nullum. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, elliptica, ob laciniam inflexam emarginata. *Fruct.* ovali-oblongus, aut subglobosus, e latere commissurali compressus, dorso gibbus, utrinque costis 5-filiformibus obsoletis notatus, glaber vel pubescens, valleculis multivittatis. *Carpoph.* demum liberum, bifidum. (*Plantae* biennes perennesque: *folia* 1-2-pinnata; caulina

pauca; foliolis angustioribus: *umbellae* nubilea nutantes: *flores* albi vel lutei: *fructus* plus minus aromatici. )

**1. P. TRAGIUM.** *Vill. Delph.* 2. p. 606—*Pers. syn.* 1. p. 325.

P. caule basi caespitoso suffruticuloso, foliis inferioribus pinnatis, foliolis subcoriaceis glabriusculis cuneato-obovatis inciso-dentatis, caulinis paucissimis trifidis vel obsoletis, fructuum pubescentia patenti.

Tragium Columnae. *Guss. pr.* 1. p. 329—P. saxifraga. *Ucria H. Pan.* p. 139, non *Lin.*—P. saxifraga, minor, hircius, lobulis rotundis. *Cup. H. Cath.* p. 168, et *supp. alt.* p. 71.

Ic. Tragium. *Column. phyt.* t. 76 — P. minor, saxifraga, Apiifolio, lobulis subrotundis. *Cup. panph.* 1. t. 71—*Bon.* t. 196.

*b. glauca*; caule breviore, foliolis minoribus acute dentatis villoso-glaucescentibus, pubescentia adpressa.

*Tragium glaucum*, glauco-canescens, foliis radicalibus pinnatis, pinnis rotundato-ovatis subtrilobis dentatis utrinque pubescentibus, superioribus bracteis insidentibus 3-4-fidis linearibus. *Presl del. Prag.* p. 123.

Ic. Pimpinella canescens. *Loisl. not.* t. 4.

In elatioribus rupibus calcareis montosis; varietas *a. Madonie nella vallata che dalla Colma grande scende sopra le Favare d'Isnello*; varietas *b. Madonie a Quacedda, al Cuozzo della Mufera* ec., *Monte Scuderi*, *Rocca salvatesta sopra la Noara*, *Busambra*, *Monte di Cammarata*, *e di Caltavuturo*.

Junio, Julio. ♃

*Caules* basi caespitosi, et ibi vaginis foliorum dense tecti, valde foliosi, irregulariter ramosi ac tortuosi: *cauliculi* floriferi annotini, graciles, fere nudi, 6-12-pollicares, erecti vel adscendentes: *foliola* virentia, subtus pallidiora, glabra vel puberula, externe lobulo acuta; terminali trilobo vel trifido: *umbellae* terminales longe pedunculatae, multiradiatae: *flores* albi: *fructus* incano-pubescentes—Varietas *b.* in omnibus partibus minor, et magis glaucescens.

*Folia* radicalia aliquando foliolis inferioribus compositis—Icon *Loisl.* varietatem *b.* quoad habitum bene refert, differt tantum *foliolis* angustioribus non subrotundo-ovatis, sed potius cuneatis, sicut in nonnullis exemplaribus sunt. Etiam *Tragium depressum Sieb.* ad hanc speciem spectare videtur, uti jam praesensit *Spr. l. c.*; quamvis *Dec.* in *pr. s. nat.* 4. p. 120, uti diversum habeat; sed *T. glaucum Presl* est certe hujus speciei varietas, et male ad *T. peregrinum* a *Spr.* refertur—Confer *Dec. l. c.* p. 121.

**2. P. GUSSONII.** *Bertol. fl. ital.* 3. p. 270.

P. caule stricto nudo apice paniculato-ramoso, ramis gracilibus, foliis superne glabris, radicalibus bipinnatis, foliolis cuneato-obovatis inciso-dentatis pinnatifidisque, caulinis obliteratis, vaginis superioribus aphyllis, stylis divaricatis fructus villoso-strigosos superantibus.

P. anisoides. *Guss. cat. H. R.* in *Bocc.* p. 50, et *Jan elench.* p. 5, non *Brig.*—P. bubonoides. *Dec. pr. s. nat.* 4. p. 121, non *Brot.* quoad plantam siculam—Tragium Gussonii. *Presl del. prag.* p. 126 —*Guss. pr.* 1. p. 330—Seseli pimpinelloides. *Ucria H. Pan.* p. 136, non *Lin.* — Pimpinella hircina, saxifraga, procerior et ramosior, Dauci alsatici foliis imis. *Cup. H. Cath.* p. 168—P. minor, sylvestris. *Cast. H. Mess.* p. 42.

Ic. Tragoselinum procerior, et ramosior, Dauci alsatici foliis imis. *Cup. panph.* 1. t. 70—*Bon.* t. 168.

In apricia pascuia maritimis, vel montosis, et ad margines sylvarum; *Palermo*, *Carini*, *Ficuzza*, *Alcamo*, *Castellammare*, *Mazzara*, *Marsala*, *Termini*, *Polizzi*, *Caltavuturo*, *Castrogiovanni*, *Catania*, *Nicolosi*, *Randazzo*; ec.

Julio, Augusto. ♃

*Radix* intenso odore hircino nauseoso praedita: *caules* ab ipsa basi annotini, 1-3-pedales, leviter striati, glabri: *folia* juniora inferne puberula, demum utrinque glabra; radicalia rosulata; caulina inferiora paucissima, et superne vagina petiolaris aphylla sub quolibet ramo: *foliola* tenuia, 4-5 lin. longa, profunde incisa; laciniis lanceolatis, obtusiusculis, lin. latis, margine subciliatis: *umbellae* terminales, pedunculatae, 3-5 radiatae: *flores* albi, glabri: *fructus* ovato-elliptici, canescentes, valde aromatici, odore *Anisi*: *stigmata* globosa.

Differt a *P. anisoide Brig.*, quia in hac *fructus* glabri; *styli* non divaricati; *stigmata* non globosa; idcirco *P. anisoides* a Flora sicula deleatur—Cl. *Dec.* in *l. c.* haec ad *Pimpinellam bubonoidem* associat; sed descriptio *Brot. phyt. lusit. select. 1. p. 20*, absque icone, quoad folia caulina ad aliam plantam spectare videtur: nam caules in nostra nudi, dum « *folia caulina media alterna composita* » in illa. Confer quae dixi in *Pl. rar. p. 118.*

3. *P. peregrina. Lin. sp. pl. 378.*

P. pubescens, caule erecto ramoso, foliis pinnatis, radicalium foliolis latis suborbiculatis crenatis, extimo majore subtrilobo, caulinorum cuneiformi-oblongis angustioribus inciso-dentatis, supremis angustissimis subsimplicibus, fructibus incano-hispidis.

Tragium peregrinum. *Spr. s. veg. 1. p. 884*, exclus. syn. *Preslii*—*Guss. pr. 1. p. 351*—Daucus Tordylii atrocandicantibus foliis, umbellis albis caducis. *Cup. H. Cath. p. 25.*

Ic. *Jacq. H. Vind. 2. p. 61. t. 131*—Daucus Seseli cretici foliis infimis, Ammi supremis, umbellis albis caducis. *Cup. panph. 2. t. 49*—*Bon. t. 186*—D. Dioscoridis *Ill. Columm. ecphr. 1. t. 109.*

In sylvis, in pascuis sterilibus, ad sepes in Sicilia = et in *Salina alla Malfa.*

Majo, Julio. ♂ !

*Caules* tenue striati, 1-3-pedales: *folia* radicalia rosulata, obscure virentia; *foliolis* pollicem 1-1 1/2 latis: *umbellae* longe pedunculatae, multiradiatae; radiis gracilibus, irregularibus: *flores* albi, glabriusculi: *fructus* globoso-ovales, parvi, et *radioli* patenter hirsuti: *styli* glabri, divaricati, filiformes: *odor* plantae fere nullus.

*Tragium glaucum*, *Presl* certe ab hac specie differt, et ad *P. tragium* spectat, uti superius monui.

4. *P. lutea. Desf. atl. 1. p. 255*—*Spr. s. veg. 1. p. 883*—*Guss. suppl. p. 76.*

P. caule erecto paniculato-ramoso subnudo, foliis pubescentibus pinnatis, foliolis radicalium suborbiculatis crenato-dentatis antice excisis, terminali cordato subtrilobo, caulinorum (paucorum) foliolis cordato-oblongis, reliquis simplicibus anguste lanceolato-linearibus ramis gracilibus subjectis (floribus luteis), fructibus glabris.

Ic. *Desf. l. c. t. 76 bis*, optima—Apium Corcyrense, cristatum, pennatum. *Cup. panph. 1. t. 240*, folium unicum radicale.

In collibus apricis volcanicis; *Pantellaria.*

Jonio, Julio. ♃

*Caules* annotini: *folia* infima caulina, uti radicalia, quae rosulata,

pinnata; *foliolis* lateralibus saepe basi exteriore obliqua appendiculatis; caulina reliqua vaginiformia, glabra, amplexicaulia, membranacea, acuminata: *petioli* hirsuti, vel una eum folila radicalibus aliquando glabriusculi: *umbellae* nubiles more generis nutantea, radiis 3-6: *flores* parvi: *styli* divaricati, apice parum incrassati: *fructus* ovales, fusci, aromatici.

## ATHAMANTHA.

*Dec. pr. s. nat. 4. p. 154—Endl. gen. n. 4440.*

*Invol.* universale oligophyllum, umbella brevius: *involucel.* polyphylla. *Cal.* margo 5-dentatus. *Pet.* aequalia, ob apicem inflexum brevissimum obovato-emarginata. *Fruct.* villosus, oblongus, e latere commissurali compressus, utrinque costis 5 filiformibus, saepe obliteratis, notatus; valleculis obsolete 2-3 vittatis. *Carpoph.* demum bipartitum. (*Planta* perennis, grate aromatica: *foliola* brevia, numerosa: *flores* albi.)

1. *A.* SICULA. *Lin. sp. pl. 352—Guss. pr. 1. p. 328.*
 A. foliis tripinnato-decompositis, foliolis ovatis abbreviatis pinnatifidis obtusis eanleque erecto fructibusque molliter villoso-pubescentibus, fructibus oblongis apice attenuatis, stylis patenti-reflexis.
 A cretensis. *Ucria H. Pan. p. 127*, non *Lin.*, ex nomine vernaculo —Danens Sophiae foliis, eretico virtute pari. *Cup. H. Cath. p. 65*, et—D. siculus, Sophiae foliis. *supp. alt. p. 26* —D. montanus. *Cast. H. Mess. p. 8*—D. creticus. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris.*
 Ic. Bubon garganicum. *Ten. fl. nap. 1. t. 23*—Dancus secundus, aicnlus, Sophiae folio. *Zann. hist. t. 31.*
 In rupibus calcareis montosis; *Palermo*, *Polizzi*, *Caltavuturo*, *Alimena*, *Castrogiovanni*, *Lentini*, *Mililli*, *Mola*, *Monte Scuderi*, *Val di Mazzara* ≍ et in *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*.
 Majo, Junio. ♃
 *Caules* 6-18-pollicares, ramosi, striati: *folia* radicalia juniora glabra, lucida, et laete virentia, reliqua pubescentia; *foliolis* vix lin. 1/2 longis; laciniis anguste lineari-lanceolatis, obtusiusculis: *vaginae* basi dilatatae, margine membranaceo-scariosae: *umbellae* terminales, pedunculatae, convexo-planae, multiradiatae: *involucri* foliola pauca, radiis duplo fere breviora: *involucella* vero lanceolato-linearia, margine scariosa, umbellulas densifloras subaequantia: *petala* externe villosa: *fructus* 2-2 1/2 lin. longus, maturus atrovirens.
 Icon, Pastinaca birsuta, crispa, tenuifolia, *Bocc. sic. t. 11*, sub hac specie relata a Cl. *Spr.* in *R. S. s. veg. 6. p. 491*, ad *Daucum hispidum* spectat.

## AMMI.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 467—Endl. gen. n. 4404.*

*Invol.* pinnatifidum; *involucel.* simplicia. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* obovata, ob apicem inflexum emarginato-biloba; lobis inaequalibus; exteriora subradiantia. *Fruct.* globoso-ovalis, e latere commissurali compressus, dorso gibbus, obsolete acuta 5-costatus, levis; valleculis convexis, univittatis. *Carpoph.* demum liberum,

-bipartitum. ( *Plantae* annuae , fere inodorae, sed semina aromatica: *foliola* lanceolata plus minus lata , vel filiformia : *umbellae* multiradiatae : *flores* albi , parvi , *habitus* Dauci , sub quo nonnullae species a *Lin.* recensitae. )

1. *A.* CRINITUM. *Guss. pl. rar. p. 128*, et *pr. 1. p. 332.*

A. caule striato corymboso-ramoso stricto, superne setis sparsis hispido, foliis supradecompositis, foliolis lineari-setaceis, petiolis subhispidis , vaginis latis membranaceis margine albido-scariosis , involucris multifidis reflexis, umbellularum radiis exterioribus elongatis ( non contractis ) , receptaculo vix dilatato.

Ic. *Guss. l. c. t. 25.*

In argillosis , inter segetes , et in arvis ; *Montallegro*, *Siculiana* , *Sciacca* , *Terranova.*

Aprili , Majo. ⊙

*Caules* 4 - 5 - pedales : *foliola* tenuia, illa *Foeniculi* culti imitantia, hinc inde ciliata : *umbellae* magnae , radiis nempe exterioribus 2 - pollicaribus et ultra , longe pedunculatae ; *involucrum* et *involucella* petiolo margine membranaceo - alato suffulta , radios ac radiolos subaequantia ; illud foliis conforme ; haec trifida , exterioribus longioribus : *flores* albi , radiati , exsiccatione flavescentes : *fructus* fere tetragoni, glaberrimi , albidi , obsolete costati : *styli* demum decidui.

*Daucus meifolius , Brot. phyt. lusit. select. p. 49. t. 4* est species ab hac toto coelo aliena , foliorum forma , involucris , et seminibus aculeis longis instructis ! Praeterea in planta sicula semina certe levia , et dum immatura sunt exsiccatione videntur rugosa ; proinde species haec minime *Dauci*s associanda , ut ex *Ten. syll. p. 132.*

2. *A.* VISNAGA. *b. lejospermum. Guss. pr. 1. p. 332.*

A. glaberrimum, caule erecto striato corymboso-ramoso, foliis decompositis, foliolis lineari-filiformibus, involucris pinnatifidis , umbellarum receptaculo carnoso , radiis demum rigescentibus contractisque , fructibus undique glabris.

Daucus Visnaga. *Lin. sp. pl. 348—Ucria H. Pan. p. 125*—Gingidium umbella longa. *Cup. H. Cath. p. 85.*

Ic. Daucus Visnaga. *Jacq. H. Vind. 3. p. 17. t. 26 !* — Gingidium alterum. *Dod. pempt. 702.*

In arvis, et campis argillosis post messem in Sicilia.

Julio , Septembri. ⊙

*Caules* firmi , ut in praecedente : *foliola* latiora , saturate virentia, et firmiora : *vaginae* vix ad margines scariosae : *umbellae* longe pedunculatae : *involucrum* petiolo vix marginato suffultum ; *involucella* vero integra, non trifida , umbellulas aequantia: umbellularum *radii* exteriores sub anthesi non elongati : *flores* parvi , non radiantes , exsiccatione etiam albidi : *fructus* inter vallecuias glaberrimi , quo charactere ab Icone Cl. *Gaert. t. 21. f. 12* differt, dum cum icone et descriptione *Jacq. l. c.* optime convenit — A praecedenti omnino diversum !

3. *A.* MAJUS. *Lin. sp. pl. 349— Ucria H. Pan. p. 126 — Guss. pr. 1. p. 333.*

A. glabrum , caule striato inferne simplici , foliis omnibus margine cartilagineis argute serrulatis , inferiorum foliolis pinnatis late lanceolatis , superiorum multifidis anguste lanceolato-linearibus.

A. majus. *Cup. H. Cath. p. 9*—A. Fuchsii , foliis incisis. *Cast. H. Mess. p. 3.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 273*— A. vulgare. *Dod. pempt. 301 !*

In campis aridis, in collibus, et inter segetes ubique in Sicilia ≕ et in *Lipari*, *Pantallaria*, *Favignana*.

Majo, Julio. ⊙

*Caules* non ab ipsa basi, sed superne paniculato-ramosi: *folia* in hoc ac in sequente glaberrima, laete virentia, et saepe glaucescentia: *flores* parvi, non radiantes: *umbellarum* radii graciles, fere filiformes, striati, in fructu non contracti: *fructus* parvi — A. intermedium. *Dec. pr. 4. p. 115*, quoad plantam neapolitanam, hujus videtur varietas.

**4.** *A.* GLAUCIFOLIUM. *Lin. sp. pl. 349 — Guss. pr. 1. p. 333.*

A. glabrum, caule striato ab ipse basi ramoso, ramis subdivaricatis adscendentibus, foliis bipinnatis omnibus margine integerrimis (non serrulatis), radicalium foliolis pinnatifidis, laciniis incisis lineari-lanceolatis acutis mucronulatis, superiorum angustioribus.

A. majus, foliis plurifariam incisis, et nonnihil crispis. *Cup. H. Cath. p. 9 ?* — A. Fuchsii. *Cast. H. Mess. p. 5.*

Ic. Ammioselinum. *Riv. t. 207 !* nam foliola integra.

In campis aridis et inter segetes cum praecedente.

Majo, Julio. ⊙

*Folia* ad primariam insertionem petiolorum foliolo aucta, ideoque fere cruciato-squarrosa; *foliola* aliquando divaricata, crispa, plus minusque lata; tamen semper apice setula rigida terminata, margine integerrima, aut 1-2-dentata, non vero argute serrulata sunt; quo charactere (nam caeteri variabiles) a praecedente, cui valde affine, facillime distinguitur: *involucrum* trifidum vel pinnatifidum; laciniis linearibus — Mihi poenitus latet quomodo species ita inter sa diversae, et in cultis longe lateque provenientes, nec una in alteram transiens, ab auctoribus plerisque simul conjunctae fuerint; praesertim, si vivas plantas et folia radicalia gerentes conferantur — Nostra a planta Linnaeana recedit ob radicem annuam, quae perennis ex *Lin.*; sed vide *Dec. l. c. p. 112.*

## BUNIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 468 — Juss. 223.*

*Invol.* et *involucel.* polyphylla; foliis lanceolatis, integris. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* non radiantia, obcordata, cum lanicula brevi inflexa. *Fruct.* oblongus, levis, glaber, e latere commissurali compressus, dorso gibbus, apice stylis reflexis coronatus, utrinque 5-costatus; costis filiformibus, obtusiusculis; valleculis 1-vittatis, lavibus, angustis. (*Rad.* tuberosa: *planta* glaberrima, laete virens: *caules* basi flexuosi: *folia* fere omnia radicalia, foliolis linearibus: *flores* albi, parvi.)

**1.** *B.* BULBOCASTANUM. *Lin. sp. pl. 349.*

B. radice subglobosa, caule terete ramoso, foliis radicalibus (virentibus) decompositis, foliolis linearibus mucronulatis 2-3-fidis margina integris, superioribus pinnatis, foliolis angustioribus elongatis, involucri foliolis apice attenuatis.

B. petraeum. *Guss. cat. H. R. Bocc. p. 11*, non *Ten.* — Carum bulbocastanum. *Dec. pr. s. nat. 4. p. 115* — Sium bulbocastanum. *Spr. s. veg. 1. p. 906*, et *Guss. pr. 1. p. 339* — Bulbocastanum majus, folio Apii. *Cup. H. Cath. p. 33.*

Ic. *Fl. dan. 220* — Nucula terrestris. *Lob. ic. 745.*

In pascuis nemorum apertis, et in berbosis montosis; *Ficuzza*, *Busambra*, *Madonia*, *Mistretta*, *Boschi di Caronia*, *di Cannata*, *di Montalbano*, ec.

Majo, Junio. ♃

*Tubera* edulia, extus nigra, *Avellanae* magnitudinis: *caules* 5-12-pollicares: *foliola* radicalia lanceolato-linearia, lin. lata, 4-7 lin. longa: *vagina* in suprema parte caulis saepius aphylla: *involucrum* radiis duplo brevius: *involucella* radiolos subaequantia, a basi ad medium, uti involucra, albo-marginata: *fructus* 2 lin. longus, obscure virens; costis albidis — *Caules* aliquando flexuosi, et *folia* subglaucescentia; a qua varietate deceptus pro *Bunio petraeo* *Ten.* habui; sed postquam *fructus* vidi, ab hoc differre cognovi; ideoque *Bunium petraeum* ut Siciliae indigenum non est babendum. Generis *Bunii* characteres in *Lin. gen. pl. ed. 1. p. 131*, ad banc unicam speciem condidit, nec cum illis *Carvi* ejusdem conveniunt. Hinc potius rationi consonum mihi videtur banc ad genus *Bunii* revocare, ut aliae species desciscentes ad alia genera referre; tamen *B. majus* cum hoc sub eodem genere associare non licet.

## SIUM.

*Endl. gen. n. 4415.*

*Invol.* utrumque polyphyllum, vel universale nullum; foliolis integris incisisve. *Cal.* margo 5-dentatus, subinde obsoletus. *Pet.* aequalia, ovata, ob laciniulam inflexam saepe videntur emarginata. *Fruct.* glaber, levis, ovatus vel ovalis, e latere commissurali compressus, dorso gibbus, utrinque 5-costatus; costis exiguis, obtusis; valleculis vittatis. *Carpoph.* indivisum, aut bipartitum. (*Plantae* palustres, perennes, glabrae, laete virentes: *folia* pinnata; foliolis latis: *umbellae* terminales vel oppositifoliae: *flores* albi.)

1. *S. angustifolium.* *Lin. sp. pl. 1672—Guss. pr. 1. p. 338.*

S. caule striato erecto, foliis uniformibus pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis inaequaliter argute inciso-serratis, umbellis pedunculatis oppositifoliis terminalibusque, involucro foliaceo subpinnatifido radiis breviore.

Berula angustifolia. *Koch syn. p. 288*—Sison, sive Apium palustre, foliis oblongis. *Cup. H. Cath. p. 201*, et—Apium palustre, pennato folio glorisbundo (sic) inciso. *Cup. l. c. supp. alt. p. 9*—S. Matthioli. *Cast. H. Mess. p. 44.*

Ic. *Jacq. austr. t. 67*—S. elegans, foliis profunde denticulatis. *Cup. panph. 1. t. 216*—S. palustre, Sisonis quodammodo rigidulo atrovirenti folio. *Bon. t. 195*—S. aquaticum, humilius. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 5. f. 2.*

In fluminibus lente fluentibus, in rivulis, et in fossis; *Palermo, a S. Ciro (Parlatore, Todaro): Catania, Siracusa, Spaccaforno, Agosta, Lentini, Caltavuturo*, ec.

Majo, Junio. ♃

*Caules* fistulosi, saepe dichotomi et divericato-remosi, 1-1/2-pedales: *foliorum* radicalium *foliola* superne lobulo acuta, 6-10 lin. lata, pollicem et ultra longa; superiorum sessilium angustiora, argutius inciso-serrata: *umbellae* multiradiatae, suffultae pedunculo 1-2-pollicari, terminales paucae, laterales numerosae: *involucri* utriusque *foliola* deflexa: *involucella* lanceolata, acuminata, umbellulas subaequantia: *fructus* jam maturi nigrescunt.

2. *S. stoloniferum.* *Guss. supp. p. 77.*

S. caule striato erecto solido flexuoso, basi stolonifero, foliis pinnatis, foliolis (7-11) ovato- vel oblongo-lanceolatis argute aequaliterque acuminato-serratis, impari obovato basi cuneato (raro

cordato-ovato ) subinciso-trilobo, umbellis axillaribus pedunculatis, involucro monophyllo saepe deciduo integerrimo.

S. nodiflorum varietas. *Guss. pr. 1. p. 339*—Sion pleno ac firmo caule, Pastinacae sativae latifoliae foliis atro-viridibus, minoribus, acutis. *Cup. H. Cath. p. 201.*

Ic. *nulla.*

Ad rivulos, et ad fontes in montosis; *Madonie, Itala*, cum sequente.

Majo, Julio. ♃

*Habitus S. angustifolii: stolones* graciles, 3-pollicares vel pedales, saepe apice floriferi: *caules* 4-10-pollicares, sat raro recti: *foliola* 2-7 lin. lata, 4-15 lin. longa, aliquando ovata; impari subrotundo, basi cordato ac trilobo; sed frequenter illa oblongo-lanceolata, et latud obovatum basi cuneatum, saepe cum lateralibus confluens: *petioli* breves, vel 4-pollicares: *vaginae* ad oras ut plurimum late membranaceae: *involucra* et *involucella* ut in sequente; sed ista vix ad margines scariosa, lanceolata ac acuta.

3. *S. INTERMEDIUM. Ten. syll. p. 145—Guss. suppl. p. 78.*

S. caule repente striato, foliis pinnatis, foliolis ovato-ellipticis suborbiculatisque ( 3-5 ) subaequaliter dentato-crenatis, impari latiore subrotundo basi cordato subtrilobo, umbellis axillaribus pedunculatis, involucro monophyllo saepe deciduo integerrimo.

S. nodiflorum. *Guss. pr. l. c.*, exclusis synonymis.

Ic. *Ten. fl. nap. t. 218.*

In palustribus, ad rivulos, et ad stagna tam in demissis, quam in submontosis in Siciliis.

Aprili, Julio. ♃

Uti recte notat Cl. *Ten. l. c.* species haec inter *S. nodiflorum* et *S. repentem* media—In planta sicula vero, *folia* saepe petiolo 1 1/2-2 1/2 et pollicari instructa: *foliola* lateralia raro subrotunda, sed saepius elliptica; *umbellae* vel sessiles vel *pedunculo* usque 9-lineari suffultae: *involucri* foliolum unicum lineare, integerrimum, 3-5 lin. longum: *involucella* deflexa, inaequalia, margine scariosa, obtusiuscula cum acumine.

4. *S. INUNDATUM. Smith Engl. fl. 2. p. 58—Bertol. fl. ital. 3. p. 228.*

S. caule procumbente radicante apice surrecto, foliis pinnatis, foliolis foliorum submersorum capillaceis, emersorum cuneiformibus inciso-trifidis, involucro nullo, umbellis axillaribus 2-3-radiatis, involucellis subtriphyllis, radiolis fructu multo brevioribus.

Sison inundatum. *Lin. sp. pl. 363*—Helosciadium inundatum. *Dec. pr. 4. p. 104*—Meum inundatum. *Spr. s. veg. 1. p. 891—Guss. pr. 1. p. 344*—Sisoni affinis, planta palustria. *Cup. H. Cath. p. 83 ?*

Ic. *Fl. dan. 89*—Sium aquaticum, pumilum. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 5. f. 5.*

In lacubus, stagnis, et inundatis montosis; *Piana de' Greci al Gurgo di Ddingoli, Cotrano al Gurgo lo Drago, S. Maria del Bosco al Pomo, Amorosa al sud di Busambra, Nicosia, Mistretta al Gurgo di S. Dimitri: Ficuzza al Gurgo di Gaetaneddi ( Parlatore, Todaro ).*

Majo, Junio. ⊙

*Planta* tenera, gracilis: *caules* fistulosi, striati, hinc inde in palustribus arenosis excurrentes et radicantes: *foliola* in foliis emersis parva, 2 lin. lata, 3-4 lin. longa, aliquando integra, obtusiuscula: *umbellae* pedunculo 3-6-lineari suffultae: *umbellarum radioli* brevissimi: *fructus* elliptico-oblongus, una cum costis obtusus — Consultius duxi ad hoc genus speciem hanc revocare ob habitum, praeeuntibus Cl. *Smithio* et *Bertolonio l. c.*

† 5. S. LATIFOLIUM. *Lin. sp. pl.* 361—*Ucria H. Pan. p.* 131—*Guss. pr.* 1. *p.* 340.
S. foliis pinnatis, umbellis terminalibus.
Ad scaturigines (*Ucria*).

SISON.

*Lag. am. nat.* 1. *p.* 1032. *n.* 59—*Endl. gen. n.* 4404.

*Invol.* utrumque nullum, aut oligophyllum. *Cal.* margo obsoletus. *Petal.* aequalia, ob apicem inflexum obcordata. *Fruct.* subrotundo-ovatus, e latere commissurali subcompressus, dorso gibbus, levis, glaber, utrioque 5-costatus; costis filiformibus; valleculis 1-vittatis. *Carpoph.* demum bipartitum. (*Planta* biennia, glaberrima: *caules* solitarii: *folia* pinnata; foliolia latis; *umbellae* laterales, et terminalea panciradiatae: *flores* albi: *fructus* valde aromatici.)

1. *S.* AMOMUM. *Lin. sp. pl.* 362—*Guss. pr.* 1. *p.* 340.
S. caule erecto subpaniculato ramoso, foliis inferioribus pinnatis, foliolis ovato-oblongis lobato-incisis dentatis, superioribus 2-pinnato-laciniatis, laciniis anguste lanceolato-linearibus inciso-dentatis, involucro oligophyllo, umbellae radiis elongatis inaequalibus.
Sison, quod Amomum officinis nostris. *Cup. H. Cath. p.* 202.
Ic. *Jacq. H. Vind.* 3. *t.* 171—Sisoni affinia, planta palustris. *Cup. panph.* 1. *t.* 94—Ammi Sii folio, flore albo, semine nigro. *Barr. ic.* 1190.
In sylvis, et ad umbrosas sepes humentes; *Bisacquino*, *S. Maria del Bosco*: *Polizzi alle nocelle* (*Gasparrini*).
Julio, Augusto. ♂
*Caules* 2-4-pedales, stricti, tenue striati, superne in ramos graciles divaricatos, irregulares divisi: *folia* inferiora, et caulina media longe petiolata; foliolis 1-1 1/2 poll. longis, basi sliquando 3-lobis; suprema sessilia, foliolis laciniisque saepe anguste-lineari-bus, acutis, subdivaricatis: *pedunculi* graciles, 1-2-pollicares: *involucrum* brevissimum: *umbellularum* radioli etiam valde inaequales: *petala* minuta: *fructus* jam maturi nigrescunt.

APIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 499—*Endl. gen.* 4393.

*Involuc.* utrumque obsoletum, vel nullum. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, integra, ovalia, patentia, apice incurva. *Fructus* glaber, levis, subrotundo-ovatus, e latere commissurali compressus, dorso gibbus, utrinque 5-costatus; costis filiformibus, parum prominutis; valleculis 1-3-vittatis. *Carpoph.* demum liberum, brevissime bifurcum. (*Planta* glaberrima, laete virens, biennis: *caules* irregulariter paniculato-ramosi: *folia* pinnata, foliolis latis: *umbellae* axillares et terminales subsessiles: *flores* viridi-flavescentes, parvi.)

1. *A.* GRAVEOLENS. *Lin. sp. pl.* 379—*Ucria H. Pan. p.* 140—*Guss. pr.* 1. *p.* 343.
A. caule erecto sulcato ramoso, foliis radicalibus inferioribusque pinnatis, foliolis latis rhombeo-ovatis dentatis, superioribus ternatis, foliolis cuneiformibus inciais, umbellis lateralibus ac terminalibus sessilibus pedunculatisque.

A. palustre. *Cup. H. Cath. p. 20*—Paludapium. *Cast. H. Mess. p. 42.*
Ic. *Fl. dan. 790*— Apium hortense. *Fuchs. hist. p. 744*, bona.
In fossis, rivulis, et in humentibus ubique in Sicilia = et in *Ustica* (*Calcara.*)
Junio, Septembri. ♂
*Caulis* fistulosi, erecti: *umbellae* numerosae, saepe proliferae; radiis uti radiolis gracilibus, valde inaequalibus: *flores* minuti: *fructus* aromatici, pallide rufescentes.

## PTYCOTHIS.

*Koch umbell. 124 in Dec. pr. 4. p. 107—Endl. gen. n. 4400.*

*Invol.* nullum: *involucel.* 3-5-phylla. *Cal.* margo minute 5-dentatus. *Pet.* aequalia, obcordato-bifida, in medio carina elevata instructa, lacinulam inflexam emittente. *Fruct.* ovatus, a latere commissurali subcompressus, dorso gibbus, glaber, levis, utrinque costis 5-filiformibus notatus; valleculis 1-vittatis. *Carpoph.* demum liberum, bipartitum. (*Herba* gracilis, glaberrima, annua; *folia* 1-2-pinnata; foliolis lineari-setaceis: *flores* albi, minuti.)

1. *P. verticillata. Dec. l. c. p. 108.*
P. caule gracili erecto ramoso, foliis multipartitis, inferiorum laciniis brevibus filiformibus verticillato-decussatis approximatis, superiorum elongatis filiformi-setaceis, involucellis setaceis spathulatisque aristatis.
Seseli verticillatum. *Desf. atl. 1. p. 260— Guss. pr. 1. p. 342* — S. corsicum. *Link en. H. Berol. 1. p. 283* — Meum segetum, annuum, Lusitaniae, humillimum. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.* — Sison ammi. *Ucria H. Pan. p. 132*, non *Lin.* — Ammi parvum, foliis Foeniculi. *Cup. H. Cath. p. 9.*
Ic. Seseli pusillum. *Brot. fl. lusit. 1. p. 437. t. 39* — Ammi. *Matth. com. 2. p. 120*—Ammi Matthioli. *Dalech. hist. 695.*
In collibus apricis, et in campis herbosis aridis incultis, ad vias ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Lampedusa*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo.*
Aprili, Majo. ⊙
*Caulis* strictus, erectus, ramis saepe divaricatis, palmaris vel pedalis, aliquando flexuosus: *folia* radicalia numerosa, conferta; laciniis approximatis, imbricatis, 2-3 lin. longis; caulina vero laciniis elongatis, fere pollicaribus, distinctis, divaricatis: *umbellae* terminales, vel oppositifoliae, *pedunculo* gracili, 1-2-pollicari suffultae: *involucelli* foliola alia lineari-subulata, alia spathulata, apice crasso subclavato: *fructus* parvi, aromatici; *stylis* reflexis persistentibus; *stigmatibus* capitatis.
*S. corsicum Link* potius ad hanc speciem, quam ad *S. ammoides* spectat, cum quo conjungitur a Cl. *Spr.* in *s. veg. 1. p. 886?* — Etiam icon *Dalech. l. c.*, quae ab hac specie excluditur, potius istam, quam *S. ammoides* refert.

## SESELI.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 492—Endl. gen. n. 4430.*

*Invol.* nullum, aut oligophyllum; *involucel.* mono-oligo-polyphylla. *Cal.* margo 5-dentatus; dentibus brevibus, crassiusculis. *Pet.* non radiantia, oblonga, indivisa, involuta aut arcuata (non inflexa). *Fruct.* ovali-oblongus, teretiusculus, a latere commissurali subcompressus, levis vel scabriusculus, utrinque 5-costatus; costis obtusis, crassiusculis; valleculis 1-2-vittatis. *Carpoph.* demum liberum, 2-partitum. (*Plantae* glabrae, perennes, vel basi suffruticosae: *foliola* rigida, coriacea, saepius glaucescentia: *flores* albi.)

1. *S. Bocconi. Guss. cat. H. R.* in *Bocc. p. 80*, et *pr. 1. p. 341—Spr. s. veg. 1. p. 885.*

S. caule basi suffrutescente, foliis radicalibus 2-3-ternatis, foliolis cuneiformibus latis coriaceis rigidis integris 2-3-fidisve, laciniis anguste lanceolato-linearibus integerrimis, vaginis laxis supremis aphyllis, involucellis polyphyllis umbellularum radios subaequantibus, fructibus glabris.

Peucedanum officinale. *Ucria H. Pan. p. 128*, non *Lin.*—Crithmum, sive Foeniculum maritimum, majus, odore Apii. *Cup. H. Cath. p. 60*—Foeniculum marinum, majus. *Cast. H. Mess. p. 9.*

Ic. Crithmum siculum, Bocconi. *Cup. panph. 1. t. 105*, et *2. t. 226—Bon. t. 162*; sed malae, quia caulis minime nutans, ut in iconibus—C. siculum, sive Baticulae alterum genus Caesalpini. *Bocc. sic. t. 27. D. E.*, et *t. 28.*

In rupibus calcareis montium; *Palermo*, *Carini*, *Partinico*, *Sciacca*, *S. Giuseppe*, *Bagheria*, *Busambra*, *Trapani*, *Monte di Trapani* e *Cofani* ec. = et in *Levanzo*, *Maretimo*, *Favignana*, *Lampadusa.*

Octobri, Novembri. ♄

*Caules* inter rupes dense caespitosi, et saepe dependentes, semipedales, diametro pollicari et ultra, ramentis petiolorum vestiti: *cauliculi* vero annotini 1-2-pedales, striati, erecti, superne ramosi: *folia* caulina pauca; radicalia numerosa, glauco-virentia; *foliolis* glandula pellucida ad divisiones notatis; laciniis 1-2 lin. latis, acutis vel obtusiusculis, planis, subtus subcarinatis, sat raro omnino linearibus, numerosis ac valde approximatis: *umbellae* longe pedunculatae: *involucrum* obliteratum, vel polyphyllum; foliolis ovatis, brevissimis: *fructus* 3 lin. longi, juniores puberuli, demum glabrati, uti *folia* aromatici, facile decidui.

2. *S. tortuosum. Lin. sp. pl. 373—Ucria H. Pan. p. 136 — Guss. pr. 1. p. 342.*

S. caule rigido divaricato-ramosissimo, foliis bipinnatis, foliolis integris trifidisque, laciniis acutis anguste lineari-cuneatis rigidis basi confluentibus margine carinaque scabris, vaginis oblongis obtusis, superioribus basi membranaceis, involucellis polyphyllis radiolos uniformes aequantibus, fructibus puberulo-scabris.

S. massiliense. *Cast. H. Mess. p. 21?*

Ic. Foeniculum tortuosum. *Bauh. hist. 3. par. 2. p. 16.*

*b. maritimum*; *Guss. l. c.*—caule humiliora ramosiora, foliolis latioribus brevioribus magis approximatis, involucellis umbellula subduplo brevioribus.

S. massiliense, Foeniculi folio. *Cup. H. Cath. p. 201*, et—S. massiliense, Foeniculi folio crassiore glaucescente. *supp. alt. p. 82*—S. massiliense, Dioscoridis, verum. *Cast. H. Mess. p. 21.*

**Ic.** Foeniculum tortuosum, glaucius, latiori folio. *Cup. panph. 3. t. 401—Raf. t. 65.*

In aridis collibus calcareis, et in arenosis; *Leonforte*, *S. Filippo d'Argirò*, *Priolo*, *Villarosa:* varietas *b.* in arenosis maritimis; *da Trapani a Capo Passaro*, *Catania*, *Messina*, *Olivieri*, *Cefalù* = et in *Levanzo*, *Favignana:* nec non in arenosis vulcanicis, *Maniaci.*

Septembri, Octobri. ♃

*Caules* striati, rudimentis ramorum umbellas sustinentes in axiliis; in *a.* magis glauci, et elatiores, 1-2-pedales: *foliola* rigida, fere coriacea, subcanaliculata; in *b.* istiora, breviora: *umbellae* laterales et terminales plus minus longe pedunculatae: *flores* parvi: *fructus* crassiusculi.

Varietas *b.* ulterius observanda, nam habitus ab *a.* alienus; ac forsan ad *S. tortuosum y graecum Dec. pr. 4. p. 148* spectat.

## FOENICULUM.

*Gaert. de fruct. 1. p. 105—Dec. pr. s. nat. 4. p. 142— Endl. gen. n. 4425.*

*Invol.* utrumque nullum. *Cal.* margo tumidus, obsoletus. *Pet.* oblonga, integra, involuta, apice lato retuso. *Fruct.* oblongus, e latere commissurali subcompressus, dorso gibbus, levis, glaber, utrinque obtuse 5-costatus; valleculis 1-vittatis. *Carpoph.* demum bipartitum, liberum. (*Plantae* perennea, glaberrimae: *folia* decomposita; laciniis lineari-setaceis: *flores* parvi, flavi.)

1. *F. vulgare.* *Gaert.* et *Dec. l. c.*

F. caule erecto elongato farcto firmo, foliis decompositis, foliolis omnibus filiformibus flaccidis, superioribus elongatis.

Anethum foeniculum. *Lin. sp. pl. 377—Ucria H. Pan. p. 138*—Meum foeniculum. *Spr. s. veg. 1. p. 891*, exclus. syn. *Mei segeti*, et *Mei piperati—Guss. pr. 1. p. 344*—Foeniculum vulgare, italicum. *Cup. H. Cath. p. 79*—Anethum sylvestre, majus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 7—Cast. H. Mess. p. 52.*

Ic. Foeniculum. *Dod. pempt. 297*—Foeniculum vulgare. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 2. f. 1.*

In campis, arvis, collibus saxosis apricis, in sylvaticis, et submontosis in Sicilia = et in *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Stromboli*, *Panaria*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo.*

Junio, Julio. ♃

In hoc et in sequente, *caules* fere orgyales et ultra, striati, medulla farcti, superne ramosi: *vaginae* superiores aphyllae: *umbellae* pedunculatae, terminales, et oppositifoliae, pauci- vel multiradiatae, concaviusculae: *fructus* glaucescentes, 2 lin. longi, sed in hoc grate aromatici, non acerrimi.

2. *F. piperatum.* *Dec. pr. l. c.*

F. caule erecto elongato farcto firmo, foliis supradecompositis, foliolis omnibus filiformibus brevissimis crassiusculis rigidis.

Meum piperatum. *R. S. s. veg. 6. p. 425—Guss. pr. 1. p. 345*—Anethum piperitum. *Ucria pl. ad Linn. opus add. n. 6*—F. vulgare, minus, acriori et nigriori semine. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et in *Inst. 311*—Seseli ammoides. *Ucria H. Pan. p. 136*, non *Lin.* ex nomine vernaculo—Foeniculum sylvestre. *Cast. H. Mess. p. 57.*

Ic. Foeniculum asininum, foliis crispis, sive Millefolii graveolens. *Cup. H. Cath. p. 79*, et *panph. 1. t. 171.*

In collibus aridis, et in submontosis in Sicilia = et in *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Panaria*, *Lipari*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*, *Lampedusa*, *Linosa*.
Junio, Julio. ♃
Species a praecedente distinctissima, uti jam notavit Cl. *Bertol.* in *am. it. p. 21*; *habitu*, *foliolis* rigidis, abbreviatis, magis glaucescentibus, et *sapore* fructuum acerrimo—Vulgo etiam ab incolis ab illo distinguitur, et vernaculo nomine *Finocchio d'asino* nuncupatur. Hinc immerito a Cl. *Spr. l. c.* cum *M. foeniculo* conjungitur, quamvis antea in *R. S. l. c.* uti diversam speciem enumeraverit.

## BRIGNOLIA.

*Bertol. amoen. ital. p. 97*, et *fl. ital. 3. p. 298.*

*Invol.* utrinque foliola plura, filiformia, integra. *Cal.* margo 5-dentatus, dentibus persistentibus, in fructu crassiusculis. *Pet.* aequalia, ovata, integra, ob lacinulam involutam retusa. *Fruct.* glaber, laevis, cylindraceo-elongatus, aegre dehiscens, e latere commisсurali vix compressus, utrinque obtuse 5-costatus; valleculis 1 vittatis. *Carpoph.* indivisum. (*Planta* perennis, glabra: *folia* fere omnia radicalia, primordialia simplicia, reliqua 2-3-pinnata; foliolis latis: *flores* lutei.)

1. *B.* PASTINACAEFOLIA. *Bertol. l. c.—Presl del. Prag. p. 132—Guss. pr. 1. p. 337.*
Sium siculum. *Lin. sp. pl. 362—Ucria H. Pan. p. 132?* ex nomine vernaculo — Ligusticum balearicum. *Lin. mant. 218* — Kundmannia sicula. *Scop.* ex *Dec. pr. 4. nat. 4. p. 142* — Campderia sicula. *Lag. am. nat. 2. p. 99* —Athamantha sicula. *Ucria H. Pan. p. 127*, non *Lin.*, ex nomine vernaculo—Daucus siculus, pastinacaefolio. *Cup. H. Cath. p. 65.*
Cl. *Presl l. c.* sequentes enumerat varietates:
*a.* foliis radicalibus, ternatis.
*b.* foliis simpliciter pinnatis, foliolis cordato-ovatis.
Ic. *Sebast.* et *Maur. pl. roman. fasc. 2. t. 2*—Sium siculum. *Jacq. H. vind. 2. p. 62. t. 133!*—Daucus vallaris, luteus, foliorum cruciatorum lobis subrotundis. *Cup. H. Cath. p. 65, suppl. alt. p. 25*, et *panph. 1. t. 179*, ae *2. t. 182*—D. pastinacaefolio, siculus. *Zann. hist. p. 78. t. 50*—Seseli subrotundo Selini folio. *Barr. ic. 241.*
*c.* foliis simpliciter pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis, lanceolatisque.
*d.* foliis bipinnatis, foliolis ut in praecedente varietate.
Sium graecum. *Ucria H. Pan. p. 131*, et *Lin. sp. pl. 361*, ex *Preslio.*
Ic. Daucus luteus, alpinus, Elephobosci Columnae foliis. *Cup. panph. 1. t. 130—Bon. t. 185.*
In collibus, campis asperis calcareis, sed praesertim in argillosis; *Val di Noto*, *Val di Mazzara*, *Olivieri*, *Patti*, *Tusa* = et in *Saline alla Malfa*, *Favignana*, *Levanzo*.
Aprili, Junio. ♃
*Planta* laete virens, fere inodora: *caules* erecti, tenue striati, 6-18-pollic., ab ipsa basi ramosi, ramis sat rare divaricatis: *folia* radicalia rosulata, quoad compositionem, et *foliola* quoad figuram varia: ista vero semper 4-10 lin. lata, margine obtuse dentata vel serrata, acutinscula, aut rotundata, ad petiolum saepe cruciata; extimo paullo majore, integro vel trilobato: *involucri*

utrinsque foliola patentia, vel reflexa, 4-6 lin. longa: *umbellae* multi-aut pauciradiatae; *radiis* involucro multo longioribus; radiolis involucella subaequantibus: *fructus* fere semper indivisi, viridi-flavescentes, 3-4 lin. longi, stylis brevissimis persistentibus recurvis, et calycinis dentibus coronati.

Varietatem *a.* hacteuus non vidi; ad varietatem *d.* refert *Preslius Sium graecum Lin.*, ex autopsia speciminum, quae ab Insula Creta attulit *Sieber*; sed cum illa non viderim, sic nullum judicium hac in re proferre possum—Pro nomine generico confer Cl. *Bertol. l. c.*

## CNIDIUM.

*Guss.* in *Dec. pr. s. nat. 4. p. 152—Endl. gen. n. 4436.*

*Invol.* nullum, aut oligophyllum: *involucel.* polyphylla. *Cal.* margo obsoletus. *Petal.* aequalia, erecto-patentia, obovata, ob apicem inflexum emarginata. *Fruct.* ovato-ellipticus, e latere commissurali subcompressus, utrinque 5-costatus; costis aequaliter angusteque alatis; valleculis 1-vittatis; commissura 2-vittata. *Carpoph.* demum liberum, bipartitum. (*Planta* glaberrima, perennis: *folia* 3-pinnata; laciniis brevibus: *flores* parvi, albi.)

1. *C.* APIOIDES. *Spr. umbell. pr. p. 40—Dec. pr. 4. p. 152.*

C. caule erecto ramoso striato, foliis tripinnatis, foliolis pinnatifido-incisis, extima trifida, laciniis linearibus integris uninerviis acutis mucronatis, involucro subnullo, involucellis setaceis.

Ligusticum apioides. *Lam. dict. enc. 3. p. 577—Spr. s. veg. 1. p. 908 — Guss. pr. 1. p. 335* —L. cicutaefolium. *Vill. delph. 2. p. 612*—Selinum carvifolia. *Ucria H. Pan. p. 126*, non *Lin.* — Daucus alsaticus. *Cup. H. Cath. p. 65?*

Ic. *Vill. l. c. t. 18*—Laserpitium silaifolium. *Jacq. austr. app. t. 44*—Daucus albus, alsatici foliis. *Cup. panph. 3. t. 116* — Pyrethrum alterum. *Lobel. ic. 775.*

In nemoribus, et in dumetis montosis; *Palermo a S. Martino, Carini, Pizzuta, Monte de' Cani, Madonie, Ficuzza, S. Maria del Bosco, Castrogiovanni, Mistretta, Bronte, Milo: Etna al sambuco* (*Cosentini*).

Junio, Julio. ♃

*Caules* farcti superne ramosi, 1-3-pedales, saepe rubentes: *folia* virentia, radicalia ampla; *foliolis* oblongo-cuneatis, 4-6 lin. longis, 3-4 lin. latis: *umbellae* terminales, longe pedunculatae, multiradiatae, densae: *involucrum* vel nullum, vel 1-2-phyllum; foliolis lineari-lanceolatis, acutis integris: *involucella* numero varia, umbellulas subaequantia.

Icon *Till. Hort. Pis. t. 39. f. 2*, quae sub hac specie citatur, habet folia bipinnata, et foliola nimis lata.

## CONIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 469—Endl. gen. n. 4532.*

*CICUTA. Juss. 225*, non *Lin.*

*Invol.* subpolyphyllum, reflexum, umbella valde brevius; foliolis integris: *involucel.* dimidiata, 3-phylla. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, ob apicem brevissimum inflexum leviter emarginata. *Fruct.* globoso-ovatus, e lateri commissurali parum compressus, glaber, lavis, utrinque 5-costatus; costis obtusiusculis, prominulis, im-

maturis crenulatis; valleculis evittatis. *Carpoph.* demum bifidum, liberum. ( *Planta* foetida ac venenata: *caules* fistulosi: *folia* decomposita: *umbellae* numerosae, centrales saepius reliquis depressiores: *flores* parvi, albi, omnes fertiles ).

1. C. MACULATUM. *Lin. sp. pl. 349—Ucria H. Pan. p. 126—Guss. pr. 1. p. 334.*
 C. caule erecto maculato glaberrimo, foliis tripinnatis, foliolis lanceolatis pinnatifidis, laciniis integris vel argute serratis, involucri utriusque foliolis integris ovato - lanceolatis acuminatis ( 1-2 lin. longis ), involucellis umbellula brevioribus.
 Cicuta virosa. *Ucria H. Pan. p. 133*, non *Lin.*—C. major. *Cup. H. Cath. p. 50.*
 Ic. *Jacq. austr. t. 156*—Cicuta. *Dod. pempt. 461.*
 *b.* caule immaculato, odore obsoleto.
 In ruderatis, fimetis, ad ovium mandras, in fossis umbrosis in Sicilia; varietas *b.* in fossis prope *Spaccaforno*, et in ruderatis, *Guddemi al Sud di Busambra.*
 Majo, Junio. ♂
 *Caules* orgyales et ultra, tenue striati: *folia* glabra, laete virentia; radicalia ampla; foliolis numerosis; laciniis mucronulatis: *pedunculi* et *rami* superiores saepius terni, pedonculo intermedio breviore: *umbellae* multiradiatae, parvae ratione plantae: *involucrum* radiis 5-6-plo brevius: *petala* candida, vix 1 lin. longa, ob carinam facie interiore elevatam biconcava: *fructus* parvi, inter valleculas obsolete striati, inodori.
 Specimina nostra, uti jam notavit Cl. *Hoff. umb. ed. 2. p. 102*, a germanicis, et ab icone Cl. *Jacq.* nonnihil differunt, ob characteres visu patentes, sed verbis minime describendos.

## CRITHMUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 475—Endl. gen n. 4449.*

*Invol.* utrumque polyphyllum; foliolis integris, lanceolatis. *Cal.* margo obsoletus. *Petal.* aequalia, involuta. *Fruct.* ovali-oblongus, glaber, levis, a dorso compressiusculus, spongiosus, utrinque 5-costatus; costis demum elevatis, acutis, subalatis; valleculis evittatis. *Carpoph.* demum bipartitum. ( *Fruticulus* sempervirens, glaberrimus: *folia* crassiuscula, viridi-glaucescentia, triternata, *Petrosolinum* olentia: *flores* ex albo-viriduli, parvi. )

1. C. MARITIMUM. *Lin. sp. pl. 354—Ucria H. Pan. p. 128.*
 Cachrys maritima. *Spr. s. veg. 1. p. 892—Guss. pr. 1. p. 360—*
 C. seu Foeniculum maritimum, minus. *Cup. H. Cath. p. 60—*
 Foeniculum maritimum, minus. *Cast. H. Mess. p. 9.*
 Ic. *Jacq. H. Vind. 2. t. 187—Dod. pempt. 705.*
 In arenosis, et lapidosis vel in rupibus maritimis in Sicilia ≍ et in *Ustica*, *Isole Eolia*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Levanzo.*
 Julio, Septembri. ♄
 *Caules* basi suffruticulosi, tortuosi, caespitosi, 6 - 12 - pollicares; annotini vero palmares, et bipedales, erecti, tenue striati, foliosi: *foliola* lanceolato-linearia, acuta, integerrima, 2-4 lin. lata, 4 lin. 1/2 poll. longa: *umbellae* terminales, longe pedunculatae, multiradiatae, densae: *petala* apice intus arcte involuta: *fructus* immaturi apice rubentes, sectione transversali fere teretes, costis tenuibus; sed inde 2 lin. longi a dorso compressi, costis subalatis: *semen* grate aromaticum, lineari-oblongum, multivittatum,

cortice tenui spongioso non adhaerente tectum, ideoque non immerito ad *Cachrydes* species haec relata.
Folia lixivio elixa acetario usu in *Lampedusa* alibique adhibentur.

### OENANTHE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 484— Endl. gen. n. 4418.*

*Invol.* subnullum, vel et *involucel.* polyphyllum. *Cal.* margo 5-dentatus, dentibus in fructu auctis. *Flor.* pleromque radiantes et difformes. *Pet.* ob apicem inflexum obcordata; radiantia aequaliter bifida. *Fruct.* globoso-oblongus, e latere commissurali compressus, dorso gibbus, levia, glaber, calyce styliaque elongatis persisteotibus coronatus, utrinque 5-costatus; valleculis 1-vittatis. *Carpoph.* indivisum. (*Plantae* glabrae, perennes; radicibus saepius tuberoso-fibrosis: *folia* 1-2-pinnata; superiora ut plurimum a radicalibus difformis: *flores* albi; radiantes longius pedicellati.)

1. *O.* PIMPINELLOIDES. *Lin. sp. pl. 366—Guss. pr. 1. p. 347.*

O. radicis fibris fasciculatis versus apicem in tuber ovoideo-globosum dilatatis, caule erecto stricto superne ramoso, foliis radicalibus bipinnatis, foliolis latis obovato-cuneatis inciso-dentatis planis, caulinis pinnatis simplicibusque, foliolis anguste linearibus elongatis canaliculatis integerrimis, involucro polyphyllo, fructibus cylindraceis striatis.

O. prolifera. *Ucria H. Pan. p. 133*, non *Lin.*—O. apiifolio, caule firmiore. *Cup. H. Cath. p. 154*—O. Matthioli. *Cast. H. Mess. p. 42.*

Ic. *Jacq. austr. t. 394*—Oenanthe, sive Filipendula monspessulana. *Bauh. hist. 3. p. 190.*

In pascuis humidis, in inondatis, ad sepes ac ad margines sylvarum in Sicilia = et in *Lipari ad atrapecora, ed a S. Angelo.*

Aprili, Majo. ♃

*Caules* 1-3-pedales, fere virgati: *folia* radicalia lucide virentia, rosulata, humi adpressa; *foliolis* 3-5 lin. latis; caulina remota; vaginis supremis saepe folio simplici auguste-lineari terminatis: *involucri* utrinsque foliola setacea, persistentia: *radioli* florum fertilium demum crassi, rigidi, approximati, fructu basi calloso breviores; at exteriores parviradiantes steriles longius ac graciliua pedicellati: *calycis* dentes acuminati: *styli* albidi, demum fructus longitudinem aequantes, erecti, approximati.

*Radices* fibrosae, sed in extremitate in *tubera* (quae edulia) incrassantur, quo praesertim charactere ab *O. gymnorhiza Brign.*, in qua sunt tuberoso-fasciculatae, distinguitur.

2. *O.* FISTULOSA. *Lin. sp. pl. 365 — Ucria H. Pan. p. 133 — Guss. supp. p. 80.*

O. radice tuberoso-fasciculata, fibris intermixtis, caule fistuloso stolonifero, foliis radicalibus bipinnatis, foliolis plania linearI-cuneatis (brevibus confertis) caulinis pinnatis, foliolis distantibus filiformibus (longioribus), involucro nullo, fructibus striatis turbinatis confertissimis.

Ic. *Fl. dan. t. 846* — Oenanthe, sive Filipendula aquatica. *Bauh. hist. 3. p. 192.*

In stagnis submontosis; *Bosco di Caronia, Gurgo lo Drago* (*Tineo*); *Gurgo del Cotrano* (*Gasparrini*).

Majo, Junio. ♃

*Caules*, 1-2-pedales, striati: *foliola* plana, in inferioribus tenuia, vix lin. lata, 1-2 lin. longa, illa *Foeniculi piperati* aemulantia: *petioli*

fistulosi: *umbellae* 3-6-radiatae; terminales et oppositifoliae, pedunculo 1-2-pollicari fistuloso suffultae: *flores* parviradiantes: *fructus* stylis longis terminati; pedicellis crassis, rigidis.

Ubicumque caulis ad nodos radicatur tubercula oblonga profert; et uti recte notat Cl. *Dec.* in *pr. s. nat. 4. p. 136* forma radicis variat—Quoad fructus *O. pimpinelloidis* magis similia.

3. *O.* GLOBULOSA. *Lin. sp. pl. 365—Ucria H. Pan. p. 133—Guss. pr. 1. p. 347.*

O. radicis tuberibus oblongis fasciculatis basi attenuatis apice in fibram elongatis, foliis radicalibus bipinnatis, foliolis cuneiformi-oblongis incisis, caulinis pinnatis simplicibusque, foliolis anguste linearibus integris elongatis, involucro subnullo (aliquando monophyllo) fructibus crassis subgloboais obtuse costatis.

Phellandrium globulosum. *Bertol. fl. ital. 3. p. 231*—O. aquatica. *Cup. H. Cath. p. 154*—et O. sive Filipendula folio Rutae. *supp. alt. p. 66?*

Ic. *Gou. ill. t. 9*—O. Thapsiae foliis, Sparganii capitulo. *Cup. panph. 1. t. 198!* et *2. t. 117.*

In humidis, et inundatis in Sicilia.

Aprili, Majo. ♃

*Radicis* tubera saepius fasciculata, ut in *O. gymnorhiza*: *folia* radicalia nec simpliciter pinnata, nec *involucella* umbellulis longiora, uti mavult Cl. *Spr.* in *s. veg. 1. p. 889*, sed illa bipinnata, et ista umbellulis aequalia, ut *Gou. l. c.* describit: *umbellae* pauciradiatae, terminales et oppositifoliae, longe pedunculatae: *flores* parviradiantes: *fructus* fere sessiles, turgidi, arcte approximati (ideoque umbellulae tunc subglobosae); costis crassis, obtusis, latis; valleculis angustissimis.

4. *O.* PHELLANDRIUM. *Lam. fl. fr. 3. p. 432—Spr. s. veg. 1. p. 890—Guss. pr. 1. p. 348.*

O. radice fibrosa, caule fistuloso ramoso sulcato, foliis subtripinnatis, ramificationibus divaricatis, foliolis radicalibus caulinisque similibus lanceolato-cuneiformibus incisis, umbellis oppositifoliis breve pedunculatis, involucro subnullo, fructibus oblongis striatis.

Phellandrium aquaticum. *Lin. sp. pl. 366*—Cicutaria palustris, tenuifolia. *Cup. H. Cath. p. 50.*

Ic. *Fl. dan. 1154—Bull. herb. de Fr. t. 147*—Phellandrium. *Dod. pempt. 591.*

In stagnis, et lacubus montosis; *Gurgo lo Drago presso il Cotrano.*

Majo, Junio. ♂

*Caules* saepe divaricato-ramosi, erecti, 1-3-pedales: *folia* flaccida, laete virentia; foliolis lin. latis, 2-3 lin. longis, omnibus conformibus: *umbellae* multiradiatae, pedunculo vix pollicari suffultae, aliquando terminales: *flores* parviradiantes: *fructus* non ita approximati, ut in praecedentibus, ob pedicellos graciles fructu ipso longiores—Ea pars caulis, quae aquis immersa remanet, ad nodos radices emittit, ut in icone *Dodon.* optime dipingitur—In icone *Fl. dan.*, *foliola* latiora quam in nostra planta sunt —Forsan radix perennat ob stolones quos agit, ut notat *Koch syn. p. 293*, quem confer.

---

† 3. HUMILIS. *Raf. prec. p. 41. n. 135—Guss. pr. 1. p. 348.*

O. caule simplici pentagono, foliis pinnatis, in inferioribus foliolis integris lanceolatis, umbellis erectis simplicibus, floribus sessilibus.

In nemoribus montosis, *Madonie* (*Raf.*)

*O. proliferam*, quae Siciliae indigena ab omnibus recentioribus dicitur, hactenus non inveni.

## † AETHUSA.

*Spr. s. veg. 1. n. 1057—Endl. gen. n. 4424.*

*Invol.* nullum; *involucel.* dimidiata, pendula. *Fruct.* ovatus, solidus, 5-costatus.

† 1. *A.* CYNAPIUM. *Lin. sp. pl. 367—Ucria H. Pan. p. 134—Guss. pr. 1. p. 337.*

In vallibus; *Palermo nella vallata di S. Martino* (*Ucria*).
An ad *Tragium peregrinum* spectat?

## CAUCALIS.

*Spr. s. veg. 1. p. 850. n. 1063.*

*Involucr.* nullum, et *involucel.* olygophylla, indivisa. *Cal.* margo 5-dentatus. *Pet.* radiantia, inaequalia, biloba; reliqua obcordata; omnia cum lacinula inflexa. *Fruct.* oblongus, e latere commissurali vel dorsali compressus, costatus; costis valleculisque aculeatis setosisque. *Carpoph.* liberum, demum bifidum. (*Herbae annuae*: *folia* decomposita, pilis adpressis: *flores* albi, vel rubentes, fertiles in radio: *fructus* majusculi, in quavis umbellula pauci.)

1. *C.* LATIFOLIA. *Lin. syst. nat. ed. 12. v. 2. p. 205—Guss. pr. 1. p. 317.*

C. foliis decursive pinnatis, foliolis lanceolatis profunde dentato-serratis, pedunculis rigidis oppositifoliis, umbella 2-3-radiata, involucris abbreviatis margine scariosis (floribus rubentibus), fructibus turgidis e latere compressis, costarum aculeis scabris, valleculis tuberculatis.

Turgenia latifolia. *Hoffm.* in *Dec. pr. 4. p. 218*—Tordylium latifolium. *Lin. mant. 345.*

Ic. *Jacq. H. Vind. 2. t. 128!*—Echinophora platyphyllos. *Column. ecphr. 1. t. 97*— Caucalis flore rubente, Argemone foliis. *Cup. panph. 1. t. 195.*

In arvis argillosis inter segetes in Sicilia.

Majo, Junio. ⊙

*Planta* undique pubescenti-scabra, virescens: *caules* sulcati, erecti: *foliola* oblongo-cuneata, obtusa, 2-4 lin. lata, pollicem longa: *umbellae* 3-5-spermae, longe pedunculatae; radiis fere pollicaribus: *flores* radiantes: *fructuum* aculei unciuati, vel glochidiati, scaberrimi.

*Foliorum* latitudine ac longitudine a sequentibus facillime dignoscitur

2. *C.* PLATYCARPOS. *Lin. sp. pl. 347—Ucria H. Pan. p. 125 — Guss. pr. 1. p. 318.*

C. foliis bipinnatis, foliolis pinnatifido-incisis, pedunculis oppositifoliis rigidis, umbellis 2-3-radiatis, involucro utroque subtriphyllo, umbellulis 1-2-spermis, fructibus ex dorso compressis planis, costarum aculeis glabris (floribus albis).

Orlaya platycarpos. *Koch* in *Dec. l. c. p. 209*—Caucalis monspeliensis, echinato magno fructu. *Cup. H. Cath. p. 42*—Lappa boaria. *Cast. H. Mess. p. 40.*

Ic. *Jacq. H. Vind. 3. t. 40!*— Echinophora platycarpos. *Column. ecphr. 1. t. 94. f. 2.*

Inter segetes, et in herbidis montosis; *Madonie alla Colma grande s nel bosco di Castellobuono (Parl.)*, *Monte cane (Todaro)*, *Pizzuta (Heldr. Parl.)*: *Catania (Cosent.) Sciacca*, *Polizzi*, *Caltanissetta*, *Delia*, *Floresta*, *Bafia*, *Itala*, *Siracusa*, *Spaccaforno*, *Mililli* = et in *Lipari alle terre rosse.*

Aprill, Majo. ⊙

*Caules* erecti, plerumque divaricato-ramosi, una cum pedunculis et umbellas radiis glabri ac leves: *folia* intense virentia: *foliolis* brevibus, vix 3-6 lin. longis, 2-3 lin. latis: *involucri* utriusque folia lin. lata, margine scariosa, acuta: *involucella* flores radiantes subaequantia, fructibus vero dimidio breviora: *umbellulae* longe pedunculatae: *fructus* 5 lin. longi, 2 lin. lati; costarum *aculei* saepius rubentes, horizontaliter patentes, fructuum diametrum subaequantes, crassi; vallecularum nervis setosis.

Variat *foliis petiolisque* glabris; foliorum *laciniis* plus minusque elongatis; *fructus* vero semper 1-2, non 5 in quavis umbellula.

3. *C.* MARITIMA. *Lam. Dict. enc. 1. p. 657— Pers. syn. 1. p. 306 —Biv. cent. 2. p. 20—Guss. pr. 1. p. 318.*

C. caule decumbento divaricato ramoso foliisque 2-3-pinnatis incano-hispidinsculis, foliolis pinnatifidis, laciniis angustis lineari-obovatis obtusiusculis, pedunculis oppositifoliis elongatis, involucro utroque oligophyllo, umbella 3-5-radiata, fructuum aculeis glochidiatis uncinatisque glabris.

Orlaya maritima. *Koch in Dec. l. c. p. 209*—C. pumila. *Willd. sp. pl. 1. p. 355*—Daucus muricatus, *b. Lin. mant. p. 352.*

Ic. *Cav. ic. 2. t. 101—Gerard. prov. t. 10*; melior. — C. marina, purpurea, Pastinacae sylvestris tenuifoliae foliis, Echinophorae semine, umbellata. *Cup. H. Cath. p. 42*, et *panph. 2. t. 126*— Lappula canaria, seu C. maritima. *Bauh. hist. 3. p. 2. p. 81.*

In arenosis maritimis ubique in Sicilia.

Majo, Junio. ⊙

*Caules* jam ab ipsa basi ramosi et floriferi, 2-8-pollicares: *folia* radicalia numerosa, rosulata; *foliolis* valde approximatis, 2 lin. longis, et latis: *pedunculi* 1-2-pollicares: *umbellarum* radii 4-12-lineares, valde inaequales: *flores* albi, vix radiantes, aliquando rosei: *fructuum* valleculas hispidae.

Ut recte notat Cl. *Vahl in symb. 2. p. 47*, haec species *umbellis* et *involucris* summopere indit.

---

† 4. *C.* GRANDIFLORA. *Lin. sp. pl. 346—Ucria H. Pan. p. 124—Guss. pr. 1. p. 319.*

C. involucris 5-phyllis, foliolo unico duplo majore.

Inter segetes (*Ucria*).

## DAUCUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 466—Endl. gen. n. 4497.*

*Involucr.* polyphyllum: *involucel.* integra vel trifida. *Cal.* margo 5-dentatus. *Pet.* exteriora saepe radiantia; omnia inaequaliter biloba, obcordata cum lacinia inflexa. *Fruct.* ovali-oblongus, a dorso subcompressus; *costis* aculeatis, aculeis simplici serie; valleculis 1-vittatis, pilosis, glabrisve. *Carpoph.* liberum, demum 2-partitum. (*Plantae* annuae aut biennes: *folia* 2-3-pinnata; foliolis pinnati-

fidis integrisve: *flores* albi; centrales aliquando abortivi, carnosi, atropurpurei: *umbella* in fructu fere in omnibus contracta.)

1. *D. CAROTA. Lin. sp. pl. 348 — Ucria H. Pan. p. 125 — Guss. pr. 1. p. 319.*
   D. caule inferne retrorsum petiolisque hispido, superne tuberculato-scabro, foliis glabriusculis 2-3-pinnatis, foliolis inferiorum late ovatis oblongisque inciso-dentatis, laciniis mucronatis, superiorum anguste linearibus subintegris, involucro universali radiis demum duplo breviore, involucellis integris trifidisque umbellula aequilongis, aculeis glochidiatis latitudinem fructus aequantibus.
   Pastinaca tenuifolia, sylvestris. *Cup. H. Cath. p.163—Cast. H. Mess. p. 42*—D. sylvestris. *Cast. H. Mess. p. 37.*
   Ic. Pastinaca tenuifolia, sylvestris. *Dod. pempt. 679.*
   *b. polygamus;* aculeis fructuum uncinatis, setis 1-2 terminatis.
   D. grandiflorus. *Guss. pr. 1. p. 320*, excl. syn.
   Ic. D. polygamus. *Jacq. H. Vind. 3. t. 78* — Daucus. *Zannich. hist. p. 85. t. 190.*
   In arvis, collibus, ad muros in Sicilia passim = et in *Ustica, Saline.*
   Aprili, Majo. ♂
   *Caules* 1-3-pedales, striati: *folia* hirsutiuscula; radicalia circumscriptione ovata, oblongaque: *foliolis* 3-6 lin. latis; caulina in hoc et in sequente difformia, foliolis nempe angustioribus ac elongatis: *involucrum* sub anthesi umbellas plerumque aequans, patens vel reflexum: *involucella* exteriora tripartita, radiolos superantia: *umbellae* multiflorae, demum contractae; saepe cum flosculo centrali sterili carnoso atro-purpureo: *flores* candidi, parviradiantes, exsiccatione plerumque pallide lutescentes: *fructus* parvi, oblongi: *aculei* basi non cohaerentes, nec dilatati.
   Characteres et specimina herb. *Dec.* cum nostra conveniunt. Varietas *b.* quae verus *D. carota* ex *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 156* ab *a.* nonnisi aculeis uncinatis recedit; tamen setae plerumque duae: ideoque hoc solo charactere, caeteris semper similibus, has duas varietates in species diversas recipere non putavi.

2. *D. MAXIMUS. Desf. atl. 1. p. 241—Guss. pr. 1. p. 250.*
   D. caule scabro setis retroflexis petiolisque hirsuto, foliis tripinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis ovatis lanceolatisque submucronatis, involucro pinnatifido umbella breviore, involucellis umbellulis longioribus margine membranaceis ciliatis, exterioribus tripartitis pinnatifidisque, aculeis apice glochidiatis fructus latitudinem aequantibus.
   D. mauritanicus. *Ucria H. Pan. p. 125*, non *Lin.*—Pastinaca tenuifolia, sylvestris, umbella eminenti prole vallata. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 70.*
   Ic. *nulla.*
   In arvis, et collibus aridis; *Villasmonda, Siracusa, Avola, Noto, Spaccaforno.*
   Aprili, Majo. ♂
   *Habitus* praecedentis, sed altior; *umbella* diametro semipedali et ultra: *involucri* pinnatifidi laciniae lineares, elongatae, basi margine ciliatae, uti *involucella; pedunculi* sub umbella setis duris retroflexis scaberrimi: *corollae* radiantes magnae: *flores* centrales steriles saepe atropurpurei — Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 163* ab hac specie promanare putat *Carotas*, quae in hortis coluntur, sed characteres florum et umbellarum satis diversi videntur.

3. *D. HISPIDUS. Desf. atl. 1. p. 243—Spr. s. veg. 1. p. 897—Guss. pr. 1. p. 321.*
   D. caule hispido pilis reflexis, foliis 2-3-pinnatis villoso-hispidis, fo-

liolis ovatis cuneatis inciso - lobatis, involucris latiusculis inciso-pinnatifidis umbella brevioribus, aculeis fructuum glochidiatis basi subdilatatis.

Ic. *Desf. l. c. t. 63*—D.halophylus. *Brot. fl. lusit. 2. t. 168* a nemine inter species notas relato—Pastinaca hirsuta, crispa, tenuifolia. *Bocc. sic. t. 14?*

In rupibus, et in lapidosis maritimis; *Giojosa*, *Girgenti*, *Alicata*, *Trapani*.

Junio, Julio. ♂

*Caules* divaricato-ramosi, 1-2-pedales: *folia* radicalia circumscriptione fere triangularia, saepius lucida; *foliolis* obtusis, aliquando suborbicnlatis: *umbellae* densiflorae, vix radiantes,plerumque flosculo centrali sterili carnoso, ut in praecedentibus, instructae; laterales altiores; *radii* rigidi, numerosi, basi incrassati: *involucri* foliola mucronata: *involucella* integra, vel 3 - fida, rigida, carinata: *fructus* parvi.

Specimina herbarii *Desf.*, et *Banks.* nostris quidem conveniunt, sed illa herb. *Dec.* prope *Dieppe* collecta omnino aliena, et ad diversam speciem, uti ipse Cl. *Dec.* suspicatur, spectare mihi visa sunt.

4. *D.* GINGIDIUM. *Lin. sp. pl. 348.*

D. caule petiolisque glabris, foliis subbipinnatis, foliolis ovatis vel ovato-lanceolatis inciso-dentatis acutiusculis nitidis subtus pilosis, involucro utroque latiusculo margine scarioso radiis subaequali, aculeis glochidiatis fructus ovalis latitudinem aequantibus.

Pastinaca tenuifolia, marina, foliis obscure virentibus, et quasi lucidis. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris*, et inde — D. maritimus, lucidus. *Inst. p. 307.*

Ic. Gingidium. *Matth. comm. 1. p. 478.*

*b.* caule petiolisque hirsutiusculis.

D. gingidium. *Dec. pr. 4. p. 211* ex herb. !—D. gummifer. *Guss. pr. 1. p. 321* excl. syn., an et illud *Sprengelii?*

In collibus aridis, et lapidosis maritimis; *Mura di Palermo* ( *Tineo* ), *Bagheria*, *Castellammare*: var. *b.* Brolo, *Milazzo*, *Capacci*, *Castellammare*, *Alicata*, *Girgenti* = et in *Ustica*, *Pantellaria*.

Majo, Junio. ♂

*Habitus* praecedentis; sed *caules* elatiores ac robustiores: *foliola* crassiuscula, nitide-virentia, glabra, aut hirsutiuscula; laciniis brevibus, mucronatis: *involucrum* radios subsequans: *umbellae* densiflorae; radiis nec rigidis, nec ut in illo incrassatis: *flores* albi, vel ante anthesim rubentes: *involucella* lanceolata, aut ovali-lanceolata, interiora margine albo-membranacea ac ciliata: *fructus* parvi; aculeis basi distinctis.

Ex descriptione *Dec.*, nec non ex specimine ipsius herbarii, *Banks.* et *Viv.* hunc ad *D. Gingidium* refero; sed descriptio *D. gummiferi* Cl. *Spr. s. veg. 1. p. 897* non discrepare videtur.

5. *D.* GUMMIFER. *Lam. Dict. enc. 1. p. 634.*

D. caule basi hispido superne glabrato scabro, foliis 2-3-pinnatis, foliolis ovatis crassiusculis abbreviatis ( parvis ) supra nitidis subtus hirsutiusculis, laciniis obtusis mucronatis, involucris pinnatifidis umbella brevioribus involucellisque trifidis mucronatis margine albo-scariosis, fructibus. . . . .

Ic. Pastinaca tenuifolia, gummi manans. *Bocc. mus. p. 30. t. 20.*

In lapidosis maritimis; *Capo passaro* = et in *Pantellaria.*

Aprili, Majo. ♂

*Caules* in Sicilia 2-3-pedales: *folia* radicalia supra glabra, vel u-

trinque hirsuta ac canescentia; *foliola* tamen semper brevia, 2-4 lin. longa, nitida ac crassiuscula: *flores* albi, exsiccatione demum intescentes, quod minime in D. *gingidio*; cui quoad umbellam, involucra ac involucella similis, uti quoad foliola *D. mauritanico* admodum affinis.

6. *D.* BOCCONI. *Guss. pr. 1. p. 322.*

D. foliis radicalibus 2-3-pinnatis supra lucidis, subtus petiolisque hirsutiusculis, foliolis abbreviatis cuneato-ovatis oblongisque inciso-dentatis, laciniis oblongis mucronatis margine setuloso-scabris, involucris brevibus tripartitis latiusculis involucellisque subintegris glabris, fructuum aculeis glochidiatis basi subdilatatis.

Pastinaca sicula. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris.*

*Ic.* Pastinaca Oenanthes foliis. *Bocc. sic. t. 401*

In arenosis, et lapidosis maritimis; *Palermo a Mondello*, *Bagheria*, *Trapani a S. Vito*, *Alicata*, ec.

Junio, Julio. ♂

*Caules* erecti, 1 1/2 - 2 1/2 - pedales, glabri, vix striati, superne tuberculato-scabri: *foliola* in radicalibus et caulinis inferioribus 2-4 lin. ad summum longa, 1 1/2 - 2 lin. lata; ideoque prae reliquis breviora; in superioribus vero lineari-cuneata, varie incisa, nunquam elongata: *involucrum* umbella duplo fere brevius; *foliolis* tripartitis, vel pinnatifidis, raro integris: *involucella* integra vel tripartita, radiolos subaequantia: *flores* albi, breviradiantes, flosculo centrali sterili nullo: *aculei* rigidi, fructus latitudinem subaequantes, basi subcobaerentes.

Iconem *Bocc. l. c.* ad speciem praecedentem refert *Lin.*, et ad *D. polygamum Dec.*; sed certe ab utrisque diversa ob characteres notatos, et habitum.

7. *D.* MARITIMUS. *Dec. pr. s. nat. 4. p. 211*, ex ejus herbario.

D. caule erecto glabro undique tuberculato-scabro, ramis subdivaricatis, foliis petiolisque subtus hirsutiusculis 2-pinnatis, inferiorum foliolis ovato-oblongis inciso-dentatis, laciniis mucronatis margine setuloso-scabris, involucri foliolis pinnatifidis umbella brevioribus, involucellis subdivisis lanceolatis, aculeis fructuum glochidiatis.

D. parviflorus. *Guss. pr. 1. p. 322*, exclus. syn. *Desf.*

*Ic. nulla.*

In collibus aridis; *Terranova*, *Capo passaro*, *Spaccaforno*, *Girgenti*, *Trapani.*

Majo, Junio. ♂

*Caules* rigidi, 1/2 - 1 - pedales: *folia* scabrinscula; *foliola* in inferioribus 3-6 lin. longa; in superioribus lanceolata, exquisite acuminata: *flores* parvi, vix radiantes, exsiccatione semper flavescentes: *umbellarum* et *umbellularum* radii tuberculato-scaberrimi, uti caules: *involucella* rigida, carinata, margine submembranacea ac subciliata, sat raro 1-3-fida, radios subaequantia.

Species scabrositate insigni caulium, et radiorum, et habitu suo proprio facillime ab affinibus dignoscitur, et immerito cum *D. Gingidio* a *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 165* associata—A descriptione *Dec.* differt tantum caule undique scabro—Ab icone *D. parviflori Desf.* recedit *habitu*, et *involucris* longioribus: praeterea exemplaria ipsius herb. etiam foliorum habitu, involucrisque abbreviatis aliena sunt a nostro, et potius *D. folioso* proxima.

8. *D.* SICULUS. *Tin. pug. p. 6—Spr. s. veg. 1. p. 897—Guss. pr. 1. p. 322.*

D. caule ramoso, ramis divaricatis glabris, foliis 2-3-pinnatis subtus petiolisque subhirsutis, foliolis crassiusculis oblongo-cunea-

tis ovatisque inciso - dentatis, laciniis oblongis mucronatis margine levibus, involucri foliolis pinnatifidis (latiusculis) umbellularum radios demum incrassatos arcte conniventes aequantibus, involucellis subindivisis lanceolatis radios excedentibus, fructibus confertissimis, aculeis glocbidiatis.

Ic. *nulla.*

In lapidosis maritimis; *Trapani*, *e S. Vito* = et in *Favignana*, *Maretimo*, *Lampedusa.*

Aprili, Majo. ♂

*Caulis* vix palmaris vel pedalis, sed *rami* semper divaricati: *folia* plus minus glabra: *pedunculi* elongati, cum umbella centrali depressiori, saepius sessili: *flores* exsiccatione flavescentes: umbellularum *radii* hirsutiusculi, in fructu incrassati: *fructus* parvi, *aculeis* basi subdilatatis, apice glocbidiatis, latitudinem fructus aequantibus.

9. *D. foliosus. Guss. pr. supp. p. 73*, excl. var. *b.*

D. caule inferno subhirsuto, superne scabro, foliis 2-3-pinnatis, foliolis glabriusculis oblongis acutiusculis inciso-dentatis, involucris (foliiferis) pinnatifidis, laciniis latis radios aequantibus, involucellis ciliatis, interioribus margine scariosis, floribus (parvis) subradiantibus, aculeis linearibus basi distinctis glochidiatis latitudinem fructus superantibus.

Ic. *nulla.*

In collibus apricis; *Stromboli*, *Lipari*, *Panaria*, *Strombolicchio*, *Dattolo*, *Basiluzzo;* nec in Sicilia.

Majo, Junio. ♂

*Caules* valde ramosi, superne glabri, sed scabri; *folia* numerosa, conferta, pallide virentia, petiolis hirsutiusculis; *foliolis* 1-3 lin. latis, 2-6 lin. longis, superioribus angustioribus: *involucra* ut plurimum foliis similia; laciniis latis, raro anguste linearibus, umbellas aequantibus vel excedentibus: *involucella* exteriora integra, aut tripartita: *flores* albi: *umbella* centralis saepius prolifera, radiis nempe elongatis umbellas sustinentibus.

Cum nulla specie herb. *Lin.*, *Dec.*, aut *Sibth.* convenire vidi.

10. D. *gibbosus. Bertol. fl. ital. 3. p. 160.*

D. caule hispidulo-scabro, foliis 2-3-pinnatis glabriusculis, foliolis oblongis acutiusculis inciso-dentatis, receptaculo umbellari subdilatato, involucri foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus umbella brevioribus, involucellis integris externe ad basim carinato-gibbosis (albidis), floribus parvis subradiantibus, aculeis linearibus basi distinctis glocbidiatis latitudinem fructus superantibus.

D. foliosus *b.* gibbosus. *Guss. supp. p. 73.*

Ic. *nulla.*

In collibus aridis apricis; *Vulcano.*

Majo, Junio. ♂

*Habitus* omnino praecedentis, pro cujus varietate habui, et a quo tantum notatis characteribus recedit.

11. *D. mauritanicus. Lin. sp. pl. 348—Guss. supp. p. 73.*

D. caule petiolis radiisque hispidis, foliis circumscriptione sub triangularibus 2-3-pinnatis, foliolis inciso-dentatis acutiusculis, extimis brevioribus, superiorum subcuneiformibus, receptaculo umbellari crasso hemisphaerico, involucro pinnatifido radiis breviore, floribus (albi parvis) subradiantibus, aculeis linearibus basi distinctis glocbidiatis fructus ovalis latitudinem aequantibus.

Ic. Pastinaca hirsuta, crispa, tenuifolia. *Bocc. sic. p. 28. t. 42*—

P. tenuifolia, sicula, hirsuta, crispa. *Moris. hist. 3. p. 306. s. 9. t. 13. f. 3*, icon ex *Boccone*.
*b.* floribus rubris.
In aridis, et in saxosis maritimis; *Alicuri*, *Felicuri*, *Vulcano*: var. *b.* *Alicuri* in Sicilia non vidi.
Aprili, Majo. ♂
*Caules* striati, basi hispidiores, et apice scabriores: *petioli* partiales foliorum rectangule patentes: *foliola* supra glabra, nitidiuscula, subtus hirsutiuscula, extima non elongata; in superioribus parum angustiora ac longiora: *involucri* laciniae apice attenuato-acuminatae: *involucella* ciliato-hirsuta, lanceolata, acuminata, apice integra aut trifida, externe carinata, pedicellos superantia, interiora breviora: *flos* centralis sterilis, carnosus, atropurpureus: *umbella* fructifera contracta: *fructus* parvi, aculeis confertis—Variat floribus subradiantibus, et ita parvis, ut vix lin. in diametro habeant; flosculo centrali sterili carnoso saepe obliterato; foliolis 1-3 lin. latis.
Receptaculi haemisphaerici charactere, et iconi *Bocconi* innixus hunc ad *D. mauritanicum* refero. Equidem *Lin.* in *mant. p. 351* notat «*Moris. hist. 3. p. 305. s. 9. t. 13. f. 3*, potius hanc speciem indigitat quam figura 5 »—In *D. mauritanico* herb. *Banks.* foliola latiora vidi—Icon *All. ped. t. 61. f. 1.* potius *D. carotam sylvestrem*, quam hunc refert.

12. D. RUPESTRIS. *Guss.*
D. caule sulcato, petiolis radiisque hispidis, foliis circumscriptione lanceolatis 3-pinnatis, foliolis oblongis acutiusculis inciso-dentatis, extimis brevioribus, superiorum subconformibus, involucro pinnatifido radiis duplo breviore, aculeis acutis basi dilatatis coalitis fructus late ovalia latitudine duplo brevioribus.
D. australis. *Guss. pr. supp. p. 74—Bertol. fl. ital. 3. p. 171*, non *Dec. pr. 4. p. 214*, ideoque nomen mutavi — Pastinaca hirsuta, crispa, maritima. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris.*
Ic. *nulla.*
In saxosis maritimis; *Lampedusa*, *Lampione.*
Aprili, Majo. ♂
*Caules* 1/2-1 1/2-pedales, sed robusti, aetate jam progressa una cum foliis ut plurimum nigrescentes: *folia* laete virentia; radicalia primi anni una cum petiolis glabra, lucida, illa *Athamanthae siculae* aemulantia, reliqua subtus, et pitioli hispida: *foliola* vix 1/2-2 lin. lata, 2-3 lin. longa: *involucri laciniae* acuminatae: *involucella* ut in praecedente: *flores* non vidi: *fructus* in commissura lin. lati, inter strias glabrinsculi; costis elevatis: *aculei* breves, sed rigidi, crassiusculi, apice non glochidiati.

13. D. AUREUS. *Desf. atl. 1. p. 242—Spr. s. veg. 1. p. 897—Guss. pr. 1. p. 323.*
D. caule erecto ramoso superne petiolisque setis patentibus hirto, foliis (laete virentibus) supradecompositis glabriusculis, foliolis pinnatifidis, laciniis anguste-linearibus uniformibus, involucro pinnatifido reflexo umbellas subaequante, laciniis involucellisque subintegris filiformibus, aculeis glochidiatis (flavescentibus) basi subdilatatis fructus angusto ovalis latitudinem superantibus.
Caucalis arvensis, supremis foliis Gingidii, imis Carotae. *Cup. H. Cath. p. 42.*
Ic. *Desf. l. c. t. 61*
In argillosis, inter segetes, quibus valde infestum, et ad margines viarum in campestribus; *Misilmeri*, *Termini*, *Collesano*, *Fondaco nuovo*, *Alimena*, *Alia*, *Caltanissetta*, *Castrogiovanni*, *Ni-*

*cosia*, *Capizzi*, *Traina*, *Catania*, *Siracusa*, *Terranova*, *da Girgenti a Trapani*, *Partanna*, *S. Giuseppe*, *Alcamo*, *Castellammare*, ec.

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* 1-1/2-pedalis, dense foliosi: *rami* inter segetes erecti, in incultis divaricati: *foliola* abbreviata, vel elongata, plus minus approximata, in foliis caulinis ab illis radicalium non difformis; laciniis semper vix lin. latis, acutis, mucronatisve: *involucri* foliola saepius pinnatifida, raro decomposita; *involucellis* angusto linearibus, integris trifidisque, umbellulam demum subaequantibus: *fructus* oblongo-lineares, omnium praecedentium longiores, ac majores: *umbella* demum plus minusque contracta—Interim in nostra specie, *foliola* magis approximata; *caules* et *petioli* magis hirti; *corollae* radiantes majores, nunquam flavae, sed constanter albae; nec flavum colorem induunt nisi cum inter chartas exsiccantur; quibus characteribus ab icone et descriptione *Desf. l. c.* quodammodo recedit, sed est certe planta *Desf.* ex ejus herb.! : tamen *D. aureus Sibth.* in *Smith' fl. gr. pr. 1. p. 185*, ex ejus herb. est species longe aliena.

14. *D.* MURICATUS. *Lin. sp. pl. 544*, exclusa varietate *b.* — *Ucria H. Pan. p. 125—Guss. pr. 1. p. 324.*

D. hispidus, foliis 2-3-pinnatis (obscure virentibus), foliolis multifido-incisis, laciniis anguste lineari-lanceolatis, involucro subbipinnatifido demum reflexo umbellae radiis duplo breviore, aculeis fructuum late ovalium glochidiatis (argenteis) basi dilatatis cohaerentibusque, setis brevioribus intermixtis.

Caucalis arvensis, Carotae foliis, floribus ex purpureo-albis, semine foliaceo echinato, umbella contracta. *Cup. H. Cath. p. 42* —C. daucoides, lusitanica. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. Caucalis arvensis, Carotae foliis, floribus albis, umbella echinata contracta. *Cup. panph. 2. t. 26—Bon. t. 189*, bonae — C. daucoides, tingitana. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 14. f. 4*, mala; quia *foliola* nimis lata.

Cum praecedente in argillosis in Sicilia.

Majo, Junio. ⊙

*Habitus* magis, *D. aureo*, quam aliis similis; sed undique magis hispidus; *caules* humiliores; *rami* magis divaricati; *folia* obscure virentia, foliolis brevibus; *umbellae* valde contractae, laterales altiores; *radii* valde inaequales, exteriores triplo longiores: *involucella* integra vel tripartita, umbellulam subaequantia; *fructus* duplo majores, fere ut in *Caucalide platycarpa*, compressi, elliptici, iste costati; *aculeis* argenteis non flavis: *flores* etiam post exsiccationem albi.

D. muricatus *Lin. herb.* potius *D. Broteri Ten. syll. p. 591* refert; sed descriptio ipsius, et planta *herb. Banks.* certe ad nostrum spectant.

---

*D. prolifer*, *Presl del. Prag. p. 130* a Flora sicula delendus est, ut ipse auctor me in literis monuit; praeterea in *fl. sic. 1. p.* XXII. notat sequentia « *D. prolifer* est *Laserpitium hispidum Sieb.*, quod infortuito casu inter plantas siculas irrepsit ».

## TORILIS.

*Hoffm. umb. p. 49—Endl. gen. n. 4503.*

*Invol.* nullum vel oligo-polyphyllum, et *involucel.* integra. *Cal.* margo 5-dentatus, persistens. *Pet.* subaequalia, inaequaliter 2-loba, obcordata, cum acumine inflexo. *Fruct.* ovalis (parvus), e latere commissurali compressus, dorso gibbus, obsolete costatus, undique aculeis apice glochidiatis vel uncinatis tectus. *Carpoph.* apice bifidum. (*Plantae* annuae: *folia* 1-2-pinnata, una cum caulibus setis rigidis scabra; quae setae, uti recte notat *Dec.* in caulibus retrorsae, in umbellae radiis erectae: *flores* albi.)

1. *T. helvetica. Spr. s. veg. 1. p. 898—Guss. pr. 1. p. 325.*
   T. caule suberecto ramosissimo, ramis subdivaricatis, foliis bipinnatis, foliolis ovato-lanceolatis inciso-dentatis, terminali elongato, involucro subnullo, involucellis polyphyllis (umbellae radiis 5-7), fructuum aculeis scabris apice glochidiatis.
   Caucalis arvensis. *Willd. sp. pl. 1. p. 1387*—C. leptophylla. *Ucria H. Pan. p. 125*, non *Lin.*
   Ic. Caucalis helvetica. *Jacq. H. Vind. 3. t. 16*—C. alba, arvensis, Myrrhidis vel Pastinacae sylvestris folio candicante, floribus et echinato semine parvis. *Cup. H. Cath. p. 42*, et *panph. 1. t. 233 —Bon. t. 191.*
   *b. anthriscoides. Dec. pr. 4. p. 219*—caule elato, ramis erectis, involucri foliolis minimis, unico elongato lineari.
   T. anthriscus. *Spr. s. veg. 1. p. 898*, et *Guss. supp. p. 75*, exclusis synonymis.
   Ic. Caucalis major, umbella alba purpurante, Geranii moschati folio. *Cup. panph. 2. t. 107—Bon. t. 192*—Caucalis humilis. *Riv. t. 156*, quae ad *T. heterophyllam* immerito refertur a Cl. *Bertol. in fl. ital. 1. p. 189.*
   Inter segetes ubique in Sicilia = et in *Lipari*: var. *b. Palermo, Altavilla.*
   Aprili, Majo. ☉
   Differt ab affini *T. anthrisco*; *caule* magis divaricato; *involucro* subnullo; seminum *aculeis* glochidiatis—Varietas *b.* differt quoque a species foliolis strigosioribus, et obscurius virentibus, *umbellae* radiis numerosioribus; sed comparatis speciminibus fructibus magis perfectis instructis, quae inde comunicata fuerunt tam hujus varietatis, quam verae *T. anthriscus*, plantam siculam ad *T. helveticam* spectare cognovi.
2. *T. purpurea. Guss. pr. 1. p. 325.*
   T. caule erecto ramoso, foliis conformibus 1-2-pinnatis, foliolis lanceolatis integris vel pinnatifido-incisis aequalibus (terminali non elongato), involucro subnullo, involucellis polyphyllis (umbellae radiis 2-5), aculeis fructuum scabris apice glochidiatis.
   Caucalis purpurea. *Ten. fl. nap. pr. app. 4. p. 12.*
   Ic. *Ten. fl. nap. 3. p. 279. t. 131.*
   In dumetis apricis, et collibus sylvaticis; *Castelvetrano*, *Mistretta* = et in *Saline*, *Pantellaria.*
   Aprili, Majo. ☉
   *Habitus* praecedentis; *involucrum* pariter nullum, vel monophyllum, lineare-setaceum; tamen in foliis omnibus *foliola* conformia, terminale non elongatum, sed caeteris aequale; *umbella* fere semper 2, raro 5-radiata; *flores* et fructuum *aculei* saepius purpurascentes—Ad

*T. infestam* hanc speciem refert Cl. *Reich.* in *fl. germ. excurs.* 2. *p.* 447, et una cum sequente ad *T. helveticam* associat Cl. *Bertol. l. c.*

4. *T.* HETEROPHYLLA. *Guss. pr. 1. p. 326—Dec. pr. s. nat. 4. p. 219.*
T. caule erecto parum ramoso, foliis 1-2-pinnatis, foliolis lanceolatis incisis (extimo non elongato), caulinis superioribus ternatis, foliolis linearibus elongatis inciso-serratis, supremis angustissime linearibus integris simplicibus (umbellae radiis 2-3), involucro subnullo, involucellis polyphyllis, aculeis seminum scabris apice glochidiatis.
Caucalis linearifolia. *Requ. pl. exsic.* ex *Dec. l. c.*
Ic. *nulla.*
In dumetis glareosis montosis; *Monti di Mistretta, e di Cannata, nocelle di Polizzi : bosco di Castellobuono (Parlat.)*
Majo, junio. ⊙
*Caulis* 1-2-pedalis, cujus suprema pars, et *pedunculi* ante anthesim cernui! ; *flores* et fructuum *aculei* saepius purpurascentes; isti glochidiati, ac hirsuto-scabri— A duabus praecedentibus facillime dignoscitur, *foliis* difformibus et *habitu*, nec illarum varietas certe est; plantas siquidem innumeras bujus et praecedentium specierum locis natalibus remotis saepius vidi, semperque constantibus characteribus praeditas!! confer quoque *Koch syn. p. 314.*

5. *T.* NODOSA. *Spr. s. veg. 1. p. 898—Guss. pr. 1. p. 326.*
T. foliis bipinnatis, foliosis uniformibus, umbellis glomeratis sessilibus lateralibus oppositifoliis, involucro nullo, fructibus muricato-granulatis aculeatisque, aculeis scabris apice glochidiatis.
Tordylium nodosum. *Lin. sp. pl. 346*—Caucalis nodosa. *Willd. sp. pl. 1. p. 1388*—C. nodoso, echinato semine. *Cup. H. Cath. p. 42.*
Ic. *Jacq. austr. app. t. 24*—Caucalis nodoso echinato semine. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 14. f. 10*—C. ad alas florens. *Riv. t. 158.*
Inter segetes, in arvis aridis, ad muros, in ruderatis ubique in Sicilia = et in *Ustica, Alicuri, Panaria, Lipari, Maretimo, Pantellaria, Favignana, Levanzo, Lampedusa, Linosa.*
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* palmares, vel pedales, varie flexi, erecti vel procumbentes, ramis divaricatis : *flores* albi, parvi : *umbellae* aliquando brevissime pedunculatae : *fructus* dense glomerati.

## ANTHRISCUS.

*Dec. pr. 4. p. 222—Endl. gen. n. 4505.*

*Invol.* nullum; *involucel.* deflexa, polyphylla. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* patentia, subaequalia, obovata, ob brevissimum acumen inflexum subemarginata. *Fruct.* ovato-conicus, e latere commissurali compressus, ecostatus, levis vel muricatus, breviter rostratus; rostro solo angulato. *Carpoph.* demum liberum, apice 2-fidum. (*Plantae* annuae, biennes, vel perennes : *folia* decomposita, foliolis plus minus latis pinnatifidis : *umbellae* oppositifoliae vel terminales : *flores* albi.)

1. *A.* SICULA. *Dec. 1. c. p. 223—Presl fl. sic. 1. p.* XXVI.
A. caule erecto sulcato-striato, geniculis subaequalibus, foliis tripinnato-decompositis, foliolis ovato-oblongis pinnatifidis omnibus uniformibus, laciniis oblongis inciso-dentatis acutiusculis, petiolis glabris, vaginis margine scariosis ciliatisque, fructibus utrinque attenuatis glabris levibusque ciliorum serie basi cinctis.

**A.** cerefolium. *Vis pl. rar. Dalm. p. 9* — Chaerophyllum siculum. *Guss. pr. 1. p. 352*—Myrrhis perennis, semine atrigato, alba, major, odorata. *Cup. H. Cath. p. 148.*
Ic. *nulla.*
*b.* fructibus tuberculato-hispidis.
Scandix anthriscus. *Ucria H. Pan. p. 135 ?*, non *Lin.*
In sylvis et in nemoribus umbrosis ubique in Sicilia; varietas *a.* magis rara; *Ficuzza*, *Madonie.*
Aprili, Majo. ♃
*Caules* superne paniculato-ramosi, fistulosi, 2-pedales et fere orgyales: *folia* laete virentia; foliola omnibus conformibus (non extimo elongato) inciso-dentatis, ad facies glabris, margine uti petioli secundarii hirsutiusculis, 4-6 lin. latis, 6-10 lin. longis: *umbellae* pauci - vel multiradiatae, suffultae pedunculis 1-2-pollicaribus, saepe superne verticillatis: *involucella* 5-phylla, ovata, ciliata, radiolis breviora, deflexa: *flores* interiores in qualibet umbellula steriles: *fructus* maturi virentes, nitiduli, et minute punctati, 4-5 lin. longi, stylis subrecurvis brevibus et *stylopodio* conico terminati.
Inter *Chaerophyllum sylvestre* et *A. nemorosam* species media. Differt ab utrisque *foliorum* laciniis, *foliolis* magis abbreviatis, et omnibus aequalibus, non extimo elongato; a *Chaerophyllo sylvestre*, *fructibus* basi angustatis, non ex ovata basi conicis—Ab *A. nemorosa*, cui varietas *b.* magis similis, *fructibus* exacte teretibus non subangulosis, *stylopodio* magis incrassato, *stylis* magis divaricatis, *petiolis* glabris non pilosis, *habitu* ab icone *Gmelini sib. 2. t. 49. a. b.* omnino diverso—Varietas *b.* a specie non dirimenda, nam ab una ad alteram transitus in spontaneis plantis facile observatur—Denique etiam Cl. *Ten.* in *syll. app. 4. p. 12* hanc speciem a *Chaerophyllo magellensi*, cui associavit, recte separat.

## CHAEROPHYLLUM.

*Dec. pr. s. nat. 4. p. 224—Endl. gen. n. 4506.*

*Invol.* nullum, aut oligophyllum: *involucell.* polyphylla. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* subaequalia, obcordata, acumine brevi inflexo. *Fruct.* erostris, cylindraceo-lanceolatus, ex latere commissurali vix compressus, utrinque 5-costatus; valleculis 1-vittatis. *Carpoph.* demum liberum, apice bifidum. (*Plantae* biennes, vel perennes, plus minus pubescentes: *folia* 2-3-pinnata; foliola latiusculis: *umbellae* laterales et terminales: *flores* albi.)

1. *C. Temulum. Lin. sp. pl. 370.*
C. caule scabro, geniculis tumidiusculis, foliis subbipinnatis utrinque hirsutiusculis, foliolis ovatis oblongisve inciso-dentatis, involucellis reflexis ciliatis, umbellis nubilibus cernuis.
Myrrhys temula. *Guss. pr. 1. p. 351*—C. sylvestre. *Ucria H. Pan. p. 253*—M. annua, alba, hirsuta, nodosa, Pastinacae sylvestris folio candicante. *Cup. H. Cath. p. 148 ?*
Ic. *Jacq. austr. t. 65* — Myrrhis annua, lacustris, hirta, nodosa, semine striato levi, Pastinacae sylvestris foliis. *Cup. panph. 1. t. 85*—M. annua, alba, hirsuta, nodosa, Pastinacae sylvestris folio candicante. *Bon. t. 47*—M. annua vulgaris, caule fusco. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 10. f. 7.*
In sylvaticis, et ad sepes in submontosis; *Ficuzza*, *Pizzuta*, *Madonie*, *S. Maria del Bosco*, *Boschi di Val Demone.*
Aprili, Junio. ♂, et ♃

*Caules* erecti, striati, superne ramosi, 1-3 pedales, saepe rubro-maculati, nec cum petiolis sparse pilosi: *foliola* 3 - 6 lin. lata, 6 - 12 lin. longa, supra saturate virentia, subtus pallidiora, et hirsutiora: *umbellae* longe pedunculatae; umbellulis centralibus saepius omnino sterilibus: *fructus* glabri; sed 3 - 4 lin. longi; costis crassiusculis, virentibus, vix prominulis; valleculis angustissimis, immaturi ob costas obliteratas videntur teretes: *radioli* demum irregulariter elongati ac crassiores, fructus longitudinem fere sequentes.

## BULBOCASTANUM.

*Lag. amoen. nat. 1. p. 99 !*

CONOPODIUM. *Koch umbell. p. 118*, ex *Dec. pr. 4. p. 117.*

*Invol.* 1 - phyllum, vel nullum; *involucel.* polyphylla. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* subaequalia, patentia, exteriora inaequaliter bifida, subradiantia; reliqua ob apicem inflexum obcordata. *Fruct.* tonico-oblongus, apice attenuatus, e latere commissurali compressus, dorso gibbus, glaber, utrinque 5-costatus; costis filiformibus; valleculis latis tuberculatis. *Carpoph.* demum liberum, apice bifidum. ( *Planta* glaberrima: *radix* tuberosa: *folia* decomposita, foliolis anguste-linearibus: umbellae terminales et axillares; radiis gracilibus: *flores* albi. )

1. *B.* DENUDATUM. *b. siculum.*

C. caule erecto substriato apice ramoso, foliorum radicalium foliolis tripartito - incisis latiusculis, superiorum linearibus angustissimis elongatis, involucellis lineari-lanceolatis patentibus.

Myrrhis capillifolia. *Guss. pr. 1. p. 351* — Bunium capillifolium. *Bertol. fl. ital. 3. p. 219.*

Ic. *nulla.*

In nemoribus montosis; *Madonie*, *Fieuzza*, *Etna a Bronte* e *Maletto*, *Boschi di Valdemone.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* 1-3-pedales, graciles, inferne flexuosi: *foliola* in foliis radicalibus lin. lata, 6 lin. longa; in superioribus vix 1/2 lin. lata, 1-2 poll. longa: *involucrum* plerumque nullum: *involucella* lanceolato - acuminata, umbellulam subaequantia, saepe deflexa: *fructus* stylopodio conico terminati, 2 - 3 lin. longi; valleculis latis, concavis, sub lente minute et stylis rectis subdivergentibus granulatis, demum nitide nigricantibus; costis aliquando viridulis.

Cl. *Bertol. l. c.* a *B. denudato* differre putat; tamen characteres pauci momenti ad istas species discriminandas invenio.

## SCANDIX.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 489—Endl. gen. n. 4504.*

*Invol.* nullum; *involucel.* 2-5-phylla. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* oblongo-cuneata, truncata, aut emarginata, apice saepius inflexo; subaequalia, aut exteriora radiantia, biloba vel integra. *Fruct.* e latere commissurali subcompressus, dorso gibbus, scaber, oblongo-pyramidatus, obtuse 5-costatus, rostro longissimo terminatus ! ; valleculis obsolete 1-vittatis. *Carpoph.* indivisum, vel bifidum, demum liberum. ( *Herbae* annuae: *folia* decomposita; laciniis angustis, brevibus, tenuibus: *flores* albi: *umbellae* sub 5-radiatae. )

* *Petal. subaequalia: rostrum e dorso compressum.*

1. S. PECTEN. *Lin. sp. pl. 368— Ucria H. Pan. p. 135 — Guss. pr. 1. p. 349.*

S. caule ramis erectis petiolisque undique molliter pubescentibus, foliis pinnato-decompositis, laciniis linearibus acutis, pedunculis erectis brevibus retrorsum scaberrimis, fructuum costis et rostro longissimo (dorso levi) ad margines setoso-scaberrimis, seminibus rostro aequilatis 4-5-plo illo brevioribus.

S. semine rostrato, vulgaris. *Cup. H. Cath. p. 197.*

Ic. *Jacq. austr. t. 263—Fl. dan.844*—Pecten Veneris. *Dod. pempt. 701.*

Inter segetes, in campis, in herbidis submontosis in Sicilia = et in *Ustica* (*Calcara*): var. *b. Alicuri*, *Felicuri*, *Panaria*, *Favignana*.

Martio, Aprili. ⊙

*Planta* inodora, non glabra, qualis describitur et delineatur in iconibus citatis, sed plus minusque pubescens: *caulis* apud nos non scaber, sed levis: *vaginae* margine scariosae, ac ciliatae: *folia* aliquando glabriuscula: *umbellae* laterales et terminales, longe pedunculatae, simplices vel 2-3-radiatae; radiis crassiusculis, divaricatis; *involucella* cuneiformia, bipartito-furcata, ad marginis sinus ciliata: *fructus* approximati, longiores exquisite obtusa costati, ad costas albidi, et ad valleculas fuscas, scaberrimi, sed glabri: *rostrum* obtuse striatum, glabriusculum, 1 1/2 - 2 poll. longum: *carpophorum* indivisum.

2. S. BRACHYCARPA. *Guss. ind. sem. H. R. Boec. an. 1825*, et *pr. 1. p. 350—Dec. pr. 4. p. 221.*

S. glaberrima, caule sulcato ramosissimo, ramis divaricatis brevibus, foliis pinnato-decompositis, laciniis obtusis in superioribus angustioribus, pedunculis brevibus levibus, fructuum costis et rostro brevi dorso levi marginibus setoso-scaberrimis, seminibus rostro latioribus illum subaequantibus.

S. pumila, alpina, acubus ad umbilicum usque quadratis nigricantibus. *Cup. H. Cath. p. 197.*

Ic. S. alpina, pusilla. *Cup. panph. 2. t. 260—Bon. t. 17.*

In apricis herbosis montosis; *Madonie alla Colma grande, al piano della Principessa, ed alle fosse di S. Gandolfo* = et in *Maretimo*.

Aprili, Junio ⊙

*Caulis* vix palmaris, ramosissimus, aliquando subcaespitosus: *folia* sequentis, sed breviora ac glabriora; radicalia longius petiolata: *umbellae* 3-5-radiatae; radiis brevibus, glabris: *involucella* lanceolata, acuta, margine scariosa, glabra vel ciliolata, integra, sat raro bifurcata, radiolos subsequantia: *flores* minuti: *fructus* striati, approximati, una cum rostro pollicares: *carpophorum* indivisum: *habitus* ob omnibus diversissimus, et cultura non mutatur.

** *Petal. radiantia: rostrum a latere commissurali compressum.*

3. S. AUSTRALIS. *Lin. sp. pl. 369—Guss. pr. 1. p. 349.*

S. caule basi petiolisque inferioribus dense villoso-pilosis, foliis pinnato-decompositis, foliolis inferiorum linearibus incisis, superiorum filiformibus, pedunculis divaricatis longissimis, involucelli foliolis erectis, fructibus linearibus divaricato-stellatis (patentibus) striatis rostroque undique setoso-scabris.

S. italica, semine rostrato. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 84.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 285*—Aniaomsratrbum apalum. *Columm. ecphr. 1. t. 90.*
In herbosis montosis; *Monte di Cammarata, Madonie, Busambra: Pizzuta (Parlat.)*
Aprili, Majo. ⊙
A *S. pectine*, cujus non est certe varietas, nt nonnulli opinati sunt, egregie differt, *foliolis* difformibus, idest superioribus filiformibus; *pedunculis* a caule valde divaricatis, longissimis, fructu longioribus vel subaequalibus; *fructibus* linearibus, duplo brevioribus, pollicem cum rostro longis, qui in illa fere bipollicares sunt: denique a duabus praecedentibus rostrorum compressione, et *carpophoro* apice bifido recedit — *S. apiculatae Dec. pr. 4. p. 221* satis proxima videtur, sed speciminа gallica, et apala a siculis non differnnt, nisi rostro parum breviore.

## † CORIANDRUM.

*Spr. s. veg. 1. n. 1053—Endl. gen. n. 4549.*

*Invol.* nullum; *involucel.* sub 3-phylla, dimidiata. *Flor.* radiantes, petalis radii bilobis. *Fruct.* globosus, bipartibilis, vix costatus, valleculis undulatis.

† 1. C. SATIVUM. *Lin. sp. pl. 367—Ucria H. Pan. p. 134 — Guss. pr. 1. p. 337.*
Ad sepes; *Corleone (Ucria).*

## BIFORA.

*Hoffm. in Dec. pr. s. nat. 4. p. 249—Endl. gen. n. 4546.*

*Invol.* utrumque 1-phyllum, vel nullum. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* obcordata, cum acumine inflexo, inaequaliter bifida; exteriora subaequalia, vel radiantia. *Fructus* globoso-didymus, a latere commissurali coarctatus, ecostatus, evittatus, rugulosus, intra commissuram apice biforatus. *Carpoph.* demum bipartitum, utrinque adnatum. (*Planta* annua, glabra: *folia* foetida; foliolis inferiorum brevibus et latioribus: *flores* parvi, albi.)

1. B. FLOSCULOSA. *Marsch. fl. taur. cauc. 3. p. 234—Spr. s. veg. 1. p. 895—Guss. pr. 1. p. 337.*
B. floribus aequalibus (non radiantibus), stylis brevissimis recurvis, fructibus apice acutiusculis.
Bifora testiculata. *Dec. pr. 4. p. 249*—Coriandrum testiculatum. *Lin. sp. pl. 367—Ucria H. Pan. p. 134* — C. minus, testiculatum. *Cup. H. Cath. p. 59.*
Ic. Coriandrum testiculatum. *Lam. ill. gen. t. 196. f. 2 ?*—C. sylvestre. *Riv. ic. 154* optima—*Bauh. hist. 3. p. 92*, rudis.
Inter segetes ubique in Sicilia = et in *Felicuri, Lipari, Lampedusa, Maretimo, Pantellaria.*
Martio, Aprili. ⊙
*Caules* erecti, ab ipsa basi ramosi, sulcato-striati, 6-12-pollicares: *folia* radicalia 2-pinnata, rosulata, numerosa; *foliolis* cuneato-obovatis, 4-5 lin. longis, inciso-dentatis; laciniis lanceolatis, acutis; extimo cuneato, tridentate: *folia* caulina sessilia, foliolis angustioribus, laciniis lineari-lanceolatis: *umbellae* terminales, et oppositifoliae, pedunculatae, 2-3-radiatae, aliquando simplices:

*involucella* diphylla angustissime linearia: *fructus* diametro lineari, ruguiosi, non aromatici.

Icones *Lob. 706.* et inde *Dalech. hist. 1. p. 233*, excludantur a *pr. fl. sic.*, nam uti optime monet *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 248*, ad *B. radiantem* spectant, nec ilia *Lam.* cum nostra pianta bene convenit, in qua procul dubio styli brevissimi!!

## SMYRNIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 498—Endl. gen. n. 4541.*

*Invol.* utrumque subnullum. *Col.* margo obsoletus. *Petal.* aequalia, elliptica vel lanceolata, integra, acumine inflexo. *Fruct.* globoso-didymus, e latere commissurali compressus, levis; coatis tribus dorsalibus prominulis acutis, marginalibus duabus obsoletis; valleculis multi-vei evittatis. *Carpoph.* bipartitum. (*Plantae* biennea, glaberrimae: *folia* inferiora biternata; foliolis latis; suprema ternata, vel simplicia cordato-amplexicaulia: *flores* flavi vel luteolo-virentes: *fructus* maturi nigri.)

1. *S.* ROTUNDIFOLIUM. *Mill. Moretti dec. pl. rar. ital. 2. p. 9 — Dec. pr. 4. p. 247—Guss. pr. 1. p. 353.*

S. caule erecto striato superne sulcato (non alato), foliis radicalibus 2 3-ternatis, foliolis obovato-subcuneatis trilobis vel obtuse inciso-dentatis, caulinis vaginis laxis ampliatis, foliis supremis simplicibus orbiculatis integerrimis perfoliatis.

S. Dodonaei. *Spr. s. veg. 1. p. 891* — S. perfoliatum. *Ucria H. Pan. p. 138.*, ex loco—S. creticum. *Cup. H. Cath. p. 209*, et *supp. alt. p. 83.*

Ic. S. perfoliatum. *Sibth. fl. gr. 3. p. 82. t. 289*, quae tamen a *Bertol.* excluditur—S. perfoliatum, pulchrum, Angelicae foliis, ramis carens. *Cup. panph. 2. t. 159—Raf. t. 92*—S. creticum. *Matth. comm. 2. p. 131*, bona quoad partem superiorem caulis— S. Amani montis. *Dodon. pempt. p. 638.*

In fertilibus pascuis apricis, et in sylvaticis montosis; *Val di Mazzara, e Val di Noto.*

Aprili, Majo. ♂

*Caules* 1-2-pedales, erecti, superne ramosi: *folia* radicalia numerosa; foliolis parvis, 2-4 lin. latis ac longis; petiolis flaccidis; caulina media ternata; foliolis latioribus; summa coriacea, flavescentia, nervosa, illas *Bupleuri perfoliati* aemulantia: *flores* flavi: *radii* ac *radioli* inaequales, in fructu subcontracti — *Radix* ut in sequente napiformis, carnosa, sed in hoc externe nigrescens, in *S. perfoliato* albida: *valleculae* in utrisque multivittatae, et *fructus* facile decidui non aromatici; *albumine* albido.

2. *S.* PERFOLIATUM. *Mill. Moretti* et *Dec. l. c.—Guss. pr. 1. p. 354.*

S. caule erecto striato superne alato, foliis radicalibus triternatis, foliolis cuneiformi-oblongis acutiusculis partitis vel incisoserratis, caulinis vaginis brevibus non ampliatis, foliis supremis perfoliatis denticulatis cordato-ovatis.

S. Dioscoridis. *Spr. l. c.*—S. speciosum, perfoliatum, serratum, Angelicae foliis multo minoribus. *Cup. H. Cath. p. 202*, et *supp. alt. p. 84*—S. creticum. *Cast. H. Mess. p. 21.*

Ic. *Wald.* et *Kit. pl. rar. Hung. t. 23!*—Hipposelinum. *Column. ecphr. 2. t. 21*; sed folia radicalia in nostro magis elongata et acuta—S. montanum, perfoliatum, serratum, foliis ad imum latis cruciatis. *Cup. panph. 1. t. 90.*

In campis fertilibus montosis, et in herbosis nemorum; *Capizzi,*

*Coronia*, *Mistretta*. *Bosco di Cannata*, *di Mandanici*, *Madonie*, *Etno ol Milo*.
Majo, Junio. ♂ .
Species a praecedente absque ullo dubio diversa; at praecipui distinctionis characteres petendi sunt: 1. a *caule* angulato in *S. rotundifolio*, sed minime alato ut in *S. perfoliato*: 2. a *foliorum* figura; nam in *S. rotundifolio foliolo* radicalia sunt obovato-cuneata et *folia* superiora rotunda; at in *S. parfoliato* illa oblongo-lanceolata basi cuneata, haec cordato-ovata; tamen in utrisque sunt plus minus crenata.

3. *S.* OLUSATRUM. *Lin. sp. pl. 376—Ucria H. Pon. p. 138 — Guss. pr. 1. p. 355.*
S. caule sulcato erecto, foliis radicalibus triternatis, caulinis ternatis alternis, supremis oppositis, foliolis ovato-cuneatis, vel cuneato-oblongis dentato-serratis, vaginis ciliato-laceris, involucellis brevissimis, floribus polygamis.
S. majus. *Cup. H. Coth. p. 202*—Idem augustifolium. *Cup. l. c.* —Olusatrum Columellae. *Cast. H. Mess. p. 42.*
Ic. *Lom. ill. gen. t. 204—Goert. t. 22*—Smyrnium. *Motth. comm. 2. p. 130*, mediocris—Smyrnium. *Riv. t. 191*, optima.
Ad sepes humidas, in umbrosis saxosis, ad maceries, ad muros, ec. In Sicilis = et in *Ustico*, *Felicuri*, *Soline*, *Stromboli*, *Ponaria*, *Lipori*, *Lampeduso*.
Jannario, Martio. ♂
*Caulas* 2-4-pedales, superne valde ramosi, ramis plerumque oppositis: *folio* nitide sed obscure virentia; foliolis pollicem fere latis, et usque sesquipollicem longis; *vaginis* caulinis latis, ampliatis, expansis, membranaceo-scariosis, albo-virentibus: *umbelloe* numerosae, terminales, breviter pedunculatae: *floras* sordide luteo-virentes, odore nauseoso et fere stercoraceo prediti: *fructus* duplo praecedentium majores, diametro 2-3-lineari, subcompressi, acute costati, sero decidui, mucronulati, exsiccati grate aromatici dum confricantur, inter valleculas latas transverse rugulosi, evittati; sed *albumine* nigro multivittato.

## PHYSOSPERMUM.

*Cuss.* in *Spr. s. veg. 1. n. 1058—Endl. gen. n. 4540.*

*Invol.* oligo vel polyphyllum; *involucel.* 2-3-phylla. *Cal.* margo minute 5-dentatus. *Pet.* aequalia, ovata, ob acumen inflexum emarginata. *Fruct.* globoso-didymus, e latere commissurali compressus, levis, utrinque 5-costatus; costis tenuibus; valleculis late 1-vittatis. *Carpoph.* demum liberum, bipartitum. (*Plantae* perennes: *folia* fere omnia radicalia, triternata; foliolis latia: *flores* albi: *fructus* maturi nigrescunt et facile decidunt.)

1. *P.* ACTEAEFOLIUM. *Presl del. Prag. p. 128—Dec. pr. 4. p. 247— Guss. pr. 1. p. 355.*
P. caule striato subnudo, pedunculis floriferis subverticillatis, foliis radicalibus triternatis, ramificationibus divaricatis, foliolis subovatis lobatis inaequaliter dentatis, dentibus submucronatis, supra glabris, subtus piloso-scabris.
Selinum sylvestre. *Ucria H. Pon. p. 126*, non *Lin.* ex loco.
Ic. *nulla.*
*b. angelicaefolium*; foliorum radicalium ramificationibus non divaricatis, foliolis ovali-oblongis dentato-serratis, subtus villoso-pilosis.

P. angelicaefolium. *Guss. pr. 1. p. 356—Dec. pr. 4. p. 247.*
In rupestribus humidis, et vallibus frigidis umbrosis; var. *a Madonie a Marrapulegio, ed all'acqua del canale*: var. *b.* In montosis glareosis calcareis; *al Nord est del monte Pizzuta presso la portella della piana de' Greci.*
Majo, Julio. ♃
*Caules* erecti, glaberrimi, 1-3-pedales: *folia* radicalia ampla; *foliolis* basi inaequalibus, supra intense virentibus, subtus pallidioribus, 6-12 lin. latis, 1-1 1/2 pollic. longis; in *b.* latioribus, longioribusque; terminali saepius 3-lobo, in petiolum decurrente: *folia* caulina paucissima; vaginis superioribus subaphyllis: *involucri* polyphylli, et *involucelli* foliola lineari-lanceolata, 4-6 lin. longa: *umbellarum* radii valde inaequales: *flores* roseos nunquam vidi: *fructus* 2 lin. longi, glaberrimi.
Cl. *Spr.* cum *Smyrnio cicutario Marsch.* hanc speciem conjungit, sed indicatis characteribus est diversa—In hoc, et in praecedente genere *fructus* immaturi nucleum liberum ex ipsis minorem includunt, sed demum utriculus cum nucleo adhaeret, et tunc aegre fructus utriculati apparent.

## MAGYDARIS.

*Koch* in Dec. *pr. 4. p. 244—Endl. gen. n. 529.*

*Invol.* utrumque polyphyllum. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* subaequalia, ob apicem obtusum inflexum emarginata. *Fruct.* elliptico-oblongus, villoso-tomentosus e latere commissurali subcompressus, utrinque 5-costatus; costis crassis, obtusissimis; valleculis evittatis, angustis. *Carpoph.* demum bipartitum. *Sem.* multivittatum. (*Planta* perennis: *foliola* nitida, ampla, ut in *Heracleis*, sed laete-virentia: *flores* albi: *umbellae* magnae, multiradiatae.)

1. *M.* TOMENTOSA. *Dec. l. c.*
M. caule elato striato glabro, foliis (amplis) subtus villosis, superne nitidis glaberrimis, infimis simplicibus oblongo-ellipticis, inferioribus ternatis pinnatisque, foliolis inaequaliter dentato-crenatis, ultimis confluentibus decurrentibusque.
Athamantha panaciafolia. *Guss. pr. 1. p. 327*—Cachrys panax siculum. *Ucria Pl. ad Lin. opus add. n. 8*, et *H. Pan. p. 129*—C. panacisfolia. *Willd. sp. pl. 1. p. 1411*—C. pastinacea. *Lam. dict. enc. 1. p. 260*—Panax siculum, Pastinacae sativae folio. *Cup. H. Cath. p. 160.*
Ic. Panax siculum, semine hirsuto, foliis Pastinacae latifoliae sativae. *Bocc. sic. t. 1*—Cachrys sicula, semine fungoso striato lanuginoso exterius candido, foliis Pastinacae latifoliae. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 1. f. 4;* icon prae illa *Bocconi* melior ob *caulem* et *fructus* magis explicatos.
In sylvaticis, dumetis, vallibus umbrosis subhumidis, ad sepes, et in montosis calcareis; *Palermo, Val di Mazzara, Polizzi, Terranova, Modica, Castrogiovanni* = et in *Favignana, Levanzo, Lampedusa.*
Majo, Junio. ♃
*Caulis* farctus, firmus, orgyalis, et ultra; *folia* in genere maxima, circircumscriptione 2-3-pedalia; *foliolis* aliquando 1-lobatis, margine subflexuosis, concavo-canaliculatis, basi in foliis pinnatis cuneato-decurrentibus, 2-4 poll. latis, 3-6 poll. longis: *folia* suprema simplicia, 3-loba, vel obliterata: *umbellae* terminales longe pedun-

culatae; corymbosae, diametro semipedali et ultra; radiis numerosissimis: *involucri* foliola late-linearia, indivisa, plerumque apice dilatata, radiis multo breviora: *involucella* augnste lineari-lanceolata, ad basim albido-scariosa, radiolos aequantia: *petala* fere aequalia, candida, 2 lin. longa, externe puberula: *stylopodium* conicum, viridulum, glaberrimum: *styli* albi, uti stamina, valde elongati, divergentes, demum recurvi: *fructus* albidi, obtusissime 5-costati, 4-5 lin. longi, 2-3 lin. lati, stylis reflexis coronati, et cortice nonnihil suberoso vestiti; ideoque non immerito ad *Cachrydem* a plerisque relata: *semina* oblongo-linearia, fusca, odore parum grato praedita.

## PRANGOS.

*Lindl.* in *Dec. pr. 4. p. 239—Endl. gen. n. 4526.*

*Invol.* utrumque oligo-polyphyllum. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, ovata, integra, apice involuta. *Fruct.* glaber, cylindraceo-oblongus, suberoso-corticatus, e dorso subcompressus, utrinque 5-costatus; costis membranaceo-alatis; valleculis evittatis. *Carpoph.* demum bipartitum. *Sem.* multivittatum. ( *Plantae* perennes: *folia* supradecomposita; laciniis anguste linearibus: *flores* flavi: *fructus* crassi: *habitus* Ferularum. )

1. *P.* FERULACEA. *Dec. l. c.*

P. foliis supradecompositis, laciniis abbreviatis divaricatis angustelinearibus mucronulatis muriculato-hispidiusculis glabrisve, fructibus diametro suo triplo longioribus, alis integris planis, involucro utroque polyphyllo, foliolis brevibus indivisis.

Cachrys libanotis. *Lin. sp. pl. 355—Ucria H. Pan. p. 129—Guss. pr. 1. p. 358*—Thapsia galbanoiena, crispa, crasso semine fungoso. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 85.*

Ic. Ferula galbanifera, minor, humilis, et crispo semine decagono, fungoso, crasso, extus foliaceo. *Cup. H. Cath. p. 72*, et *panph. 2. t. 242*, optima—Libanotis. *Dod. pempt. 306 ?*

*b.* foliorum laciniis angustioribus, fere setaceis.

Laserpitium ferulaceum. *Lin. sp. pl. 358—Ucria H. Pan. p. 129*—C. alata. *Marsch. fl. taur. cauc. 1. p. 217—Spr. s. veg. 1. p. 892.*

Ic. C. orientalis ferulaefolio, fructu alato plano. *Tourn. it. ed. Lyon. in 4. v. 2. p. 286: in 8. vol. 3. p. 137* — Ferula durior, seu rigidis et brevissimis foliis. *Bocc. mus. p. 84. t. 76*, et *Barr. ic. 77*, potius huic, quam *Farulagini geniculatae*, sub qua illas citavi spectant.

In pascuis asperis montosis; *Palermo a Monte Cuccio* a *S. Anna, Pizzuta, Monte di Cammarata, Busambra, Monte de' Cani, Monti di Mistretta, Cannata, Maniaci, Delia, Noara, Mandanici, Monte Scuderi.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* erecti, firmi, 2-4-pedales, farcti, sulcati, glabri, leves, superne ramosi; ramis plerumque verticillatis: *folia* radicalia ampla; laciniis rigidis, sulcatis, setulisque albidis brevibus scabris: *umbellae* inaequaliter multiradiatae, terminales; centralis reliquis plerumque depressior: *involucri* foliola lanceolato-linearia: *flores* centrales in umbellulis steriles; radiolis in fructu valde inaequalibus: *fructus* crassus, pollic. longus, 5-6 lin. cum alis albidis latus: *semina* oblongo-linearia, virentia, gratissime aromatica, cortice

fungoso, 6-7 lin. longa—Alae fructuum in utrisque varietatibus planae! et minime undulatae; an ideo *C. alata Marsh.* a var. *b.* excludenda?

Specimina *Cachrydis libanotis* minime authentica herb. *Lin.*, quamvis fructibus perfectis carentia, quoad foliola a planta sicula parum aliena sunt, et illa *Ferulaginis galbaniferae* nostrae aemulantur — Quae vero vidi in herb. *Dec.*, et *Banks.* ex herb. *Tourn.*, ac ex *Horto Chelsea* provenientia, illa *C. pungentis Jan* omnino referunt — Cl. *Dec.* in *pr. s. nat. 4. p. 237 C. siculam* e. *leiocarpam* nostram ad suam *C. libanotidem* trahit, dum in nostra foliola brevia et rigida sunt; tenuia et subpungentia in sua—Haec nostra est certe « Laserpitium Ferulae folio, semine crispo; sive Cachrys orientalis, Ferulae folio, fructu alato plano. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, ac *Corol. p.23*—Praeterea in Appenninis omnibus a Calabria ad Aprutium et in Sicilia, ubi *C. libanotidem* provenire omnes affirmant, nonnisi plantam hanc vidi, quae *foliolis* plus minusque angustis, glabriusculis vel subhispidis variat. Hinc hac ratione ductus, *C. libanotidem* cum *Laserpitio ferulaceo* coniunxi. Nec obstat fructuum descriptio, nam si immaturi observantur angulati videntur, sed cum jam perfecti sunt, tunc costae elevantur, et alati evadunt. Interim Cl. *Bertol.* Laserpitium ferulaceum ab hac specie excludit auctoritate speciminis Giraldii ex *H. Paris.* innixus; sed mihi videtur quod potiori jure specimine ipso *Tournefortiano* auctoritas sit tribuenda—Hisce praemissis quid inde liquidi de hac specie dicendum sit omnino me failit.

## CACHRYS.

*Dec. pr. 4. p. 236—Endl. gen. n. 4525.*

*Invol.* utrumque polyphyllum. *Cal.* margo 5-dentatus. *Pet.* aequalia, integra, ovata, apice involuto. *Fruct.* glaber, ovatus, turgidus, e latere commissurali compressus, utrinque 5-costatus; costis crassis, elevatis, apteris; valleculis evittatis. *Sem.* multivittatum. *Carpoph.* demum 2-partitum, liberum. ( *Plantae* perennes; *folia* ternatosupradecomposita; laciniis anguste linearibus, rigidis, plerumque pungentibus: *flores* parvi, flavi: *fructus* crassi. )

1. *C. ECHINOPHORA. Guss. supp. p. 81.*

C. glabra, foliorum laciniis trifidis anguste linearibus divaricatis rigidis ( brevibus ) carinatis margine ac carina scabris, involucri utriusque foliolis lanceolato-linearibus integris acuminatis, demum deflexis, involucellis umbellulas aequantibus, fructuum costis valleculisque tuberculato-papillosis.

Lophocarpus echinophora. *Bertol. fl. ital. 3. p. 456*—C. pungens *b.* echinophora. *Dec. pr. 4. p. 238*— C. sicula. *Ucria H. Pan. p. 129* non *Lin.*— *Guss. pr. 1. p. 359*, excl. var. *b.*, et syn. *Lin.*—Hippomarathrum creticum. *Cup. H. Cath. p. 96* et—H. siculum, aspero, crasso, eurtoque folio. *supp. alt. p. 37.*

Ic. C. sicula. *Sibth. fl. gr.* t. 287—Hippomarathrum siculum. *Bocc. sic. t. 48*—*Cup. panph. 2. t. 97*—C. semine fungoso soleato aspero minore, foliis Peucedani. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 1. f. 3!*

*b. leiocarpa*; foliorum laciniis abbreviatis rigidis, fructuum costis valleculisque levibus.

C. sicula e. *Guss. pr. 1. p. 359.*

Ic. C. semine fungoso, sulcato, plano, minore, foliis Peucedani. *Moris. hist. 3. s. 9.* t. *1. f. 6*, ex fructibus!

In collibus aridis, et in arenosis maritimis. Varietas *a.* ubique in

Sicilia: var. *b.* in asperis calcareis maritimis; *Palermo alla Vergine Maria*, *ed a Mondello*.
Junio, Julio. ♃
*Caules* 1-2-pedales, striati, glabri, farcti, ramis superioribus plerumque oppositis aut verticillatis: *folia* radicalia ampla, laete virentia, vel ex viridi-glaucescentia; laciniis canaliculatis, vix lin. latis, ad summum pollicem longis: *umbellae* numerosae, laterales longe pedunculatae, centralis amplior ac depressior: *involucri* foliola vix poll. longa, et interdum folium unicum partitum ad basim radiorum umbellae involucrum simulat, uti notat *Dec. l. c.*: *involucella* radiolis subaequalia: *fructus* pallide virescens, 3-4 lin. longus, facile secedens: *semina*, semiovalia, obscure-virentia, aromatica, cortice non adhaerentia.
Cl. *Bertol.* in *fl. ital. l. c.* varietatem *b.* ad *C. pungentem Jan* trahit; at specimina quae ipse *Jan* misit ab hac omnino aliena sunt, nec ex solo nomine specifico aliquid certi erui potest; male quoque a *Dec.* in *pr. 4. p. 237* sub sua *C. libanotide* citatur — Icon *Sibth. fl. gr. t. 278*, quoad involucra plantam siculam refert, non vero *C. pterochlaenam*, sub qua citatur a *Dec.* — *C. sicula* herb. *Lin.*, *Dec.* ac *Desf.* differt a nostra involucri foliis pinnatis, aliisque notis—Pro nonnullis aliis synonymis confer quae dixi in *pl. rar. p. 123.*

2. *C.* PUNGENS. *Jan elench. p. 4— Guss. pr. app. p. 7*, et *supp. p. 82—Dec. pr. 4. p. 238*, excl. var. *b.*
C. glabra, foliorum laciniis trifidis anguste linearibus vix divaricatis elongatis (2 - 3 poll. longis) levibus carinatis, involucri utrinsque foliolis linearibus integris demum deflexis, involucellis umbellulas aequantibus, fructibus obtuse costatis, costis valleculisque tuberculato-papillosis.
C. sicula, *b. longifolia. Guss. pr. 1. p. 339*—Peucedanum majus, italicum. *Raj. Syll. p. 271*, ex loco l., ut etiam recte notat *Cup.* in *H. Cath. supp. alt. p. 70.*
Ic. Hippomarathrum siculum, alterum, longioribus, tenuioribusque setulis. *Cup. panph. 3. t. 114.*
In arenosis maritimis; *Olivieri*, *Patti*, *Milazzo*, *Messina* = et in arenosis subargillosis, *Lipari a quattro pani.*
Junio, Julio. ♃
Species a praecedente satis distincta; habitu, longitudine, et levitate laciniarum foliorum, quamvis quoad fructus omnino inter se conveniant.

## KRUBERA.

*Hoffm. umb. 1. p. 103—Dec. pr. 4. p. 199—Endl. gen. n. 4450.*

*Invol.* utrumque 2-5-phyllum. *Cal.* margo 5-dentatus. *Pet.* subaequalia, obcordata, acumine inflexo. *Fruct.* glaber, ovalis, a dorso compressus, margine obtusus, utrinque 5-costatus; costis tribus dorsalibus acutis, margine tuberculato-muricatis; duabus lateralibus obtusis, e latere interiore transverse lamelloso-plicatis; valleculis angustis, evittatis. *Carpoph.* sero bipartitum. (*Planta* annua, glaberrima: *caules* dichotomi: *folia* viridi-glaucescentia, tripinnata; foliolis linearibus, brevissimis: *flores* parvi, albi: *fructus* etiam maturi difficillime sejunguntur.)

1. *K.* LEPTOPHYLLA. *Hoffm. l. c.* — *Guss. pr. 1. p. 360.*
Ulospermum dichotomum. *Link en. alt. H. Ber. p. 267*—Tordylium peregrinum. *Lin. mant. 55*—*Ucria H. Pan. p. 124*—Conium dicho-

**tomum.** *Desf. atl. 1. p. 246*—Capnophyllum dichotomum. *Lagasc. nov. gen. p. 13*, non *Gaert.*—Cachrys dichotoma. *Spr. s. veg. 1. p. 892*—Caucalis peregrina, semine rugoso. *Cup. H. Cath. p. 42.*
**Ic.** *Desf. l. c. t. 66—Hoffm. l. c. t. 1. B. f. 14*, et *t. 5*, icon ex *Desf.*—Caucalis hispanica. *Cam. hort. t. 11*, optima.
In agris argilloso-calcareis, interque segetes; *Partinico (Parlatore) Misilmeri, Fondaco nuovo, Polizzi, Alimena, Caltanissetta, Catania, Alia, S. Giuseppe, Alcamo, da Trapani a Girgenti, Val di Noto.*
Aprili, Majo. ⊙
*Caulis* 5-12-pollicaris, erectus, striatus; ramis aliquando divaricatis; *folia* tripinnata, foliolis pinnatifidis; laciniis lanceolato-linearibus, obtusiusculis, mucronulatis: *pedunculi* rigidi: *involucrum* deciduum et *involucelli* foliola brevia, lanceolato-linearia, acuta; *umbellae* in dichotomia ramorum 4-radiatae, laterales et in extremitate ramorum 2-5-radiatae, at dum 2-radiatae occurrunt (quod raro), tunc iconi *Desf.* magis similes sunt: *fructus* glabri, aegre bipartibiles, subsessiles, 3-4 lin. longi, 1-1 1/2 lin. lati, obscure virentes, coatis albidis.

## TORDYLIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 465—Endl. gen. 4482.*

*Invol.* utrumque oligo-polyphyllum; foliolis lineari-lanceolatis. *Cal.* margo 5-dentatus. *Pet.* obcordata, cum acumine inflexo; exteriora radiantia, inaequaliter bipartita. *Fruct.* suborbiculato-ovalis, e dorso compresso-planus, utrinque tenuissime 5-vel multinervosus, margine incrassato in latere interiore subcrenulato cinctus; valleculis 1-plurivittatis; vittis filiformibus. *Carpoph.* demum bipartitum. (*Plantae* annuae; folia pinnata; foliolis inferiorum scabris, subrotundis: *petala* alba: *fructuum* margo albidus.)

1. *T. APULUM. Lin. sp. pl. 345*, excluso synonymo *Columnae—Ucria H. Pan. p. 124.—Guss. pr. 1. p. 362.*
T. caule erecto inferne petiolisque villosis, foliis pinnatis, radicalium foliolis subrotundo-ovatis lobato-crenatis, caulinarum cuneiformibus oblongis inciso-dentatis, extimo non elongato, involucellis setaceis umbellulas subaequantibus, petalo radiante solitario amplo, fructuum margine crenulato, valleculis multivittatis.
T. humile. *Biv. cent. 1. p. 79*—T. officinale. *Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 452*—T. narbonense, minus. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*
**Ic.** *Jacq. H. Vind. 5. t. 55? — Rivin. t. 124*, optima! — Seseli siculum, candidum, cretico minori affine, folio rotundiori, multo minori, gracilius. *Cup. H. Cath. p. 220*, et *panph. 2. t. 245.*
*b.* petalo radiante duplo minore, caule petiolisque minus albido-villosis.
Ic. T. humile. *Desf. atl. 1. p. 233. t. 58.*
In collibus, et in campis herbidis apricis ubique in Sicilia = et in *Ustica (Calcara); Lipari, Lampedusa, Maretimo, Favignana, Levanzo, Pantellaria*: varietas *b. Messina* = et in *Maretimo.*
Martio, Aprili. ⊙
*Caules* 6-18 pollicares; ramis gracilibus: *folia* radicalia plura, rosulata: *foliolis* pinnis, obtusissimis, 3-4 lin. latis, 5-7 lin. longis; impari cordato, subrotundo, saepius trilobo; *caulina* pauca, foliolis angustioribus, longioribusque; *suprema* plerumque simplicia: *involucri* utrinsque folia angustissima, lanceolato-linearia, apice attenuata, ad margines ciliato-scabra, demum de-

flexa: *umbellae* oppositifoliae, et terminales longe pedunculatae: *fructus* 4-5 lin. longi, 2-3 lin. lati, in disco tenuissime nervosi, hirsuto-scabri, sordide virescentes, et macula ferruginea elliptica in medio notati; facie commiasurali hirsuta, plurivittata.

Cl. *Smith*, *Sibth.* ac *Dec. T. humile Desf.* a *T. apulo* non differre asserunt—Cl. *Spr.* in *s. veg. 1. p.895*, et in *R. S. s. veg. 6. p. 460*, *T. humile* a *T. apulo* separat. Equidem nostrum, quod cum plantis Apulis *T. humili* optime convenit, ab icone *Desf.* recedit, *habitu*, *petalis* radiantibus duplo majoribus, *involucris involucellisque* duplo longioribus; sed collatis speciminibus herb. *Desf.* et *Sibth.* ab hoc et inter se minime differunt—Varietas *b.* ob *flores* minores cum icone *Desf.* magis convenit, sed *involucri* utriusque longitudine etiam discrepat—Icon *Jacq. l.* c. ad nostram plantam, et minime ad *T. officinale* spectat.

2. *T. maximum. Lin. sp. 345 — Ucria H. Pan. p. 124 — Guss. pr. 1. p. 363.*

T. caule erecto petiolisque pilis reflexis hispido, foliis pinnatis, foliolis incisis vel dentato-serratis extimo in omnibus elongato, involucris linearibus umbella brevioribus, petalis parviradiantibus, fructuum margine integro, valleculis 1-vittatis.

Ic. *Jacq. austr. t. 142* —Tordylium. *Riv. t. 123* optima —Caucalis major, semine minus pulchro hirsuto. *Bauh. hist. 3. par. 2. p. 83.*

Ad sepes umbrosas, in sylvaticis, et ad dumetorum margines; *Castellobuono*, *Isnello*, *Mistretta*, *Bosco di Cannata*, *Floresta*, *Maniaci*, *S. Fratello.*

Majo, Junio. ⊙

*Caules* 2-4-pedales, atriati: *folia* villoso-hispida; foliolis 6-9 lin. latis, oblongis, basi cuneatis; in caulinis superioribus angustiora, et longiora, acuminata: *flores* parvi, albidi: *umbellae* laterales et terminales, ut in praecedente; radiis brevibus, confertis: *fructus* fere ut in illo, sed in disco hirsuti: *vittae* fuscae, fructum aequantes, dorsales 4, commissurales duae.

---

† 3. *T. officinale. Lin. sp. pl. 345—Ucria H. Pan. p. 124.*

T. involucris partialibus longitudine florum; foliolis ovatis laciniatia.

Ubique nascitur (*Ucria*), et Siciliae indigenum ex aliis auctoribus, sed hactenus non inventum.

## HERACLEUM.

*Gsn. pl. ed. Schreb. n. 477—Endl. gen. 4477.*

*Invol.* subnullum, deciduum; *involucel.* 3-7-phylla, extrorsum longiora. *Cal.* margo 6-dentatus. *Pet.* interiora oblongo-elliptica, cum acumine inflexo; exteriora saepe radiantia, subaequaliter bifida. *Fruct.* obovato-ellipticus, e dorso compresso-planus, utrinque costis 5-filiformibus notatus; duabus lateralibus a reliquis remotis, margine acuto brevi approximatis; vittae fructu breviores, clavatae, in vallecúlis solitariae. *Carpoph.* demum bipartitum. (*Planta* perennis, plus minus pubescens: *folia* simplicia, vel pinnata, foliolis amplis; vaginis latis: *flores* in hoc albido-virentes.)

1. *H. cordatum. Presl del. Prag. p. 135—Guss. pr. 1. p. 365—Dec. pr. 4. p. 133.*

H. foliis ternatis, foliolis petiolatis cordato-ovatis subrotundisque lobato-pinnatifidis acute mucronato-dentatis subtus cauleque sul-

ceto petioliisque subhispidis, floribus radiantibus, fructibus obovato-ellipticis glabriusculis orbiculatisque, commissura 2-vittata.
H. Spondylium, et H. Panaces. *Ucria H. Pan. p. 430*, non *Lin.*—Spondylium alpinum, glabrum. *Cup. H. Cath. p. 205.*
Ic. *nulla.*
In humidis nemoribus umbrosis; *Ficuzza*, *Madonie*, *Boschi di Mistretta*, *di Caronia*, *di Mandanici.*
Junio, Julio. ♃
*Radix* intense acri-aromatica, ideoque vulgo loco *Angelicae* in Sicilia utuntur: *caules* fistulosi, sulcati, 2-pedales vel orgyales, superne ramosi; ramis alternis, saepius vero oppositis: *folia* prima radicalia simplicia, cordato-subrotunda, 3-5-lobato-partita; reliqua ternata (rarissime pinnata), foliolis plerumque pedem latis, ac longia: *vaginae* superiores aphyllae: *umbellae* terminales, amplae, corymbosae: *involucrum* nullum vel oligophyllum; *involucella* dimidiata; foliolis anguste lineari-lanceolatia, attenuatis, deflexis, radiolos aequantibus: *stylopodium* conico-depressum: *fructus* tenuis, 4-6 lin. longus, albidus, apice subemarginatus; vittis fuscis, duobus lateralibus parum brevioribus, dimidiam longitudinem fructus attingentibus.
*Folia* aliquando subtus albido-pubescentia; inter *involucelli* foliola saepius unicum lanceolatum valde elongatum; *styli* demum semper reflexi, non erecti, ut in descriptione *Preslii*—Affine potius *H. panaci* et *H. pubescenti Marsch.*, quam *H. aspero*, cum quo associatur a Cl. *Spr. in s. veg. 1. p. 912.*

## PASTINACA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 494—Endl. gen. n. 4473.*

*Invol.* utrumque nullum, aut oligophyllum, brevissimum. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, ovata; apice latiusculo, retuso, involuto. *Fruct.* ovalia, e dorso compresso-planus, utrinque costis 5-tenuibus filiformibus notatus; duabus lateralibus a reliquis remotis, margine dilatato complanato acuto approximatis: vittae lineares, fructu subbreviores, in valleculis solitariae. *Carpoph.* 2-partitum. (*Planta* perennis vel biennia, plus minus pubescens: *folia* pinnata; foliolis latis: *flores* flavi.)
1. *P. SATIVA*, *a. sylvestris. Lin. sp. pl. 376—Guss. supp. p. 82.*
P. caule sulcato, foliis pinnatis, foliolis pubescentibus ovato-subrotundis obtusis crenato-dentatis basi incisis, extimo trilobo.
Ic. *Lam. ill. gen. t. 706*— P. latifolia, sylvestris. *Dod. pempt. 680.*
In herbosis ad sepes; *Piazza* (*Tineo*).
Majo, Junio. ♂
Cl. *Tineo* me monuit adhuc incertum esse, num species haec revera culta an spontanea sit.

## OPOPANAX.

*Koch in Dec. pr. 4. p. 170—Endl. gen. n. 4458.*

*Invol.* utrumque oligophyllum. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, ovata, apice acuminato involuto. *Fruct.* glaber orbiculato-ovalis, a dorso compresso-planus, utrinque 5-costatus; costis filiformibus; duabus lateralibus a reliquis remotis, margine ipso dilatato acuto complanato impositis: *vittae* lineares, rugulosae; commissurales 6-8, vallecularum 2-3, fructum aequantes. *Carpoph.* demum bipartitum. (*Ra-*

*dix* crassa, gummi-resina lutea manans: *caulis* elati, infarne strigoso-hispidi: *folia* ampla, 2-pinnata; foliolis latis: *flores* lutei.)

1. *O. CHIRONIUM*. Koch, et Dec. *l. c.*

Pastinaca opopanax. *Lin. sp. pl. 376—Ucria H. Pan. p. 137*—Ferula opopanax. *Spr. s. veg. 1. p. 314—Guss. pr. 1. p. 364*—Panax heracleum maius. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 70.*

Ic. Pastinaca opopanax. *Sibth. fl. gr. 3. p. 81 t. 288 — Wald. et Kit. pl. rar. Hung. 3. p. 233. t. 211*—Pseudocostus. *Matth. comm. 1. p. 48*— Panaces costinum. *Tabern. ic. 81.*

In collibus aridis, fruticetis maritimis, in sylvaticis montosis, ad margines agrorum, et in maceriis passim in Sicilia.

Majo, Junio. ♃

*Caulis* firmi, farcti, erecti, striati, 3-pedales et orgyales, superne paniculato-ramosi; ramis alternis, oppositis verticillatisque: *petioli* strigoso-hispidi: *folia* radicalia numerosa, circumscriptione fere bipedalia, laete virentia; *foliolis* pollicem et ultra latia, 1 1/2 - 2 1/2 poll. longa scabris, inaequaliter cordatis, obtusiusculis, crenatis; superiora aliquando simplicia; vaginis supremis aphyllis: *involucri* utrinsque foliola nulla, vel pauca, lanceolato-linearia, integra, brevissima: *umbellas* mediocres, et ratione plantae satis parvae, numerosae; centralis depressior, ac maior: *fructus* 2-3 lin. longus; vittis ferrugineis.

## FERULA.

*Koch umb. p. 96.*

*Invol.* utrumque nullum. *Cal.* margo breviter 5-dentatus. *Pet.* aequalia, ovata, integra, acuta apice arcuata vel involuta. *Fruct.* glaber orbiculato-ellipticus, tenuis, e dorso plano-compressus, margine complanato dilatato cinctus, utrinque costis tribus tenuibus, filiformibus, acutis, notatus; duabus lateralibus obliteratis; valleculis 2-3-vittatis. *Sem.* planum, evittatum. *Carpoph.* demum bipartitum. (*Plantae* perennes, glabrae: *caulis* teretes: *folia* ampla, supradecomposita, laciniis semper anguste-linearibus: *flores* lutei.)

1. *F. COMMUNIS*. *Lin. sp. pl. 355*, ex syn., non ex herbario—*Ucria H. Pan. p. 129—Guss. pr. 1. p. 363*, et *supp. p. 83.*

F. caule erecto, ramis superne alternis verticillatisque, foliis supradecompositis, laciniis planis sulcatis anguste linearibus elongatis flaccidis utrinque intensa virentibus, umbellis lateralibus masculis longius pedunculatis, involucellis brevibus lanceolato-linearibus caducis, fructibus oblongo-ellipticis basi angustatis.

F. nodiflora. *a. Bertol. fl. ital. 3. p. 372*—F. nodiflora. *Sibth. fl. gr. 3. p. 72*, ex herb., et inde *Smith. pr. fl. gr. 1. p. 190*, sed icon 279 ob habitum et fructus parum diversa—F. communis. *Cambss. fl. baleor. p. 83*, ex ejus herb.—F. communis. *Ten. syll. p. 136* (quem confer), ex parte quoad fructus, excluso tamen synonymo *F. communis Fl. gr.*, quod ut inferius dicam ad aliam plantam spectat—F. communis. *Dec.* herb., et inde *pr. s. nat. 4. p. 172*—F. caule crasso, ex insulis Archipelagi. *Tourn. herb. in Mus. H. Paris*—F. major, sive foemina. *Cup. H. Cath. p. 72*—F. foemina Plinii. *Cast. H. Mess. p. 37.*

Ic. F. nodiflora. *Sibth. fl. gr. t. 279 ?*—Ferula. *Dod. pempt. 321—Lobel. ic. 778*—F. tenuiore folio, sive foemina. *Moris. hist. 3. s. 9. t. 15. f. 3* ex fructus figura, nam foliorum laciniae nimis breves.

In campis, et in collibus aridis, nec non in rupibus; *marina di Valdemone*, *Messina*, *Linguagrossa*, *Milo*, in Sicilia = et in *Ustica*, *Felicuri*, *Saline*, *Panaria*, *Lipari*, *Basiluzzo*.

Aprili, Majo. ♃

*Caulis* fareti, 7-pedales et ultra, in sterilibus vero 4-pedales, glauco-virentes: *folia* radicalia ampla, laciniis numerosis, 1 - 1 1/2 poll. longis, petiolo communi recurvo; caulina pauca, et adscendendo minora; vaginis latissimis, supremis aphyliis: *umbellae* multiradiatae, longe pedunculatae, centralis depressior; radiis aequalibus; laterales semper steriles: *fructus* glabri, 7 - 8 lin. longi, 3-4 lin. lati, superne rotundati, basi parum attenuati; vallecculis 2-3-nigro-vittatis; vittis aliquando incompletis.

Specimen *F. communis* in herb. *Lin.* absque floribus ab *Arduino* ex Italia missum, unico tantum folio constat, quod illa *Seseli tomentosi Visiani* vel *Cachrydis pungentis* ita refert, ut ad eamdem plantam spectare diceres, et cum hoc diagnosis *Lin.* « *foliolis linearibus simplicibus longissimis* » bene quadrat, sed icon *Dodon.* a specimine isto prorsus diversa. Hujus speciminis auctoritate innixus Cl. *Smith*, plentam ex Graecia a Cl. *Sibth.*, quoque absque floribus, allatam, ac cum *Lin.* planta exacte convenientem ad *F. communem* traxit, et inde nostram *F. communem* nomine *F. nodiflorae* designavit; tandemque *F. nodifloram Jacq.* ad *F. ferulaginem* duxit. Praeter hanc speciem, *F. glaucam* (quae *F. neapolitanae Ten.* valde affinis) et *F. tingitanam*, reliquae species in *Lin.* herb. desiderantur—Haec et sequentia de speciebus istis satis permixtis monenda putavi. Litem alii componant.

2. *F.* NODIFLORA. *Lin. sp. pl. 356*, non *Willd.*, *Jacq. ec.* — *Guss. pr. 1. p. 365*, et *supp. p. 83.* excl. syn. *fl. gr.* ac *Dodon.*

F. caule erecto, ramis superne alternis verticillatisque, foliis supradecompositis, laciniis planis sulcatis anguste linearibus brevibus utrinque laete virentibus flaccidis, umbellis lateralibus masculis longius pedunculatis, involucro nullo, involucellis lanceolato-linearibus caducis, fructibus suborbiculato-ellipticis utrinque rotundatis.

F. communis. *Ten. l. c.* ex parte propter fructus— F. nodiflora *b. Bertol. fl. ital. 3. p. 372*—F. minor, tenuiori folio. *Cup. H. Cath. p. 72*—Pseudo-costus Matthioli. *Cup. H. Mess. p. 9.*

Ic. F. Foeniculi folio, semine latiore, et rotundiore. *Bauh. hist. 3. p. 43 !*, quoad fructus, et lacinias foliorum.

In collibus aridis saxosis maritimis ac inter fruticeta; *Palermo*, *Val di Mazzara*, *Val di Noto* = et in *Maretimo*, *Favignana*, *Pantellaria*, *Lampedusa*, *Linosa*.

Aprili, Majo. ♃

*Caules* quam in praecedente humiliores; in *Lampedusa* 2-3-pedales; *foliorum* laciniae duplo breviores: *fructus* praesertim in *Lampedusa* exacte orbiculati.

Post observationes Cl. *Bertol.* et *Ten. l. c.* nec non *Dec. pr. 4. p. 172*, et ego quoque in dubiis habui an haec varietas tantum praecedentis esset; sed elapsis annis Apuliam adiens, ubi plantae istae longe lateque ita vegetant, ut dum florent densissima fruticeta constituunt, vidi illas simul in iisdem locis provenire characteribus immutatis, et facillime dignoscendis, nec una in alteram transire—Praeterea in H. Regio Neapolitano species istae simul cultae a pierisque annis faciem non muterunt; ideoque hisce rationibus innixus adhuc uti species diversas habendas esse duxi.

## FERULAGO.

*Koch. umb. p. 97, et syn. p. 302.*

*Invol.* utrumque polyphyllum. *Cal.* margo breviter 5-dentatus. *Pet.* aequalia, ovata, integra, scuta, apice arcnata, vel involuta. *Fruct.* glaber, crassiusculus, oblongo-ellipticus, e dorso subconvexo-compressus, margine dilatato acuto cinetus, utrinque costis tribus prominulis acutis obtusisque notatus, duabus lateralibus obliteratis. *Sem.* plano-convexiusculum, multivittatum. (*Caules* sulcati vel striati; *foliola* rigida: *fructus* crassiusculi: reliqua ut in *Ferula*.)

1. F. GALBANIFERA. *Koch l. c.*

F. caule sulcato ad nodos non incrassato, foliis circumscriptione triangularibus, laciniis brevibus decussatis, pedunculis floriferis verticillatis, fructibus obovato-oblongis, involucris involucellisque lanceolato-linearibus acuminatis.

F. ferulago. *Lin. sp. pl. 356—Ucria H. Pan. p. 29—Guss. pr. 1. p. 366 — Pall.* berb. apud *Lamb.*, et *Dec. pr. 4. p. 171* — F. nodiflora. *Jacq.* ex ipsius specim. in herb. *Banks.*, et *Ten. syll. p. 138;* a quo mala species sicula ad *F. sulcatam Desf.* trahitur, a qua certe diversa, et in *p. 560.* ad *F. Barrelieri* adduxit, a qua quoque aliena est, et sub qua ego certe in *prod.* non retuli—F. hispidula. *Jan. elench. p. 4.* ex specim. in herb. *Dec.*, dum ex illo ad me misso ad *Cachrydem libanotidem* spectat!—F. minor, ad caulis nodos florida. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris*—Ferula nicosiensis, minor, angusto folio curto, umbellaribus ordinibus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 29.*

Ic. Ferula nodiflora. *Jacq. austr. app. p. 28. t. 51*—F. nicosiensis, minor, angulosa, folio curto semiplano. *Cup. panph. 2. t. 27* —Libanotis tenuifolia, altera, Ferulae folio et semine italica. *Bar. ic. 853—Bocc. mus. p. 171. t. 123*—F. galbanifera. *Lobel. ic. 779.*

In collibus aridis arenosis; *Nicosia*, *Sperlinga*, *Polizzi alle castagne.*

Junio, Julio. ♃

*Caules* erecti, farcti, ad geniculs non incrassati, 2-4-pedales: *folia* laete virentia, radicalia ampla longe petiolata; petiolis primariis fere rectangule patentibus, ideoque circumscriptione triangularia; laciniis divaricatis, mucronatis, 4-6 lin. longis, numerosissimis; *caulina* adscendendo minus composita, et sessilia: *umbellae* numerosae, laterales altiores, et centralis saepius prolifera, radiis inaequalibus: *involucri* foliola 5-7 lin. longa, demum deflexa, vix lin. lata; involucella umbellulam subaequantia: *fructus* 4-6 lin. longi, ut in aequanta glaberrimi, ac albidi.

Observante Cl. *Smithio* haec est vera *F. ferulago Lin.* —*F. Barrelieri Ten.* huic proxima, sed foliorum circumscriptione oblongata, fructibus minoribus, aliisque notis certe diversa—*F. sulcata Desf.* ex ejus herb. ab hac discrepat, foliolis et fructibus, qui illis *F. geniculatae* similes—*F. thyrsiflora Fl. gr.* adhuc magis aliena, usm ut de reliquis aileam foliorum habitus et compositio ab omnibus speciebus dissimilis, et ad *F. communem* ejusdem herbarii magis affinis.

2. F. GENICULATA. *Guss.*

F. caule terete glaberrimo substriato ad nodos incrassato-gibboso, foliis circumscriptione triangularibus, laciniis decussatis planis

acutis subaristatis, ramis floriferis alternis, involucris involucellisque ovato-lanceolatis brevibus, fructibus oblongo-ellipticis.

Ferula geniculata. *Guss. pr. 1. p. 366* — *Dec. pr. 4. p. 171* — F. rigida. *Ten. fl. nap. app. 4. p. 15*, exclusis synonymis praeter illa *Bocc.* et *Barr.* — Bubon rigidius. *Ucria H. Pan. p. 133?* — Ligusticum creticum, Foeniculi folio, caule nodoso. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et apud *Juss.*, ac *Corol. p. 23*; et inde ex hoc synonymo—Peucedanum nodosum. *Lin. sp. pl. 354*—P. creticum. *Dec. pr. 4. p. 182*, qui *Lin.* citat, et forsan loco *P. nodosi*, nam *P. creticum* inter Linnaeanas species desideratur, et a *Dec.* non refertur.

Ic. Daucus tertius Belli. *Pan. bald. p. 46* cum ic. — D. tertius, folio Coriandri, flore luteo. *Bauh. hist. 3. p. 2. pag. 57*, *ic. p. 58?* Icon ex *Pona*.

In aridisalmis collibus calcareis; *Siracusa a Tremilia*, *Avola*, *Noto*, non vero *alle Madonie*, ut ex Cl. *Tenore*.

Majo, Junio, ♃

*Radix* externe fusca, more generis alte descendens, ad collum fibris petiolorum emarcidorum dense stipata: *caules* 2-4-pedales, vix striati, aetate demum albido-eburnei, nodis valde incrassatis, quo charactere ab omnibus facillime distinguitur: *folia* praecedentis similia; laciniis tantum rigidioribus, angustioribus, longioribus, acutioribusque: *umbellae* terminales, centrales depressiores: *involucrum*, et *involucella* patentia, demum deflexa, brevia, margine submembranacea: *fructus* prae reliquis crassiores, 7-9 lin. longi, 4 lin. lati, albidi, aegre bipartibiles; valleculis angustissimis: *semina* grate aromatica ut in praecedente.

Non immerito Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 379* icones Bocc. et *Barr.* ab hac specie excludendas esse notat, siquidem quoad habitum magis *Prangos ferulaceam* referunt, sub qua inde citavi.

### BONANNIA.

#### Guss.

*Invol.* oligo-polyphyllum: *involucel.* polyphylla. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, patentia, integra; apice acuminato, involuto. *Fruct.* ovalis, glaber, levia, dorso convexo-compressus, 5-costatus; costis subaequidistantibus, obtusiusculis, prominulis, exalatis; duabus lateralibus marginalibus non dilatatis; valleculis 3-4-vittatis; commissura multivittata. *Carpoph.* demum liberum, bipartitum. (*Planta* perennis, glaberrima: *folia* fere omnia radicalia, 2-3-pinnata; foliolis latis, lanceolatis: *flores* lutei: *albumen* ad latus interius planum — Genus ad *Peucedaneas* spectans, et minime ad *Seselineas* propter fructus a dorso compressos. *Ferulaginis* proximum, sed habitu suo proprio, et fructuum characteribus diversum. A *Ligustico* et *Cnidio* petalis aliisque notis alienum).

1. *B.* RESINIFERA. *Guss.*

Ligusticum resinosum. *Guss. pr. 1. p. 335*—*Bertol. fl. ital. 3. p. 465*—Laserpitium resinosum. *Presl del. Prag. p. 137!*—Ferula nudicaulis. *Spr. s. veg. 1. p. 914!*—Sium Graecum. *Guss. cat. H. R. Bocc. p. 39*, non *Lin.* — Selinum sylvestre. *Ucria H. Pan. p. 125*, ex nomine vernaculo !—Ligusticum graecum, Apii folio. *Tourn. herb.* apud *Juss.*, et cor. *p. 23*, quod a *Lin.* sub *Sio graeco* citatur; et inde — L. graecum. *Dec. pr. 4. p. 149*, ac — Ferula nudicaulis. *Dec. l. c. p. 174.*

**Ic. Daucus montanus, luteus, Oenanthes aquaticae foliis crispis, gummifer.** *Cup. H. Cath. p. 65, supp. alt. p. 25; et panph. 1. t. 184—Bon. t. 187.*

In pascuis, et herbosis montosis apricis; *Madonie, Busambra, Alcamo, Nicosia, Capizzi, Mistretta, Castrogiovanni, Caltanissetta, Maniaci, Traina, Bronte, Rondazzo.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* subnudi, erecti, 1-2 1/2 pedales, superne ramosi; ramis aliquando verticillatis, aut oppositis: *folia* nitide virentia; radicalia numerosa, rosulata, 1-2-pinnata; foliolis oblongis, pinnatifido-incisis dentatisve, subdecussatis; laciniis lanceolatis, irregulariter inciso-serratis, 1-2 lin. latis; *caulina* inferiora sat pauca, simpliciter pinnata; vaginae mediae et superiores aphyllae, adscendendo breviores: *umbellae* 9-12-radiatae, terminales; centralis depressior: *involucri* foliola brevia, 2-4 lin. longa, radiis multo breviora, lineari-lanceolata, saepius recurva: *involucella* lineari-lanceolata, radiolis duplo breviora: *stylopodium* conicum, brevissimum; *stylis* brevibus, reflexis: *fructus* glaucus, 2 lin. longus, exsiccatione dorso subcompressus; costis aequalibus, crassiusculis.

Fervente aestate, et plants jam adulta ex parte superiore caulis, ex umbellae radiis, et aliquando ex fructibus resina flavescens odora exsudat, quae etiam chartas inficit — *Habitus* et *flores Brignoli ae pastinocaefoliae* (*Sii Siculi Lin.*) sed *fructus* diversissimi; qui nec ad *Laserpitia* nec ad *Ferulas* certe spectant: nam non sunt compressi, at in margine dilatati, ut in *Ferulis*; et *costae* non alatae, ut in *Laserpitiis*, sicut in fructibus perfectis evidenter observatur. Hinc descriptio fructuum apud *Presl* et *Spr.* haud exacta, et da ipsorum synonymia nullum dubium.

## PTEROSELINUM.

*Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 453.*

*Invol.* varium; *involuc.* oligophylla. *Cal.* margo 5-dentatus, vel obsoletus. *Pet.* aequalia, leviter obcordata, cum acumine inflexo. *Fruct.* glaber ovali-oblongus, e dorso compresso-planus, margine alatus, utrinque 5-costatus; costis tribus dorsalibus filiformibus, duabus marginalibus obsoletis; valleculis latiusculis, planis, 1-2-vittatis. *Carpoph.* liberum, demum bipartitum. *(Planta* perennis, glaberrima; *folia* pinnata; inferiora foliolis latioribus, brevioribus: *vaginae* laxae: *flores* albi, ante anthesim purpurascentes.)

1. *P.* NEBRODENSE. *Guss.*

P. caule teretiusculo striato folioso subelongato, foliis pinnatis, foliolis inferiorum obovato-cuneatis breviter petiolatis pinnatifido-incisis, lacinila lanceolato-linearibus, superiorum integris anguste linearibus (non elongatis) acuminatis rectis, umbellae radiis inaequalibus, involucro nullo.

Imperatoria Chabraei. *Guss. pr. 1. p. 368*, non *Spr.*

Ic. Daucoides Fumariae folio. *Cup. panph. 1. t. 149—Bon. t. 188.*

In pascuis apricis fertilibus montosis; *Madonie nelle praterie delle fosse di S. Gandolfo.*

Julio, Augusto. ♃

*Caules* plures ex eadem radice, adscendentes, 1/2-1-pedales: *vaginae* inferiores albo-scariosae, superiores virentes: *folia* radicalia longe petiolata, numerosa; foliolis 2-4 lin. latis, 4-5 lin. longis, approximatis; laciniis acutis, tenue albo-marginatis; supe-

riora pauca, ad vaginam sessilia; foliolis, vix lin. latis: *umbellae* terminales, pauciradiatae: *fructus* jam perfectos non vidi. Melius cum *Reich.* ad genus peculiare hanc speciem et alias nonnullas referre putavi, quam ad *Palimbiam Bess.*, stirpes omnino diversas continens—Nostra inter veram *P. Chabraei* et *Pastinacam selinoidem Vis. pl.rar. Dalm. p. 10* exacte media: cum illa floribus albis, foliolis margine non scabris, et ramificatione caulis convenit; sed habitu, et foliolis superioribus minime elongatis recedit; quo charactere *P. selinoidi* proxima, sed foliola radicalia minime scabra et angustiora, petioli breviores, ramificatio non divaricata ut in illa, nec flores rubri—An *O. humilis Raf.* ad hanc spectat?

## ANGELICA.

*Endl. gen. n. 4456.*

*Invol.* subnullum; *involucel.* polyphylla. *Cal.* margo obsoletus. *Pet.* aequalia, lanceolata, integra, apice incurva. *Fruct.* glaber, ovalis, margine alatus, e dorso compressus, ibique costis tribus filiformibus crassiusculis obtusis prominulis approximatis notatus, lateralibus aliis duabus obliteratis; valleculis 1-vittatis. *Carpoph.* liberum, demum bipartitum. (*Plantae* perennes: *folia* ampla, 2-3-pinnata, foliolis latis: *flores* albi, vix odori.)

1. *A.* NEMOROSA. *Ten. syll. p. 561 — Guss. supp. p. 84.*

A. caule striato superne pedunculisque cano-pubescente, foliis 2-3-pinnatis, foliolis ovatis acutis subtus villosis irregulariter acuteque serratis, involucro nullo.

A. sylvestris *b. Bertol. fl. ital. 3. p.412*—A. sylvestris. *Ucria H. Pan. p. 131*, et *Guss. pr. 1. p. 367*, excl. syn. *Lin.*, an et *Plenk* — A. villosa. *Lag. nov. gen.* et *sp. p. 12?*—A. sylvestris, major. *Cup. H. Cath. p. 16* — A. sylvestris. *Cast. H. Mess. p. 3.*

Ic. A. palustris. *Riv. t. 139*, optima, et forsan inter veteres unica cum hac nostra planta conveniens! — A. sylvestris. *Dod. pempt. 318?*

In humidis sylvaticis, in sepibus umbrosis humidisque, et ad cursus aquarum in Sicilia.

Septembri, Octobri. ♃

*Caules* fistulosi, superne paniculato-ramosi, plerumque rubentes, aliquando orgyales: *foliola* obscure virentia, subtus pallidiora, superne glabra, 1 1/2 - 2 1/2 poll. lata, 2 1/2 - 4 poll. longa; intimis saepius externe 1-lobatis: *umbellae* terminales longe pedunculatae, multiradiatae; radiis radiolisque villoso-scabris: *involucella* lineari-lanceolata, radiolos subaequantia: *petala* intus carinata, una cum staminibus alba: *styli* reflexi: *fructus* numerosi, albido-virentes, 2-2 1/2 lin. longi, 1 1/2 - 2 lin. lati.

Cl. *Lagasca* in *l. c. A. sylvestrem* et *A. villosam* distinguit, sed iconem *Dod.* citatam ad utrasque refert, et nostra potius cum sua *villosa*, quam cum *sylvestri* congruit—Interim Cl. *Sprengel* et *Dec.* in *pr. 4. p. 168* inter species non referunt. Confer *R. S. s. veg. 6. p. 601*, in notis—*A. sylvestris* vera differt ab hac loco natali!, habitu glabriore ac magis virente, denique foliolis angustioribus oblongo-lanceolatis, fructibus latioribus. Vide *Ten. l. c.*

† 2. *A. ARCHANGELICA.* *Lin. sp. pl. 360—Ucria H. Pan. p. 151—Guss. pr. 1. p. 368.*

A, foliorum impari foliolo lobato.

In montosis, *Busambra (Ucria)*; sed ibi omnino non provenit, et forsan etiam hoc synonymon ad *Heracleum cordatum* spectat.

## LASERPITIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 476—Endl. gen. n. 4492.*

*Invol.* utrumque polyphyllum. *Cal.* margo 5-dentatus. *Pet.* aequalia, patentia, obovata, ob acumen inflexum emarginata. *Fruct.* glaber, ovalis, e dorso compressus, costis octo membranaceo-alatis; alis aequalibus; valleculis 1-vittatis. *Carpoph.* liberum, demum 2-partitum. (*Planta* perennis, glaucescens, glaberrima: *folia* 2-3-pinnata; foliolis latiusculis, subcoriaceis: *flores* albi.)

1. *L. SICULUM.* *Spr. s. veg. 1. p. 918 — Guss. pr. 1. p. 371.*

L. foliis 2-3-pinnatis glaucis, foliolis ellipticis obovatisque reticulato-venosis marginatis mucronulatis, involucris aristatis, fructibus emarginatis, alis crispulis coloratis.

L. nebrodense. *Jan. elench. p. 4* — Athamanta libanotis. *Ucria H. Pan. p. 127*, non *Lin.*, ex nomine vulgari — Siler montanum, majus. *Cup. H. Cath. p. 201.*

*Ic. nulla.*

In rupestribus, et glareosis calcareis montosis; *Madonie.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* fere nudi, vix striati, ab ipsa basi alterne ramosi, 1-1 1/2-pedales: *folia* radicalia numerosa, rosulata, terrae adpressa, glauco-virentia; *foliolis* 3-4 lin. latis, 4-6 lin. longis, integris aut 2-3-lobis acutiusculis, margine scabris: *umbellae* terminales longe pedunculatae: *involucra* et *involucella* lanceolato-linearia; haec margine membranaceo-scariosa, radiolos subaequantia: *fructus* 2-3 lin. longi, alis undulato-crispis, albido-roseis — *L. sileri* quoad *folia* simillimum, sed fructuum *alis* abunde diversum.

## THAPSIA.

*Koch in Dec. pr. 4. 202— Endl. gen. n. 4490.*

*Invol.* utrumque nullum, aut oligophyllum, brevissimum. *Cal.* margo obsolete 5-dentatus. *Pet.* aequalia, integra, oblonga, apice incurva, demum involuta. *Fruct.* glaber ovalis, a dorso compresso-planus, membranaceo-alatus, utrinque 5-costatus; costis filiformibus, depressis, apteris, vel subalatis. *Sem.* planum! *Carpoph.* liberum, demum bipartitum. (*Planta* perennia: *folia* radicalia ampla, decomposita, laciniis late-linearibus: *vaginae* superiores aphyllae: *flores* flavi: *fructus* ampli.)

1. *T. GARGANICA.* *Lin. mant. p. 57 — Ucria H. Pan. p. 137 — Guss. pr. 1. p. 369*

T. caule terete glabro, petiolis hirsutis, foliis superne nitidis decompositis, laciniis subdecussatis linearibus acutis elongatis margine integerrimis planis, involucris nullis, fructibus suborbicularibus, alarum basi sinu valde aperto.

T. maxima, latissimo folio. *Cup. H. Cath. p. 210*, et — T. latissimo folio, et semine. *supp. alt. p. 85*, excluso synonymo *Castelli.*

Ic. *Gou. ill. t. 10*, optima ; sed folia superiora nimis lata — T. latifolia. *Imper. hist. nat. p. 670.*

*b. messanensis*; foliorum laciniis margine revolutis petiolisque piloso-pubescentibus, fructibus ovali-oblongis, alarum sinu basi constricto.

T. latifolia, messanensis. *Cast. H. Mess. p. 45*—T. Silphium. *Viv. fl. lib. speo. p. 17?*

Ic. *nulla.*

*c. glaucescens*; fructibus dorso subalatis, alarum sinu basi exciso, foliis subglaucescentibus.

Ic. T. madoniensis, latissimo folio glauco. *Cup. panph. 1. t. 137.*

In collibus, et in campis aridis, vel in arenosis maritimis. Varietas *a.* ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*; varietas *b.*, *Messina al Brazzo di S. Ranieri*; varietas *c.*, *Madonie.*

Aprili, Majo. ♃

*Caules* erecti, farcti, 1-4-pedales, glaberrimi, rore glauci: superne alterne ramosi: *folia* radicalia numerosa; caulina pauca; laciniis 2-4 lin. latis, laete virentibus, subtus albidis, et dum glabris nitidis: *umbellae* terminales, multiradiatae; radiis aequalibus: *petala* angusta, cito decidua: *stylopodium* crassum, dilatatum, depressum, flavescens; *stylis* brevibus, rectis: *fructus* 6-9 lin. latus, 8-10 lin. longus; ala lata scariosa nitente plana circumdati, cujus ope a ventis late disseminantur: *semen* latum, planum, compressum, marginibus non involutis, quo unico charactere a sequente genere hoc discriminantur.

In icone *T. garganicae Sibth. fl. gr. 3. p. 80 t. 287*, folia sunt glabra, petioli vix pilosi, fructuum sinus basi constricti, ideoque inter varietates *a.* et *b.* nostras media—*Alae* dorsales plus minus explicatae in fructibus adsunt, aliquando vero obliteratae sunt; idoque immerito Cl. *Smith* in *fl. gr. l. c. Sprengelium* redarguit, quod fructuum naturam haud bene intellexerit.

## ELAEOSELINUM.

*Koch* in *Dec. pr. 4. p. 215—Endl. gen. n. 4498.*

*Invol.* utrumque nullum, aut oligophyllum, brevissimum. *Cal.* margo 5-dentatus. *Pet.* aequalia, obcordata, acumine inflexo. *Fruct.* glaber, ovalis, e dorso compressus, margine alatus, utrinque 5-costatus; costis filiformibus, depressis, apteris, aut subalatis. *Sem.* dorso convexum, marginibus involutis. *Carpoph.* liberum, demum bipartitum. ( *Plantae* perennes: *caules* subnudi: *folia* decomposita; laciniis numerosis, setaceis: *flores* flavi: *fructus* praecedentis similis, sed duplo triploque minores. )

1. *E. ASCLEPIUM. Bertol. fl. ital. 3. p. 383.*

E. caule terete glabro nudo, petiolis hispidulis, foliis radicalibus rosulatis depressis decompositis, laciniis decussatis brevissimis filiformi-setaceis, involucro utroque nullo, umbellis lateralibus brevius pedunculatis.

Thapsia Asclepium. *Lin. sp. pl. 375* — *Ucria H. Pan. p. 137* — *Guss. pr. 1. p. 370* — Panax asclepium, vernum, folio ampliori crispiori nigro glabro. *Cup. H. Cath. p. 161*, ex tempore florendi.

Ic. Thapsia Asclepium. *Sibth. fl. gr. t. 286*—Panax asclepium, apulum. *Column. ecphr. 1. t. 86* — P. asclepium, minori crispiori folio nigro. *Cup. panph. 1. t. 89.*

In collibus aridis, et submontosis calcareis vel arenosis in Sicilia. Junio, Julio! ♃

*Caules* striati, superne alterne ramosi, 1-3-pedalea: *folia* radicalia terrae arcte adpressa, intense virentia, circumscriptione fere obovata, superficie planiseima; laciniis 1 lin. longis, acutie, submucronulatis, teretiusculis, saepe supra sulcatis: *petioli* teretes, basi albidi, caeterum rubentes, inter foliola sulco angusto notati, et inferne tenue striati: *umbellae* terminales, multiradiatae: *fructus* 2-ad summum 3 lin. longi—Cum sequente facillime confunditur; sed foliorum habitu sui proprio, *florendi* tempore, *involucrorum* absentia, facillime dignoscitur.

*Radices* contusae et aquis immissae ad pisces enecandos incolis inserviunt.

2. *E.* MEOIDES. *Dec. pr.* 4. *p.* 215.

E. caule terete glabro nudo, petiolis hispidis glabrisve, foliis radicalibus erectiusculis decompositis, laciniis decussatis brevibus setaceis confertissimis, involucris involucellisque linearibus, umbellis lateralibus longius pedunculatis.

Thapsia meoides. *Guss. pr.* 1. *p.* 370—Athamanta meum. *Ucria H. Pan. p.* 127?—Laserpitium meoides. *Desf. atl.* 1. *p.* 253—*Spr. s. veg.* 1. *p.* 919—*Pers. syn.* 1. *p.* 313—Panax asclepium, Millefolii folio hirsuto, umbella lutea gummi manans, membranaceo semine. *Cup. H. Cath. p.* 161.

Ic. *Desf. l. c. t.* 69, in qua fructus desiderantur.

In collibus herbosis, et ad margines vallium in subumbrosis humo repletis; *Palermo a Chirandà, a Sferracavallo, alla Grazia, a monte Gallo, Partinico, Alcamo, Ficuzza, Amorosa al sud di Busambra, Caltanissetta, Mistretta, Ganci, Polizzi, Alimena, S. Filippo, Leonforte, Siracusa, Catania.*

Septembri, Octobri! ♃

*Caules* fere praecedentis, sed aliquando superne verticillato-ramosi: *folia* circumscriptione oblonga, terrae non adpressa, non plana, sed laciniis irregulariter altis, divaricate ramosis; *petiolis* plerumque glabriusculis: *fructus* 5-6 lin. longi, ideoque inter praecedentem, et *Thapsiam garganicam* medii; costis nudis, vel irregulariter alatis; alis demum aliquando roseis.

### III. *Trigynia.*

## RHUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 502—Endl. gen. n. 5905.*

*Cal.* inferus, parvus, persistens, 5-partitus. *Pet.* 5, parva, calycinis laciniis et staminibus alterna, sub disco orbiculari inserta, aequalia, sessilia, patentissima. *Drup.* exsucca, putamine osseo 1-3-spermo. (*Frutices* erecti: *folia* (in siculis) impari-pinnata, vel ternato-quinata, exstipulata, alterna: *flores* in racemis vel paniculis axillaribus, terminalibusque, hermaphroditi, polygami vel dioici. *Terebinthaceae Juss.*)

1. *R.* CORIARIA. *Lin. sp. pl. 379—Ucria H. Pan. p. 144—Guss. pr. 1. p. 372.*

R. inermis, foliis impari-pinnatis, foliolis elliptico-oblongis obtusis inaequaliter obtuseque dentatis, supra scabris subtus villosis, petiolo communi extimis internodiis alato, paniculis thyrsoidea.

R. folio Ulmi. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 78.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 290—Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 46*—Rhus. *Matth. comm. 1. p. 195.*

*b.* caule humiliore, foliis minoribus utrinque molliter pubescentibus albidis, petiolo superne non alato.

In Siciliis ubique.

Majo, Junio. ♄

*Frutex* 8-10-pedalis dum non exciditur ad oeconomicos usus, valde ramosus; *ramis* junioribus pubescentibus: *folia* decidua, 5-7-juga; *foliolis* oppositis alternisque, saepe 2 1/2 pollicem longis, et 1-1/2 latia; supra virentibus, subtus pallidioribus: *paniculae* terminales, et laterales, densiflorae, siliquando palmares et ultra, damnum uti folia rubentes: *flores* hermaphroditi, albidi, subsessiles: *drupa* dense villosa, subglobosa, diametro 1 1/2 linearis.

Varietas *b.* vulgo sub nomine *Somacco murino* distinguitur, quae omnibus partibus minor, et ad usus oeconomicos vilior habetur. *Habitus* diversus a varietate *a.*, et forsan species propria, sed *flores* adhuc videre non licuit.

2. *R.* PENTAPHYLLUM. *Desf. atl. 1. p. 26.*

R. ramis spinosis flexuosis, foliis quinatis ternatisque, foliolis sessilibus linearl-cuneiformibus integris dentatis incisisque, petiolo nudo, racemis brevibus axillaribus terminalibusque, floribus dioicis.

R. Thezera. *Pers. syn. 1. p. 326—Tin. pug. pl. rar. sic. p. 7—Guss. pr. 1. p. 372.*

Ic. *Desf. l. c. t. 77*—Rhamnus poly-tri-tetra, et pentaphyllus, baccis spinosis. *Cup. panph. 2. t. 187;* et—R. poly-tri-tetra et pentaphyllus, praecox, fructu ovato dispari, teneriore putamine. *Cup. l. c. t. 241*—R. siculus, pentaphyllus. *Bocc. sic. t. 21.*

*Cupani* in *H. Cath. p. 190*, sequentes enumerat varietates:

*a.* Rhamnus mas, poly-tri-tetra, et pentaphyllus, incisus, baccis e viridi-candido-rubris spinosis, praecox—Idem pentaphyllus, serotinus, sive majalis—Idem sterilis—Idem fructu et folio majori Comitatensi.

*b.* Rhamnus foemina, praecox, cortice candido, ramis longioribus, baccis ovatis tenerioribus—Idem serotinus, sive majalis—Idem infoecundus.

In aridis collibus calcareis; *Misilmeri*, *Baghsria*, *Sciacca*, *S. Croce*, *Comiso* = et in *Linosa*.

Martio, Aprili. ♄

3. *R. dioicum*. *Willd. en. H. Ber. 1. p. 325—R. S. s. veg. 6. p. 661—Guss. pr. 1. p. 373.*

R. ramis spinosis divaricatis flexuosis, foliis ternatis, foliolis sessilibus obovatis basi cuneatis a medio ad apicem obtuse dentatis, petiolo nudo, racemis brevibus axillaribus, floribus dioicis.

R. oxyacanthoides. *Pers. syn. 1. p. 325*—R. Zizyphina. *Tin. pug. pl. rar. sic. p. 8 — R. S. s. veg. 6. p. 663* — Rhamnus tripartita. *Ucria pl. ad Linn. opus add. n. 3*—R. Apiifolio, racemoso fructu, lentiformi, zizyphino. *Cup. H. Cath. p. 190*—et R. Apii folio, tripetala, spinis et colore fructus ciceriformis Zizyphinis. *l. c.?*

Ic. Rhamnus Apii folio, ciceriformis. *Cup. panph. 1. t. 33*—R. Apii folio, triphylla, spinis colore et substantia fructus Zizyphinis. *Cup. panph. 1. t. 222*—Mespilus Apii folio, sylvestris, triphylla, sterilis, spinis validioribus. *Cup. panph. 2. t. 187.*

In collibus aridis calcareis; *S. Vito* (*Tin.*), *S. Croce*, *Sciacca*, *Scicli*.

Martio, Aprili. ♄

In hoc, et in praecedente *caules* 5-8-pedales, ramosissimi; *ramis* distortis, apice et lateraliter spinosis, junioribus plerumque rubentibus; *folia* saepius fascicuiata, sempervirentia, nitida, et uti caules glaberrima: *pedicelli* breves, bracteа lineari angustissima suffulti: *racemi* vix 1-2-pollicares, simplices vel ramosi, laxiflori: *flores* luteoli, parvi, pedunculati; *petalis* calyce glabro duplo longioribus: *drupae* nitidae, rubro-virentes, globosae, prope apicem tribus tuberculis instructae: at in hoc *foliola* duplo latiora, *racemi* breviores floribus paucioribus, *drupae* minores, *habitus* alienus, et certe diversae species.

Hujus plantae specimina in herb. Cl. *Dec.* ex *Mogador*, omnino cum nostris conveniunt; ac praeterea illa *R. oxyacanthoidis Dum. Cours.* ex *H. Paris.* in eodem herb. *Dec.* non differunt, nisi glabritie majore, foliolisque latioribus; quae varietas culturae tribuenda videtur. ideoque quamvis in *R. S. s. veg. 6. p. 661* et *663*, tanquam species diversae enumerantur *R. dioica*, *oxyacanthoides*, et *zizyphina*, tamen inter se non differre puto.

## VIBURNUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 503—Endl. gen. n. 3340.*

*Cal.* tubus cum ovario connatus; limbo supero, brevi, persistente, 5-dentato. *Cor.* supera, subcampanulata, 5-loba; lobis patentibus. *Stam.* basi corollae inserta, ejus lobis alterna. *Stig.* sessilia. *Bacc.* ovatis vel globosa, abortu 1-locularis, 1-sperma. (*Frutices* erecti: *folia* simplicia, decussata, exstipulata: *flores* parvi, albi, in cymis, terminalibus: *baccae* glabrae, coloratae. *Loniceréae Endl.*)

1. *V. tinus*. —*Lin. sp. pl. 383—Ucria H. Pan. p. 142—Guss. pr. 1. p. 374.*

V. foliis sempervirentibus ovali-oblongis integerrimis, ramificationibus venarum subtus ramulisque tetragonis glanduloso-pilosis, caule erecto ramosissimo.

Laurus sylvestris, Corni foeminae foliis subhirsutis. *Cup. H. Cath. p. 108.*

Ic. *Duham. arb. ed. 2. v. 2. t. 57* — Tinus, sive Laurus sylvestris *I. II. III. Clus. hist. 1. p. 49.*
In sylvis montosis; *S. Maria del Bosco*, ubi quondam cum aliorum fruticum seminibus illa hujus speciei terrae commissa fuere, nec aliis in locis inveni.
Martio Aprili. ♄
*Frutex* 3-10-pedalis: *folia* subcoriacea, obscure virentia, ciliata, superne glabra: *cymae* multiflorae: *pedunculi* et *pedicelli* angulati, glabri: *bractea* brevissima ad basim germinis, et pedunculorum: *calycis* denticuli acuti: *flores* odori: *corollae* glebrae, 2 lin. longae; lobis obtusis, recurvis: *filamenta* uti *anthereae*, alba, corollam subexcedentia: *styli* loco glandula alba, conica, brevissima: *stigma* obsolete 3-lobum: *baccae* immaturae, 3-loculares; jam perfectae ovales, atrocoeruleae.

## SAMBUCUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 505—Endl. gen. n. 3341.*

*Cal.* tubus cum ovario connatus; limbo supero, parvo, 5-dentato, demum obsoleto. *Cor.* supera, rotato-urceolata, 5-loba; lobis demum reflexis. *Stam.* tubo corollae inserta, ejus lobis alterna. *Bacc.* subglobosa, pulposa, 1-locularis, 3-5-sperma. (*Plantae* arborescentes, aut perennes: *folia* opposita, foetida, impari-pinnata: *stipulae* variae: *flores* parvi, albi, odori, in cymis terminalibus: *baccae* glaberrimae, coloratae. *Lonicereae Endl.*)

1. *S.* EBULUS. *Lin. sp. pl. 385—Ucria H. Pan. p. 142— Guss. pr. 1. p. 375.*
S. caule erecto herbaceo sulcato, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis basi obliquis, stipulis foliaceis, cymis tripartitis.
S. humilis, sive Ebulus. *Cup. H. Cath. p. 195*—Ebulus. *Cast. H. Mess. p. 57.*
Ic. *Fl. dan. 1136*—Ebulus. *Dod. pempt. 581.*
In humidis pinguibus ubique in Sicilia.
Majo, Junio. ♃
*Radices* longe lateque repentes: *caules* 2-5-pedales, annotini: *foliola* glabra, acuminata, basi inferne saepe appendiculata: *calyces* glaberrimi, candidi: *flores* ante explicationem rugulosi: *corollae* non rotatae, ut in sequente; tubo brevissimo; laciniis concavis, obtusiusculis, patenti-recurvis: *filamenta* crassa, alba, subangulata: *baccae* globosae, sessiles et pedunculatae, demum nigro-sanguineae.

2. *S.* NIGRA. *Lin. sp. pl. 385—Ucria H. Pan. p. 142 — Guss. pr. 1. p. 375.*
S. caule arboreo, foliis pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis serrulatis, stipulis nullis, cymis quinquepartitis.
S. fructu in umbella nigro. *Cup. H. Cath. p. 195* — S. vulgaris. *Cast. H. Mess. p. 20.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 211—Duham. arbr. ed. 2. v. 1. t. 55* — Sambucus. *Dod. pempt. 845.*
Ad sepes, et in humidis montosis in Sicilia.
Aprili, Majo. ♄
*Trunci* 10-20-pedales et ultra, diametro aliquando pedali, cortice rimoso tecti: *folia* glabra, laete virentia, decidua: *cymae* diametro 3-6-pollicari; ramis angulato-striatis: *flores* albi, numerosi, odori, per cymae ramos alii sessiles, alii pedunculati: *corollae* lobi obtusi, elliptici, fere convexi: *filamenta* et *pistillum* alba, pe-

tentia: *antherae* albido-luteolae: *baccae* globosae, maturae nigro-sanguineae, uti cymarum *rami* ac *pedunculi*.
*S. racemosam Lin.*, ad quam spectat *S. racemosa rubra*, *Cup. H. Cath. p. 195*, quamvis Siciliae indigena ex *Cupani*, usque adhuc non inventa.

## † STAPHYLEA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 507—Endl. gen. n. 5672.*

*Cal.* 5-partitus. *Pet.* quinque. *Caps.* inflatae, connatae. *Nuc.* 2, globosae, cum cicatrice.

† 1. *S.* PINNATA. *Lin. sp. pl. 386—Ucria H. Pan. p. 145—Guss. pr. 1. p. 376.*
S. foliis pinnatis.
Ubique invenitur in montosis (*Ucria*).

## TAMARIX.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 510—Endl. gen. n. 5484.*

*Cal.* 4-5-partitus, parvus, persistens. *Pet.* 4-5, infera, calycis laciniis et staminibus margine disci hypogyni scuteliiformi insertis alterna, oblonga. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis. *Sem.* comosa. (*Frutices* vel *arbores* sempervirentes: *folia* squamaeformia, minuta, glaucescentia: *spicae* densiflorae, terminales, et laterales: *flores* parvi albi, vel rosei. *Tamariscineae Desv.*)

1. *T.* GALLICA. *Lin. sp. pl. 208! — Guss. pr. 1. p. 376 — Webb in Ann. des sc. nat. vol. 16. p. 264.*
T. foliis glaberrimis basi latiusculis ovatis acutis, spicis gracilibus paniculatis, bracteis linearibus pedicello sublongioribus, floribus inapertis globulosis, disco hypogyno 10-gono, angulis obtusis, antheris apice longius apiculatis, capsula 3-gona subpyramidata a basi ad apicem sensim attenuata.
T. canariensis. *Willd.* in *R. S. s. veg. 6. p. 670*—T. altera, folio tenuiore, sive gallica. *Cup. H. Cath. p. 210*—Tamariscus. *Cast. H. Mess. p. 22.*
Ic. *Duham. arb. ed. 2. vol. 7. t. 59—Sibth. fl. gr. t. 291! —Webb phyt. Can. t. 25*—Tamariscus narbonensis. *Lobel. adv. p. 447!* —*Clus. hist. 1. p. 54* ex loco, sed habitus videtur alienus.
*b.* flore roseo.
In arenosis maritimis inundatis, in torrentium alveis, et in paludosis; *Lentini*, *Catania*, *Castrogiovanni*, *Scoglitti presso il Comiso*, *Spiaggia di Olivieri*; *Messina* (*Arrosto*) haud frequens: varietas *b.*, *Catania al ponte di primosole, e sotto Castrogiovanni.*
Majo, Junio. ♄
*Frutex* 7-12-pedalis, glaucescens: *folia* juniora patentia, dense imbricata: *bracteae* saepe pedicello longiores: *spicae* fere filiformes, elongatae, approximatae, et subpaniculatae: *stigmata* clavata: — Haec est vera *T. gallica Lin.* ex *Webb l. c.*, et *T. canariensis Willd.*; dum *T. gallica Smith* ac *Poir.* in Anglia, et in Gallia septentrionali proveniens *T. anglicae* nomine a Cl. *Webb* discribitur, et haec recedit a nostra foliis basi angustatis, disco hypogyno 5-gono, capsulis quasi lageniformi — Icon *Sibth. l. c.* ob stigmata linearia tantum a planta sicula recedit.

2. *T.* AFRICANA. *Desf. atl. 1. p. 269—Pers. syn. 1. p. 328 — Guss. pr. 1. p. 377—Webb l. c. p. 266.*

**T.** foliis ovato-lanceolatis amplexicaulibus apice membranaceis bractela pedicello duplo longioribus, apicis lateralibus solitariis crassis brevibus disci dentibus cum staminibus basi confluentibus.

**T. gallica.** *Ucria H. Pan. p. 145*, non *Lin.*, ex loco. — T. fruticosa, folio crassiore. *Cup. H. Cath. p. 210.*

Ic. *nulla.*

In inundatis, ad torrentium et fluviorum alveos nihil communius in Sicilia = et in *Saline alla lingua*, *Vulcano all' est dell' isola sotto al fuoco*, *Lipari alle terre rosse.*

Aprill, Majo. ♄

*Rami* juniores purpurascentes: *folia* dense imbricata, 1 1/2 lin. longa, aliquando semipatentia ac virentia, in Sicilia acutiora et latiora, quam in plantis africanis: *pedunculi* bracteis imbricatis foliiformibus tecti: *bracteae* vero floribus subjectae latae, concavae, acutae aut obtusiusculae, superne ac apice scariosae, ad margines saepe rubentes, 2-3 lin. longae: *spicae* laterales, approximatae, pina minna longe pedunculatae, 1-2-pollicares, 3-4 lin. crassae: *flores* odori: *petala* reflexa, obtusa, semper alba vidi: *antherae* pallide roseae; *filamentis* stylisque candidis.

A praecedente eximie differt habitu, et notatis characteribus—Confer *Webb l. c.*—Haec in Sicilia magis quam praecedens obvia, et in majorem altitudinem excrescit—Summo mane, dum plantae rore scatent, odorem ita nauseosum diffundunt, ut vomitum fere cieant—*T. africana* ex Dalmatia a Cl. *Visiano* missa, vel insignis varietas, vel potius species aliena videtur.

## CORRIGIOLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 516—Endl. gen. n. 5197.*

*Cal.* inferus, 5-partitus, persistens, margine membranaceus. *Pet.* 5, calyci aequalia. *Stam.* petalis alterna, calycinis laciniis opposita. *Nux* crustacea, ovata, triquetra, calyce conalvente tecta. (*Planta* annua, glaberrima, procumbens: *folia* simplicia, integerrima, alterna, stipulata: *flores* racemoso-corymbosi, terminales, parvi, albi. *Paronychieae Juss.*)

**1. C.** LITORALIS. *Lin. sp. pl. 388—Guss. pr. 1. p. 377.*

C. viridi-glaucescens, caulibus decumbentibus, foliis anguste spathulato-linearibus obtusis, cymis foliosis subsessilibus floribusque congestis.

**Ic.** *Sibth. fl. gr. t. 292;* tamen habitu parum aliena—*Lam. ill. gen. t. 215*—Polygonum minus, sapermate canliculorum extremis acervato, Thlaspios sapore. *Cup. panph. 2. t. 86*—Anthyllis latifolia, flore albo, polygonoides. *Barr. ic. 532.*

In arenosis, et herbidis maritimis, vel submontosis; *Catania*: *Messina* (*Arrosto*), *sponde arenose del Gurgo de' Ddingoli fra il Parco e la Piana de' Greci* (*Gasparrini*, *Parlatore*) = et in *Pantellaria alla marina di Scavari.*

Augusto, Septembri. ⊙

*Planta* fere fumum redolens: *caules* filiformes, 3-18-pollicares: *folia* obtusa, 1-1 1/2 lin. lata; caulina inferiora breviora, ac saepe remotiora; radicalia rosulata, surrecta, pollicaria, et in longum tenuemque petiolum attenuata: *stipulae* ac *bracteae* scariosae, brevissimae, fere lanceolato-subulatae: *calyces* ad margines versus apicem albo-membranacei: *petala* oblonga, obtusa, calyce subbreviora: *antherae* purpurascentes: *nux* glabra.

A *C. telephifolia* differt, caulibus undique foliosis, nec sub floribus aphyllis, cymis subsessilibus, nec longe pedunculatis.

## *IV. Pentagynia.*

### STATICE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 527—Juss. 92.*

*Cal.* infundibuliformis; limbo 5-dentato ac 5-plicato, superne scarioso. *Cor.* infera, regularis, 5-petala; petalis saepe basi coalitis, cum filamentis oppositis. *Utricul.* membranaceus, 1-spermus, calyce tectus. (*Suffrutices* sempervirentes, vel plantae perennes, raro annuae: *folia* integerrima, sinuatave, alterna, exstipulata, fere semper omnia radicalia: *flores* varie dispositi, saepius coeruleì. *Plumbagineae Vent.*)

* *Flores capitati, involucro imbricato circumdati; vagina reversa sub capitulo; bracteae scariosae inter flores; folia omnia radicalia.* ARMERIA *Willd.* et *Endl. gen. n. 2171.*

1. *S.* NEBRODENSIS. *Guss.*

S. scapo terete gracili superne foliisque glabro, foliis imis lanceolatis 3-5-nervis, reliquis anguste linearibus subenerviis, involucri foliolis exterioribus acutis, interioribus obtusissimis muticis, bracteis scariosis obtusissimis, calycis dentibus aristatis, pedicellis glabris tubo calycino basi ad apicem villoso 4-5-plo brevioribus, petalis emarginatis.

Armeria alpina. *Guss. pr. 1. p. 378*, non *Willd.*—Statice armeria. *Ucria H. Pan. p. 145*, non *Lin.*—Armerius montanus, minor. *Cast. H. Mess. p. 4.*

Ic. *nulla.*

In aridis apricis montosis; *Madonie sopra Petralia, ed al Cuozzo del Predicatore: alla Colma grande, allo Sferru, ed alla Serra del soglio* (*Parlatore*).

Majo, Junio. ♃

*Scapi* 4-9-pollicares, basi glabri vel puberuli: *folia* ima 1 1/2-2 lin. lata, exacte lanceolata, et in petiolum longum attenuata; reliqua vix lin. lata, longiora, 1 1/2 - 2 - pollicaria: *involucri* foliola virentia, vix scariosa, glaberrima; *bracteae* obovato-cuneatae, apice latissimae, et saepe obiter crenulatae: *calycis* dentes scariosi, ovati, et sensim in aristam scabram, bracteas excedentem attenuati: *pedicelli* vix 1/2 lin. longi.

Differt a *S. alpina*, pro qua habui, aristis dentium calycis longioribus, pedicellis brevioribus, et habitu, pro quo ad *Armeriam sardoam* potius accedit; sed haec magis caespitosa, et dentes calycini obtusi, ac inde in aristam producti; *bracteae* magis crenulatae; *pedicelli* longiores.

2. *S.* PLANTAGINEA. *All. ped. 2. p. 90*, excl. syn. *Jacq.*

S. glaberrima, scapo terete scabriusculo, foliis lanceolato-linearibus planis integerrimis in petiolum attenuatis, involucri foliolis exterioribus ovatis vel ovato-lanceolatis acuminatis, interioribus bracteisque obtusissimis, calycinis dentibus aristatis, pedicellis glabris tubo calycino a basi ad medium ad nervos villoso 3-5-plo brevioribus, petalis rotundatis.

**S. cephalotes.** *Bertol. fl. ital. 3. p. 511*, quoad plantam siculam!
—A. plantaginea. *Guss. pr. 1. p. 379*—Armeria cephalotes. *Guss. cat. H. R. Bocc. p. 7*, non *Ait ?*—Armerius montanus, major. *Cast. H. Mess. p. 4.*
Ic. *nulla.*
In rupibus herbosis umbrosis elatioribus; *Busambra.*
Majo, Junio. ♃
*Scapi* firmi, 1-1 1/2-pedales: *folia* membranacea, laete virentia, 3-4 lin. lata, 1 1/2-3 poll. longa, acuminata, saepius multinervia: *capitula* praecedentia duplo majora, diametro 4-10-lineari: *bracteae* exteriores ex ovata basi lanceolatae, acutae, sed muticae, interiores non mucronulatas subaequantes: *calycis* limbi scariosi dentes abrupte aristati; aristis levibus: *pedicelli* vel brevissimi, vel 2-3 lin. longi.
Affinis *Armeriae latifoliae*, sed involucri foliolis, foliis minus coriaceis, et loco natali recedit — Hanc pro *S. cephalote* habet Cl. *Bertol.* in *l. c.*, et cum *S. latifolia* ex Sardinia conjungit; quae a nostra aliena est, *loco* natali, *habitu*, *foliis* serrulatis, magis coriaceis ac latis, brevioribus—Descriptio *S. plantagineae* in *Koch syn. p. 594*, quoque recedit a nostra propter *involucri* foliola externa cuspidata, interiora mucronulata, *pedicellos* longitudine tubi calycini, qui in nostra semper breviores — Interim cum summa sit auctorum discrepantia circa hujus sectionis species, sic donec meliora innotescant nomen servavi.

** *Flores* laxe spicati, vel fasciculato-spicati, involucro destituti, sed bracteis suffulti: *folia* vel omnia radicalia rosulata, vel per caulem sparsa. STATICE *Willd.* et *Endl. gen. n. 2172.*

3. **S.** LIMONIUM. *Lin. sp. pl. 394*—*Ucria H. Pan. p. 145*—*Guss. pr. 1. p. 379.*
S. foliis oblongis vel obovato-oblongis obtusis margine subundulatis enerviis apice vel sub apice obtuso recurvato mucronatis, scapo paniculato terete erecto, ramis sterilibus nullis, spicis secundis, floribus approximatis, bracteis exterioribus ovatis acutis, interiore obtusa excisa 2-3-flora.
Limonium maritimum majus. *Cup. H. Cath. p. 112* — L. majus. *Cast. H. Mess. p. 13.*
Ic. *Reich. cent. 8. f. 997*—Limonium. *Matt. comm. 2. p. 529.*
In inundatis, et in uliginosis maritimis in Sicilia.
Augusto, Octobri. ♃
*Folia* glaberrima, coriacea, ex glauco-virentia, erectiuscula, ut in aliis in petiolum attenuata: *scapi* 6-18-pollicares, fere corymboso-ramosi: *flores* approximati, non remoti, ut in affini *S. serotinae Reich.*: *bracteae* exteriores plerumque apice oblique truncatae; interior ut fere in omnibus aequentibus duplo latior, ad margines scariosa, dorso macula fusca notata: *spicae* aursum secundiflorae: *calyces* ad angulos ut in reliquis purpurescentes, inferne villosi; dentibus latis acutiusculis, muticis.

4. **S.** DENSIFLORA. *Guss. suppl. (an. 1832) p. 86*, non *Girard.*
S. scapo erecto terete superne ramoso, ramis sterilibus nullis, foliis spathulatis obtusis breviter mucronulatis margine cartilagineis obsolete 3-nerviis, spicis lateralibus terminalibusque secundis, floribus confertissimis, bracteis ovatis acutis, interiore subuniflora calycinisque dentibus obtusa.
S. auriculaefolia. *Guss. pr. 1. p. 380* excl. syn. *Vahl* et *Willd.*—
S. Scopoliana, *Bertol. fl. ital. 3. p. 528*, quoad plantam siculam.

Ic. Limonium Saponariaefolio, violaceum. *Cup. panph.* 2. *t.* 155— *Limonium medium*, Globulariae foliis, majus et minus. *Barr. ic.* 795, 794 potius hanc quam sequentem, ad quam cum dubio illas citavi, mihi referre videntur, quae interim a *Girard* in *ann. des sc. nat. an.* 1842. *n.* 1. ad suam *S. densifloram* cum dubio quoque in *p.* 30 citantur.

*b. humilis*; spicis abbreviatis dense corymbosis, caule humiliore.
*c. obtusifolia*; spicis ut in praecedente, foliis obtusissimis.

In salsis arenosis maritimis; *Trapani all'Isola del Ronciglio* = et in *Pantellaria al bagno*, *Favignana*.

Majo, Junio. ♃

*Scapi* firmi: *folia* margine integerrima, scaberrima: *spicae* crassae, approximatae, 1/2-1-pollicares; *flores* dense spicati; *bracteae* imbricatae, inaequales, margine angustissimo albo-scarioso cinctae: *calycis* tubus ad angulos inferne villosiusculus.

Specimina gallica *S. auriculaefoliae Fl. fr.* non *Vahl* (quae nunc *S. densiflora Girard l. c.*), et illa herb. *Cav.* cum icone *Reich cent.* 2. *p.* 65. *t.* 175. *f.* 305, ex asse quadrant, ac uti *l. c.* monui, bracteis obtusissimis, spicis brevioribus fere corymbosis, et habitu humiliore a planta sicula quam maxime aliena—Quoad scapi altitudinem, et foliorum magnitudinem nostra maxime variabilis est; occurrit siquidem, *scapo* palmari, et plusquam pedali; *foliis* 3-9 lin. latis, 6 lin. 3 poll. una cum petiolo longis, 3-5-nerviis, nervis extantibus aut obsoletis, apice obtusis muticis, vel brevissime mucronatis; sed florum characteres in omnibus varietatibus semper constantes vidi — Cum nomen specificum a me impositum anterius sit, sic plantam gallicam *S. Girardianam* appellandam propono—Hic quoque monendum opere praetium duco ex locis natalibus *S. densiflorae Girard l. c. p.* 27 excludendam esse *Siciliam*; nam planta Sicula a Gallica prorsus aliena est.

6. *S.* SIBTHORPIANA. *Guss. suppl. p.* 87, non *Steudel.*

*S.* scapo terete paniculato, ramis fastigiatis, sterilibus nullis, foliis obovato-spathulatis glaucescentibus enerviis mucronulatis levibus, floribus approximatis (parvis), bracteis exterioribus acutiusculis, interiore obtusissima sub 1-flora, calyce obtuse dentato, tubo attenuato pilosissimo.

*S.* globulariaefolia. *Guss. pr.* 1. *p.* 82, et *Sibth. fl. gr.* 3. *p.* 90— *S.* Gussoniana. *Steud. nom. bot. ed.* 2. *p.* 633, excl. syn. *Barrel.*

Ic. *Sibth. l. c. t.* 296—Limonium oleaefolio, vulgari quadruplo majori. *Cup. panph.* 3. *t.* 70.

In rupibus, et in lapidosis maritimis; *Capo di Alì dopo Messina.*

Junio, Julio. ♃

*Scapi* 6-14-pollicares; ramis gracilibus, fastigiatis: *folia* semper apice mucronata, mucrone 1/2 lin. longo, viridi-glaucescentia, 4-6 lin. lata, cum petiolo 6-14 lin. longa, integerrima: *spicae* breves (4-6 lin. longae), saepe subcorymbosae: *bracteae* ad apicem albo-scariosae, laterales brevissimae: *calyces* ad angulos a medio ad basim longe pilosi: *flores* cylindrici, recti, saepissime fasciculati.

*S. globulariaefolia Desf.*, uti jam notavit Cl. *Reich. cent.* 3. *p.* 24 est diversa species; nam nostra longe ramosior, et *flores* minores magisque approximati—Ex speciminibus herb. *Desf.* quoque certus sum *S. globulariaefoliam fl. atl.* ab illa *Fl. gr.* omnino differre, et quia *Sibth.* nomen posterius, sic erat mutandum. Species *Sibthorpiana* est certe nostra, quia in Siciliae maritimis collegit *Sibth.*

6. S. BELLIDIFOLIA. *Sibth. fl. gr. 3. p. 90—R. S. s. veg. 6. p. 779 — Guss. pr. 1. p. 384*, non *Dec.* ex *Steudel.*
   S. suffruticosa caespitosa, scapo terete paniculato erecto, ramis inferioribus simplicibus sterilibus, foliis obovato-spathulatis rotundatis retusisve muticis levibus margine cartilagineis, spicis distichis secundisque, floribus rectis distantibus, calycinis dentibus bracteisque obtusis, bracteis 2-4-floris.
   S. Sibthorpiana. *Steud. nom. bot. ed. 2. p. 634*, non *Guss.*
   Ic. *Sibth. l. c. t. 295* — Limonium Bellidis minimae folio. *Cup. panph. 2. t. 217* (non *1. t. 120*, ut ex *Smith*).
   In lapidosis maritimis; *Scoglitti presso il Comiso* = et in *Favignana*, *Maretimo*, *Lampedusa*, ubi vulgarissima.
   Majo, Junio. ♄
   Planta saepe in caespitem semiglobosum, diametro 1-1 1/2 - pedali congesta: *scapi* pro locorum natura 2-8-pollicares: *folia* glaucovirentia, apice rotundata, obtusissima, non mucronata, aliquando ad margines obsolete denticulato-crenulata, 1-12 lin. longa, 1-6 lin. lata: *bracteae* fere praecedentis: *florum* fasciculi distantes, vix unquam approximati: *petala* ex albo-coerulescentia, emarginata.
   Icon *S. spathulatae*, *Willd. hort. ber. 1. t. 63* non *Desf.* (quae nunc *S. Willdenoviana*), ab hac nonnisi foliis acumine brevi instructis recedit, at illa *Reich. pl. crit. cent. 2. f. 463* omnino aliena quoad folia est. An ideo *S. Willdenoviana Poir.* nonnisi *S. bellidifoliae* varietas?

7. S. ALBIDA. *Guss. suppl. p. 88.*
   S. suffruticosa caespitosa, scapo paniculato terete erecto, ramis sterilibus nullis, foliis spathulatis obtusis membranaceis margine subcartilagineis, floribus approximatis vel remotiusculis rectis, calycibus obtuse dentatis, bracteis obtusis margine subscariosis 2-6-floris.
   Ic. *nulla.*
   In saxosis aestu maris madefactis; *Lampione.*
   Majo, Junio. ♄
   *Caules* perennantes 5-6-pollicares, ut in *S. minuta*: *scapi* palmares, vel fere pedales, leves; *ramis* erectis, non erecto-patentibus: *folia* glaucescentia, exsiccatione margine subrevoluta ac crispato-undulata, albido-virentia, 8 lin. 1 1/2 poll. longa, 3-5 lin. lata: *fasciculi* florum plus minus approximati, unilaterales, vel in extremitate ramorum aliquandu alterni ac distichi: *bracteae* duae exteriores, parvae, acutiusculae; interior major, duplo longior, ante anthesim ita involuta, ut acuta videatur, fere ut in *S. spathulata*; intimae omnino ut in sequente: *petala* coeruiescentia.
   A *S. spathulata*, cui quoad bracteas et inflorescentiae habitum magis proxima abunde differt, caule suffrutescente, foliis non ita coriaceis et glaucis, floribus confertioribus fasciculatis.

8. S. INTERMEDIA. *Guss. suppl. p. 87.*
   S. scapo paniculato terete, ramis sterilibus nullis, foliis oblongo-spathulatis in petiolum attenuatis margine subcartilagineis obtusis vel brevissime mucronatis, floribus remotiusculis subincurvis, calycibus obtuse dentatis, bracteis margine scarlosis obtusis 2-4-floris.
   Ic. *nulla.*
   In inundatis salsis maritimis; *Lampedusa alla salina.*
   Julio, Augusto. ♃
   *Scapi* ramosissimi, palmares vel pedales, erecti, scabriusculi, tamen exsiccatione saepius tuberculis minutissimis exasperato-scabri evadunt: *rami* erecto-patentes, steriles nulli, aut unus vel alter:

*folia* subtus punctata, ut plurimum 3-nervia, sed etiam obsolete nervosa, obtusa cum acumine, vel rotundata; *bracteae* duae exteriores minimae; interior, quae fasciculum amplectit, obtusissima, scabriuscula; intimae paullo breviores, omnino scariosae, concavae, nervo viridi per carinam decurrente, altero latere angustiores et ideo obliquae, apice obtusae, integrae, vel emarginato-denticulatae, unica sub quolibet flore: *petala* emarginata, coerulescentia; *flores* in fasciculis inferioribus aliquando sex, sat raro solitarii; qui fasciculi in extremitate ramorum saepius alterni.

Habitus *S. oleaefoliae Smith*, sive *S. Smithii Ten.*, ac inter illam ac praecedentem media, differt tamen a *S. Smithii* ramis sterilibus nullis, calycibus obtuse dentatis, aliisque notis—*S. cordata Andr.* in herb. *Dec.*, non *Boccon.*, ab hac vix diversa.

9. *S. Smithii*. *Ten. fl. nap. 3. p. 350*, et *syll. p.161—Guss. supp. p. 88.*

S. scapo paniculato terete, ramis inferioribus sterilibus subsimplicibus levibus, foliis oblongo-spathulatis obtusis submuticis in petiolum longum attenuatis, floribus subincurvis, calycibus acute dentatis, bracteis obtusiusculis 2-4-floris.

S. oleaefolia *Smith* et *Guss. pr. 1. p. 581*—Limonium maritimum, minus, oleaefolio. *Cup. H. Cath. p. 112.*

Ic. *Ten. fl. nap. t. 223*—Limonium maritimum, minus, oleaefolio. *Lob. ic. 295. f. 2?* nam folia nimis acuta.

*b. major:* foliis obtusissimis 2-pollicaribus, scapo pedali et ultra, florum fasciculis ut plurimum confertissimis numerosis 3-4-floris, spicis longioribus (1-2-pollicaribus).

In lapidosis, arenosis, et lutosis salsis maritimis; *Catania*, *Agosta*, *Siracusa*, *Spaccaforno*, *Scoglitti*, *Alicata*: var. *b. Trapani* = et in *Lampedusa*.

Junio, Novembri. ♃

*Flores* majusculi, ut in *S. densiflora*; sed quamvis inter bracteas fasciculati, tamen *fasciculi* plus minusque distantes: *folia* levia, illis *S. dichotomae* similia — *S. oleaefolia Scop.*, uti recte notat Cl. *Ten. l. c.* est species aliena—Haec a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 528 S. Scopoliana* appellatur, et immerito, cum mea *densiflora* associat; sed quia nomen *Scopolii* antiquius, quam illud aliorum, sic rite servandum est.

10. *S. minutiflora*. *Guss. suppl. p. 80.*

S. scapo terete paniculato, ramis inferioribus sterilibus subnullis, floriferis erectis, foliis spathulatis obtusis emarginatisque in petiolum longum attenuatis, floribus approximatis rectis secundis, calycibus obtuse dentatis, bracteis obtusiusculis 1-2-floris.

S. spathulata. *Guss. pr. 1. p. 582*, exclusis synonymis.

Ic. *nulla.*

In lapidosis maritimis; *Milazzo* = et in *Favignana*, *Levanzo*, *Felicuri*, *Saline*, *Panaria*, *Liscabianca*, *Basiluzzo*.

Majo, Julio. ♃

*Scapi* 6-14-pollicares, stricti, approximate ramosi: *spicae* ob flores graciles tenues, distichae, vel secundae: *bracteae* duae exteriores obtusissimae, et fere emarginatae: *calycis* tubus gracilis, rubescens, versus basim pilis albis brevibus tectus; dentes obtusissimi, scariosi: *petala* integra, aut vix emarginata — *Folia* praecedentis, sed inflorescentiae *habitus* omnino alienus: *flores* minores, illis *S. Sibthorpianae* affines.

Specimina *S. spathulatae* herb. *Desf.* eximie differunt a nostra; *foliis* elongatis, coriaceis, glaucescentibus; *floribus* in spicis paucioribus ac remotioribus, sed duplo majoribus, illos *S. Smithii*

fere superantibus, aliisque notis—*S. emarginata* *Willd.* cum hac non confundenda est.

11. *S. DUBIA.* *Andrews* in herb. *Dec.* — *Guss. supp. p. 89.*

S. scapo erecto ramosissimo paniculato scabro, ramis sterilibus dichotomo-ramosis subdivaricatis scabriusculis, foliis oblongo-spathulatis muticis rotundatis obsolete trinerviis, floribus erectis secundis (raro distichis) approximatis remotisque, bracteis obtusis membranaceis 1-2-floris, calycibus obtuse dentatis.

Ic. *nulla.*

In humentibus arenosis maritimis; *Trapani*, *Levanzo.*

Majo, Junio. ♃

*Scapi* erecti vel subdiffusi, 6-14-pollicares: folia aliquando brevissimo mucronulo instructa; tamen semper rotundata: *bracteae* duae exteriores obtusinseniae; interior duplo major, convoluta, obtusissima: *calyces* ad angulos purpurascentes, et ibi a basi ad medium tenue albo-villosi—*Folia* et *flores S. Smithii*; sed isti recti non incurvi, et *bracteae* ut plurimum uniflorae; *spicae* magis elongatae, 1-3-pollicares; *scapi* non leves, sed tuberculato-scabri, 1/2-1-pedales, ramis gracilibus divaricato-patentibus.

Sub specifico designato nomine in herbario Cl. *Dec.* specimina vidi, sed an typis jam evulgata sit adhuc ignoro—*S. caspia*, quae *S. reticulata* auctorum florae gallicae, ab hac omnino diversa—Haec nostra dum junior ac gracilis est, *S. reticulatae* nomine in nonnullis herb. occurrit, et sub illo *S. frondosae* in herb. *Cav.* — Veram *S. reticulatam* in Sicilia adhuc non inveni; et icon hujus speciei a *Reich.* exhibita in *cent. 2. p. 85. t. 193. f. 334.* cum specimine authentico herb. *Bocc.* in *Mus. H. Paris.*, in quo rami steriles divaricatissimi, graciles; flores parvi, distantes, pauci, versus apicem ramorum secundi ac solitarii, incurvi, bractea acuminata sulcata suffulti, minime convenit, ac ad varietatem *S. Smithii* spectare videtur: at potius *S. tenuicula*, quam confer, specimen Bocconianum refert.

12. *S. CORDATA.* *Lin. sp. pl. 394*—*Ucria H. Pan. p. 145*—*Guss. pr. 1. p. 382.*

S. scapo erecto vel adscendente ramosissimo paniculato, ramis levibus, inferioribus sterilibus rectis dichotome ramosis, foliis spathulatis in petiolum attenuatis apice retusis rotundatisque obsolete trinerviis, floribus secundis rectis tenuibus subremotis, bracteis obtusiusculis 1-floris.

S. reticulata. *Ucria H. Pan. p. 145*, non *Lin.*— Limonium folio cordato, siculum. *Cup. H. Cath. p. 112*, et *supp. alt. p. 54.*

Ic. Limonium folio cordato, siculum. *Bocc. sic. t. 34. f. A. B!* —L. maritimum, minus, foliis cordatis. *Cup. panph. 2. t. 85.*

In lapidosis maritimis; *Palermo*, *Agosta*, *Trapani* = et in *Favignana*, *Levanzo*, *Ustica.*

Julio, Septembri. ♃

Species haec *foliorum* figura, et magnitudine omnium partium valde variat—*Planta* caespitosa, sed nunquam caulescens: *scapi* palmares vel pedales; ramulorum articulis fere strangulatis, ut in *S. articulata*, nunc erecti (et tunc *S. dichotomam* mentitur), nunc adscendentes, plus minusque ramosi; *ramis* inferioribus sterilibus, simplicibus vel dichotomis, tamen semper rectis erectisque levibus: *folia* rotundata, integra, emarginata vel retusa, semipollicaria vel sesquipollicaria: *bracteae* 1-florae: interior non late obtusa, sed parum attenuata: *calycis* obtuse dentati tubus purpurascens, glabratus, tenuis: *flores* distantes, graciles, recti,

fere semper solitarii—Ex loco natali et characteribus icon *Bocconi* ad hanc certe spectat. Praeterea cum specimine authentico herb. ipsius *Bocc.* in *Mus. H. Paris.* exacte convenit, nec non cum illis herb. *Banks.*

13. *S. DICHOTOMA. Cav. ic. rar. 1. p. 37—Smith fl. gr. pr. 1. p. 212—Guss. pr. 1. p. 385.*

S. scapo paniculato erecto, ramis punctato-scabris, inferioribus sterilibus filiformibus multifido-dichotomis divaricatis, foliis oblongo-spathulatis obtusis levibus submuticis, floribus subsolitariis rectis distantibus secundis.

Ic. *Cav. ic. 1. t. 50*, sed in icone rami steriles non ita graciles, ut in nostra —Limonium parvulum, Auriculae muris folio granito. *Cup. panph. 3. t. 73?*

In salsis argillosis a mari dissitis; *Serradifalco*, *Caltanissetta a Terrapilata*, ubi ex ramorum forma *Barba di Saraceno* vulgo appellatur.

Junio, Julio. ♃

*Folia* omnino *S. Smithii: rami* punctato-scabri, divaricati, angulo fere recto dichotomi, et non acutissimo, ut in praecedente: *flores* subsolitarii, sparsi, paulo majores: *bracteae* versus apicem tantum membranaceae: *calycis* dentes obtusiusculi, tubo ad angulos purpurascentes basi obsolete villoso.

Exemplaria herb. *Cav.* cum nostra planta ex asse quadrant; ideoque non video quibus rationibus adductus Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 516* hanc ad *S. oleaefoliam* retulerit, a qua ita aliena est, ut nonnisi hirsutie a sua *S. cancellata* differat! — Praeterea icon, Limonium oleaefolium, polycladum *Barr. ic. 790*, quae etiam a *Smith* sub hac specie citatur, dum ad *S. oleaefoliam* veram pertinere videtur, a nostra recedit ob *folia* acutiora, et non rotundata.

14. *S. COSYRENSIS. Guss. suppl. p. 90.*

S. suffruticosa caespitosa, scapis erectis levibus ramosissimis, ramis sterilibus subpectinatis gracilibus, foliis (parvis) spathulato-linearibus obtusis, floribus secundis distichisque rectis approximatis, bracteis obtusissimis margine scariosis unifloris (raro 2-floris), calycibus obtuse dentatis.

Ic. *nulla.*

In saxosis vulcanicis maritimis; *Pantellaria.*

Majo, Junio. ♄

*Caules* perennantes 2-3-pollicares: *scapi* palmares, vel ad summum 6-pollicares; *rami* steriles erecti: *folia* vix 1-2 lin. lata, una cum petiolis 6-14 lin. longa, leviuscula, apice sat raro retusa: *flores* ut plurimum secundi, sed in extremitate ramulorum saepe distichi, alterni: *bracteae* exteriores duae scariosae, minutae, altera acutiuscula, altera obtusissima; interior duplo, et ultra longior, concava: *calycis* tubus purpurascens, glaber, tenuis: *petalae* integra, obtusa.

Habitus et flores fere *S. cordatae* cui affinis; sed caules fruticulosi, folia duplo angustiora, rami graciliores, flores majores ac magis approximati, recti non curvi.

15. *S. TENUICULA. Tin. ined. — Guss. suppl. p. 90.*

S. scapo gracili ramosissimo paniculato erectiusculo, ramis sterilibus gracilibus dichotome erecto-ramosis levibus, foliis obovato-cuneiformibus obtusis, floribus distichis rectis remotis approximatisque (paucis), bracteis 1-2-floris obtusis, calycinis laciniis acutiusculis.

Ic *nulla.*

In saxosis maritimis; *Maretimo* absque floribus inveni; floridam misit Cl. *Tineo.*

Majo, Junio. ♃

*Planta* gracilis; *ramulis* fere filiformibus, erectis, demum vix divaricato-dichotomis, palmaribus, exsiccatione fragilibus: *folia* una cum petiolo 6-9 lin. longa, 2-3 lin. lata, parva, nec emarginata nec acuminata, fere levia: *bracteae* duae exteriores acutiusculae, angustissime albo-marginatae; interior obtusa, et saepe cum brevissimo acumine: *calycis* tubus tenuis, purpurascens, basi tantum villosiusculus: *flores* parvi, paucissimi, in extremitate ramulorum, quo charactere facillime ab affinibus *S. cordata*, et *dichotoma* dignoscitur, at verae *S. reticulatae* herb. *Bocc.*, ut superius dixi, magis quam aliis affinis est; sed in nostra nunquam rami divaricatissimi, nec retroflexi ut in illa, et flores confertiores.

16. *S.* MINUTA. *Lin. mant. p. 59*, excl. syn. *Bocc. t. 54* — *Guss. suppl. p. 94.*

S. suffruticosa caespitosa, scapis pubescenti-scabris ramosis, ramis sterilibus paucis, foliis cuneato-linearibus obtusis, floribus laxe spicatis secundis subincurvis, bracteis 1-2-floris calycinisque dentibus obtusis.

Ic. *Reich. cent. 2. p. 78. f. 524*, et *525*—Limonium maritimum, minimum. *Bocc. sic. p. 25. t. 13. f. 3* et—L. fruticosum, minimum, glabrum. *Plukn. alm. t. 200. f. 5*, non *3*, malae.

In saxosis maritimis; *Lampadusa.*

Junio, Julio. ♄

*Caules* perennantes, fere palmares, foliorum emarcidorum rudimentis vestiti: *scapi* 4-digitales, erecti, non revera pubescentes, sed scabri: *folia* 2-3 lin. lata, 6-12 lin. longa, levia aut scabriuscula: *bracteae* angustissime marginatae, exteriores obtusiusculae; interior convoluto-concava, aliquando acutiuscula: *calycis* dentes obtusi, non acuti, ut in icone *Reich.* exhibentur; tubus purpurascens, tenuissime pubescens: *flores* fere ut in *S. cordata*, sed pauciores.

17. *S.* ECHIOIDES. *Lin. sp. pl. 394* — *Reich. cent. 2. p. 54* — *Guss. supp. p. 94.*

S. herbacea annua, scapo paniculato scabriusculo erecto, foliis spathulato-oblongis obtusis supra tuberculato-scabris, floribus distantibus secundis subarcuatis, calycinis laciniis tridentatis, dente intermedio aristato longiore.

Ic. *Reich. l. c. f. 292*—*Gou. observ. 2. t. 2. f. 4.* optima—*Sibth. fl. gr. t. 299*—Limonium minus, annuum, bullatis foliis. *Magn. bot. monsp. p. 157.*

In inundatis salsis, et arenoso-saxosis maritimis; *Lampedusa nel lido presso dal Porto, e nella Salina.*

Junio, Julio. ⊙!

Pro locorum natura quoad scapi et foliorum magnitudinem valde variat—In aridis, *scapi* palmares, saepius unicus ex qualibet radice: *rami* simplices: *folia* obovato-spathulata, 6-12 lin. longa, 2-4 lin. lata: *flores* omnino solitarii—In inundatis salsis aestate exsiccatis, *scapi* plures ex eadem radice, firmi, ramosissimi, pedales et sesquipedales: *rami* aliquando iterum ramosi: *folia* oblongo-spathulata, 1-2 1/2 poll. longa, 6-12 lin. lata: *flores* in ramorum superiorum axillis hinc inde fasciculati—Constantes in specie sunt praeter characteres specificos; *radices* annuae: *scapi* erecti, plus minusque tuberculati, ramosi; *ramis* exsiccatione fragilibus: *folia* supra tuberculato-scabra, subtus levia, apice obtusissima, vel

brevissimo acumine aliquando instructa : *bracteae* obtusae, tuberculatae : *calyces* in fructu incurvi : *petala* emarginata.

Descriptio *S. echioidis* in *Willd. en. H. Ber. 1. p. 336* optima, dumtaxat calycini dentes non revera uncinati, sed potius incurvi — Icones *Gou.* et *Magn.*, nec non descriptiones ac specimina *Desf. alt. 1. p. 274*, et *Dec. fl. fr. 3. p. 423* exacte cum nostris plantis conveniunt—In icone *Fl. Gr.* calyx non ad naturam pictus, uti recte notat *Reich. l. c.*, sed planta omnino eadem ex specimine herb. *Sibth*—In icone Cl. *Reich.* folia fere oblongo-linearia, calyces fructiferi recti, et petala integra; dum illa apice magis dilatata, isti incurvi, et petala emarginata sunt.

18. *S. SINUATA. Lin. sp. pl. 396—Ucria H. Pan. p. 146—Guss. pr. 1. p. 383.*

S. caule herbaceo ancipiti alato, foliis radicalibus sinuato-lyratis, caulinis acutis lanceolato-linearibus integris, calycibus infundibuliformibus (coloratis) limbo ampliato obtusissimo indiviso crenulato.

Limonium peregrinum, foliis Asplenii. *Cup. H. Cath. p. 115.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 301* — Limonium inciso folio, Buglossi flore. *Barr. ic. 1124*—Cicoria globulare, *Imperato hist. nat. p. 360* (lib. 28) buona.

In calcareis asperis maritimis; *Taormina* (*Arrosto*), *Pozzallo*, *da Capo Passaro a Siracusa* = et in *Lampedusa.*

Aprili, Majo. ♃

*Caules* 5-12-pollicares, adscendentes vel declinati, una cum foliis hirsutiusculi, superne denso corymboso-ramosi; alis aliquando dentatis: *folia* hirsutiuscula; radicalia rosulata, numerosa, laete virentia; *caulina* pauca, plerumque terna, angusto lineari-lanceolata, acuta: *pedunculi* quoque alati: *calycis* limbus plicatus, amoene coeruleus: *corollae* pallide flavae.

19. *S. MONOPETALA. Lin. sp. pl. 396—Ucria H. Pan. p. 146—Guss. pr. 1. p. 384.*

S. caule fruticoso folioso, foliis lanceolato-spathulatis albido-furfuraceo-punctatis bracteisque vaginantibus, spicis ramosis, floribus solitariis remotis.

Limonium lignosum, Halimifolio, gallifer. *Cup. H. Cath. p. 115.*

Ic. Limonium lignosum. *Bocc. sic. t. 47*—L. lignosum, gallas ferens. *Cup. panph. 2. t. 255*, et — L. gallas ferentis ramus floridus cum sua galla. *Cup. l. c. 2. t. 87.*

In argillosis maritimis; *da Girgenti a Trapani*, *Spaccaforno*, ec. = et in *Lampedusa nello scoglio de' Conigli*, *e nel lido che li resta dirimpetto.*

Junio, Julio. ♄

*Caules* irregulariter ramosi, 2-3-pedales, erecti vel decumbentes, saepius in gallam oblongam incrassati: *folia* numerosa, approximata, coriacea, obtusissima, 1-4 lin. lata, 1-2 poll. longa, basi semper attenuata : *spicae* terminales, articulatae, exsiccatione ad articulos fragiles : *flores* alterni, in racheos excavationibus siti, ac suffulti *bractea* lata ovatá acuta alteram interiorem, calycem amplectentem, involventa: *calycis* dentes acutiusculi : *corollae* roseae, diametro 3-4-linearl.

20. *S. FERULACEA. Lin. sp. pl. 396—Guss. pr. 1. p. 384.*

S. caule ramoso erecto foliis squamaeformibus piliferis vestito, ramulis confertis, floribus in apice ramorum glomerato-spicatis.

Limonium hispanicum, perenne, radice crassa, articulato et multifido Corallinae folio. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. Limonium minus, paniculatum, cristatum, flosculis pallidis-

*Cup. panph. 1. t. 151*—*Bon. t. 140*, et—L. purpureum, tamariscifolio. *Cup. l. c. 2. t. 11*—L. ferulacco folio. *Moris. hist. 3. s. 15. t. 1. f. 23*, male.
In salsis argillosis maritimis hyeme inundatis; *Trapani*, *Marsala*. Junio, Julio. ♃
*Caules* plures ex eadem radice, graciles, annotini, vel suffruticulosi perennantes, superne alterne ramosi, palmares vel pedales: *squamae* ovatae, vix lin. longae; inferiores remotiores, et non piliferae; in ramulis fere imbricatae, minimae, et margine albido circumdatae: *flores* luteoli—Ob habitum singularem cum nulla alia specie superius enumerata confundi potest.
In iconibus *Moris.*, et *Plukn. flores* male pinguntur: illas vero *Cupani* et *Bonannii* nostram exacte referunt.
De pluribus speciebus hujus generis Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3.* aliter sentit. At quia vivas plantas in locis natalibus vidi, ac comparavi, sic nihil immutare mihi visum est.

## LINUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 528*—*Endl. gen. n. 6056.*

*Cal.* sepala 5, integra, persistentia. *Pet.* 5, infera, obovata. *Stam.* basi coalita, sepalis opposita. *Caps.* globosa, 10-valvis, 10-locularis; loculis 1-spermis. *Sem.* ovata, planiuscula, nitida. (*Herbae* annuae, vel perennes, et species siculae glaberrimae: *folia* integerrima, sparsa, exstipulata: *flores* pedunculati, racemoso-corymbosi, vel sessiles et capitato-spicati: *petala* caduca. *Lineae Dec.*)

* *Floribus coeruleis, roseisque.*

1. L. USITATISSIMUM. *Lin. sp. pl. 397*—*Ucria H. Pan. p. 146*— *Presl fl. sic. 1. p. 170*—*Guss. pr. 1. p. 385.*
   L. caule subsolitario, foliis lineari-lanceolatis alternis, sepalis eglandulosis margine membranaceis capsulisque mucronatis, subciliatis, petalis crenatis, floribus corymbosis.
   L. annuum, coeruleum, sativum. *Cup. H. Cath. p. 114*—L. sativum. *Cast. H. Mess. p. 13.*
   Ic. *Curtis lond. f. 3. t. 22*—Linnm. *Matth. comm. 1. p. 375.*
   Inter segetes passim obvium, et potius ex seminibus plantarum cultarum renascens, quam indigenum.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Caules* inferne simplicissimi, stricti: *folia* laete virentia, trinervia, superiora acuminata: *flores* amoene coerulei: *petala* calyce 3-4-plo longiora: *capsulae* majusculae, sepala ad margines scariosa subexcedentes.
2. L. ANGUSTIFOLIUM. *Smith Brit. 1. p. 344*— *Pers. syn. 1. p. 335*— *Guss. pr. 1. p. 385.*
   L. caulibus numerosis erectis vel adscendentibus, foliis sparsis lineari-lanceolatis subtrinerviis, sepalis eglandulosis capsulisque acuminatis, petalis obtusis mucronatis, floribus pedunculatis solitariis sparsis.
   L. narbonense. *Desf. atl. 1. p. 279*, ex ejus herb. non *Lin.*—L. arvense. *Cup. H. Cath. p. 114.*
   Ic. *Engl. bot. t. 381* (ex *R. S.*).
   In herbidis collibus, ac in pascuis submontosis in Sicilia = et in *Alicuri*, *Saline*, *Lipari.*
   Martio, Majo. ⊙ et rare ♃
   *Caules* raro solitarii, saepius plures ex eodem radice, basi simplices:

*folia* ut plurimum adpressa, laete virentia, ad margines sub lente scabriuscula, lin. lata; superiora acuminata: *pedunculi* semper erecti, ut in sequente: *sepala* virentia, ad margines anguste scariosa, vix denticulata, *capsulae* ovatae glabrae subaequalia, 1-nervia, in fructu erecto-patentia: *petala* pallide coerulea, calyce fere triplo longiora, nec crenata nec emarginata: *stamina* coerulescentia, basi libera, stylis albidis breviora: *habitus* praecedentis, sed minor, et florum magnitudo ac color alienus—Variat *caule* erectiusculo vel adscendente, annuo vel subperennante; *foliis* plus minusque confertis.

3. *L. DECUMBENS. Desf. atl. 1. p. 278—R. S. s. veg. 6. p. 744*, exclusis synonymis *Clusii* et *Bocconi—Guss. pr. 1. p. 387.*

L. caulibus numerosis adscendentibus, foliis linearibus acuminatis erectis, sepalis eglandulosis ovatis apice acuminatis margine membranaceis trinerviis corolla subtriplo brevioribus, floribus subcorymbosis (rubris paucis), pedunculis fructiferis erectis, capsulis acuminatis calyce subaequalibus.

L. sylvestre, flore elegantissime rubro, odore moschi. *Cup. H. Cath. p. 115.*

Ic. *Desf. l. c. t. 79*—L. sylvestre, elegantissime rubro. *Cup. panph. 1. t. 181.*

*b.* caule apice ramoso-corymbifero.

*L. rubrum*, caulibus erectis superne ramosis angulatisque, foliis sparsis linearibus acutis uninerviis glabris, pedunculis subcorymbosis striatis, foliolis calycinis ovatis acuminatis trinerviis margine scariosis. *Raf. carat. p. 74—Dec. prod. 1. p. 426—Presl fl. sic. 1. p. 171.*

In collibus herbosis apricis; *Palermo a Mondello, ed a Sferracavallo, Misilmeri, Amorosa al Sud di Busambra, Delia, Summatino, da Girgenti a Trapani*: varietas *b. Girgenti, Terranova, Alicata: falde della Pizzuta (Parlat.)*

Aprili, Majo. ⊙

*Habitus* praecedentis, cum quo caulibus foliisque convenit; sed *sepalis* in apicem longum sensim attenuatis, *floribusque* roseis statim dignoscitur—Varietas *b.* non differt a specie, nisi *caule* elatiore, magis erecto, et apice ramosiore, *ramis* subcorymbosis.

Cl. *Presl l. c.* sub suo *L. siculo*, suspicatur me illud cum *L. decumbente* commutasse; sed specimina *L. decumbentis* herb. *Desf.* a nostris non differunt, et sepala omnino aliena a suo *L. siculo* sunt, in quo glandulosa dicuntur.

4. *L. AUSTRIACUM. Lin. sp. pl. 399—Koch fl. germ. syn. p. 128 !*

L. caulibus basi suffruticulosis caespitosis, annotinis erectis apice bifidis, foliis lineari-filiformibus pellucide punctatis, inferioribus erectis patentibusque, superioribus adpressis, sepalis eglandulosis anguste-marginatis integris acutiusculis, interioribus obtusis capsula ovato-conica acuta duplo-brevioribus, petalis integerrimis basi barbatis calycem 4-plo excedentibus, pedunculis fructiferis arcuato-pendulis.

L. perenne. *Guss. pr. 1. p. 386—Cast. H. Mess. p. 13.*

Ic. *Jacq. austr. t. 418*—L. sylvestre *II. Taber. ic. 822.*

In collibus marnaceis; *Priolo, Villarosa, Caltanissetta, Castrogiovanni, Alimena, Bronte, Serradifalco, S. Cataldo.*

Aprili, Majo. ♃ et basi ♄

*Caules* basi caespitosi, brevissimi; cauliculi vero annotini in plantis siculis graciles, 6-12-pollicares, inferne simplicissimi: *folia* viridi-glaucescentia, enervia, integerrima, vel tenuissime serrulata; inferiora duplo reliquis breviora et approximata: *pedunculi*

8-10 lin. longi, sub anthesi erecti, secundi: *sepala* a basi ad medium exquisite 3-nervia ac virentia, margine albo scarioso a medio ad apicem circumdata; interiora saepius obtusissima cum acumine: *petala* amoene coerulea, vix emarginata, a medio ad basim venis intensioribus coerulescentibus notata, ad unguem albida: *filamenta* stylis divergentibus duplo longiora: *antherae* albidae: *stigmata* capitate, virentia: *capsulae* majusculae.

In speciminibus austriacis, *caules* altiores, et *folia* parum latiora, ac leviora—A *L. perenne* pedunculorum directione eximie differt—A *L. marginato* (sive *L. squamuloso*) petalis integerrimis, et capsulis minime globosis—Denique cum *L. alpino* associatur a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 3. p. 537*, sed pedunculi directione non variant!, et locus natalis omnino alienus est.

5. *L. punctatum*. *Presl del. Prag. p. 58*, et *fl. sic. 1. p. 172.—Spr. s. veg. 1. p. 962—Guss. pr. 1. p. 386.*

L. caulibus basi perennantibus, cauliculis annotinis abbreviatis diffusis simplicibus, foliis imbricatis lanceolatis margine scabris (exsiccatione pellucido-punctatis) glaucescentibus, sepalis eglandulosis ovatis acutis margine integerrimis anguste membranaceis corolla quadruplo-capsulis subduplo brevioribus, pedunculis solitariis oppositifoliis erectis.

Ic. L. perenne, montanum, coeruleum, dense curtifolium, floribus ac capitulis majoribus. *Cup. H. Cath. p. 115*, *supp. alt. p. 56*, et *panph. 2. t. 60—Raf. t. 79.*

In apricis elatioribus montosis; *Madonie al piano di Quacedda*, *Monte Scuderi.*

Majo, Junio. ♃

*Habitus L. alpini*: *cauliculi* annotini plures, filiformes, 3-6-pollicares: *folia* glauco-virentia, lin. lata; inferiora obtusa, breviora, confertiora, patentia vel reflexa; superiora erecta, acuta: *pedunculi* breves, 3-4 lin. longi, pauci, semper erecti: *sepala* basi 3-nervia, margine tenui membranaceo cincta: *petala* intense coerulea; *stamina* stylis duplo fere breviora: *stigmata* capitata: *capsulae* globosae.

* *Floribus luteis.*

6. *L. gallicum*. *Lin. sp. pl. 401—Presl fl. sic. 1. p. 169—Guss. pr. 1. p. 388.*

L. caule erecto, foliis alternis lineari-lanceolatis, floribus laxe paniculato-corymbosis, pedunculis calycem aequantibus, sepalis basi ciliatis apice subulatis, petalis obtusis calyce duplo longioribus.

Ic. *Gerard. prov. t. 16. f. 1*—L. arvense, luteum, polybracteatum, multis floribus muscosis. *Cup. H. Cath. p. 115*, et *panph. 1. t. 76—Bon. t. 171.*

*b.* pedunculis demum elongatis, petalis emarginatis.

L. aureum. *Wald.* ac *Kit. pl. rar. Hung. 2. p. 195—Guss. pr. 1. p. 388.*

Ic. *Wald.* et *Kit. l. c. t. 177.*

In collibus, et in campis aridis sterilibus in Sicilia utraeque varietatas = et in *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Saline*, *Basiluzzo*, *Lipari*, *Pantellaria*, *Favignana.*

Aprili, Majo. ☉

*Caules* graciles, stricti, solitarii, vel plures ex eadem radice: *folia* vix lin. lata, adpressa, margine scabriuscula, acuta vel obtusiuscula: *paniculae* rami graciles, semipatentes: *flores* parvi, solitarii, aut geminati, laxi vel confertiusculi: *sepala* capsulam ex-

eedentis—Varietas *b.* praeter indicatos characteres et paniculam, ac caulem solitarium graciliorem non differt a specie, ideoque praeunte Cl. *Bertol.* cum illis associare putavi.

7. *L.* STRICTUM. *Lin. sp. pl. 400—Presl fl. sic. 1. p. 169 — Guss. pr. 1. p. 388.*

L. caule erecto, foliis lineari-lanceolatis strictis undique tuberculato-scabris margine serrulatis, floribus glomerato-spicatis, pedunculis brevissimis, sepalis acuminatis petala aequantibus capsula longioribus.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 304.*

*b. alternum*; ramis subcorymbosis, floribus alternis.

c. *spicatum*, floribus subspicatis, sepalis acutioribus.

*L. inaequale*, sepalis lanceolato-scabris corollam subaequantibus inaequalibus, unico majore patente-recurvo, foliis lineari-lanceolatis acutis undique scabris, caule erecto stricto subsimplici inferne scabro. *Presl del. Prag. p. 58 ?* et *fl. sic. 1. p. 170.*

*d. capitatum*, floribus in extremitate ramorum capitato-congestis, sepalis levinsculis capsulam paullo excedentibus.

In collibus, et in campis aridis sylvaticis ubique in Sicilia = et in *Lipari*, *Felicuri*, *Pantellaria*, *Maretimo*: varietas *b. Cofani*, *Monte S. Giuliano.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* solitarii vel plures, et tunc laterales adscendentes, 2-10-pollicares: *folia* praecedentis, sed rigidiora et undique tuberculato-scabra: *sepala* plus minus acuminato-subulata, duo reliquis longiora, non recurva; in *d.* dorso fere levia: *petala* parva, calycem subaequantia: *capsulae* globoso-ovatae, nervosae, leves.

*L. inaequale Presl* ab hac specie mihi non videtur diversum: potius varietas *d.* magis a reliquis recedit; nam *flores* capitato-congesti; *sepala* non sunt capsula duplo longiora, sed subaequalia, minus cariuata, minusque muricato-scabra.

---

† 8. *L.* NODIFLORUM. *Lin. sp. pl. 401 — Ucria H. Pan. p. 147 — Guss. pr. 1. p. 389.*

L. foliis floriferis oppositis lanceolatis, floribus alternis sessilibus, calycibus longitudine foliorum.

Ubique in pratis (*Ucria*, et *Cupani*).

† 9. *L.* PILIGERUM. *Presl fl. sic. 1. p. 170—Guss. suppl. p. 93.*

L. hirsutum, foliis oblongo-lanceolatis 3-nerviis alternis omnibus hirsutis, sepalis linearibus hirsutis, stylis stamina aequantibus.

L. hirsutum. *Sieb. plant. cret. exsic.*

In pascuis apricis regionis collinae; *Cefalù.*

Aprili, Majo. ⊙ (*Presl*).

*Radix* pallida, obliqua, spice ramosa: *caulis* 3-6-pollicaris, erectus, teres, simplicissimus, aut basi ramulum unum vel duos emittens, undique pilis albis horizontaliter patentibus mollibus longis hirsutus: *folia* alterna, sessilia, oblongo-lanceolata, acutiuscula, trinervia, hirsuta: *corymbus* terminalis, simplex aut bifidus, floribus unilateralibus sessilibus: *sepala* linearia, hirsuta, 4 lineas longa: *petala* pallide venosa, integra aut subrepanda: *stamina* stylis aequilonga, aut vix longiora.

Affine *L. viscoso*; sed a *L. hirsuto* plane absimile (*Presl*).

† 10. *L.* SICULUM. *Presl fl. sic. 1. p. 171—Guss. suppl. p. 93.*

L. glabrum erectum, caule subsolitario, foliis lineari-lanceolatis acutis trinerviis, floribus paniculato-corymbosis, sepalis ovato-lan-

ceolatis acuminatis trinervlis margine glandulas capitatas gerentibus, petalis calyce triplo longioribus.

L. arvense. *Cup. H. Cath. p. 114.*

In collibus herbidis; *Palermo a S. Maria a Gesù.*

Majo. ♃ (*Presl*).

*Radix* perennis, tenuis, obliqua, albida, apice ramosa: *caulis* solitarius, aut duo tresve, erectus, teres, glaber, 8-10-pollicaris: *folia* alterna, sessilia, lineari-lanceolata, acuta, trinervia, glabra, 5 lineas longa, medio semilineam lata; *flores* paniculato-corymbosi, laxiusculi; pedicellis striatis, calyce brevioribus: *calyx* 3 lineas longus, viridis; sepalis ex ovata basi lanceolatis, acuminatis vel acutissimis, trinerviis, margine glandulis pedicellatis capitatis pellucido-ciliatis: *petala* coerulea, emarginata: *stamina* stylis breviora. Affine *L. angustifolio* et *L. rubro*, sed notis sufficientibus ab utroque differt. Cel. *Gussone* cum *L. decumbente* commutare videtur (*Presl*).

Confer *L. decumbens*: praeterea excludendum est synonymon *Cupani*, quod ad *L. angustifolium* spectat.

## CRASSULA.

*Gen. pl. ad. Schreb. n. 533—Juss. 207.*

*Cal.* brevis, 5-partitus, persistens. *Pet.* 5, infera, stellatim patentia. *Squam.* quinque, ovatae, breves, ad basim germinis. *Caps.* 5, polyspermae, acuminatae, longitudinaliter introrsum dehiscentes. (*Herba* annua: *folia* integerrima, alterna, exstipulata, glabra, carnosa: *flores* parvi, rubentes. *Crassulaceae Dec.*)

C. RUBENS. *Lin. syst. veg. 253—Guss. pr. 1. p. 389.*

C. caule erecto, foliis oblongis subdepressis obtusis adnato-sessilibus, cyma 2-5-fida foliosa pubescente, floribus sessilibus bracteatis.

Sedum minus, vermiculato percrasso folio, furcatum, ad latus stellatum, floribus candidis. *Cup. H. Cath. p. 200*, et — S. medium, flore albo, staminibus apicem luteum gerentibus. *Cup. l. c. supp. alt. p. 82*— S. rubens *b.* pentandrum. *Dec. pr. 3. p. 405.*

Ic. *Dec. pl. gras. t. 55*— Sedum rubens. *Sturm fl. germ. p. 1. f. 22*—S. minus, vermiculatum, furcatum, ad latus stellatum. *Cup. panph. 2. t. 44.*

In muris, ruderatis, aggeribus, collibus aridis, ac in saxorum rimis in Sicilia = et in *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Saline*, *Favignana*, *Maretimo*, *Pantellaria.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* 2-5-pollicares, basi simplices vel ramis nonnullis adscendentibus prope radicem ortis instructi, uti folia glabri: *folia* virentia, aetate cum caule rubentia, 4-10 lin. longa, plus minus conferta, erecto-patentia: *bracteae* bifariae, foliis similes, adscendendo breviores: *flores* in cymae ramis demum recurvis unilaterales, extraxillares, vel omnino bracteis oppositi: *calycis* laciniae ovatae, obtusiusculae, adpressae, corolla duplo breviores: *petala* lanceolato-oblonga, breviter aristata, concavo-canaliculata, subtus carinata, interne albida, versus apicem cum suffuso rubore, ad carinam externe rubentia: *stamina* petalis subduplo breviora, uti pistilla, quibus aequilonga, candida, antheris atrorubentibus: *capsulae* aristatae, erecto-patentes, bifariae, secus cymae ramos subsessiles.

*Cymae* rami, calyces, petala externe, et *capsulae* pubescentes, pilis brevibus sparsis glandulosis. — A *S. eriocarpo* penitus diversa!! nec illius varietas *pentandra* dici omnino potest — *Magnolii* synonymon, quod sub hac specie in *pr. l. c.* retuli, ad *C. magnolii* spectat!

## *V. Polygynia.*

### MYOSURUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 558—Endl. gen. n. 4780.*

*Cal.* 5-sepalus, deciduus; sepalis basi productis. *Pet.* quinque, (*Nect. Lin.*) infera, minima, ungue filiformi tubuloso. *Sem.* numerosa, acuta, triquetra, in receptaculo longo caudaeformi. (*Planta* annua, glabra, pollicaris: *folia* anguste linearia, integerrima, omnia radicalia: *flores* exigui, in apice scapi solitarii: *semina* in receptaculo subulato scapum subaequante, conferte spicata. *Ranunculaceae Juss.*)

1. *M.* MINIMUS. *Lin. sp. pl. 407—Dec. s. nat. 1. p. 229 — Guss. pr. 1. p. 390.*
   Holosteo affinis, cauda muris. *Cup. H. Cath. p. 97.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 221 — Sturm fl. germ. 1. f. 11* — Cauda murina. *Dod. pempt. 112.*
   In apricis pinguibus humentibus montosis; *Madonie al piano della foglia, ed al piano de' Valieri.*
   Aprili, Majo. ⊙
   *Folia* caespitosa, laete virentia, obtusiuscula, vix lin. lata, 1/2-1 poll. longa: *scapi* numerosi, foliis, dempto receptaculo, breviores, teretes, recti vel adscendentes: *petala* pallide lutescentia, cito decidua: *receptaculum* in fructu elongatum, fere pollicare, et ultra: *semina stylo* recto persistente acuminata.

# HEXANDRIA.

## I. Monogynia.

### Amaryllideae Lindl.

*Plantae* bulbosae, acapigerae: *folia* omnia radicalia, indivisa ac integerrima: *flores* solitarii, vel umbellati: *corolla* supera, hexapetala, campanulata, vel tubuloso-infundibuliformis, 6-partita: *stamina* petalia vel laciniis corollinis opposita: *capsula* 3-locularis, 3-valvis (*Gen.* a *Leucojo* ad *Sternbergiam.*)

### LEUCOJUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 548—Endl. gen. n. 1266.*

*Spath.* 1-valvis. *Cor.* campanulata, 6-petala; petalia apice incrassatis, basi cohaerentibus. *Stig.* simplex; *stigmate* crassiusculo. (*Planta* glaberrima: *bulbi* tunicati: *flores* albi, nutantes.)

1. *L. autumnale. Lin. sp. pl. 414—Guss. pr. 1. p. 391.*
L. spatha 1-3-flora, petalis ovali-oblongis apice tridentatis, stylo filiformi, foliis linearibus angustissimis.
L. bulbosum, autumnale. *Cup. H. Cath. p. 110.*
Ic. *Red. lil. t. 150*—Tricophyllum. *Rcneal. spec. t. 100* — Leuconarcisaolirion. *Lob. obs. p. 64. ic. 4*, ob petala meilor.
In montosis, et in campis maritimis aridis; *Palermo*, *Alcamo*, *Trapani*, *Marsala*, *Mazzara*, *S. Giuseppe*, *Piana de' Greci*, *Ficuzza*, *Corleone*, et forsan in multis aliis Siciliae locis.
Septembri, Octobri. ♃
*Flores* albi, odori, petalis 4-5 lin. longis: *antheris* conniventibus, *filamento* brevissimo 2-3-plo longioribus: *capsulae* subglobosae, obsolete lobatae, parvae: *pedunculi* graciles, in flore penduli, in fructu erecti: *spatha* anguste lineari-lanceolata, pedunculos subaequans, concaviuscula, erecta, unica vice bivalvem vidi; *folia* virentia, vix 1/2 lineam lata, scapo breviora vel illum aequantis, hysterantia raro synanthia, superne subcanaliculata: *scapi* graciles, stricti, angulato-sulcati, 5-10-pollicarea — In nonnullis iconibus veterum, ut in illa *Renealmii*, *petala* acuta non tridentata repraesentantur.

† 2. *L. vernum. Lin. sp. pl. 414—Ucria H. Pan. p. 149 — Guss. pr. 1. p. 391.*
L. spatha uniflora, stylo clavato.
In montosis; *Madonie a Montaspro* (*Ucria*).

### GALANTHUS.

*Gen. pl. ed. Screb. n. 547—Endl. gen. n. 1265.*

*Spath.* 1-valvis. *Pet.* sex; tria exteriora concava, majora; tria interiora (*Nect. Lin.*) parva, emarginata. *Stig.* simplex, acutum. (*Planta* glaberrima: *bulbus* tunicatus: *spatha* 1-flora: *flores* candidi, nutantes.)

1. *G. nivalis. Lin. sp. pl. 413—Ucria H. Pan. p. 149—Guss. pr. 1. p. 392.*
G. foliis glaucescentibus superne subcanaliculatis, subtus unicarina-

tis, spatha pedunculum superante, petalis exterioribus oblongo-lanceolatis.

Ic. *Jacq. austr. t. 313—Red. lil. t. 220*, fig. exterior — Leucojum bulbosum, praecox, minus. *Clus. hist. 1. p. 169.*

In nemoribus montosis frigidis; *Madonie*, *Bosco di Caronia*, *di Mistretta*, *di Capizzi*, *di Francavilla*, *di Cannata;* sed prope Panormum, *a S. Martino*, ubi ex *Ucria* provenit, non inveni. Decembri, Januario. ♃

*Scapi* 3-5-pollicares, erecti, in fructu ob capsulam majusculam inclinati, et demum supra terram flexi; *folia* 2-3, obtusa, 2-3 lin. lata, synanthia: *spatha* obtusiuscula, auguste lanceolato-linearis, albo-scariosa et 2-viridi-lineata, potius 2-valvia; valvis altero latere invicem coalitis: *flores* vix odori; *corollae* laciniae interiores externe ad apicem, interne vero undique viridi-striatae; exteriores 5-7 lin. longae, concolores: *stamina* brevissima: *capsula* majuscula, globoso-ovata, pendula obsoletissime lobata.

## NARCISSUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 550—Endl. gen. n. 1289.*

*Spath.* 1-valvis. *Cor.* 1-petala, hypocrateriformis; limbo patente, 6-partito. *Nect.* 1-phyllum, campanulatum, tubo insidens. *Stam.* tubo adnata, inaequalia. *Stig.* 3-lobum. (*Bulbus* tunicatus: *folia* glabra, virentia, vel glaucescentia: *spatha* 1-multiflora: *flores* erecti, vel nutantes.)

1. *N. tazzetta. Lin. sp. pl. 416—Guss. pr. 1. p. 392.*

N. spatha multiflora, nectario truncato integerrimo corollae laciniis (albis) alterne latioribus 2-3-ploque breviore, scapo ancipiti striato, foliis glaucescentibus obliquis.

N. albus, circulo luteo, floribus pluribus. *Cup. H. Cath. p. 149*, et *supp. alt. p. 65*—N. medio croceus, simplex. *Cast. H. Mess. p. 41.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 308—Lam. ill. gen. t. 229. f. 2*—N. medio luteus. *Dod. pempt. 224.*

In pascuis pinguibus, humentibusque maritimis, vel montosis in Sicilia.

Januario, Martio. ♃

*Folia* supra canaliculata, inferne ad carinam 2-striata ac convexa, synanthia; *scapus* striatus, foliis longior, superne nonnihil contortus: *spatha* scariosa, nervosa, acuminata, pedunculis irregularibus brevior: *flores* fere ad unum latus deflexi, horizontales vel penduli, at in fructu pedunculi eriguntur et invicem approximantur: *flores* fragrantissimi: *corollae* laciniae ellipticae, alternae acuminatae pilorum penicillo non destitutae, tubo subbreviores: *nectarium* cyathiforme, margine integro vel vix crenato.

2. *N. Cupanianus. Guss.*

N. spatha raro 1-saepius 2-5-flora, nectario urceolato (viridi-croceo) subcrenulato integerrimoque corollae laciniis (candidis) planis lanceolatis acutis acuminatisve 8-10-plo breviore, foliis subjunciformibus subcaulsiculatis.

N. serotinus. *Desf. atl. 1. p. 283—Guss. pr. 1. p. 393.*

N. autumnalis, vulgaris, sibus, stellaris, medio croceus, odoratissimus, tenuifolius. *Cup. H. Cath. p. 149*—N. albus, serotinus. *Cast. H. Mess. p. 16.*

Ic. *Desf. l. c. t. 82*—N. autumnalis, vulgaris, stellaris, medio

croceus odoratissimus, monojuncifolius. *Cup. panph. 1. t. 174*—et *2. t. 250—Bon. t. 38—Raf. t. 74. f. 1.*

In apricis pascuis montosis, in collibus, in campis maritimis tam calcareis, quam argillosis; *Val di Mazzara*, *Val di Noto.*

Septembri, Octobri. ♃

*Folia* laete et obscura virentia, vix lin. lata, acutiuscula, erecta, synanthia, non vero hysteranthia uti ex *Bertol.* et *Viv. fl. lib. specim. p. 19*, nec convoluta: *scapi* graciles, palmares vel fere pedales: *spatha* scariosa, late lanceolato-linearia, inferne vaginans: *flores* erecti, albi, parvi, odore acutissimo praediti; *corollae* laciniae 1-2 lin. latae 6-10 lin. longae, acutae vel acuminatae: *nectarium* integrum vel crenulatum, uti recte notat Cl. *Biv. l. c. capsula* globoso-ovalis — *Folia* nunc scapo aequalia, nunc breviora, saepius in quavis planta unicum: *spatha* raro 1-saepius 2-5-flora.

Verus *N. serotinus*, qui in campis Paestanis copiose provenit, differt ab hoc; foliis exacte junciformibus; *corollae* laciniis saepe oblique flexis, obtusis, vel brevissime acuminatis; sed potissimum nectario 3-partito, lobis invicem approximatis, plus minus emarginatis, ita ut aliquando fere sexpartitum videtur, denique spatha saepius uniflora, raro biflora — Confer *R. S. s. veg. 7. p. 979.*

## PANCRATIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 551—Endl. gen. n. 1288.*

*Spath.* 1-multivalvis. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis; limbo patente 6-partito. *Nect.* 1-phyllum, campanulatum, 12-dentatum, staminiferum. *Stig.* simplex (In hoc *bulbus* tunicatus: *folia* glabra, dense caespitosa, sempervirentia: *spatha* multiflora: *flores* erecti, fragantissimi, candidi.)

1. *P.* MARITIMUM. *Lin. sp. pl. 418—Ucria H. Pan. p. 149 — Guss. pr. 1. p. 394.*

P. spatha multiflora, corollae laciniis planis anguste-linearibus, nectarii dentibus stamina subaequantibus, foliis lingulatis obliquis obtusiusculis scapoque compresso glaucis.

Narcissus maritimus. *Cup. H. Cath. p. 150*—Hemerocallis. *Cast. H. Mess. p. 11.*

Ic. *Red. lil. t. 8—Sibth. fl. gr. t. 309*—Narcissus marinus. *Dod. pempt. 229*, mediocria.

In arenosis maritimis Siciliae ≍ et in *Lampedusa*, *Saline*, *Lipari*, *Pantellaria.*

Julio, Septembri. ♃

*Folia* erecta, scapum compressum pleru mque declinatum subaequantia, concaviuscula: *spatha* in hac specie 2-valvis; valvis acuminatis scariosis: *bracteolae* lineari-setaceae inter pedunculos: *pedicelli* brevissimi: *corollae* tubus 2-pollicaris, virescens; limbi laciniae nectarium superantes, subtus fascia viridi notatae, 3-5 lin. latae; quarum tres latiores obtusae, apice imberbes; tres angustiores mucronulatae, et intus infra apicem barbatae: *nectarii* dentes triangulares, acutiusculi, undulati: *stamina* 5-6 lin. longa, nectarii margine inserta, una cum pistillo exserto candida: *capsula* glaucescens, ovali-oblonga, obtuse triloba.

Hujus speciei descriptio apud *Cavan. ic. 1. p. 41.* optima; sed icon *t. 36*, quoad *folia* pessima, nam in planta spontanea duplo latiora ac longiora quam in icone sunt.

## STERNBERGIA.

*Wald. et Kit. pl. rar. Hung. 2. p. 172 — Spr. s. veg. 2. n. 1202 — Endl. gen. n. 1270.*

*Spath.* 1-valvis, 1-flora. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis; tubo brevissimo; limbo 6-partito, regulari. *Stam.* recta, basi laciniarum inserta. *Stig.* 3-lobum. *Caps.* subbaccata, indehiscens. *Sem.* arillo carnoso lineari albido praedita. (*Bulbus* tunicatus: *scapi* humiles, 1-flori: *flores* lutei, erecti, inter spatham sessiles.)

1. S. LUTEA. *Spr. s. veg. 2. p. 57 — Guss. pr. 1. p. 394.*

S. foliis linearibus canaliculatis obliquis obtusis synanthiis scapum subaequantibus, spatha indivisa obtusa, corollae laciniis ovali-oblongis obtusis stamina alterna breviora superantibus.

Amaryllis lutea. *Lin. sp. pl.* 420 — Colchico-narcissus autumnalis, luteus, major. *Cup. H. Cath. p. 54* — C. luteum. *Cast. H. Mess. p. 7.*

Ic. Amaryllis lutea. *Sibth. fl. gr. t. 310 — Red. lil. t. 148.*

In collibus apricis, et in sylvaticis montosis; *Madonie*, *Cammarata*, *Busambra*, *Caronia*, *Catania*, *Priolo*, *Polizzi*, *Nicolosi*, *S. Filippo*, *Aidone*, *Piazza*, ec.

Septembri, Octobri. ♃

*Folia* atro-virentia, lucida, obtusa, superne canaliculata, 2-3 lin. lata, erecta, demum patentia: *scapi* ancipites vel subtriquetri, foliis longiores vel breviores, arcuato-reflexi: *spatha* albo-scariosa, basi vaginans, corolla brevior: *corollae* amoene - aureae, ingrate olentea, 1 1/2 - 2 poll. longae; laciniis ovali - oblongis, raro oblongo-obovatis; tribus exterioribus latioribus, sub apice penicillio brevissimorum pilorum interne instructae: *stamina* ac *pistillum* lutea: *capsula* ovalis, obtuse trigona.

2. S. COLCHICIFLORA. *Wald.*, et *Kit. pl. rar. Hung. 2. p. 172. Spr. s. veg. 2. p. 57.*

S. foliis linearibus planis obliquis obtusis histerantbils, spatha indivisa acuta, corollae laciniis cuneiformi-linearibus erectis stamina alterna longiora superantibus.

Ic. *Wald.*, et *Kit. l. c. t. 159* — Narcissus autumnalis minor. *Clus. hist. 1. p. 164.*

In apricis elatioribus montosis: *Madonie al Pizzo delle case* invenit *Gasparrini.*

Septembri, Octobri. ♃

*Folia* erectiuscula, obtusiuscula, laete virentia vere emergentia, scapum tum elongatum superantia, 2-3 lin. lata, 3-5 poll. longa: *capsulam* non vidi.

Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 25. S. aetnensem* cum hac associat; tamen stamina dicuntur aequalia, et in icone folia acuta ad apicem. Ex adverso *R. S.* in *s. veg. 7. p. 794* haec nostra a planta hungarica differre putat, et ad *S. aetnensem* ducit.

3. S. EXSCAPA. *Tin. ined.*

S. exscapa, foliis anguste linearibus planis obtusis, spatha radicali, corollae laciniis. . . . .

Ic. *nulla.*

In apricis montosis; *Etna*, *Madonie* (*Tineo*).

Septembri, Octobri. ♃

*Folia* erecta, enervia, laete virentia, 2 lin. lata, ad apicem margine tenui membranaceo cincta: *spathae* radicales, scariosae, obtusiusculae, scapo Jisa non excedente: *flores* non vidi: *capsula* elliptica, 3-sulcata, glaberrima, 3 lin. longa, obtusa cum

brevissimo acumine, suffulta spatha scariosa brevissima, lin. longa, lacera.—Haec ex specimine sicco a Cl. *Tineo* misso.

---

† 4. S. *AETNENSIS*. *Guss. pr. 1. p. 395.*

S. foliis angusto-linearibus spiralibus, spatha acuta, corollae laciniis oblongis, exterioribus latioribus mucronatis, staminibus aequalibus.

Amaryllis aetnensis. *Raf. carat. p. 84.*

Ic. *Raf. l. c. t. 18. f. 8.*

In sylvis Aetnae prope *Nicolosi* (*Raf.*).

Quantum ex icone citata conjicere licet *S. colchiciflorae* valde affinis, corollae *laciniis*, *spathis* et *habitu*; tamen *folia* acutiora, et spiraliter convoluta, quae in *S. colchiciflora* tantum obliqua et obtusa: *stamina* aequalia.

## LILIACEAE. Lindl.

*Plantae* bulbosae, vel tuberoso-fibrosae, herbaceae, aut suffrutescentes: *caules*, aut *scapi* simplices, vel rare ramosi: *folia* simplicia, indivisa, exstipulata, alterna, solitaria, aut fasciculata: *flores* varie dispositi: *corolla* infera, hexapetala, vel tubuloso-campanulata, 6-partita: *stamina* petalis laciniisve corollinis opposita: *capsula* 3-locularis, 3-valvis. (Gen. ab *Nectaroscordo* ad *Aloem*.)

## NECTAROSCORDUM.

*Lindl. bot. reg. 1836. n. 1313—Endl. gen. n. 1137 $1/2$.*

*Spatha* 1-valvis, multiflora. *Cor.* 6-petala, erecto-patens; petalis difformibus; tribus exterioribus ellipticis; tribus interioribus subcordatis, basi angustato-pedicellatis. *Styl.* subulatus; *stigmate* simplici. *Capsula* semisupera. *Sem.* atra, angulosa. (*Planta* glaberrima: *bulbi* solidi: *folia* lorato-linearia, longissima: *scapi* firmi: *flores* laxe umbellati, nutantes, sordide viridi-purpurascentes: *capsula* petalis persistentibus, demum conniventibus tecta: *odor* alliaceus. Ob capsularum situs inter *Amaryllideas* et *Liliaceas* medium, utrasque conjungens.)

1. N. *SICULUM*. *Lind. l. c.*

Trigonea sicula. *Parlat. giorn. l' occhio an. 1839 p. 161, et pl. nov. p. 28* — Allium siculum. *Ucria pl. ad Lin. opus add. n. 7—Spr. s. veg. 2. p. 36—Tin. pugil. p. 9—Guss. pr. 1. p. 398—Bertol. fl. ital. 4. p. 62*—Moly minus, praealtum, flore campanulato repando e viridi-purpureo, odore viroso. *Cup. H. Cath. p. 147*—A. floribus e luteo-virescentibus. *Tourn. inst. p. 383.*

Ic. *Lindl. l. c. t. 22*—Moly flore subviridi. *Cup. panph. 2. t. 188—Bocc. sic. t. 33*—A. floribus e luteo-virescentibus. *Bon. t. 27.*

In nemoribus umbrosis montosis; *Polizzi*, *Madonie*, *Ficuzza*, *S. Maria del Bosco.*

Majo, Junio. ♃

*Bulbi* ovati, solidi, diametro fere pollicari: *scapi* teretes, firmi, 2-4-pedales, basi longe vaginati: *folia* glauco-virentia, supra late canaliculata, subtus carinata, 1-1 $1/2$ poll. lata, 1-3-pedalia, sed scapo breviora: *spatha* albo-scariosa, viridi-striata, decidua, 1-1 $1/2$ poll. longa: *umbella* multiflora, effusa; *pedunculis* inaequalibus, 1-3-pollicaribus, a pice in receptaculum amplum dilatatis,

sub anthesi nutantibus, in fructu erectis approximatisque: *petala* subcampanulata, 4-6 lin. longa; exteriora obtusa, ad carinam virentia, caeterum ex albo-purpurascentia; interiora acuta, purpurascentia, margine albida: *filamenta* stylum superantia, petalis dimidio breviora, basi subdilatata, sed libera, virentia; *antheris* albis: *capsula* globosa-conica, emarginata, petalis brevior.

Flores a *Don* in *All. mon. p. 83* pessime dicuntur albi — An *A. dioscoridis Sibth.* ex *Smith fl. gr. pr. 1. p. 222* est eadem species? Sic videtur ex synonymo *Dioscoridis*, ex *caulis* altitudine, et *florum* magnitudine, nec non ex *loco natali*; sed in nostro *flores* virescentes non albi.

## ALLIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 557—Endl. gen. n. 1137.*

*Spath.* 1-2-valvis, multiflora. *Cor.* 6-petala, erecto-patens; petalis conformibus. *Styl.* subulatus. *Stig.* simplex. *Sem.* angulosa, atra. (*Bulbus* tunicatus, simplex vel compositus, saepius prolifer: *scapi* nudi, vel inferne foliosi, vaginanti, simplices: *folia* plana, teretia vel semiteretia: *spathae* scariosae: *flores* capitati, vel umbellati, quoad colorem varii; *pedicellis*, dum adsunt, basi bracteolatis.)

### * *Folia plana.*

#### 1. *Stamina omnia simplicia.*

1. *A.* NIGRUM. *Lin. sp. pl. 430*, excluso synonymo *Rudbekii— Ucria H. Pan. p. 152—Guss. pr. 1. p. 398.*

A. scapo terete firmo basi subfolioso apice in thorum dilatato, foliis late lineari-oblongis concavis, umbella fastigiata, petalis purpureis lanceolatis stamina basi connexa subduplo superantibus.

A. magicum. *Lin. sp. pl. 424*, ex *Sibth. fl. gr. 4. p. 20*; tamen quoad specimen ipsius *herb.* prorsus alienum est! — *Biv. cent. 2. p. 2*—A. speciosum. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 12* —Ornithogalum indicum, latifolium, floriferum, sphaericum, colore coelestino, aut albo. *Cup. H. Cath. p. 159* — A. seu Moly montanum. *Cast. H. Mess. p. 32.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 325— Cyr. l. c. t. 5—* Moly latifolium. *Dod. pempt. 685.*

*b.* floribus albidis.

Moly album, latifolium, seu Xyridis folio. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 94.*

In agris cultis argillosis, et inter segetes in Sicilia.

Aprili, Majo. ♃

*Scapi* stricti, striati, 2-3-pedales: *folia* $1\frac{1}{2}$-2 poll. lata, $1\text{-}1\frac{1}{2}$-pedalia, juniora subglaucescentia, et saepius *ramulus* sive *foliolum* lineare apice bulbiferum adest: *umbella* multiflora, convexa; *pedunculis* pollicaribus, firmis: *spatha* 1-valvis, apice 2-3-partita, albo-scariosa vel rubens, persistens, 2-3 lin. longa, pedunculis parum brevior, laciniis acuminatis: *petala* aliquando, uti stamina, pallide rosea, externe ad carinam virentia, lin. $1\text{-}1\frac{1}{2}$ lata, 4-9 lin. longa, acutiuscula, concava, stellate patentia, nunquam deflexa et incurva ut in *A. Cyrilli*: *stamina* aequalia,

non revera monodelpha, sed *filamentis* basi dilatatis subcoalita: *antherae* sordide albidae: *stylus* albidus, staminibus duplo fere breviar: *germen* 6 - lineatum, virescens, globoso-depressum, granulatum: *capsula* obtusa, subrotunda, petalis aequalis — Confer de hac specie *Schult. s. veg. 7. p. 1114*, *Bertol. fl. ital. 4. p. 64* pro synonymarum discrepantia, et *Don All. mon. p. 74.*

2. *A.* URSINUM. *Lin. sp. pl. 431* — *Ucria H. Pan. p. 152* — *Guss. pr. 1. p. 401.*

A. scapo triquetro basi nudo, foliis latis oblongo - lanceolatis longe petiolatis, spatha brevi 2-valvi, umbella multiflora subfastigiata, petalis lanceolatis acutiusculis stellate patentibus, staminibus corolla subbrevioribus.

A. latifolium, palustre. *Cup. H. Cath. p. 5.*

Ic. *Red. lil. t. 303*—A. sylvestre, latiore folia. *Dod. pempt. 683.*

In nemoribus montosis; *Madonie*, *Boschi di Valdemone.*

Maja, Junia. ♃

*Bulbi* ablongi, tenues: *folia* 2-3, vireatia, glabra, 5-8 poll. longa, 1-2 poll. lata, acuminata, erecta: *spatha* pollicaris; valvae acuminatae, scariosae, deciduae, pedunculos erectos successive erumpentes aequantes: *petala* candida, acutiuscula, concoloria: *stylus* subulatus, petala aequans, una cum filamentis aequalibus, quorum longior, candidus: *germen* virescens, nitidum: *capsula* obcordata, profunde triloba, loculis oligospermis: *odor* alliaceus intensus.

3. *A.* TRIQUETRUM. *Lin. sp. pl. 431* — *Biv. cent. 1. p. 17* — *Guss. pr. 1. p. 401.*

A. bulbis aggregatis ablongis, scapo acute triquetro basi subfalioso, foliis late linearibus supra concavis, subtus acute carinatis, spatha 2-valvi persistente, pedunculis semper pendulis spatha aequilongis, petalis lineari - oblongis acuminatis campanulatis, demum ablongo-conniventibus, capsula turbinata-subglobosa.

Moly minus, trigonum, acuto Allii odore, floribus candidis campanulatis reflexis, linea viridi per medium. *Cup. H. Cath. p. 146*, et *supp. alt. p. 63.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 324*—*Red. lil. t. 349* — Hyacinthus trigonus, Allii odore, flore campanulato candida, linea viridi per medium. *Cup. panph. 1. t. 214*—A. palustre, trigonum, candido hyacinthino, seu campanulato flore pendulo, linea viridi per medium. *Bon. t. 24.*

In irriguis, ad sepes, et in umbrosis montosis humentibus in Sicilia = et in *Favignana.*

Decembri, Martio. ♃

*Bulbi* saepe plures, fere fasciculati: *folia* erecta, apice varie curvata, laete vireatia, numerosa: *umbella* 3-12 flora; pedunculis semper una latere pendulis ac scapo appraximatis, non arcuatis: *petala* candida, 5-6 lin. longa, canaliculata, et exterae tantum ad carinam vireatia, nuaquam stellate-pateatia, sed campanulata, et demum conniventia, *staminibus* longiora: *odor* alliaceus fortis.

4. *A.* PENDULINUM. *Ten. fl. nap. 1. p. 168*—*Guss. pr. 1. p. 400.*

A. bulbis solitariis globosis, scapo triquetro basi subfolioso, foliis late linearibus carinatis, spatha bivalvi brevi decidua, pedunculis floriferis erectis, fructiferis arcuato-pendulis, petalis abloago-lanceolatis acutiusculis stellate - patentibus demum conniventi-globosis, capsulis turbinatis sexlobatis.

Ic. *Ten. l. c. t. 31.*

In nemoribus montosis; *Madonie*, *Ficuzza*, *S. Maria del bosco*, *Boschi di Val Demone*.
Majo, Junio. ♃
*Bulbi* parvi, diametro 2-4-lineari: *folia* 2-3, laete virentia, uti reliquae partes glaberrima., erecta, 3-5 lin. lata, scapo acutissimo et aequaliter triquetro 4-7-pollicari duplo longiora vel illum aequantia, supra vix late canaliculato-concava, subtus acute et elevate carinata: *spathae* valvae albo-scariosae, pedunculis breviores: *umbella* 2-12-flora, pedunculis inaequalibus: *petala* 4-5 lin. longa, una cum staminibus duplo brevioribus styloque candida, externa basi virentia, et carina lineis duabus vireotibus ad medium obsoletis, interne sulcis 3-6 quoque viridibus notata: *germen* nitidum, virescens, 6-sulcatum: *odor* alliaceus.
Cum *A. albo Santi* et *lacteo Smith*, a quibus prorsus alienum, male a Cl. *Spr.* confusum *l. c.*—Praecedenti valde affine, sed *floribus* demum undique pendulis, ac globosis, *pedunculis* arcuatis, *petalis* non acuminatis, *bulbisque* certe diversum.

5. *A.* ROSEUM. *Lin. sp. pl. ed. 1. p. 296*—*Ucria H. Pan. p. 153*—*Biv. cent. 1. p. 18*—*Guss. pr. 1. p. 399.*
A. scapo basi subfolioso terete, foliis late linearibus canaliculatis acuminatis apice involutis, spatha univalvi subquadrifida pedunculis duplo breviore, umbella subfastigiata, petalis oblongis obtusis crenato-emarginatis stamina duplo superantibus.
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 314*—A. sylvestre, sive Moly minus, roseo amplo flore. *Magn. bot. monsp. p. 10*, icon rudis — Moly minus, angustiore folio, purpureum. *Cup. panph. 2. t. 219*—M. minus, angustifolio, flore laete purpureo majore. *Cup. panph. 2. t. 221*—*Bon. t. 32.*
*b. bulbiferum*; umbella bulbifera.
A. carneum. *Bertol. pl. rar. lig. dec. 1. p. 7.*
Ic. A. ambiguum. *Sibth. fl. gr. t. 327* — A. carneum. *Ten. fl. nap. 1. t. 28*—Moly angustifolium, campanulatum, flore roseo, nodosum. *Cup. panph. 2. t. 219* — Moly, serpentinam vocatum. *Lob. ic. 160.*
In cultis, in collibus apricis herbosis, et inter segetes utraeque varietates obviae in Sicilia = et in *Ustica al Nord della guardia di mezzo*, *Alicuri*, *Lampedusa*, *Maretimo*, *Favignana*.
Aprili, Majo. ♃
*Bulbi* parvi, subglobosi, proliferi: *folia* glauco-virentia, erecta, 2-4 lin. lata, basi vaginantia: *scapi* 1-2-pedales, folia subaequantes, vel duplo excedentes: *spatha* albo-scariosa, basi vaginans; valvis plus minus acutis: *petala* amoeoa rosea, 4-5 lin. longa; *filamenta* inaequalia, basi dilatata: *odor* alliaceus.
A. roseum *Lin. sp. ed. 2. p. 442* ex observatione Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 56* ad *A. pedemontanum* spectat.

6. *A.* PERMIXTUM. *Guss. pr. 1. app. p. 8*—*R. S. s. veg. 7. par. 2. p. 1103.*
A. scapo basi folioso terete, foliis planis basi canaliculatis glaberrimis, spatha 1-valvi 3-4-partita basi vaginante persistente, umbella subfastigiata, petalis oblongis obtusis stamina duplo superantibus stylo aequilongis, capsulis subglobosis trigonis.
Ic. *nulla.*
In pratis montosis; *Madonie alla Battaglia di Petralia.*
Majo, Junio. ♃
*Bulbi* proliferi; *bulbillis* numerosis, plurimis: *scapi* 1-1 ½-pedales: *folia* 3-4 lin. lata virentia, scapo breviora, apice attenuata: *spa-*

*tha* pedunculis parum brevior; laciniis brevissimo mucronatis: *flores* odori, magnitudine praecedentis, uti habitus illi similis: *petala* alba, concoloria, non emarginata: *stylus* demum exsertus: *germen* punctis non excavatum.

7. *A.* NEAPOLITANUM. *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 1. p. 13 — Spr. s. veg. 2. p. 36—Guss. pr. 1. p. 400.*

A. scapo basi folioso obtuse triquetro, foliis linearibus latis (4-16 lin.) subtus obsolete carinatis flaccidis, spatha brevi univalvi persistente, umbella multiflora patente, petalis oblongis obtusis ecarinatis stamina subduplo superantibus.

A. album. *Santi viag. p. 352—Biv. cent. 1. p. 16— Red. lil. p. 300—Spr. l. c. p. 38*, excluso synonymo *A. pendulini Ten.!*—A. lacteum. *Sibth. fl. gr. 4. p. 21.*

Ic. *Cyr. l. c. t. 4—Sibth. l. c. t. 325—Red. lil. t. 300.*

In cultis, ad sepes, et super muros; *Palermo alla nave, S. Francesco di Paola.*

Martio, Aprili. ♃

*Planta* undique glaberrima: *bulbi* solidi, proliferi: *scapi* apice irregulariter torti, 1-2-pedales, altero angulo obtuso: *folia* virentia, scapam subaequantia, apice attennata: *spatha* albo-scariosa, pedunculis irregularibus multo brevior: *flores* candidi, vix odori: *petala* 4-5 lin. longa, tria interiora angustiora: *filamenta* compressa, subulata, candida, *stylum* quoque candidum vel pallide coerulescentem aequantia: *antherae* lateritio-virentes: *capsula* obovato-turbinata, apice depressa et 3-sulcata, virescens: *odor* herbaceus, ingratus, sed minime alliaceus.

8. *A.* SUBHIRSUTUM. *Lin. sp. pl. 424 — D'Urv. en. pl. Arch. p. 36*, ex ejus herbario—*Guss. supp. p. 97.*

A. scapo basi folioso, foliis planis basi canaliculatis margine ciliatis subtus subpilosis, spatha 1-valvi, umbella multiflora patente, petalis oblongis obtusiusculis concoloribus (carina non coloratis), stamina duplo superantibus, stylo non elongato, capsulis obcordatis profunde emarginatis.

A. ciliatum. *Cyr. pl. rar. nap. fasc. 2. p. 16—Guss. pr. 1. p. 397*—Moly angustifolium, floribus majoribus. *Cup. H. Cath. p. 146.*

Ic. *Cyr. l. c. t. 6*—A. saxatile, album, angustifolium, hirsutum. *Cup. panph. 1. t. 2*—Moly minus. *Clus. hist. 1. p. 192* (a *Retz* ad *A. Clusianum*, dum in icone stamina petalis breviora, quae in descriptione aequalia dicuntur), ac *Bauh. hist. 2. p. 568*, et — Moly minimum, albo flore. *Swertz. floril. t. 60* (a *Schult.* in *s. veg. 7. par. 2. p. 1100*, sub *A. subhirsuto*), quoad flores hanc speciem exacte referuat.

In herbosis montosis, sed sequente rarior; *Palermo a Boccadifalco, a S. Martino, a Monte Cuccio, a Sagana, Monreale* = et in *Ustica, Felicuri, Maretimo, Favignana, Pantellaria.*

Martio, Majo. ♃

*Folia* laete virentia, supra glabra, subtus sparse villosa, carinata, ad margines normaliter ac longe ciliata: *scapi* teretes, aliquando duo: *spatha* scariosa, obsolete nervosa, albida, acuta, concava, brevis: *pedunculi* divaricati, irregulares, non ut in sequente corymbosi ac stricti: *petala* tria exteriora latiora, acatiora; et basi magis attenuata; omnia horizontaliter patentia, concoloria, externe non carinata, obtusiuscula vel omnino obtusa: *filamenta* candida, basi dilatata, inclusa: *antherae* atropurpureae; *polline* aureo: *stylus* staminibus brevior, candidus: *stigma* acutum: *germen* virescens: *odor* alliaceus.

Species sequenti simillima, et *foliis* difficillime dignoscenda; sed *petalis capsulisque* distinctissima—Hujus descriptio apud *Lin.* nimis contracta, et inde ex ipsa nihil certi erui potest — Si ad iconem *Clusii* a *Lin.* citatam attendamus potius sequens, quam hoc referre quisque clare cognoverit; interim specimina ipsius herbarii *A. ciliatum* nostrum omnino referunt: ideoque in tanta ambiguitate ad haec rationem potius habere magis veritati consonum mihi visum est.

9. *A. TRIFOLIATUM.* *Cyr. pl. rar. neap. fasc. 2. p. 11— Guss. pr. 1. p. 397.*

A. scapo basi folioso, foliis planis basi canaliculatis margine ciliatis utrinque sparse pilosis, spatha 1-valvi, umbella fastigiata, petalis lanceolatis acutis carina coloratis stamina duplo superantibus. stylo filiformi demum elongato, capsulis emarginatis obverse pyramidatis.

A. Moly. *Ucria H. Pan. p. 153*, non *Lin.*

Ic. *Cyr. l. c. t. 3.*

In rupibus herbosis, collibusque apricis submontosis in Sicilia = et in *Ustica* (*Calcara*).

Aprili, Majo. ♃

*Folia* magis hirsuta (etiam in pagina superiore), quam in praecedente, glauco-virentia, non laete virentia, ut in illo: *scapi* teretes: *spathae* scariosae, breves, obsolete nervosae, acutae: *pedunculi* subcorymbosi: *flores* albidi, non ut in *A. subhirsuto* candidi: *petala* semipatentia, lanceolata vel elliptica, acuta: *filamenta* alba, parum dilatata: *antherae* nubiles albido-virentes, excusso polline fere lateritiae: *stylus* staminibus aequalis, demum elongatus, apice ex albido-roseus: *stigma* acutum: *germen* virescens: *capsula* obverse pyramidata (non subrotunda ut in *pr.* dixi), sub lente longitudinaliter lineata: *odor* alliaceus.

*Spatha* re vera 1-valvis, sed aliquando, quia disrupta, 2-valvis videtur — *A. subhirsutum Red. lil. t. 103*, differt ab hoc et a praecedente, *staminibus* petala aequantibus non duplo brevioribus, et ad *A. vernale* spectat—An *graecum D'Urv.* in *Spr. s. veg. 2. p. 38* ab hoc non diversum?—Icon A. subhirsuti *Sibth. fl. gr. t. 212* ob petala carina purpurescentia magis hoc, quam verum *A. subhirsutum* refert; sed specimen herbarii a nostra planta non differt— Haec species a praecedente et sequente procul dubio distincta; at characteres, qui in plantis vivis liquidissimi, in exsiccatis difficillime eruendi; inde tot tantaeque auctorum discrepantiae circa has species foliis ciliatis instructas. Confer *Schult. s. veg. 7. par. 2. p. 1100 - 1102* — Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 47* cum *A. subhirsuto* associat, sed quam certe diversum!

10. *A. VERNALE.* *Tin.* — *Guss. suppl. p. 96.*

A. scapo basi folioso, foliis planis basi canaliculatis margine ciliatis subtus subpilosis, spatha 1-valvi, umbellis hemisphaericis confertis (pedunculis erectis) aequalibus, petalis oblongis acutis concoloribus, staminibus exsertis, stylo subelongato, capsulis obovato-subglobosis.

A. subhirsutum. *Desf. atl. 1. p. 286*, ex specimine a Cl. auctore accepto! — *Ten. syll. p. 166.*

Ic. A. subhirsutum. *Red. lil. t. 105!*

In campis arenosis herbosis, et in collibus; *Palermo a Mondello* (*Tineo*) = *Favignana*, *Pantellaria al Bagno.*

Martio, Aprili. ♃

*Habitus* omnino praecedentis, cum quo *petalis* acutis (sed non carinatis), et *pedunculis* regularibus convenit; sed *staminibus* petala excedentibus omnino alienum est: *spatha* mucronata, pedun-

culis parum brevior, persistens, 1-valvis, erecta, basi vaginans, scariosa, 2-3-partita: *petala* acuta vel apice obtusiuscula, ex ovata basi fere lanceolata, candida; tria exteriora parum latiora: *filamenta* quoque candida, basi parum dilatata: *antherae* albido-luteolae: *stylus* filiformis, albus, staminibus aequalis, demum longior: *capsula* glabra, viridis; immatura apicem versus trisulcata et triquetro-compressa, obtusissima.

Icones, Moly Dioscoridis *Clus. hist. 1. p. 192*, Moly Dioscorideum putatum *Lobel. ic. 160*, et Moly angustifolium *Dod. pempt. p. 685*, ad *A. subhirsutum* passim relatae si stamina rite expressa sunt, ad hoc procul dubio pertinent. Confer quoque *Schult.* in *s. veg. 7. par. 2. p. 1102* sub *A. subhirsuto*—*A. Clusiano* quoad stamina magis proximum, sed pedunculi regulares non effusi, ut in descriptione *Retz* apud *Willd.* in *sp. pl. 7. p. 79* dicuntur.

11. *A. CHAMAE-MOLY. Lin. sp. pl. 433*—*Ucria H. Pan. p. 955*—*Biv. cent. 1. p. 19*—*Guss. pr. 1. p. 402.*

A. scapo subnullo (umbella radicali), foliis planis patentibus linearibus ciliatis pilosisque, spatha univalvi, pedunculis fructiferis cernuis, petalis lanceolatis acutis erecto-patentibus stamina superantibus, capsulis turbinato-globosis.

Moly humile, folio gramineo. *Cup. H. Cath. p. 157*—Chamaemoly Columnae. *Cast. H. Mess. p. 35.*

Ic. *Red. lil. t. 525*—A. acaule, seu humi in superficie florens, gramineo folio hirsuto. *Cup. panph. 1. t. 242*—Chamae-moly, an Moly Dioscoridis. *Columm. ecphr. 1. t. 326.*

In campis, et in collibus herbosis in Sicilia = et in *Favignana*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Lampedusa*.

Decembri, Januario. ♃

*Folia* viridi-glaucescentia, irregulariter flexa: *scapi* brevissimi 1-8-flori, glabri, foliis vaginati: *spatha* scariosa, nervis viridibus notata, pedunculis longior, saepe in 2-3-lacinias acutas secta: *pedunculi* aliquando spiraliter torti: *petala* 3 lin. longa, lin. lata, candida, ad carinam virentia, basi subconnata, ita ut germen seminferum videtur: *capsula* glaberrima, depressa, extra terram maturans: *odor* alliaceus tenuis, ut in praecedente.

### 2. *Stamina alterna tricuspidata.*

12. *A. AMPELOPRASUM. Lin. sp. pl. 423*—*Guss. pr. 1. p. 396.*

A. scapo folioso terete, foliis carinato-triquetris linearibus apice attenuatis glaucescentibus, spatha 1-valvi (saepius caduca) breve mucronata, umbella subglobosa, pedunculis inaequalibus elongatis, staminibus petala acuta carina scabra excedentibus, capsula petalis breviore.

A. scorodoprasum. *Ucria H. Pan. p. 751*, non *Lin.*—A. sylvestre, petraeum, umbelliferum, floribus numerosis purpureis. *Cup. H. Cath. p. 5.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 312*—*Red. lil. t. 585*—Scorodoprasum latifolium, spontaneum, italicum, floribus dilute purpureis odoratis. *Mich. nov. gen. t. 24. f. 5.*

In cultis, et in montosis ubique in Sicilia = et in *Lipari*, *Ustica*, *Favignana*.

Aprili, Majo. ♃

*Bulbi* valde proliferi, et inde agros longe lateque infestant: *folia* margine et carina vix serrulata, 3-5 lin. lata: *spatha* caduca, breve mucronata: *flores* albido-rosei, odori; *petalis* acutis: *pe-*

dunculi pollicares, vel longiores: *umbella* globosa, diametro bipollicari et ultra; *capsula* fere conica, acutiuscula, petalis brevior! — *Odor* alliaceus gravis in hoc et in quinque sequentibus. Confer *Don All. mon. p.* 43.

Icon *Michelii*, quae a *Linnaeo* in *s. veg.* excluditur ab hac specie, et ad istam denuo adducitur ab *Hallero*, nonnisi *pedunculis* brevioribus a nostra planta recedit.

13. *A.* ROTUNDUM. *Lin. sp. pl.* 423—*Guss. pr.* 1. *p.* 396.

A. scapo folioso terete, foliis carinato-triquetris linearibus apice attenuatis glaucescentibus, spatha 1-valvi caduca longe mucronata, umbella globosa, pedunculis aequalibus elongatis, staminibus petala obtusa carina laeviuscula subexcedentibus, capsula petalis longiore.

*A. oleraceum. Jan*, quoad specimen exsiccatum.

Ic. *Lam. ill. gen. t.* 242. *f.* 3—Allium, sive Moly montanum V. *Clus. hist.* 1. *p.* 193.

In locis cultis, ac in collibus aridis calcareis; *Messina*, *Cerami* = et in *Dattolo*, *Liscabianca*, *Lampedusa nell' Isola de' Conigli*, *Lampione*.

Aprili, Majo. ♃

*Folia* omnino ut in praecedente, sed ad margines ac ad carinam evidentius denticulata: *spatha* mucrone 2-3-pollicari instructa, non vero mucrone brevi cornuta, uti ex *Don l. c. p.* 44, et *Schult. s. veg.* 7. *par.* 2. *p.* 1012: *petala* sat raro scabriuscula, pallide rosea, obtusa, unde flores obtusiores, et praecedentis majores, tamen in umbellis minus conferti: *stamina* alterna tricuspidata, basi dilatata, petala saepius excedentia: *capsula* petala excedens! elliptica, obtusa.

14. *A.* DESCENDENS. *Lin. sp. pl.* 427—*Guss. pr.* 1. *p.* 403.

A. scapo folioso, foliis carinato-triquetris, spatha 1-valvi caduca, umbella globosa conferta demum difformi, pedunculis exterioribus brevioribus pendulis, interioribus in fructu elongatis erectis, staminibus omnibus corollâ longioribus.

*A. segetum*, caule ultra medium folioso, foliis ...., umbella subrotunda multiflora, pedunculis gracilibus, exterioribus pendulis, perianthii laciniis oblongo-linearibus obtusissimis, exterioribus brevioribus latioribusque subfornicatis, staminibus perianthio duplo angustioribus. *Jan* in *Schult. s. veg.* 7. *par.* 2. *p.* 1020.

Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 316—*Hall. opusc. bot. p.* 353, cum icone bona, nam illae *Swertii* ac *Morisonii* pessimae!

In collibus, et in campis aridis, nec non in submontosis in Sicilia = et in *Lipari*.

Aprili, Majo. ♃

Uti recte notat Cl. *Sibth.* in *fl. gr.* 4. *p.* 18, *umbella* est multiflora, densissima: *flores* parvi, atropurpurei, superiores praecociores: *pedunculi* demum elongati, corymbosi; mediis inferioribusque constanter brevioribus, ac reflexis.—Interim Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 4. *p.* 50 tanquam varietatem *A. sphaerocephali* habet; a quo notatis characteribus eximie diversum.

** *Folia teretia vel semiteretia.*

1. *Stamina alterna tricuspidata.*

15. *A.* SPHAEROCEPHALUM. *Lin. sp. pl.* 426—*Guss. pr.* 1. *p.* 402.

A. scapo folioso, foliis semiteretibus fistulosis, spatha 1-2-valvi breviter acuminata, umbella globosa compacta, staminibus alternis

pistilloque corolla purpurascente longioribus, petalis carina scabris.
A. juncifolium, capitatum, purpurascens, majus. *Cup. H. Cath. p.5.*
Ic. *Red. lil. t. 391*—Scorodoprasum montanum, juncifolium, capite rotundo, dilute janthino, floribus paucis. *Mich. gen. t. 24. f. 2*—A. montanum, sphaerocephalum, minus, corniculatum, pulchrum, purpureum. *Cup. panph. 2. t. 215—Bon. t. 179.*
*b. laxiflorum*: floribus pallide roseis, umbellae radiis non confertis.
Ad margines agrorum, et in fruticetis sylvaticis maritimis; *Palermo a Monte Cuccio*, *Mazzara*, *Girgenti*, *Trapani*, *Giojosa*, *Messina*, *Catania* = et in *Lampedusa*, *Favignana*: var. *b*. *Saline*, *Panaria*, *Lipari*.
Aprili, Majo. ♃
*Pedunculi* aequales, nec centrales post anthesim, ut in praecedente elongati: *petala* acuta, ut in sequente pyramidate-conniventia: *stamina* et *pistillum* purpurascentia: *capsula* obtuse trigona —In *b. folia* fistulosa, virentia: *spatha* 1-2-valvis, brevis, acuminata: *flores* aliquando albidi: *petala* exteriora carinata; interiora longiora, obtusa, plana: *stylus* uti *stamina* longe exsertus, purpurascens. An species propria?

16. *A.* ARVENSE. *Guss. Ind. sem. H. R. Bocc. an. 1825*, et *pr. 1. p. 403—Schult. s. veg. 7. pars 2. p. 1020.*
A. scapo folioso, foliis semiteretibus fistulosis, spatha 2-valvi breviter subulata umbellis subrotundo-ovatis breviore, pedunculis inferioribus brevioribus deflexis, staminibus pistilloque colorato exsertis, petalis carinatis lineari-oblongis acutiusculis carina levibus.
A. sphaerocephalum viridi-album. *Tin. cat. H. Pan. an. 1827. p. 275.*
Ic. *nulla.*
In collibus, et in campis sylvaticis; *Palermo*, *Val di Mazzara*.
Majo, Junio. ♃
*Habitus* praecedentis quoad folia, et caulem, cum quo immerito associatum a *Tin. l. c.*, et a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 30*: *spatha* basi ovata, apice breviter subulata, ut in illo persistens: *pedunculi* breves, conferti, vix 6 lin. longi, inferiores deflexi, non omnes ut in *A. sphaerocephalo* erecti: *petala* albida, carina virentia, ibique laevia, non scabra: *pistillum* roseum, vel purpureum: *capsula* ovato-conica, subtrigona.

17. *A.* VINEALE. *Lin. sp. pl. 428 — Ucria H. Pan. p. 154 — Guss. pr. 1. p. 403.*
A. scapo folioso, foliis fistulosis teretibus scabris, spatha decidua univalvi, umbella bulbifera convexa densa vel laxiuscula, pedunculis aequalibus, petalis oblongis obtusis carina levibus, staminibus omnibus corolla longioribus, capsula globoso-trigona.
Ic. *Reich. cent. 5. f. 590*—Scorodoprasum campestre, juncifolium, nucleis et floribus dilute purpureis. *Mich. nov. gen. t. 24. f. 1.*
*b.* umbella omnino bulbifera, floribus obliteratis.
Ic. A. sylvestre, primum. *Fuchs. hist. p. 737*—A. sylvestre, tenuifolium. *Dod. pempt. 683—Lobel. ic. 156.*
In cultis, et in vineis; *Milo*, *Nicolosi*, *Linguagrossa*, *Madonie alla Colma grande*: *fra Partinico ed Alcamo al Salvatore* (*Parlatore*).
Majo, Junio. ♃
*Folia* fere praecedentis: *spatha* brevis, acuminata: *pedunculi* brevissimi, vel 6-8-lineares, graciles: *petala* fere campanulata, non conniventi-pyramidata, ut in *A. sphaerocephalo* et *A. arvensi*, sub-

purpurascentia, ad carinam intensius colorata: *capsula* subgloboso-trigona: *umbella* in *b*. ut plurimum ex solis bulbis componitur, et tunc haec varietas, quae in Sicilia magis quam species obvia, ad *A. compactum Thuil* spectat.

18. *A. MARGARITACEUM. Sibth. fl. gr. 4. p. 14*, et *Smith. fl. gr. pr. 1. p. 224 — Schult. s. veg. 7. par. 2. p. 1022 — Guss. supp. p. 98.*

A. scapo folioso, foliis fistulosis teretibus glaucis, spatha 1-valvi decidua, umbella globosa conferta demum difformi, pedunculis exterioribus brevioribus nutantibus, interioribus in fructu elongatis erectis, petalis linearibus carinatis acutis (virentibus), staminibus styloque exsertis, capsulis trigonis oblongis.

A. stenopetalum. *Guss.* in *act. Soc. borb. ined.*, et — A. lineare *b. Ten.*—A. virescens. *Guss. pl. exsic.* ex *Ten. syll. p. 164* —A. guttatum. *D' Urvil. en. pl. Arch. p. 38*, an et *Steven.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 315.*

In collibus inter fruticeta; *Lampedusa al muro vecchio.*

Aprili, Majo. ♃

*Folia* omnino ut in sequente, sed breviora et subrecurva: *spatha* in brevem acumen producta: *petala* vix $1/_{2}$ lin. lata, saepius ad carinam scabra, ibique intense virentia, margine albida, obtusiuscula, conniventia: *stamina* exserta; *antheris* purpureis: *stylus* albus, exsertus: *capsula* versus medium annulo prominente instructa, qui tandem obsolescit.

Icon *Fl. gr.*, et specimina herb. *Sibthorpiani* a nostris nullo modo differunt; et *A. guttatum Stev.*, quoad specimina ipsius in *Mus. H. Paris.* ab hoc vix differre vidi; ideoque non immerito Cl. *Don* in *All. mon. p. 23* cum *A. margaritaceo* conjungit — Confer *Schult. l. c.*

19. *A. COPPOLERI. Tin. Cat. H. R. Pan. an. 1827. p. 275—Guss. supp. p. 99.*

A. scapo terete inferne folioso, foliis teretibus glaucis obsolete striatis, spatha 2-valvi subulata, valva altera elongata umbellam globosam densam excedente, pedunculis capillaribus irregularibus subeffusis, staminibus filiformibus petala obtusa subaequantibus, stylo antherisque exsertis, capsulis globosis trigonis.

A. parviflorum. *Guss. pr. 1. p. 404*, excl. syn. *Lin.* — A. collinum. *Guss.* in *Ten. syll. p. 169*, et in *act. Soc. Borb. ined.* —A. schoenoprasum. *Ucria H. Pan. p. 132 ?* non *Lin.*

Ic. A. montanum, Cepae foliis, flore et odore. *Cup. panph. 1. t. 118—Bon. t. 25.*

In collibus aridis; *Palermo (Tineo)*, *Altavilla* = et in *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo.*

Aprili, Majo. ♃

*Bulbus* oblongus, simplex, basi proliferus: *scapus* 1 $1/_{2}$ - 2 - pedalis, teres, erectus, aliquando flexuosus: *folia* 3-4, glaberrima, cito pereuntia, recta vel incurva, palmaria vel pedalia et ultra, obsolete striata, superne vel planiuscula, vel plus minusque canaliculata, aliquando omnino teretia, sub lente minutissime glanduloso-punctata inter strias; superiora graciliora et breviora, apice acuta: *vaginae* scariosae, glabrae, striatae, usque ad foliorum basim albidae, apicem versus saepius apertae: *umbella* subgloboso-ovata: *pedunculi* albidi, sub anthesi patentes vel fere penduli, fructiferi in centro erecti ac elongati, bracteolis setaceis albidis interspersis: *spatha* persistens; altera valva longiore una cum

acumine 2 $\frac{1}{2}$ - 3 - pollicari : *corolla* alba , nitens , exsiccatione rubescens ; *petalis* oblongis , obtusissimis , concavis , lin. longis, $\frac{1}{2}$ lin. latis , basi carinatis , concoloribus , saepe alternis brevioribus : *stamina* corolla parum excedentia ; *antheris* lutescentibus, exsertis : brevis , vix exsertus , germine fere brevior : *stigma* capitatum : *germen* oblongum , trigonum : *capsula* glaberrima , non emarginata , petalis aequilonga vel vix excedens.

Specimina *A. parviflori* herb. *Desf.* ac *Lin.* huic quidem affinia, sed staminibus basi dilatatis abunde diversa—Cum *A. pulchello Don* a Cl. *Schult.* in *s. veg. 7. p. 1409* fide *Bertol.* immerito associatum ; vide ipse *Bertol.* in *mant. fl. Al. apuan. p. 21* : at idem auctor in *fl. ital. 4. p. 58* ab *A. pallenti* non diversum putat ; sed umbella constanter compacta , nunquam effusa , aliisque notis diversum — Icones *Cup.* , et *Bon.* potius ad hoc spectare videntur , quam ad *A. albidum Presl* , quod inferius confer.

20. *A.* NEBRODENSE. *Guss. pr. 1. p. 404 — Schult. veg. 6. p. 153.*

A. scapo folioso , foliis teretibus glaucescentibus , spatha lineari-lanceolata bivalvi umbellae laxiusculae subaequali , pedunculis erecto - patentibus , staminibus pistilloque corolla flava duplo longioribus.

A. flavum , *tauricum. Jan. elench. p. 5* , non *Reich.* ex ejus specimine—A. flavum *b. Bertol. fl. ital. 4. p. 58.*

Ic. *nulla.*

In herbosis elatioribus montosis ; *Madonie al Cuozzo di Spinapulece* , *alle falde di Monte Scalone* , *alla portella di Scalamadaggio.*

Junio , Julio. ♃

*Folia* tenuia , farcta caulem subaequantia : *spathae* valvae acuminatae , vix pollicem excedentes , basi dilatatae : *umbellae* fastigiatae : *pedunculi* 3-8 lin. longi , filiformes : *petala* lutea , oblonga , obtusiuscula : *stamina* et *pistillum* pallide lutescentia , inter se subaequalia : *capsulae* globoso-trigonae — *Habitus* omnino sequentis , a quo *spatha* brevi vix pollicem longa , *pedunculis* non effusis , et *staminibus* magis exsertis primo intuitu differt.

21. *A.* FLAVUM. *Lin. sp. pl. 428—Guss. pr. 1. p. 405.*

A. scapo folioso , foliis teretibus glaucescentibus basi superne planiusculis , spatha bivalvi lineari-lanceolata umbella quadruplo longiore , pedunculis effusis pendulis demum erectis , staminibus pistilloque corolla flava longioribus.

A. montanum , bicorne , flore pallido odoro. *Cup. H. Cath. p. 5.*

Ic. *Jacq. austr. t. 141—Red. lil. t. 119 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 54.*

In herbosis montosis magis quam praecedens obvium ; *Madonie* , *Busambra* , *Monte di Mistretta* , *Monte Scuderi.*

Majo , Junio. ♃

*Folia* farcta : *spatha* 4-pollicaris , et ultra , ut in praecedente persistens : *pedunculi* exteriores sub anthesi penduli : *stamina* corolla lineam excedentia , *pistillo* vero magis elongato.

Icon , A. montani I species. *Clus. hist. 1. p. 194* , quae a *Marsch.* ad hanc speciem citatur , ab ipsa differre videtur , quia *flores* pallidi non flavi ex *Clusii* descriptione.

22. *A.* PALLENS. *Lin. sp. pl. 427—Guss. pr. 1. p. 405.*

A. scapo folioso, foliis semiteretibus , spatha 2-valvi elongata umbella duplo longiore , pedunculis pendulis effusis , petalis ( pallidis ) subretusis muticis , antheris exsertis , capsulis scabriusculis turbinatis obtuse trigonis.

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 317—Red. lil. t. 272*—A. sylvestro, bicorno, majus, floribus sandarachate aenеis. *Cup. H. Cath. p. 5*, et *panph. 2. t. 252—Bon. t. 26*—Gethioides sylvestre. *Columm. ecphr. 2. p. 6.*
In cultis ubique in Sicilia.
Aprili, Majo. ♃
*Scapi* 1-3-pedales, firmi: *folia* fistulosa: *spathae valvae* inaequales, longe acuminatae, patentes, persistentes: *umbellae* densae, sed pedunculi irregulares ac effusi: *petala* albo-virentia, aut albo-ferruginea: *stylus* vix exsertus.

23. *A. paniculatum. Lin. sp. pl. 428—Guss. pr. 1. p. 406.*
A. scapo folioso, foliis semiteretibus canaliculatis, spatha 2-valvi umbella triplo quadruploque longiore, pedunculis irregularibus effusis, petalis acutis submucronatis stamina subaequantibus, capsulis levibus prismaticis ovalibus.
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 318.*
In collibus aridis calcareis; *Alcamo*, *Castellammare.*
Aprili, Majo. ♃
Icon et descriptio *Hall. opusc. bot. p. 386* cum nostro ex asse quadrat, et hoc a sequente, cum quo a nonnullis confusum, eximie differt spathis praelongis, et capsulis prismaticis ovalibus !! (fructus prisma est *Hall. l. c.*), dum et in *A. tenuifloro* spathae pedunculis longioribus aequales, vel vix excedentes, et capsulae obovato-globosae !

24. *A. tenuiflorum. Ten. fl. nap. 1. p. 165— Guss. pr. 1. p. 406.*
A. scapo folioso, foliis filiformibus semiteretibus, spatha 2-valvi subulata umbella subbreviore, pedunculis numerosis capillaribus irregularibus effusis, floribus campanulato-cylindricis, petalis oblongo-linearibus obtusiusculis stamina parum superantibus, germinibus hexagonis glandulosis, capsulis (perfectis) subglobosis.
A. pusillum. *Presl del. Prag. p. 147*, non *Cyr.*, exclusis synonymis *Cupani* et *Bonanni.*
Ic. *Ten. fl. nap. t. 30.*
In collibus aridis calcareis tam maritimis quam elatioribus, in fruticetis, et in apricis montosis; *Palermo a Sferracavallo, a S. Martino, a Baida, Madonie, Traina, Mistretta, Cesarò* = et in *Maretimo, Levanzo, Favignana Lampedusa.*
Majo, Junio. ♃
*Bulbi* parvi, oblongi, vel ovati: *scapi* graciles, palmares vel ad summum pedales: *folia* laete virentia, longe vaginantia: *spathae* valvae persistentes, acuminatae, virentes, pedunculis demum breviores: *petala* ad carinam rubentia, obtusiuscula cum acumine, 2 lin. longa: *filamenta* alba; *antheris* viridulis: *stylus* ½ lin. longus, germine brevior: *germen* nitide viridulum, ad angulos fere papilloso-glandulosum, sex sulcatum, ad apicem depressum: *capsula* jam perfecta dorato-globosa evadit.
Affine *A. setaceo*, quod non diversum ab *A. capillari* et *moschato*, sed *spatha* in *A. tenuifloro* longior, *pedunculi* effusi non fastigiati, ec.—Confer quae dixi in *pl. rar. p. 143.*

25. *A. Cupani. Raf. carat. p. 86—Spr. s. veg. 2. p. 40— Guss. pr. 1. p. 407.*
A. scapo gracili folioso, foliis filiformibus semiteretibus subcanaliculatis, spatha univalvi acuminata vaginante, umbella pauciflora, pedunculis inaequalibus, floribus campanulato-cylindricis, petalis oblongo-linearibus apice subrecurvis stamina duplo superantibus, germinibus subglobosis.

A. moschatum. *D' Urv. en. pl. Arch. p. 37.* in *herb. Mus. H. Paris.* sub nomine *A. montani.*

Ic. Moly alpinum, minus, capillaceo folio, flosculis purpureo-rubris. *Cup. H. Cath. p. 146*, et *panph. 2. t. 201*—A. montanum, capillaceo folio, floribus purpureis. *Bon. t. 60.*

In aridis montosis; *Etna* (*Raf.*), *Palermo a S. Martino, al Caputo, al monte dell' occhio: a Monte Gallo, ed alla scala del Mezzagno* (*Parlatore*), *Madonie.*

Junio, Julio. ♃

*Planta* glaberrima: *bulbi* oblongi, solitarii, fibris fuscis reticulatis tecti: *scapi* erecti, leves, 1-1 ½-pedales: *folia* farcta, apice saepius varie torta; superiora breviora at longius vaginantia; vaginis striatis: *spatha* persistens, membranaceo-scariosa, striata, erecta, basi ut plurimum clausa, ideoque pedunculos vaginans: *pedunculi* apice parum incrassati, sub anthesi effusi, in fructu erecti, atque conferti, valde irregulares, longiores 1-pollicares, spatham superantes, successive erumpentes; breviores semipollicares: *petala* campanulata, obtusa, vel emarginata, 2 lin. longa, alba, ad carinam pallide rubentia: *filamenta* subulata, stylum superantia: *capsula* apice triquetra, punctata, petalis brevior.

Penitus mihi latet cur Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 44 A. Cupani* a me relatum in *pl. rar. p. 149* ad *A. moschatum* adduxerit, dum plantae in Aprutio collectae adamussim cum siculis conveniunt.

26. *A. maritimum. Raf. carat. p. 86 — Guss. pr. 1. p. 407.*

A. scapo subfolioso subflexuoso, foliis capillaribus semicylindricis superne sulcatis acutis, spatha 2-valvi acuminata umbella subglobosa duplo breviore, pedunculis pendulis demum erectis centralibus elongatis, petalis obtusissimis, staminibus inclusis.

A. pusillum. *Cyr.* in *Spr. s. veg. 2. p. 59—Guss. cat. H. R. Bocc. p. 3 — Don mon. p. 35 — Schult. s. veg. 7. p. 1034* — A. obtusiflorum. *Red. lil. p. 118* — A. capillare. *Desf. cat. p. 27.* (ex *Red.*), non *Cav.*—Moly minimum ac humillimum, autumnale, flore albo-purpurascente. *Cup. H. Cath. p. 146.*

Ic. *Red. lil. t. 118* — A. pusillum. *Reich. cent. 6. f. 708*, et *709* — Moly minimum, aestivum, candido-purpurascens, capillaceo folio. *Cup. panph. 2. t. 211.*

In campis calcareis maritimis, et in collibus; *Catania e Messina* (*Raf.*), *Palermo, Bagheria, Carini, Cinisi, Trapani.*

Majo, Junio. ♃

*Scapi* basi foliosi, teretes, 4-8-pollicares; *folia* tenuissima, superiora ut plurimum caule longiora: *pedunculi* 3-6 lin. longi; laterales subnutantes, non elongati, ideoque *habitus* umbellae *A. descendenti* similis: *spathae* valvae ovatae, concavae, acuminatae, scariosae: *umbella* irregularis, multiflora, tamen parva: *petala* campanulata, albo-rubentia, ad carinam intensius colorata: *capsula* subglobosa, trigona.

Cum tres species inter se certe distinctae eodem nomine *A. pusilli* sint evulgatae, sic erroris vitandi causa *Rafinesque* nomen, qui primus hanc speciem descripsit, recepi.

---

† 27. *A. albidum. Presl del. Prag. p. 146—Guss. pr. 1. p. 408.*

A. umbella capsulifera globosa, petalis ovatis membranaceis, staminibus simplicibus exsertis, foliis linearibus planis.

Ic. A. montanum, Cepae foliis, flore et odore. *Cup. panph. 1. t. 118—Bon. t. 25.*

In arenosis maritimis; *Barcellona, Milazzo.*

Junio, Julio. ♃ ( *Presl* ).

An *A. Coppoleri* varietas ? quod confer ; sed *stamina* in illo inclusa, et *scapus* non pedalis. Praeterea icones *Cup.* et *Bon.* ad hanc speciem minime spectare videntur, quia *stamina* simplicia petalis breviora, et *folia* latiora sunt.

† 28. *A. acre. Presl del. Prag. p. 147 — Guss. pr. 1. p. 408.*

A. umbella capsulifera globosa compacta, staminibus simplicibus exsertis, foliis linearibus planis elongatis, bulbo subrotundo acerrimo.

Ad margines agrorum ; *Palermo.*

Junio. ♃ ( *Presl* ).

† 29. *A. rubellum. Presl del. Prag. p. 148*, non *Marsh. fl. taur. cauc. 1. p. 264—Guss. pr. 1. p. 409.*

A. umbella capsulifera hemisphaerica, staminibus tricuspidatis, petalis carinatis aequilongis, stylo exserto, foliis linearibus angustis planis, scapo angulato.

In arenosis maritimis ; *Milazzo.*

Julio. ♃ ( *Presl* ). An *A. rotundum* ?

† 30. *A. victorialis. Lin. sp. pl. 150—Ucria H. Pan. p. 150—Guss. pr. 1. p. 409.*

A. caule planifolio, umbella rotundata, staminibus lanceolatis corolla longioribus, foliis ellipticis.

In nemoribus ( *Ucria* ).

† 31. *A. nutans. Lin. sp. pl. 424—Ucria H. Pan. p. 153—Guss. pr. 1. p. 409.*

A. scapo nudo ancipiti, foliis linearibus planis, staminibus tricuspidatis.

Inter vepres ( *Ucria* ).

An *A. triquetrum.*

† 32. *A. angulosum. Lin. sp. pl. 430 — Ucria H. Pan. p. 153 — Guss. pr. 1. p. 409.*

A. scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus subangulatis, umbella fastigiata.

In montosis ( *Ucria* ).

*A. senescens*, quod Siciliae indigenum ex *Linnaeo*, nec a me, nec ab aliis, quantum scio, observatum.

## LILIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 558—Endl. gen. n. 1098.*

*Spath.* nulla. *Cor.* 6-petala, decidua, campanulata ; petalis basi connexis, intusque sulco longitudinali nectarifero nudo vel ciliato exaratis. *Stam.* erecta, subulata. *Styl.* subclavatus ; *stigmate* capitato-trilobo. *Caps.* 3-locularis, 3-gona, 6-sulcata ; valvis reticulo fibroso connexis. *Sem.* compressa. ( *Bulbi* squamis imbricatis facti : *caules* foliosi, uti reliquae partes glaberrimi : *flores* racemosi, magni, in hoc albi crecti, ac suaveolentes. )

1. *L. candidum. Lin. sp. pl. 433 — Ucria H. Pan. p. 153 — Guss. pr. 1. p. 410.*

L. caule multifloro, foliis radicalibus lato-lanceolatis undulatis, caulinis lineari-lanceolatis sparsis approximatis adscendendo decrescentibus, corollis campanulatis intus glabris, stylo sub stigmate trisulco.

L. album, vulgare, et odoratum, flore erecto. *Cup. H. Cath. p. 111*—L. album. *Cast. H. Mess. p. 13.*

Ic. *Red. lil. t. 199*, optima —*Lam. ill. gen. t. 246. f. 1*, mediocris—L. candidum. *Dod. pempt. p. 197.*
In sylvis, ac in collibus apricis; *Castrogiovanni*, *Palermo a Monte Peregrino* = ac in *Ustica;* at in istis locis potius quondam cultum, quam revera indigenum videtur.
Aprili, Majo. ♃
*Bulbi* ovati, squamis albis: *folia* radicalia numerosa, canaliculata, obtusiuscula; suprema squamaeformia: *flores* 3-7, breviter pedunculati: *petala* oblongo-lanceolata, fere bipollicaria, apice parum recurva: *capsula* obovato-turbinata: *semina* badia, submarginata.

## FRITILLARIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 559—Endl. gen. n. 1096.*

*Spatha* nulla. *Cor.* decidua, campanulata, 6-petala; petalorum, unguibus fovea nectarifera oblonga excavatis. *Stam.* stylo breviora. *Styl.* subclavatus; *stigmate* trifido, obtuso. *Caps.* oblonga, obtuse trigona. *Sem.* compressa, marginata. (*Bulbi* solidi: *caules* foliosi: *flores* maculati, cernui, racemosi, vel verticillati in apice caulis: *planta* glaberrima.)

1. *F.* MESSANENSIS. *Raf. prec. des decouv. p. 44. n. 142 — Spr. s. veg. 2. p. 64—Guss. pr. 1. p. 402.*
F. caule 1-4-floro, foliis glaucis planis enerviis, radicalibus lanceolatis petiolatis, reliquis sessilibus lineari-lanceolatis, caulinis infimis oppositis superioribus alternis, floribus subumbellatis involucratis, petalis interioribus cuneiformi-obovatis obtusis marginatis, externis augustioribus.
F. pyrenaica. *Guss. cat. H. R. Bocc. p. 26*, non *Lin.*—F. meleagris. *Biv. cent. 2. p. 26*, exclusis synonymis.
Ic. *nulla.*
In sylvis apricis collium; *Messina*, ubi primus invenit amicissimus *Arrosto.*
Martio, Aprili. ♃
*Bulbi* parvi, solidi, depresso-globosi, nudi, sed basi fibras plurimas capillares emittentes: *caules* 1 - 2 ½ - pedales, teretes, erecti, lin. crassi, inferne nudi: *folia* laete virentia, aliquando obtusa; *radicalia* primi anni ex bulbo erumpentia 2 - pollicaria, 6-10 lin. lata, acuta; *caulina* acuminata, remotiuscula, erecta, plana, vel vix canaliculata, saepius subfalcata, superne enervia, subtus nervis 5-8 vix prominulis notata, 3 poll. longa, 3-4 lin. lata, adscendendo angustiora; *floralia* caeteris similia, et saepius verticillata: *pedunculi* 1-flori, ½-1-pollicares, virentes: *flores* cernui, odorem fructus torrefacti *Ceratoniae siliquae* spirant: *petala* tria exteriora elliptico-lanceolata; tria interiora latiora, apice dilatata, obtuse acuminata; omnia non tessellata, pollicem longa, externe in medio macula lata longitudinali sordide-viridi-lutescente notata, caeterum varie nigro-purpurascentia; interne sordide virentia, venis intensioribus percursa; apicibus primo conniventibus, inde subrecurvis: *filamenta* pistillo et antheris aequilonga, vix ditatata, lin. lata, viridia, punctis exasperata, 6 lin. longa: *antherae* biloculares, sulco per medium interne divisae, apice mucronulatae, lineares, basi fere bicaudatae ob filamentorum insertionem in sulco longitudinali: *stylus* teres, virescens, subasper; *stigmata* tria divergentia, subrecurva, 3 lin. longa, ad apicem interne linea notata, ac subbifida.

Icon *F. pyrenaicae*, *Sibth. fl. gr. t. 328*, ab hac nostra toto coelo diversa est.

## TULIPA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 563—Endl. gen. n. 1091.*

*Spath.* nulla. *Cor.* decidua, campanulata, 6-petala; petalis basi non nectariferis. *Styl.* nullus; *stigmata* tria, subcristata, germini triangulari-elongato insidentia. *Caps.* oblonga, trigona. *Sem.* compressa. (*Bulbi* solidi, tunicati: *flores* solitarii, terminales; in hac flavi.)

1. *T. SYLVESTRIS. Lin. sp. pl. 438 ? — Ucria H. Pan. p. 154 — Guss. pr. 1. p. 411.*

T. bulbo non reptante, tunicis externe glabris, interne ad apicem villoso-setosis, foliis lanceolato-linearibus canaliculatis, floribus solitariis nubilibus nutantibus, petalis acutis internis apice basique ad margines barbatis, stigmate triangulari abrupte subtrifido, staminus basi pilosis.

T. minor, lutea. *Cup. H. Cath. p. 223.*

Ic. *Red. lil. t. 165 ?* — T. appenniaca. *Clus. hist. 1. p. 155*, ex obs. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 84.*

In cultis, et in sylvaticis montosis; *Busambra*, *Pizzuta, Prizzi* ex *Cup. MS.* (*Madonie (Ucria)*; *Ficuzza (Tineo)*; *Busambra, Ficuzza al bosco di coda di Rizzo*, *Rebottone nel fondo di Pruiti (Parlatore, Todaro)*; *Lercara al passo di Vito (Heldr.)*

Februario, Martio. ♃

*Bulbi* parvi, ovati aut oblongi, tunicis fuscis pluribus obducti, quae externe glaberrimae, juniores vero ad apicem interne setis rufescentibus tectae: *folia* 2-3, glauco-virentia, 3-4 lia. lata, undulata, saepius acuminata: *flores* vix odori: *petala* concava, poll. longa, et stamina flava; tria exteriora dorso flavo-vireatia et angustiora: *filamenta* apice attenuata, petalis duplo breviora, tria alterna longiora: *germen* flavescens, apice puberulum, filamentis brevioribus aequilongum.

Bulbus per errorem interne eriophoros in *supp. l. c.* dixi. An species propria ?

## ORNITHOGALUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 566—Juss. 53.*

*Spath.* nulla. *Cor.* 6-petala, patens, persistens. *Filam.* tria alterna saepe basi dilatata. *Styl.* subalatus; *stigmate* obtuso. *Caps.* obtusa, trigona, oblonga vel subglobosa. *Sem.* subrotunda. (*Bulbi* tunicati, vel fibris involuti, solidi: *folia* glabra aut pubescentia: *flores* racemoso-corymbosi, bracteati, albi vel lutei.)

### * *Flores lutei.*

1. *O. VILLOSUM. Marsch. fl. taur. cauc. 1. p. 274 ? — Guss. pr. 1. p. 411.*

O. bulbo globoso solitario, foliis glabris radicalibus binis canaliculatis, floralibus oppositis alternisque subciliatis, pedunculis villosis ramosis subcorymbosis, petalis lineari-oblongis glabris, stylo trigono staminibus longiore.

O. luteum. *Ucria H. Pan. p. 155*, non *Lin.*—O. arvense. *Pers.*

*syn. 1. p. 363*, excluso syn. *Lin.* — Gagea arvensis. *Schult. s. veg. 7. p. 547* — O. luteum, sive pallidum, majus. *Cup. H. Cath. p. 159.*

Ic. O. minimum. *Red. lil. t. 302. f. 2.*

*b.* pedunculis glabris.

*O. foliosum*, bulbo globoso solitario, foliis radicalibus duobus lineari-lanceolatis, caulinis alternis, floribus subcymosis, pedunculis glabriusculis, petalis obtusis. *Presl del. Prag. p. 149 ?*

In pascuis montosis; *Pizzuta ( Gasparrini )*, *Polizzi alle Nocelle*, *Monte di Cammarata*, *Busambra*: varietas *b. Polizzi*, *Madonie.*

Aprili, Majo. ♃

*Bulbi* tunicati, saepius proliferi: *folia* radicalia semper bina, raro unicum, late canaliculata, non semiteretia ac fistulosa, 2-3 lin. lata, *scapum* duplo superantia: *petala* semper glabra vidi, acuta, vel obtusiuscula cum acumine, 1 ½ lin. lata: *filamenta* basi parum dilatata, stylo aequilonga, petalis breviora; *capsula* .....

Var. *b.* a typo non differt nisi notatis characteribus, sed a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 91*, ad sequentem citatur: uti var. *a.* ad *O. fistulosum*, a quo foliorum characteribus omnino diversum mihi videtur.

2. *O. chrysanthum. Jan cat. p. 5—Guss. supp. p. 100.*

O. bulbo solitario nidulante subgloboso, foliis radicalibus binis glabris angustissime linearibus, floralibus lanceolato-linearibus oppositis basi subspathaceis ciliatis, scapo 1-3-floro, pedunculis glaberrimis bracteatis simplicibus ramosisve, petalis obovato-oblongis obtusis glabris.

Gagea chrysantha. *Schult. s. veg. 7. p. 545.*

Ic. *nulla.*

In apricis montosis; *Pizzuta ( Jan ).*

Aprili, Majo. ♃

*Bulbi* exigui, tunicati: *folia* vix lin. lata, *scapum* glabrum 2-3-pollicarem subaequantia; *floralia* pedunculis breviora: *petala* lin. lata, vel angustiora, 3-4 lin. longa: *stylus* glaber, sub anthesi stamina excedens, germine tunc conico-turbinato duplo fere longior, petalis vero brevior: *capsula*.....

3. *O. granatelli. Parlat. giorn. l' occhio n. 11. p. 85*, et *pl. nov. p. 26.*

O. bulbo solitario vel gregario fibris numerosis intertextis crassis adscendentibus incluso, foliis radicalibus binis canaliculatis anguste linearibus glabris, floralibus oppositis alternisque breviter ciliatis, scapo ramoso, petalis lineari-lanceolatis acutis externe pedunculisque villosis.

Ic. *Parl. l. c.*

In campis aridis demissis, et in calcareis montosis; *Palermo nel chiuso di Villafranca*, *in luoghi scoperti alle falde di Monte Peregrino*, *al Caputo*, et in *Busambra ( Parl. )*

Martio, Aprili. ♃

*Bulbi* exigui, *Pisi* magnitudine, occultati inter fibras numerosas varie contextas, inter quas saepe bulbi alii includuntur, et inde radices horizontales videntur, fibris aliis capillaribus descendentibus: *folia* radicalia 3-5-pollicaria, altero breviore, scapo duplo longiora; *caulina* lineari-subulata, pedunculis breviora; inferiora opposita, superiora alterna: *scapi* in meis exemplaribus 4-5-flori ( 4-10-flori *Parl.* ): *petala* lin. lata, 6-8 lin. longa; genitalia

excedentia: *stylus filamenta* basi dilatata, et *capsulam* oblongam triplo superans.

Species *O. fibroso Desf.* valde affinis, a quo tamen ex comparatione speciminum herb. *Desf.*, uti notat *Parlat. l. c.* et *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 281*, recedit, fibris radicalibus inaequalis crassitudinis, scapo ramoso multifloro, floribus longius pedunculatis.

** *Flores albi.*

4. O. UMBELLATUM. *Lin. sp. pl. 441—Ucria H. Pan. p. 155—Guss. pr. 1. p. 412.*

O. bulbo prolifero, foliis linearibus elongatis late canaliculatis linea alba notatis undique glabris, pedunculis corymbosis bracteas latas scariosas acuminatas multo superantibus, petalis lanceolatis marginatis obtusiusculis.

O. vulgare, candidum. *Cast. H. Mess. p. 17.*

Ic. *Fl. dan. 1266—Jacq. austr. t.543*—Eliocarmos. *Reneal. spec. t. 87.*

In agris cultis, et inter segetes; *Torrenova*, *Barcellona*, *S. Agata*, *Messina*.

Martio, Aprili. ♃

*Folia* laxa, flaccida, ½ - 3 lin. lata, laete viridia, scapum subaequantia vel excedentia, nam aliquando fere sesquipedalia, subtus late striata, et linea alba lata, quae superne notata sunt, fere isthmis intercepta videtur: *scapi* 4 - 8 - pollicares; pedunculis sub anthesi fastigiatis, arrectis, in fructu patentibus; inferioribus longioribus, apice incurvis: *petala* 6 - 10 lin. longa, 1 ½ - 3 lin. lata, dorso viridia, margine tenui albo cincta, interne undique candida: *filamenta* dilatata, petalis duplo fere breviora, tria reliquis paullo longiora, viridula, uti antherae: *capsulae* erectae, oblongae, profunde 6-sulcatae, virentes.

5. O. COLLINUM. *Guss. Ind. sem. H. R. Bocc. an. 1825*, et *pr. 1. p. 412—Schult. s. veg. 6. p. 531.* excl. syn. *Ten.*

O. bulbo solido non prolifero, foliis linearibus (1 lin. latis) canaliculatis linea alba notatis margine ciliatis scapo longioribus, pedunculis corymbosis, bracteis scariosis, petalis lineari-oblongis marginatis.

O. saxatile. *Vis. pl. rar. Dalm. p. 10?*, nam exceptis foliis unicoloribus in reliquis specimina sicca a Cl. auctore missa non differre videntur.

Ic. *nulla.*

In collibus herbosis submontosis; *Roccapalomba*, *Alia*: *Catania*, (*Cosentini.*)

Martio, Aprili. ♃

*Folia* utrinque sub lente punctis scabra, recurva, subtus nervosa: *bracteae* scariosae, viridi-nervosae, acuminatae, concavae, pedunculis floriferis breviores: *petala* acuta, externe virentia, albo-marginata, interne candida; tribus exterioribus paullo latioribus, apice externe carinatis; tribus interioribus planis: *stamina* compressa, uniformia, apice attenuata, petalis duplo breviora, pistillo aequalia: *antherae* oblongae: *stylus* compressiusculus, utrinque in medio sulcatus: *stigmate* subemarginato: *germen* oblongum, flavescens, hexagonum, stylum fere aequans.

*Habitus* omnino sequentis; sed *folia* ad margines ciliata, *scapo* longiores, et *petala* externe intensius virentia—Cultura non mutatur—

Stamina dum antherae jam perfectae sunt pistillo approximantur, ut in *Fritillariis* — Cl. *Schult.* in *s. veg. 7. p. 531* dubitat an varietas sit *O. exscapi*, sed pedunculis fructiferis erectis, non vero divaricatis ab illo certe diversum. Confer ipsum *Schult. l. c. p. 1701* pro aliis synonymis.

6. *O. refractum. Kit.* in *Schult. s. veg. 7. p. 532*—*Guss. suppl. p. 101.*
 O. bulbo prolifero, scapo longitudine corymbi, foliis linearibus canaliculatis linea alba notatis undique glabris scapum duplo excedentibus, pedunculis subaequalibus bracteas scariosas vix superantibus post anthesin refractis, petalis oblongis obtusiusculis marginatis.
 Ic. *Reich. cent. 2. f. 265.*
 In apricis collibus herbosis; *Bagheria*, *Ogliastro* (*Gasparrini*).
 Martio, Aprili. ♃
 *Habitus O. exscapi*, a quo differt bulbo inter tunicas exteriores prolifero (quo charactere ab *O. umbellato* sub quo relatum a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 95* etiam recedit), petalis obtusioribus, pedunculis saepe sub ipsa florescentia refractis.
 *O. siculum*, scapo nullo, floribus pedunculatis. *Ucria pl. ad Lin. op. add. n. 8*, aequo jure ad hoc, vel ad *O. exscapum* spectare potest.

7. *O. exscapum. Ten. fl. nap. 1. p. 175* — *Guss. pr. 1. p. 412.*
 O. bulbo solido non prolifero, foliis linearibus canaliculatis linea alba notatis margine non ciliatis recurvis, pedunculis corymbosis, bracteis scariosis, petalis oblongo-linearibus marginatis.
 O. pauciflorum. *Raf. prec. des decouv. p. 44. n. 145*—O. umbellatum, minus, candidum, vulgare. *Cup. H. Cath. p. 159.*
 Ic. *Ten. l. c. t. 34.*
 In pascuis apricis submontosis; *Ogliastro*, *Villafrati*, *Lercara*, *Alimena*, et forsan in multis aliis Siciliae locis.
 Martio, Aprili. ♃
 Ab *O. umbellato*, cum quo associatur a Cl. *Marsch.* in *fl. taur. cauc. 3. p. 266*, omnino diversum, et forsan etiam ab *O. nano Sibth.* distinctum; *habitu*, *petalis* minoribus, ec.; ideoque *O. nanum Cath. H. R. Bocc. p. 45*, ad hoc spectat—Ab *O. collino foliis* non ciliatis, *petalis* minoribus, et a sequente *foliis* revora canaliculatis ac latioribus dignoscitur.

8. *O. tenuifolium. Guss. pr. 1. p. 413*, et *supp. p. 102*, non *Red.*
 O. bulbo solido non prolifero, foliis filiformibus sulco exaratis concoloribus glabris scapo subaequalibus, pedunculis corymbosis, petalis lineari-oblongis, bracteis scariosis.
 O. Gussonii. *Ten. syll. p. 171.*
 Ic. *nulla.*
 In pascuis apricis; *Villafrati*, *Vicari* = et in *Favignana*, *Maretimo*, *Pantellaria.*
 Aprili, Majo. ♃
 *Folia* recta vel recurva, sub lente punctis albidis scabriuscula: *scapi* ratione foliorum firmi, recti, 2-3-pollicares, glaberrimi, basi eburnei, apice inter pedunculos subvirentes: *bracteae* concavae, acuminatae, viridi-nervosae, pedunculos excedentes, demum breviores: *pedunculi* pollicares, inde elongati, non refracti, sed semper erecti, subcorymbosi: *petala* vix 2 lin. lata, 7-9 lin. longa, externe virentia, marginibus albis, interne candida; tria exteriora obtusiuscula cum apiculo; interiora angustiora, parum breviora, et acutiora: *filamenta* dilatata, apice attenuata, candida, 3-4 lin. longa, alterna pa-

rum minora : *antherae* oblongae ; *polline* lutescente : *germen* virescens , oblongum : *stylus* albus , germini aequilongus , stamina non excedens : *stigma* obsolete trilobum , villosum.

*C. Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 97* hoc ab *O. collino* , ab *O. ortophyllo Ten.* , ac ab *O. garganico* non distinguit ; sed characteres qui in plantis exsiccatis hujus familiae difficillime observantur, in plantis vivis cultis comparati eximie inter se differunt. Confer *Schult. s. veg. 7. p. 533* , et *1701* — O. tenuifolium *Red.* , nunc O. Rudolphi *Jacq.* , species est a nostra longe diversa.

9. *O. montanum. Cyr.* in *Ten. fl. nap. 1. p. 175* — *Guss. pr. 1. p. 413.*

O. bulbo solido non prolifero , foliis ( 3-5 lin. latis ) late-linearibus planiusculis patulis apice distortis , floribus corymbosis, petalis lineari-lanceolatis.

O. patulum. *Raf. prec. des decouv. p. 44.*

Ic. *Ten. l. c. t. 33.*

In pascuis montosis ubique in Sicilia.

Aprili , Majo. ♃

*Flores* albi , numerosi , tribus praecedentibus similes; sed *folia* 3-5 lin. lata ; *bracteae* scariosae , acutae : *petala* marginata , alterna minora, acuta : *capsulae* oblongae , 6-sulcatae— Non est certe varietas *O. umbellati* uti Cl. *Spr.* suspicatur in *s. veg. 2. p. 30.*

10. *O. narbonense. Lin. sp. p. 440* — *Ucria H. Pan. p. 155* — *Guss. pr. 1. p. 414.*

O. foliis late linearibus lateque canaliculatis synanthiis persistentibus, racemo longissimo , petalis lanceolatis , filamentis dilatatis membranaceis , pedunculis patentibus demum adpressis bracteas apice setaceo-acuminatas superantibus.

O. spicatum , majus , lacteo flore. *Cup. H. Cath. p. 159.*

Ic. O. pyrenaicum. *Jacq. austr. t. 103* — O. narbonense. *Dod. pempt. 222.*

Inter segetes , in collibus , ac in campis argillosis in Sicilia = et in *Favignana* , *Lampedusa.*

Aprili , Majo. ♃

*Folia* viridi-glaucescentia , *scapum* 1-2-pedalem aliquando superantia, 3-5 lin. lata , apice attenuata : *racemi* acuminati , saepe pedales , floribus approximatis vel subremotiusculis : *petala* candida, ad carinam virentia , obtusa , 2 lin. lata , inter se aequalia : *filamenta* a basi ad apicem sensim attenuata , una cum antheris alba petalis duplo fere breviora : *germen* nitide flavescens : *capsula* majuscula , globoso-ovalis , petala demum subaequans.

Species extricatu difficilis , pro qua confer *Schult. s. veg. 7. p. 513,* et *1698-1699.* Nostrum quoad descriptionem et iconem *Reneal. spec. t. 90* potius ad *O. stachyoides* spectaret ; tamen specimina herbarii *Lin.* a nostris non differre mihi visum est.

11. *O. arabicum. Lin. sp. pl. 441*—*Guss. pr. 1. p. 414.*

O. foliis linearibus latis ( 8-12 lin. ) canaliculatis elongatis , bracteis basi scariosis amplexicaulibus acuminatis , floribus corymbosis , corollae subcampanulatae ( magnae ) petalis oblongis , exterioribus latioribus obsolete tridentatis.

O. latifolium. *Ucria H. Pan. p. 155* , non *Lin.* — O. umbellatum , maximum , arabicum , umbilico interne nigro. *Cup. H. Cath. p. 159*—O. arabicum. *Cast. H. Mess. p. 17.*

Ic. *Red. lil. t. 63*—O. arabicum. *Clus. hist. 1. p. 186* — Melanomphale. *Renealm. sp. p. 89. t. 90.*

In pratis, et cultis maritimis vel submontosis; *Palermo*, *Val di Mazzara*, *Val di Noto* : *S. Steffano di Messina* ( *Arrosto* ).
Aprili, Majo. ♃
*Bulbi* basi bulbillis paucis instructi : *scapi* 1-2-pedales, firmi: *folia* pallide virentia, saepe pollicem lata, flaccida: *corymbi* multiflori, pedunculis remotiusculis, inferioribus bracteas 4-6 lin. latas excedentibus : *flores* candidi, odori : *petalis* poll. longis, 5-6 lin. latis, semipatentibus, concavis, stamina compressa aequalia duplo superantibus: *germen* obovato-conicum, 6-sulcatum, nigrescens, nitidum, quod huic speciei inter alias Siciliae indigens peculiare est.

---

† 12. *O.* MINIMUM. *Lin. sp. pl. 440* — *Ucria H. Pan. p. 154* — *Guss. pr. 1. p. 415.*
O. scapo angulato diphyllo, pedunculis umbellatis ramosis.
In pascuis; *Palermo a S. Maria a Gesù* ( *Ucria*, ex quo flores coerulei, et inde an *Scillae* species ? )
† 13. *O.* NUTANS. *Lin. sp. pl. 441* — *Ucria H. Pan. p. 155* — *Guss. pr. 1. p. 415.*
O. floribus secundis pendulis, nectario stamineo campaniformi.
In montosis; *Madonie* ( *Ucria* ).

## SCILLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 567—Endl. gen. n. 1130.*

*Spath.* nulla. *Cor.* 6-petala, erecto-patens, persistens. *Filam.* omnia filiformia. *Styl.* subulatus. *Caps.* obtuse trigona. *Sem.* globosa, nigra. ( *Bulbi* tunicati : *folia* omnia radicalia, saepius glabra: *racemi* elongati, vel corymbosi, saepius bracteati: *flores* albi aut coerulei. )

1. *S.* PERUVIANA. *Lin. sp. pl. 442*—*Guss. pr. 1. p. 415.*
S. foliis lato-lanceolatis patentibus planis margine brevissime ciliatis scapo longioribus, racemis multifloris confertis conicis, bracteis lanceolatis acuminato-elongatis, capsulis ovato-triquetris mucronatis.
Hyacinthus stellatus, peruvianus. *Cast. H. Mess. p. 11.*
Ic. *Red. lil. t. 467*—Hyacinthus stellatus, pineus, cinereo-candidus. *Cup. panph. 2. t. 156*—H. stellatus, peruvianus. *Clus. hist. 1. p. 175*—Ornithogalum siculum, floribus cinereo-carneis, in rotundam metam fastigiatis. *Bon. t. 19.*
In argillosis collibus; *Catania*, *Misterbianco* ( *Bivona* ), *Lago palici presso Pelagonia*, *e Caltanissetta nel bosco di Mammiano* ( *Tineo* ).
Aprili, Majo. ♃

2. *S.* UGRII. *Tin.* in *Guss. supp. p. 162.*
S. foliis lato-lanceolatis patentibus margine glabris scapo longioribus, racemis multifloris confertis corymbosis, bracteis scariosis lanceolatis acuminato-elongatis, capsulis ovali-triquetris mucronatis.
S. peruviana *b. Guss. suppl. p. 102.*
Ic. *nulla.*
In rupibus calcareis aquilonem spectantibus; *Maretimo.*
Aprili, Majo. ♃
*Folia* nec denticulata, nec ciliata : *racemi* corymbosi, non conici— In hac vero, et in praecedente; *folia* in orbem expansa, 2-4 poll. lata, pedalia, plana vel concava, aliquando scapum tantum aequantia, laete virentia : *bracteae* 1-2-pollicares; inferiores pedun-

culis breviores, superiores illos aequantes *pedunculi* in fructu patentes ac elongati : *racemi* multiflori, sub anthesi densissimi : *petala*, *filamenta* (quae compressa et pistillo aequilonga) ac *pistillum* coerulea, in fructu reflexa, quod non in sequente : *semina* pyriformia, nitida, nigra, glabra, varie corrugato-rugosa — Interim haec differt a *S. peruviana* praeter characteres notatos, *pedunculis* atrocoeruleis ; *bracteis* tenuioribus, rubentibus, ad carinam nervis duobus viridulis notatis ; *petalis* externe intensius coloratis, ad carinam atrocoeruleis, et apice obtusioribus ; dum in praecedente *pedunculi* et bracteae virentes ; *petala* externe amoene coerulea, ad carinam virentia.

3. *S. Cupani. Guss. Ind. H. R. Bocc. an. 1825*, et *Pr. 1. p. 416*.
S. foliis lanceolatis patulis planis margine brevissime et tenue ciliatis scapo subaequalibus, racemis corymbosis paucifloris, bracteis scariosis ad carinam enerviis pedunculo fructifero triplo brevioribus, capsulis mucronatis.

Ornithogalum coeruleum. *Raf. carat. p. 85* — Hyacinthus stellatus nostras, Hyacinthum peruvianum per omnia sequens, floribus dilute purpureis. *Cup. H. Cath. p. 98*.

Ic. Hyacinthus stellatus, coeruleus, umbellatus, latifolius. *Cup. panph. 1. p. 201—Raf. t. 94. f. 2*—Ornithogalum latifolium, umbelatum, amoene coeruleum. *Bon. t. 20*.

In apricis pascuis, et in aridis montosis; *Castrogiovanni* (*Russo*), *Villafrati*, *Ogliastro*; *Altavilla*, *Amorosa*.

Aprili, Majo. ♃

*Habitus* duarum praecedentium ; tamen *scapi* et *folia* minor breviora; *racemus* minus confertus et corymbosus ; *bracteae* non carina nervosae, sed enerves ; *pedunculi* graciles, bracteis inferioribus duplo longiores, et uti istas pallide coerulescentes : *petala* amoena coerulea, intensius colorata, in fructu *capsulae* adpressae : *filamentum* et *pistillum* corollae concoloria : *capsula* obtuse trigona, ovata breviter mucronata.

4. *S. bifolia. Lin. sp. pl. 443—Guss. pr. 1. p. 416*.
S. foliis lanceolato-linearibus subbinis erectis inferno vaginantibus, racemo paucifloro laxifloro demum secundo, pedunculis ebracteatis inferioribus elongatis.

Hyacinthus stellaris, bifolius, Germanicus. *Cup. H. Cath. p. 98* — H. stellaris, lilifolius. *Cast. H. Mess. p. 11*.

Ic. *Jacq. austr. t. 117—Red. lil. t. 254*—Hyacinthus Fuchsii. *Dod. pempt. 219*.

In apricis fertilibus, et in nemoribus montosis ; *Madonie*, *Monte di Cammarata*, *Ficuzza*, *Boschi di Valdemone*, *Etna* : *Palermo alla Pizzuta* (*Parlatore*, *Todaro*).

Majo, Junio. ♃

*Folia* recurvato-patentia, canaliculata, apice obtusiuscula, canaliculata, inferne striata, superne levia, *scapum* 2-6-pollicarem aequantia vel excedentia, 2-4 lin. lata : *pedunculi* rubentes, erecto-patentes, demum secundi : *flores* coerulei, uti filamenta et pistillum ; *antherae* atropurpureae : *petala* stellate patentia, oblongo-lanceolata: *capsula* subglobosa.

5. *S. maritima. Lin. sp. pl. 442— Ucria H. Pan. p. 155 — Guss. pr. 1. p. 417*.
S. foliis latis oblongo-lanceolatis concavis obliquis hysteranthiis, racemo multifloro cylindraceo-conico longissimo, bracteis lineari-setaceis reflexis subtus calcaratis.

S. vulgaris, magna radice rubrá. *Cup. H. Cath. supp. alt. p.* 79 — S. vulgaris. *Cast. H. Mess. p.* 21.

Ic. *Red. lil. t.* 116.

*b.* bulbis externe albidis.

S. vulgaris magna radice alba, et S. magna radice alba, productioribus minusque latis foliis, pallida. *Cup. H. Cath. l. c.*

In collibus, in montosis calcareis, in campis aridis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Marettimo*, *Favignana*, *Levanzo*.

Augusto, Octobri. ♃

*Bulbi* magni, tunicati, externe, rubentes in *a.*; *folia* plus minus elongata, glaberrima, laete virentia 1 - 3 poll. lata: *scapi* 3-5-pedales, recti, stricti, inter flores striati: *racemi* a basi ad apicem successive floriferi, 1 - 1 ½ - pedales: *pedunculi* eburnei, 5 - 7 - lineares, subanthesi patentes, demum erecti, solitarii, raro gemini, bracteis 3-4-plo longiores: *petala* obtusa, oblonga, patentia, una cum filamentis ac stylo candida: *antherae* luteae: *germen* oblongum, virescens: *semina* raro perficit — Hujus speciei bulbi aestiva tempestate, a Testudinibus in *Lampedusa* valde obviis avide comeduntur.

6. *S.* HYACINTHOIDES. *Lin. syst. veg.* 329—*Guss. pr.* 1. *p.* 417.

S. foliis late lineari-lanceolatis elongatis synanthiis, scapo elato, racemo multifloro cylindraceo-conico longissimo, pedunculis coloratis, bracteis brevissimis squamaeformibus.

Ic. *Bot. mag. t.* 440, ex *Bertol.*—Bulbus eriophorus. *Clus. hist.* 1. *p.* 172—Ornithogalum cupressinum, coeruleum. *Bon. t.* 21.

In apricis cultis, ad margines hortorum; *Castrogiovanni.*

Aprili, Majo. ♃

*Bulbi* valdo proliferi, tunicati; tunicis ob tracheas emarcidas eriophoris: *folia* laete virentia, canaliculata, glabra, flaccida, fere bipedalia, 4-12 lin. lata: *scapi* striati, 1-3-pedales: *racemi* sub anthesi conferti, pedunculis arrectis; inde laxi, pedunculis patentibus, pollicaribus et ultra: *flores* inodori: *petala* uti pedunculi, stamina et styli coerulescentia.

7. *S.* INTERMEDIA. *Guss. Ind. sem. H. R. Bocc. an.* 1825, et *Pr.* 1. *p.* 417.

S. foliis anguste lanceolato-linearibus planis acutis patenti-recurvis, racemo sub anthesi corymboso densiusculo demum laxo elongato, pedunculis ebracteatis erecto-patentibus, capsulis obcordatis emarginatis.

S. bifolia. *Ucria H. Pan. p.* 156, non *Lin.*, ex loco et nomine vulgari—S. parviflora? *Guss. Catal. H. R.* in *Bocc.p.*57—Hyacinthus stellaris, autumnalis, major. *Cup. H. Cath. p.* 98 — Idem flore dilute-purpureo. *Cup. l. c. supp. alt. p.* 58—Idem flore albo. *Cup. l. c.*

Ic. Hyacinthus autumnalis, major. *Dod. pempt. p.* 218?

In pascuis aridis montosis, et in campis cultis; *Palermo all'Abate*, *a Sferracavallo*, *a Baida*, *ed alla Favorita*: *a S. Maria a Gesù*, *ed ai Ciaculli* (*Parlatore*): *Bagheria*, *Misilmeri*, *Castellammare*, *Trapani*, *Marsala*, *Mazzara*, *Castelvetrano*, *S. Giuseppe*.

Septembri, Octobri. ♃

*Folia* glaberrima, 3-4 lin. lata, 1 - 1 ½ poll. longa, acutiuscula: reliqua ut in sequente, a qua absque *foliis* et *capsula* difficillime dignoscitur.

Specimina *S. parviflorae* herb. *Desf.* differunt a nostra: *foliis* duplo longioribus; *scapo* glaberrimo, qui in plantis siculis a basi ad me-

dium pilis brevibus rigidis ciliato-scabro, magis quam in *S. autumnali*; *floribus* densioribus; *bracteis* brevissimis, vix ½ lin. longis.

8. *S. autumnalis*. *Lin. sp. pl. 443—Guss. pr. 1. p. 418.*

S. foliis anguste-linearibus (filiformibus), racemo sub anthesi corymboso densiusculo demum laxo elongato, pedunculis ebracteatis subadscendentibus, capsulis ovatis acutiusculis.

Hyacinthus stellaris, autumnalis, minor. *Cup. H. Cath. p. 98—Cast. H. Mess. p. 11.*

Ic. *Cav. ic. rar. 3. t. 274. f. 2—Red. lil. t. 317*—Hyacinthus autumnalis, minor. *Dod. pempt. 219.*

In pascuis apricis, et in collibus ubique in Sicilia = et in *Pantellaria*, *Favignana*, *Maretimo*, *Levanzo*, *Lampedusa*.

Augusto, Octobri. ♃

*Scapi* tenue striati, 2-6-pollicares, foliis saepius longiores, solitarii, vel plures: *folia* laete virentia, hysteranthia, vix ½ lin. lata: *racemi* demum 1-3-pollicares: *pedunculi* semipatentes, 1-6 lin. longis, *petala* oblongo-linearia stellato-patentia obtusiuscula subaequantes, fructiferi acutiusculi: *antherae* atrocoeruleae: *pedunculi*, *petala*, *stamina*, et *pistillum* amoeno coerulei.

---

† 9. *S. fistulosa*. *Raf. prec. des dec. p. 45. n. 143 — Guss. pr. 1. p. 418.*

S. foliis linearibus obtusis glabris erectis subcanaliculatis, scapo fistuloso cylindrico, racemo longissimo, bracteis brevibus ovalibus obtusis.

In Aetna.

Floret aestate (*Raf.*)

## HYACINTHUS.

*Willd. en. H. Ber. 1. p. 377. n. 418—Spr. s. veg. 2. n. 1215.*

*Spath.* nulla. *Cor.* tubulosa, campanulata, regularis, 6 - fida; laciniis patentibus. *Stam.* inclusa, tubo corollae inserta. *Styl.* subulatus; *stigmate* depresso. *Pori* tres melliferi in apice germinis. *Caps.* obtuse 3-gona, supera, 3-locularis; loculis sub-2-spermis. (*Bulbus* tunicatus: *folia* laete virentia, omnia radicalia, glabra: *flores* racemosi, omnes fertiles, coerulei, vel ex albo-virentes: *pedunculi* basi bracteolati.)

1. *H. orientalis*. *Lin. sp. pl. 454.*

H. racemo laxifloro, corollis infundibuliformibus basi ventricosis semisexfidis, laciniis obtusis recurvis patentibus, bracteis brevissimis, capsulis . . . . .

Ic. *Red. lil. 465—Clus. hist. 1. p. 174*—H. orientalis, parvo flore. *Barrel. ic. 175.*

In apricis nemorum; *Boschi della Quisquina* (*Todaro*).

Martio, Aprili. ♃

*Bulbi* globoso-ovati, fusco-tunicati: *folia* 2-6 lin. lata, late canaliculata, glaberrima, apice obtusiuscula, fornicato-concava, erecta, inde laxa et scapum superantia: *racemi* pauciflori: *flores* erecti, amoene coerulei, suaveolentes, in sequentibus inodori.

2. *H. romanus*. *Lin. mant. 224—Guss. pr. 1. p. 424.*

H. racemo sub anthesi conico, pedunculis floribusque erecto-patentibus, corollis campanulatis semisexfidis subangulatis, filamentis compressis, capsulis trigonis subrotundis obtusis.

Bellevallia romana. *Reich. fl. germ. excurs. 1. p. 105*—H. botryoides, albus. *Cast. H. Mess. p. 39.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 340—Sebast.*—et *Maur. rom. pl. fasc. 2. t. 1. f. 2—Red. lil. t. 334*—H. comosus, albo-flore. *Clus. hist. 1. p. 180*, mediocris.

In cultis argillosis; *Palermo alla Grazia*, *Vicari*, *Caltanissetta*, *Priolo*, *Giuliana*, *Bisacquino*.

Martio, Aprili. ♃

*Folia* laete virentia, late canaliculata, apice attenuato-acuminata, scapum plerumque duplo superantia, erecto-patentia, numerosa: *scapi* solitarii, vel plures ex eadem radice, inter flores atrocoerulei uti pedunculi; qui 2 - 3 - lineares, bractea carnosa triangulari deflexa decidua suffulti, sub anthesi erecti, in fructu patentes: *flores* ante anthesim albidi, inde sordide - fusco - virentes; corollae laciniis acutiusculis, erectis: *stamina* inclusa, *filamentis* candidis; *antheris* atrocoeruleis: *germen* et *stigma* coerulescentia; *stylo* albo: *capsulae* aliquando ovales, obtusae, apice late trisulcatae, ibique atrovirentes: *racemus* cylindraceus.

3. *H. dubius. Guss. Cat. H. Reg. Bocc. an. 1821. p. 32*, et *78*, ac *pr. 1. p. 424— Schult. s. veg. 7. p. 586.*

H. racemo snb anthesi cylindraceo, pedunculis patentibus, floribus subnutantibus, corollis campanulatis subsexfidis angulatis, filamentis teretibus basi dilatatis, capsulis trigonis profunde excavatis obcordatis.

H. romanus. *Desf. atl. 1. p. 308* ex herbario — Bellevallia dubia. *Reich. fl. ger. excur. 1. p. 105*, et *Schult. s. veg. 7. p. 1709.*

Ic. *nulla.*

In pascuis montosis; *Palermo*: *Pizzuta (Heldr.)*, *Carini*, *Vicari*, *Cammarata*, *Regalmuto*, *Caltanissetta*, *Priolo*, *Capizzi*, *Corleone*, *Alcamo*, *Trapani*, *Maniaci*, *Cesarò*, *Castrogiovanni.*

Martio, Aprili. ♃

*Habitus* praecedentis: *folia* lato-linearia, canaliculata, acuminata, scapnm saepius superantia: *racemi* nunquam conici, sed cylindracei, et demum valde elongati, 2-4-pollicares: *bracteae* minulae, lacerae: *pedunculi* subanthesi flores laete coeruleos inde triste virescentes subaequantes, vel demnm paullo longiores: *filamenta* apice teretia; *antheris* nubilibns rubro-ferrugineis.

Species, uti jam *l. c.* monui, praecedenti simillima, ita ut dum simul non conferantur difficillime earum differentia agnoscatur, tamen certis characteribus distinctae; inde nihil mirum si Cl. *Spr.* in *s. veg. 2. p. 65* cum illa conjunxerit.

## MUSCARI.

*Willd. en. H. Ber. 1. p. 378. n. 419—Endl. gen. n. 1118.*

*Spath.* nulla. *Cor.* globosa, ovata vel cylindracea; fauce constricta; limbo brevissime 6-dentato. *Stam.* inclusa, corollae inserta. *Styl.* subulatus; *stigmate* simplici, anguloso. *Pori* nulli mellifer in apice germinis. *Caps.* 3-gona, angulis prominulis, loculis sub 2-permis. (Omnia ut in *Hyacintho*, sed corollae breves, globosae, ovatae vel cylindraceae.)

1. *M. comosum. Willd. en. H. Ber. 1. p. 378* — *Spr. s. veg. 2. p. 65—Guss. pr. 1. p. 425.*

M. racemo elongato, corollis cylindraceis horizontalibus sub-apic:

angulatis fauce subclausis, summis sterilibus longissime pedicellatis coloratis erectis, foliis late linearibus flaccidis elongatis.
Hyacinthus comosus. *Lin. sp. pl. 455—Ucria H. Pan. p. 159* — H. comosus, major, purpureus. *Cup. H. Cath. p. 98 — Cast. H. Mess. p. 39.*
Ic. H. comosus. *Jacq. austr. 2. t. 126—Red. lil. t. 231*—H. comosus, spurius, tertius. *Dod. pempt. 218.*
*b. monstruosus.*
H. vomitoria, panicula coerulea. *Cup. H. Cath. p. 38*—H. cupressinus. *Cast. H. Mess. p. 11.*
Ic. H. sannesius, panicula comosa. *Columm. ecphr. 2. t. 10.*
Inter segetes, et in arvis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*, *Lampedusa*. Varietas *b.* Siciliae indigena ex *Cupani.*
Aprili, Majo. ♃
*Folia* glauco-virentia, 4-5 lin. lata, apice attenuata, ad margines tenuissime denticulata: *racemi* non explicati densiflori, pyramidales, inde 2-12-pollicares, cylindracei: *pedunculi* horizontales, nitido virentes; florum sterilium erecti ac cyanei: *corollae* fertiles juniores atrocoeruleae, sub anthesi sordide virentes; denticulis albidis, obtusis, recurvis; steriles laete cyaneae: *capsulae* globoso-trigonae.

2. *M. maritimum. Desf. atl. 1. p. 308—Pers. syn. 1. p. 375—Guss. pr. 1. p. 426.*
M. racemo cylindrico, corollis distinctis cylindricis subsessilibus horizontalibus perviis, summis coloratis abortivis sessilibus, foliis linearibus flaccidis canaliculatis.
Ic. *nulla.*
In arenosis maritimis; *da Terranova a Capo Passaro.*
Aprili, Majo. ♃
*Folia* anguste linearia, lin. lata, virentia: *scapi* 3-6-pollicares, erecti: *racemi* densiusculi, 1-2-pollicares: *pedunculi* semilineares, bracteolam linearem albidam reflexam aequantes: *corollae* fertiles 2 lin. longae, denticulis conniventibus apice recurvis; steriles cyaneae: *capsulae* globoso-trigonae.
Differt a descriptione *Desf.*, *floribus* luteis subsessilibus, non pallide virescentibus ac pedicellatis; *racemis* cylindricis, non superne attenuatis; *foliis* non subulatis: sed comparatis speciminibus herbarii *Desf.* ab illis non differt.

3. *M. moschatum. Willd. en. H. Ber. 1. p. 378—Spr. s. veg. 2. p. 65—Guss. pr. 1. p. 426.*
M. racemo cylindrico, corollis distinctis cylindraceis horizontalibus demum perviis uniformibus subsessilibus, foliis late linearibus elongatis glaucescentibus.
Hyacinthus Muscari. *Lin. sp. pl. 454—Ucria H. Pan. p. 159*— H. racemosus, moschatus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 38.*
Ic. M. suaveolens. *Red. lil. t. 132* — M. obsoletiore flore. *Clus. hist. 1. p. 178.*
*b.* floribus luteis.
H. racemosus, moschatus, luteus. *Cup. l. c.*
Ic. M. flavo flore. *Clus. hist. 1. p. 179.*
In collibus herbidis apricis: var. *b.* prope *Messina* (*Arrosto*): var. *a.* Siciliae indigena ex *Cupani*, sed ego non vidi.
Martio, Aprili. ♃
*Folia* obscure virentia, vix glaucescentia, apice cucullato-concava,

patentia, varie flexa: *flores* gratissime odori, pauci, triste lutescentes in *a.*, brevissime pedunculati: *corollae* 3-4 lin. longae, fere teretes, superne 6-angulatae; denticulis fuscis, angulo recto inflexis, domum recurvis, et inde corollae perviae videntur truncatae: *capsulae* trigonae, majusculae.

4. *M.* COMMUTATUM. *Guss. pl. rar. p. 145*, et *pr. 1. p. 426* — *Schult. s. veg. 7. p. 593.*

M. racemo brevissimo, corollis globoso-ovatis distinctis omnibus pedunculatis demum deorsum imbricatis subuniformibus clausis apice denticulatis, denticulis inflexo-conniventibus, foliis linearibus canaliculatis laxis.

M. racemosum. *Cambes. fl. bal. p. 145* ex herbario — Hyacinthus botryoides. *Ucria H. Pan. p. 159*, non *Lin.* ex loco.

Ic. *nulla.*

In collibus herbosis, et in maritimis pascuis ubique in Sicilia = et in *Favignana.*

Martio, Aprili. ♃

*Bulbi* ovati, proliferi: *scapi* 3-5-pollicares, erecti, superne virentes, inferne rubro-maculati vel omnino rubentes, inter flores cyanei: *folia* 1 - 1 ½ lin. lata, scapum plerumque superantia, glabra, vel margine subciliata, apice fornicato - teretia, virentia, basi rubentia: *pedunculi* vix lin. longi: *flores* inodori, circiter 20: *corollae* sub anthesi clausae, demum perviae ob denticulos a se invicem remotos; 1 ½ - 2 lin. longae, pedunculos amethystinos basi bractea setacea brevi suffultos duplo fere superantes; atrocoeruleae, basi sub anthesi amethystinae, ac apice angulatae: *pistillum* undique cyaneum: *capsulae* obcordato-trigonae.

5. *M.* NEGLECTUM. *Guss.* in *act. Soc. Borb. ined.*

M. racemo denso brevi cylindraceo, corollis ovali-oblongis demum deorsum imbricatis apice denticulatis, et ob denticulos obtusos recurvos perviis, summis sterilibus, foliis anguste linearibus (1-2 lin. latis) late canaliculatis erecto-patentibus demum laxis.

Ic. *Guss. l. c. ined.*

In collibus apricis et inter segetes; *Menfrici*, *Palmi nelle colline argilloso-calcari (Gasparrini)*: *Catania* (*Cosentini*).

Martio, Aprili. ♃

*Bulbi* proliferi: *folia* et *habitus* praecedentis; *flores* vero sequentis.

6. *M.* RACEMOSUM. *Willd. en. H. Ber. 1. p. 378*—*Pers. syn. 1. p. 375*—*Guss. pr. 1. p. 427.*

M. racemo densissimo brevi, floribus deorsum imbricatis, corollis cylindraceo-ovatis uniformibus confertis perviis apice denticulatis, denticulis recurvis, summis sessilibus sterilibus, foliis laxis dependentibus linearibus junciformibus superne sulco exaratis.

Hyacinthus racemosus. *Lin. sp. pl. 455* — H. racemosus, coeruleus, minor. *Cup. H. Cath. p. 98.*

Ic. *Jacq. austr. 2. t. 187*—H. botryoides I. *Clus. hist. 1. p. 181*, sed folia non bene expressa.

In pascuis montosis, et in sylvaticis; *Madonie*, *Catania*, *Montalbano*, *Floresta.*

Martio, Aprili. ♃

*Bulbi* proliferi: *scapi* foliis valde breviores: *folia* exacte junciformia, striata, superne tenuissimo sulco notata, varie flexa, glaucescentia: *racemi* vix pollicares: *corollae* omnes intense atrocoeruleae.

7. *M.* PARVIFLORUM. *Desf. atl. 1. p. 309*—*Pers. syn. 1. p. 375*—*Guss. pr. 1. p. 427.*

M. racemo cylindrico brevi, corollis obovato-globosis distinctis pe

dunculatis horizontalibus erectis patentibusve uniformibus perviis, foliis linearibus junciformibus teretibus striatis strictis demum laxiusculis scapo brevioribus.

M. autumnale. *Guss. Ind. sem. H. R. Bocc. ann. 1825.*

Ic. *nulla.*

In collibus, in arvis, et in arenosis herbosis maritimis; *Palermo alla scala del Mezzagno* (*Parlatore*), *alla Favorita*, *Ficarazzi*, *Bagheria*, *Catania*, *Agosta*, *Siracusa*, *Misterbianco.*

Septembri, Octobri. ♃

*Bulbi Avellanae* magnitudinis, vix proliferi: *folia* sub anthesi stricta, demum flaccida, patentia ac recurva, 3-4, glauco-virentia, diametro vix ½ lin.: *scapi* stricti, 3-6-pollicares, foliis dimidio longiores: *racemi* 8-14-flori: *pedunculi* 1 - 2 - lineares, patentes, *bracteas* setaceas duplo excedentes, inferiores magis distantes, longiores: *corollae* obtusae, vix angulatae, basi emarginatae; dentibus obtusis, erecto-recurvis: *antherae* atrocoeruleae: *capsula* obcordata: *pedunculi*, *bracteae* et pars *scapi* florifera, *stamina* et *germen* uti *corollae* amethystinae, sed florescentia peracta virides evadunt—Sequenti affine, sed florendi *tempore*, *foliis* angustioribus, et *habitu* graciliore diversum; hinc immerito a Cl. *Spr.* in *s. veg. 2. p. 66* cum illo confusum.

8. *M. botryoides. Willd. en. H. Ber. 1. p. 378 — Pers. syn. 1. p. 375—Guss. pr. 1. p. 428.*

M. racemo cylindraceo brevi, corollis globosis uniformibus distinctis perviis, inferioribus remotioribus, foliis strictis late linearibus canaliculatis basi angustatis.

Hyacinthus botryoides. *Lin. sp. pl. 445*—H. racemosus, coeruleus, minor, latifolius. *Cup. H. Cath. p. 98*—H. botryoides, coeruleus. *Cast. H. Mess. p. 39.*

Ic. *Red. lil. t. 364 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 7* — H. botryoides, purpureus III. *Clus. hist. 1. p. 181.*

Ad sylvarum margines in montosis; *Madonie*, *Catania*, *Mistretta*, *Capizzi*, *Etna a Nicolosi.*

Februario, Martio. ♃

*Bulbus* nunquam proliferus, conicus, albidus: *folia* viridi-glaucescentia, striata, obtusa, apice concavo-cucullata, scapum gracilem superne atrocoeruleum aequantia: *corollae* diametro vix lineari, approximatae vel remotiusculae, et *pedunculi* breves, uti *scapus* inter flores, ac *filamenta* laete cyaneae; denticulis albidis, recurvis, obtusis: *filamenta* brevia, dilatata, inclusa; *antheris* atris: *germen* virescens, obconicum, *stylo* brevissimo, vix ½ lin. albido: *flores* inodori.

## ASPHODELUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 569—Endl. gen. n. 1141.*

*Spath.* nulla. *Cor.* 6 - partita, patens. *Stam.* basi dilatata, ibiqui fornicato-recurvata, germen obtegentia. *Styl.* subulatus, adscendens; *stigmate* 3-lobo, vel simplici. *Caps.* supera, subcarnosa vel sicca; loculis oligospermis. *Sem.* angulata. (*Radices* tuberoso-fasciculatae: *caules* foliosi vel nudi, simplices aut ramosi: *folia* linearia, glabra, basi amplexicaulia: *flores* racemosi, albi aut lutei.)

1. *A. luteus. Lin. sp. pl. 443—Ucria H. Pan. p. 156 — Guss. pr. 1. p. 419.*

A. caule undique vaginato foliis subulato-triquetris, striatis, bracteis imbricatis latis scariosis ovato-lanceolatis acuminatis flores subaequantibus.

A. folio fistuloso striato, non ramosus, luteus flore et radice. *Cup. H. Cath. p. 24*—A. luteus. *Cast. H. Mess. p. 4.*

Ic. *Jacq. Hort. vind. 1. t. 77*—*Red. lil. t. 223*—A. luteus, minor. *Lob. ic. 91*, mediocris.

In collibus aridis calcareis ubique in Sicilia.

Martio, Aprili. ♃

*Radices* flavae: *caules* firmi, 1 ½ - 3 - pedales: *folia* conferta, patentia, viridi-glaucescentia, glaberrima, basi membrana arida scariosa caulem vaginante instructa; superiora sensim breviora et arctiora: *racemi* densi, terminales, cylindracei, demum elongati: *pedunculi* breves, articulati: *flores* flavi, odori; *corollae* laciniis lineari-lanceolatis patentibus: *stamina* arcuata, lutea: *capsula* subglobosa, carnosa, matura nigrescens.

Varietatem *caule* ramoso enumerat *Cup. l. c.*, sed illam non vidi— *Turiones* teneri cocti comeduntur.

2. *A. ramosus. Lin. sp. pl. 444*, excluso *A. secundus Clusii* — *Ucria H. Pan. p. 156*—*Guss. pr. 1. p. 419.*

A. scapo superne paniculato-ramoso, foliis glaucescentibus late-linearibus acute carinatis levibus longe acuminatis, pedunculis in fructu clavatis, inferioribus bractea longioribus, capsulis obovato-globosis obsolete angulosis.

A. microcarpus. *Viv. fl. cors. spec. rar. diagn. p. 4*, excluso synonymo *Clusii !*—A. albus, ramosus. *Cup. H. Cath. p. 24*— *Cast. H. Mess. p. 33*—A. albus, major, ramosus, alter, robustior, Porri facie, et—Idem medius. *Cup. H. Cath. supp.alt. p. 12.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 334*—*Sturm. fl. germ. p. 1. f. 6* —A. primus. *Clus. hist. 1. p. 196.*

In pinguibus, et in campis aridis, ad vias ubique in Sicilia=et in *Ustica*, *Saline*, *Lipari*, *Stromboli*, *Basiluzzo*, *Vulcano*, *Favignana*, *Lampedusa*, *Pantellaria.*

Februario, Majo. ♃

*Radicis* tubera oblonga, fusca: *folia* numerosa, glaberrima, exquisite carinata, aliquando fere 4-pedalia: *scapi* firmi, erecti, 2-4-pedales: *bracteae* albido-scariosae, breves: *pedunculi* demum 3-4-lineares, floriferi bracteis subbreviores, fructiferi longiores, et apice clavati: *flores* nubiles conferti, inde laxiusculi, inodori: *corollae* albae; *laciniis* oblongis, obtusis, externe ad carinam virentibus: *stamina* et *pistillum* alba; *antheris* ochraceis: *capsula* glaberrima, ad apicem fere umbilicata; jam perfecta obovato-globosa!, superne obsolete 3-sulcata, 2-3 lin. longa.

In *Lampedusa* in aestiva tempestate aliorum pabulorum defectu hujus plantae folia exsiccata a pecudibus prae reliquis expetuntur, at si imbres decidunt, tunc amara evadunt, et ab illis recusantur— Species Cl. *Viviani* a nostra certe non differt; secus ac opinantur *Reich.* et *Loisl;* pro quo confer *Schult. s. veg. pars 2. p. 1695*—*A. albus* etiam Siciliae indigenus ex *Cup. H. Cath. l. c.*; sed adhuc non inventus.

3. *A. fistulosus. Lin. sp. pl. 444* — *Ucria H. Pan. p. 156* — *Guss. pr. 1. p. 420.*

A. scapo superne ramoso, foliis semiteretibus subulatis strictis fistulosis, floribus solitariis.

A. foliis fistulosis. *Cup. H. Cath. p. 24*—A. minor. *Cast. H. Mess. p. 33.*

Ic. *Cav. ic. rar. 3. t. 202 — Sibth. fl. gr. t. 333* — A. minor. *Clus. hist. 1. p. 197* — A. luteus, minor, tenuis. *Cup. panph. 1. t. 31.*

In collibus aridis, in campis incultis maritimis, ac ad vias in Sicilia = et in *Ustica*, *Felicuri*, *Alicuri*, *Maretimo*, *Favignana*, *Pantellaria.*

Martin, Majo. ♃

Glaber et laete virentes: *scapi* stricti, saepe pedales: *folia* striata, scapum subaequantia, apice attenuata, basi ad margines scariosa: *pedunculi* in medio articulati, adpressi, lin. longi, in fructu conico-incrassati; et adpressi: *bracteae* scariosae, pedunculos aequantes: *corollae* albae; laciniis obtusis, ad carinam carneo-viridulis: *filamenta* declinata, una cum stylo candida; *antheris* lateritiis: *stigma* pallide roseum: *capsula* obovata, ad apicem glandulis tribus notata.

## ALOE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 581—Endl. gen. n. 1115.*

*Spath.* nulla. *Cor.* tubulosa, basi nectarifera, ore 6 - fida. *Filam.* subaequalia, receptaculo inserta. *Caps.* polysperma. *Sem.* in quovis loculamento biserialia, margine membranaceo. ( *Planta* basi suffrutescens, sed saepe fere acaulis: *folia* crassa, approximata, exstipulata: *scapi* erecti, axillares: *flores* bracteati, racemosi: *succus* foliorum amarus. )

1. *A. vulgaris. Dec.—Smith fl. gr. pr. 1. p.238—Guss. pr. 1. p. 429.*
A. caule suffruticoso, foliis lanceolatis erectis serrato - spinosis acuminatis, scapo simplici vel ramoso, floribus flavescentibus pendulis.

A. perfoliata. *Ucria H. Pan. p. 159*, non *Lin.*—A. vulgaris. *Cup. H. Cath. p. 5.*— A. Dioscoridis. *Cast. H. Mess. p. 2.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 341—Dec. pl. gras. t. 27.*

In rupibus maritimis; *Cefalù*, *Milazzo*: *Palermo ai Petruzzi* (*Parlatore.*)

Majo, Junio. ♃

*Truncus* brevissimus, sed crassus, rudimentis foliorum emarcidorum tectus: *folia* glaberrima, vix glauco-virentia, concava, saepe apice incurva: *scapi* 1-2-pedales, firmi, stricti, squamis sparsis ovatis acutis scariosis viridi-nervosis tecti, terminati racemo denso pedali et ultra: *bracteae* squamis similes, sed acutiores, demum deflexae, et pedunculis longiores: *corollae* nubiles patentes, florentes deorsum imbricatae ac pendulae, cylindraceae, pollicem longae; limbi laciniis obtusis, imbricate conniventibus, apice viridulis, ac subrecurvis: *genitalia* exserta: *germen* ovali-oblongum, obtuse et obsolete hexagonum, virescens: *capsulas* maturas non vidi—*Flores* multo nectare scatent.

## AGAVE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 582—Endl. gen. n. 1297.*

*Spath.* nulla. *Cor.* supera tubuloso - infundibuliformis, decidua ; limbo 6-partito, laciniis erectis. *Stam.* tubo inserta, corollinis laciniis opposita. *Styl.* filiformis ; *stigmate* capitato - trigono. *Caps.* 3-locularis , polysperma. *Sem.* compresso - plana, numerosa. (*Folia* crassa , firma , rigida , maxima , mucronata : *scapi* elati , 10-20-pedales , squamati, superne paniculati : *flores* numerosi, erecti. *Agaveae Endl.*)

1. *A. americana.* Lin. sp. pl. 461—Ucria H. Pan. p. 161—Guss. pr. 1. p. 429.

A. acaulis , foliis dentato-spinosis glaucescentibus , scapo ramoso , tubo corollae medio angustato , staminibus longe exsertis , stylo staminibus aequali demum longiore.

Aloe americana. *Cup. H. Cath. p. 5 — Cast. H. Mess. p. 2.*

Ic. A. mexicana. *Rodat. ind. pl. H. Bon. p. 50. t. 2-5* , ex *Bertol.*—Aloe folio mucronato. *Lob. ic. 374.*

Ad sepes in collibus aridis in Sicilia — unicam tantum plantam cultam in *Felicuri* vidi ; et sat raro quoque culta in *Favignana* ac *Pantellaria* occurrit.

Junio , Julio. ♃

*Planta* undique glaberrima : *folia* numerosa , mucrone rigido firmo fusco terminata ; juniora in conum conniventia , seniora exteriora apice recurva : *scapus* firmus , e centro foliorum prodiens ; teres , strictus , basi diametro 4-6 - pollicari , citissimae crescens , squamis ovatis acuminatis latis adpressis tectus ; junior apice nutans : *panicula* ampla , speciosa , pyramidalis ; ramis patentibus , compressis , firmis ; *flores* numerosi , viridi-flavescentes , odoro ingrato et fere stercoraceo praediti , in apice tantum ramorum deosc corymbosi conferti et seriati , erecti , breviter pedunculati ; *pedunculis* conicis, crassis , virentibus 3-4 lin. longis , bracteis brevibus pluribus albo-scariosis lanceolato-linearibus instructis : *corolla* sesquipollicaris ; tubo obtuse 6-sulcato , intus nectarifero ; *limbi* laciniae tubo duplo longiores, oblongo-lineares , concavae , obtusiusculae , coriaceae , interne ad apicem pilorum fasciculo et linea quoque albida ac puberula parum inferne producta instructae , qua invicem ante anthesim cohaerent : *filamenta* corollam duplo excedentia , semiteretia , apice attenuata , una cum stylo corollae concoloria , erecta , deflorata varie curva : *antherae* lin. undique aequaliter latae , poll. longae , versatiles , 1-sulcatae , apicibus emarginatis vel bifidis : *stylus* crassus , corollae aequalis , inde duplo et ultra longior , apice subtrigonus , intus cavus : *capsulae* coriaceae , cum pedunculo articulatae , virentes , ovales , obtuse trigonae , 1-½-2 poll. longae , utrinque parum attenuatae : *semina* immatura candida.

Ex basi interiore tubi corollae , copiosum nectarem odoris quoque ac saporis ingrati exudat—Planta peracta florescentia perit ; sed numerosa sobolo laterali propagatur—*Corollae* laciniae saepe invicem coalitae , et tunc ejus limbus videtur 3-partitus—*Stamina* ante florum explicationem intra corollam incurva , et saepe dum laciniae adhuc apice cohaerent , lateraliter erumpunt—Pro hujus plantae usibus confer quae dixi in *pl. rar. p. 147.*

## CONVALLARIA.

*Endl. gen. n. 1182.*

*Cal.* nullus. *Cor.* infera, tubuloso - campanulata, 6-dentata. *Stam.* filamenta tubo adnata; laciniis corollinis opposita. *Styl.* staminibus longior; *stigmate* trigono. *Bac.* ante maturitatem basi stellato-maculata, 3-locularis, loculis oligospermis. ( *Planta* glaberrima: *radices* carnosae, repentes; *caules* vero annotini: *folia* simplicia, integerrima, exstipulata; *flores* penduli, in hac ex albo-virentes, axillares, racemosi, inodori. *Asparageae Juss.* )

1. *C. multiflora. Lin. sp. pl. 452? — Guss. pr. 1. p. 423.*
   C. caule terete arcuato, foliis ovato-oblongis ellipticisque alternis subsessilibus glabris, pedunculis axillaribus 1-multifloris, corollis cylindricis, dentibus glabris, filamentis villosis.
   Polygonatum latifolium, flore majore, odoro. *Cup. H. Cath. supp. p. 249* et — P. latifolium, vulgare. *supp. alt. p. 72.*
   Ic. *Fl. dan. 152? —* P. latifolium I. *Clus. hist. 1. p. 275?*
   In nemoribus septentrionalibus umbrosis; *Etna nelli boschi del Milo, Bosco di Caronia, di Montalbano, di Cannata, di Mandanici, della Floresta.*
   Junio, Julio. ♃
   *Caules* certe teretes, apice curvati, 1-2-pedales, basi rudimentis vaginantibus foliorum sparse tecti: *folia* secunda, superne viridia, dorso glaucescentia, 2 - 4 poll. longa, ½ - 2 poll. lata, obtusiuscula: *pedunculi* graciles, simplices et uniflori, vel alterne ramosi 2-5-flori, 6-10-lineares: *corollae* 9-11 lin. longae, albidae, at apice virentes, in medio non constrictae: *baccas* maturas non vidi.
   Planta sicula inter *C. multifloram* et *C. latifoliam* media: cum hac corollis elongatis et albidis, vix viridi-lineatis convenit; at habitu, pedunculis foliisque glaberrimis recedit: cum illa staminibus pubescentibus, sed corollis albidioribus, exacte cylindricis, non vero in medio constrictis, est aliena—A *C. polygonato*, cui quoad flores et folia quoque similis, differt, caule non angulato, pedunculis multifloris, staminibus villosiusculis et corollis apice glabris—Ad hanc nostram spectare videtur C. polygonatum *Brot. fl. lusit. 1. p. 538.* Confer *Schult. s. veg. 7. p. 299.* — An species propria et *C. Broteri* appellanda?

---

† 2. *C. polygonatum. Lin. sp. pl. 451 — Ucria H. Pan. p. 158 — Guss. pr. 1. p. 423.*
   C. foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subunifloris.
   In sylvis montosis; *Madonie a lo santo dello Lupo* ( *Ucria* ).

## ASPARAGUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 573 — Endl. gen. n. 1164.*

*Cal.* nullus. *Cor.* infera, 6-petala; petalis campanulato-conniventibus. *Filam.* subulata, inclusa, petalis opposita, eorum basi inserta. *Styl.* brevis; *stigmate* 3-lobo, vel 3-fido. *Bacc.* 3-locularis; oligosperma. (*Plantae* glaberrimae: *caules* herbacei vel fruticosi: *folia* stipulata, linearia, tenuia, vel acerosa aut spinaeformia, fasciculata, raro solitaria: *flores* parvi, albi, aut luteolo-virentes, ad axillam bracteolae siti, cito decidui: *pedunculi* articulati. *Asparageae Juss.*)

1. *A. officinalis. Lin. sp. pl. 448*, exclusa var. *b.— Ucria H. Pan. p. 157—Guss. pr. 1. p. 420.*
   A. caule herbaceo terete erecto pyramidato-paniculato, foliis setaceis inermibus fasciculatis, stipulis subgeminis paribus basi mucronatis, pedunculis in medio articulatis nutantibus, floribus dioicis.
   A. sylvestris, tenuissimo folio. *Cup. H. Cath. p. 24.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 249* — A. foliis sativo aemulis, brevioribus crassioribusque aculeis exsertis. *Cup. panph. 3. t. 121.*
   In sylvaticis maritimis; *nelle siepi del Vaccarizzo fra Catania, ed il fondaco dell'Agnone.*
   Majo, Junio. ♃
   *Caules* annui, 2-3-pedales: *folia* laete virentia, in quolibet fasciculo numerosa, inaequalia, non pungentia; fasciculis plus minus approximatis; *flores* axillares, 2-3, virentes: *pedunculi* graciles, 3-6-lineares: *baccae* globosae, coccineae, uti flores pendulae, *Pisi* magnitudine: *turiones* dulces, edules.
2. *A. albus. Lin. sp. pl. 449— Ucria H. Pan. p. 157—Guss. pr. 1. p. 421.*
   A. caule fruticoso distorto, ramis recurvis flexuosis striatis, foliis fasciculatis triquetris inermibus deciduis, spinis solitariis patenti-recurvis, pedunculis inferne articulatis, floribus fasciculatis.
   A. aculeatus, spinis horridus. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*; et *inst. p. 300—Cup. H. Cath. p. 24*—A. sylvestris, minor. *Cast. H. Mess. p. 25.*
   Ic. Corruda tertia. *Clus. hist. 2. p. 178.*
   In collibus calcareis aridis, ad radices montium, in lapidosis mari finitimis; *Val di Mazzara, e Val di Noto, Scaletta, Bronte, Catania, Paternò, Misterbianco, Monumenti, Adernò, Siracusa, Taormina* = et in *Ustica, Favignana.*
   Septembri, Octobri. ♄
   *Caules* teretes, erecti, 2-4-pedales, una cum ramis alternis patentibus candidi, et fere eburnei ac rigidi, ita ut ob *spinas* et *ramos* flexuosos hortis et agris sepiendis utilissime inservit: *folia* glauco-virentia, 4-6 lin. longa, spinas subaequantia, recta vel incurva, mollia, in quovis fasciculo numerosa: *spinae* validae, ad basim ramorum recurvae, reliquae rectae et horizontales: *flores* albi, odoratissimi, numerosi, plurimi steriles: *petala* obtusissima, fere obovato-oblonga, basi interne sulcata, sub anthesi patentissima; *stamina* corollae subaequalia; *filamentis* albis; *antheris* sanguineis: *stylus* brevis: *baccae* demum nigrae.
3. *A. acutifolius. Lin. sp. pl. 449 — Ucria H. Pan. p. 157,— Guss. pr. 1. p. 421.*

A. caule fruticoso inermi angulato, foliis aciformibus fasciculatis rigidis brevibus perennantibus mucronatis subaequalibus, pedunculis medio articulatis, floribus subsolitariis, petalis omnibus rectis (apice non incurvis) patentibus.

A. foliis acutis. *Cup. H. Cath. p.* 24, et *supp. alt. p.* 11—A. sylvestris. *Cast. H. Mess. p.* 33 — et A. foliis acutis. *p.* 25.

Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 337 — Corruda prior. *Clus. hist.* 2. *p.* 77.

In sylvaticis lapidosis maritimis, ac in montosis; in fruticetis ac ad sepes in Sicilia = et in *Ustica*, *Felicuri*, *Saline*, *Stromboli*, *Panaria*, *Dattolo*, *Liscabianca*, *Basiluzzo*, *Lipari*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*, *Pantellaria*.

Augusto, Septembri. ♄

*Caules* sarmentosi, et inter sepes scandentes: *rami* breves, rigidi, horizontaliter patentes, approximati: *folia* intense virentia, stellato-patentia, vix 3-4 lin. longa: *flores* solitarii vel gemini, viridi-luteoli, odori: *filamenta* alba; *antherae* flavae: *baccae* 1-2-spermae, virentes, demum fuscae.

*Turiones* tam hujus quam sequentis, prae cacteris speciebus comeduntur—Variat pro loci natura *foliis* plus minusque rigidioribus, *pedunculis* brevibus elongatisque, folia aequantibus et superantibus, floribus erectis vel cernuis.

4. *A. APHYLLUS. Lin. sp. pl.* 450 — *Guss. pr.* 1. *p.* 422.

A. caule inermi angulato fruticoso, foliis fasciculatis rigidis perennantibus valde inaequalibus, pedunculis medio articulatis, floribus solitariis, petalis tribus interioribus patentibus apice incurvis.

A. aculeatus alter, tribus, aut quatuor spinis ad eumdem exortum. *Cup. H. Cath. supp. alt. p.* 11.

Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 338—A. creticus, fruticosus, crassioribus et brevioribus aculeis, magno fructu. *Tourn. it. ed. in* 8. *v.* 1. *p.* 273 optima — Corruda altera. *Clus. hist.* 2. *p.* 178.

In collibus, et in saxosis maritimis; *Palermo a Mondello a Sferracavallo*, *Montallegro*, *Alicata*, *Butera*, *Contado di Modica*, *Paternò*, *Catania*.

Septembri, Octobri. ♃

Praecedenti valde proximus, sed *folia* 5-6 lin. longa, ac valdo inaequalia, crassiora: *petala* incurva, oblonga, acutiuscula, linea notata: *filamenta* ac *antherae* in utrisque similes: *baccae* majores.

5. *A. HORRIDUS. Lin. fil. supp.* 203—*Biv. cent.* 2. *p.* 12 — *Guss. pr.* 1. *p.* 422.

A. caule fruticoso angulato, foliis tetragonis alternis patentibus elongatis rigidis pungentibus crassissimis solitariis, pedunculis medio articulatis, floribus fasciculatis.

A. sylvestris, sive Corruda hispanica IV *Clusii*, longioribus aculeis armata. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.* —A. sylvestris, praecrasso ac rigido folio acuto nigro. *Cup. H. Cath. p.* 24.

Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 339 — *Cav. ic. rar.* 2. *t.* 136—*Red. lil. t.* 288—A. sylvestris, praecrasso ac rigido folio acuto, coerulea bacca. *Cup. panph.* 2. *t.* 160.

In collibus arenosis, et sabulosis maritimis; *le Giarre* (*Biv.*), *da Montallegro a Spaccaforno*, *Siracusa*, *Paternò*, *Piazza*, *Aidone*, *Caltanissetta*, *Butera*, *Pietrapersia*, *Catania*, *Monumenti*, *Castrogiovanni a S. Giuliano*, *Priolo* = et in *Lampedusa sotto il capo di Ponente*.

Aprili, Majo. ♃

*Caules* erecti, 2-4-pedales, ramosissimi, ramis erectis patentibusque:

*folia* crassissima, aculeos aemulantia, solitaria, raro fasciculata, 2-3, patentissima, semipollicem ad duos pollices longa, intense glauco-virentia, mucronato-pungentia, ad basim *stipula* albido-scariosa instructa: *pedunculi* breves, corollam flavescentem subaequantes: *baccae* maturae coerulescentes—*Turiones* hujus speciei quoque comeduntur.

## JUNCUS.

*Willd. en. H. Berol. 1. p. 390. n. 453—Spr. s. veg. 2. n. 1273—Endl. gen. n. 1049.*

*Cal.* glumaceus, 6-partitus, vel 6-sepalus, persistens. *Cor.* nulla. *Stam.* sepalis, vel laciniis calycinis opposita. *Styl.* brevis; *stigmatibus* tribus plumosis. *Caps.* supera, 3-locularis, 3-valvis, polysperma. (*Herbae* annuae perennesve: *culmi* nodosi, simplices vel ramosi: *folia* integra, glabra, teretia, aut semiteretia, alterna, exstipulata, basi vaginantia: *flores* parvi, 2-bracteati, in capitulis vel in paniculis lateralibus, terminalibusve. *Junceae Dec.*)

* *Semina appendiculata: culmi, uti folia, enodes.*

1. *J. acutus. Lin. sp. pl. 463*, exclusa var. *b.—Meyer syn. Jun. p. 32—Ucria H. Pan. p. 162—Guss. pr. 1. p. 430.*
J. foliis pungentibus culmoque nudo teretibus, panicula densa terminali prolifera, involucro diphyllo pungente paniculam longe superante, capsulis globoso-ovatis mucronatis calyce duplo longioribus.
J. acutus, maritimus, capitulis majoribus. *Cup. H. Cath. p.105*—J. acutus. *Cast. H. Mess. p. 40*—J. acutus, capitulis Sorghi. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et *Inst. 246.*
Ic. *Host gr. austr. 4. t. 97*—J. pungens, sive acutus, capitulis Sorghi. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 10. f. 15.*
In pascuis humidis, et in maritimis arenosis, aut argillosis humentibus vel salsis in Sicilia.
Aprili, Julio. ♃
*Planta* dense caespitosa, glaberrima: *culmi* 1-3-pedales, una cum foliis erecti, ac tenaces, farcti: *involucrum* basi vaginans, ibique dilatatum, foliis conforme: *panicula* densa, multiflora, abbreviata, sed saepe decomposita: *bracteae* sepala subaequantes: *capsulae* majusculae, nitidae.
2. *J. multibracteatus. Tineo in Guss. suppl. p. 105.*
J. foliis pungentibus culmoque nudo teretibus, panicula terminali supradecomposita, pedunculis 1-2 elongatis involucrum diphyllum spinosum superantibus, capsulis oblongis obtusis mucronatis (majusculis) calyce duplo longioribus.
Ic. *nulla.*
In humentibus; *Castronuovo* (*Tineo*).
Majo, Junio. ♃
*Habitus* omnino praecedentis, sed in omnibus robustior; *involucrum* 2-3-pollicare; *rami* paniculae graciles, elongati, 4-5-pollicares; reliqua ut in illo.
An *J. acutus b.* panicula elongata, *Laharpe essai d'une monogr. des vraies Joncées p. 122* hujus loci?
3. *J. maritimus. Smith Brit. 1. p. 374—Meyer l. c. p. 33—Guss. pr. 1. p. 430.*
J. foliis pungentibus culmoque nudo teretibus, panicula terminali su-

pradecomposita erecta involucro diphyllo pungente subaequilonga, capsulis ellipticis obtusis calycem aequantibus.

J. acutus *b. Lin. sp. pl.* 464—J. acutus, maritimus, anglicus. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. *Host gram. austr.* 3. *t.* 80—*Fl. dan.* 689—J. acutus, maritimus, anglicus. *Moris. hist.* 3. *s.* 8. *t.* 10. *f.* 14.

In udis, et in uliginosis maritimis ubique in Sicilia.

Junio, Julio. ♃

*Panicula* supradecomposita aliquando involucrum excedit, laxiuscula ac elongata: *folia* et *involucrum* minus pungentia; ac paniculae rami quam in praecedentibus graciliores: *culmi* ut in illis basi vaginis fuscis foliorum tecti.

4. *J. rigidus. Desf. atl.* 1. *p.* 312—*Guss. supp. p.* 105.

J. culmo basi folioso foliisque teretibus, panicula terminali decomposita involucrum diphyllum spinosum excedente, pedunculis inaequalibus compressis fasciculatis, sepalis acuminatis, capsulà.' . . .

J. acutus, panicula sparsa. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et *Inst. p.* 246.

Ic. *nulla.*

In uliginosis maritimis; *Spaccaforno*, *Terranova*, *Selinunte.*

Majo, Junio. ♃

Species praecedenti affinis, et cum illa a plerisque ( *Laharp. l. c. p.* 121, et *Bertol. fl. ital.* 4. *p.* 173 ) confusa; interim quamvis capsulas maturas non viderim ( ideoque de sectione ad quam referenda sit dubium adhuc), nihilominus calyces et paniculae rami cum illis haud bene explicatis *J. maritimi* comparati, plane diversi sunt; et propter *habitum* potius sub hac sectione referendam esse nunc putavi.

*** Seminibus exappendiculatis.*

*a. foliis nullis, vel teretibus.*

5. *J. glaucus. Willd. sp. pl.* 2. *p.* 206 — *Meyer l. c. p.* 13—*Guss. pr.* 1. *p.* 431.

J. aphyllus, culmo enode striato glauco tenaci subfarcto, panicula laterali supradecomposita, pedunculis irregularibus elongatis patentibus, floribus solitariis lateralibus terminalibusque, sepalis lanceolatis acuminatis capsulam ellipticam mucronatam aequantibus.

Ic. *Host gr. austr.* 3. *t.* 81—*Fl. dan.* 1159—*Guss. pr.* 1. *p.* 431 —J. acutus, vulgaris. *Moris. hist.* 3. *s.* 8. *t.* 10. *f.* 13.

In arenosis, et in maritimis frequens in Sicilia.

Majo, Junio. ♃

*Culmi* caespitosi, tenaces, basi vaginis fuscis nitidis tecti, 2-3-pedales: *panicula* laxiuscula; *ramis* cymosis, bracteatis: *involucri* foliolum alterum elongatum, rectum, subpungens: *capsulae* maturae, nitidae, fuscae.

Descriptio *J. paniculati* in *Schult. s. veg.* 7. *p.* 183 et in *Koch syn. p.* 727 ( qui est *J. pallidus Hoppe* et *J. glaucus y. Meyer* ) in nonnullis a nostro recedit: siquidem *culmi* apice non reflexi; *panicula* potius versus apicem, non vix supra medium culmi; et *medulla* subcontinua.

6. *J. fistulosus. Guss. pr.* 1. *p.* 431.

J. aphyllus, culmo enode fistuloso tenaci pallido, panicula laterali effusa supradecomposita, pedunculis irregularibus, floribus subumbella-

tis approximatis congestis terminalibus, sepalis lanceolatis acuminatis capsulam ellipticam obtusam acute triquetram superantibus.
Ic. *nulla.*
In udis montosis; *via della Piana de' Greci passato lo Gurgo de' Ddingoli.*
Majo, Junio. ♃
*Culmi* parum caespitosi, 2-3-pedales, virentes, basi vaginis spadiceis obtusis aphyllis tecti: *involucri* foliolum alterum elongatum: *flores* numerosi, exigui: *capsulae* nitide virentes.
*Habitus* praecedentis, sed *panicula* sequentis; a quo differt, *culmo* fistuloso, *capsula*, et *paniculae* ramis subumbellatis erectis.

7. *J. effusus. Lin. sp. pl. 464—Guss. pr. 1. p. 432.*
J. aphyllus, culmo enode stricto viridi intus spongioso, panicula laterali effusa supradecomposita, sepalis acuminatis capsula obovata obtusa longioribus.
J. levis, panicula sparsa, major. *Cup. H. Cath. p. 104.*
Ic. *Host gram. austr. 3. t. 83—Fl. dan. 1096*—J. levis, panicula sparsa, major. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 10. f. 4.*
In udis, et ad stagna in submontosis; *Messina (Arrosto), Piana de' Greci, Ficuzza, Cotrano, Itala.*
Majo, Junio. ♃
*Culmi* caespitosi, 2-4-pedales, diametro saepe 3-4-lineari, basi vaginis spadiceis aphyllis tecti: *panicula* ramosissima; *floribus* parvis, numerosissimis: *involucri* foliolum alterum rectum, valde elongatum, apice attenuatum, sed subinerme: *capsulae* parvae, obtusae, sed non retusae, ut in sequente.

7. *J. conglomeratus. Lin. sp. pl. 464—Ucria H. Pan. p. 172—Guss. pr. 1. p. 432.*
J. aphyllus, culmo enode stricto intus spongioso terete viridi, panicula laterali conglobata, sepalis acutis capsula obovata retusa brevioribus, floribus triandris.
J. levis, panicula non sparsa. *Cup. H. Cath. p. 104.*
Ic. *Host gram. austr. 3. t. 82!—Fl. dan. 1094*—J. levis, panicula non sparsa. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 10. f. 7.*
In pascuis humentibus, et ad vias in Sicilia.
Majo, Junio. ♃
*Habitus* omnino praecedentis; a quo *floribus* triandris, acutis, non acuminatis, et *capsularum* figura differt.

8. *J. multiflorus. Desf. atl. 1. p. 313 — Pers. syn. 1. p. 383—Meyer l. c. p. 19— Guss. pr. 1. p. 432.*
J. culmo inferno nodoso folioso, foliis teretibus enodibus mucronulatis, panicula terminali elongata erecta, pedunculis inaequalibus multifariam decompositis fasciculatis involucrum excedentibus, sepalis angustis acuminato-aristatis capsula oblonga longioribus.
Ic. *Desf. l. c. t. 91.*
In arenosis udis, ad torrentium alveos subexsiccatos, in inundatis, ad fossas; *Val di Mazzara, Altavilla, Termini, Priolo, Catania, Siracusa, Spaccaforno, Noto, Avola.*
Majo, Junio. ♃
*Radices* firmae, horizontaliter repentes: *culmi* 1-2-pedales, 1-4-nodes, ultra medium foliosi, fistulosi, basi vaginis aphyllis tecti: *folia* et *involucrum* subpungentia, apice varie curvata, 4-16-pollicaria, inferiora magis elongata ac fistulosa: *paniculae* rami 2-7-pollicares: *involucrum* semper panicula duplo vel quadruplo brevius: *sepala* conniventia ad margines albo-scariosa: *pistillum* purpureum, exsertum: *capsula* triquetra, acuta vel obtusiuscula.

10. *J. obtusiflorus*. *Ehr.* in *Meyer l. c. p. 20—Guss. pr. 1. p. 433.*
J. culmo folioso, foliis nodulosis strictis, panicula supradecomposita, pedunculis divaricatis, sepalis subaequalibus obtusis capsulam triquetro-ovatam acutam subaequantibus.
Ic. J. sylvaticus. *Host gram. austr. 3. p. 57. t. 86*—Gramen junceum, articulatum, palustre, erectum et elatius. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 9. f. 1.*
In udis, et in uliginosis in Sicilia.
Majo, Junio. ♃
*Radices* ut in praecedentibus: *culmi* teretes, 1-3-pedales, saepius erecti, raro adscendentes: *folia* vaginantia, compressiuscula, una cum involucro apice acuminata, sed non pungentia: *paniculae rami* arrecti, 2-7-pollicares, involucrum valde excedentes; *pedunculis* vero divaricatis: *flores*, ac *capsulae* parvae, in apice pedunculorum, et in eorum axillis dense capitato-fasciculati: *habitus* sui proprius ob capsulas, et calyces pallide virentes.

11. *J. lampocarpus*. *Ehr.* in *Meyer l. c. p. 23—Guss. pr. 1. p. 433.*
J. culmo folioso, foliis nodulosis tereti-compressis, panicula subpatente, sepalis subaequalibus lanceolatis, exterioribus acutis, interioribus obtusis capsula triquetro-ovata acuta mucronata brevioribus.
Gramen junceum, folio articulato, aquaticum, repens, durulum. *Cup. H. Cath. p. 90.*
Ic. *Engl. bot. t. 2143* (ex *Meyer*)—J. acutiflorus. *Leers herbor. p. 89. t. 13. f. 6*—Gramen junceum, articulatum, palustre, humilius, utriculis frequenter donatum. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 9. f. 2?*
Cum sequente eodemque tempore floret.
*Habitus* omnino idem, sed *sepalis capsulisque* obtusioribus distinctus, quamvis a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 197*, et *198* una cum duabus sequentibus, uti ejusdem speciei varietates sit relatus—In utrisque *folia* non pungentia, uti *involucrum*, quod panicula brevius vel aequale: *capsulae* maturae nitidulae, fuscae, quae virentes in *J. striato*.

12. *J. acutiflorus*. *Ehr.* in *Meyer l. c. p. 24—Guss. pr. 1. p. 434.*
J. culmo folioso, foliis remotis nodulosis tereti-compressis, panicula supradecomposita, sepalis omnibus acuminatis, interioribus sublongioribus capsula triquetra acuminato-rostrata duplo brevioribus.
Ic. J. adscendens. *Host gram. austr. 3. p. 58. t. 87*—J. minor, mollis, caducus, articulato folio fistuloso depresso. *Cup. panph. 1. t. 92.*
*b.* panicula firma, capitulis majoribus densifloris, capsulis brevioribus ac brevius rostratis.
In inundatis, et udis, ad torrentium margines; *Palermo al Roccazzo*, *Fiume grande presso Termini*, *Cattolica e Rivera nel fiume S. Pietro*, *Messina*; var. *b. Palermo.*
Majo, Junio. ♃
*Habitus* praecedentis, sed robustior; *folia* latiora, firmiora: *capsulae* fuscae ut in illo: *culmi* in utrisque saepius adscendentes.

13. *J. striatus*. *Schous.* in *Meyer. l. c. p. 27—Guss. pr. 1. p. 434.*
J. culmo folioso, foliis approximatis nodulosis, vaginis striatis, panicula decomposita florum glomerulis capitatis subcymosis, pedunculis subdivaricatis, sepalis aequalibus lanceolato-acuminatis capsulam triquetram acuminatam subaequantibus.
J. siculus. *Jan. cat. p. 5*, ex ejusdem specimine.
Ic. *nulla.*
In uliginosis; *Palermo*, *Termini*, *Fiume grande.*
Majo, Junio. ♃
*Paniculae* rami divaricati, fere ut in *J. obtusifloro*; sed *calyces*

acuminati, longiores: *flores* capitato-globosi, et *capsulae* calycem aliquando excedunt.

Cl. *Schult.* in *s. veg. 7. p. 205 J. Fontanesii Gay*, et *J. striatum Schous.* (a *Laharpe l. c. p. 430* in unam speciem conjunctos) tanquam diversos enumerat, sed liquidos characteres, quorum ope distingui possint non invenio.

*b. foliis canaliculatis planisve.*

14. *J. Gerardi. Loisl. not. p. 60*, et *fl. gall. ed. 2. v. 1. p. 260— Guss. supp. p. 106.*

J. culmis subcompressis basi foliosis, foliis linearibus canaliculatis angustissimis, involucro paniculam erectam paucifloram superante, floribus solitariis subremotis, sepalis obtusiusculis capsulam ovato-oblongam subaequantibus.

J. bulbosus. *Guss. pr. 1. p. 434*, exclusis synonymis.

Ic. Gramen junceum, Milii panicula. *Barr. ic. 747. f. 2.*

In pratis, et in pascuis humentibus montosis; *Madonie al piano de' Valieri* (*Gasparrini*), *Caronia*, *Mistretta.*

Junio, Julio. ♃

*Radices* repentes: *culmi* plures, caespitosi, 6-12-pollicares, graciles, erecti: *folia* non pungentia, fere filiformia: *panicula* 1-2-pollicaris; ramis tenuibus: *capsulae* maturae fuscae, parvae.

Cum specimina hujus stirpis capsulis jam perfectis instructa viderim ad *J. Gerardi* non vero ad *J. bulbosum* plantam siculam spectare comperi. Haec cum exemplaribus gallicis *J. Gerardi* ex asse quadrat; sed an hic cum *J. botnico Vahlb.*, *coenoso Bichen.* sit associandus mihi in ambiguo est. Confer *Schult. s. veg. 7. p. 256*, et *1662*. et *Bertol. fl. ital. 4. p. 194* sub *J. compresso.*

15. *J. Tanageja. Lin. fil. supp. p. 208—Guss. suppl. p. 106.*

J. culmo tenui simplici aut ramoso folioso, foliis setaceis canaliculatis, paniculae ramis bifidis, floribus solitariis (parvis) remotiusculis, sepalis acutis capsulam subrotundam obtusam subaequantibus.

Ic. *Fl. dan. 1160*—J. annuus, floribus per ramulos sparsis. *Vaill. bot. par. t. 20. f. 1.*

In fruticetis apricis locis arenosis humidiusculis; *nelle macchie di Alcamo* una cum *Aira globosa*, *Exaco filiformi*, et *Radiola linoide* invenerunt Cl. *Splitgerber* ac *Tineo*: *Piano della stoppa presso Misilmeri* (*Todaro*).

Aprili, Majo. ⊙

*Radices* fibrosae: *culmi* 4-6-pollicares, in meis speciminibus simplices: *paniculae rami* fere filiformes: *flores* in ramorum divisione solitarii, in extremitate saepe bini: *sepala* fusca, margine albida, interiora parum breviora, et minus acuminata: *capsulae* parvae.

Planta sicula ad varietatem *filiformem* hujus speciei spectare videtur: confer *R. S. s. veg. 7. p. 1661*: praeterea in nostra folia caulina vaginis arctis tubulosis, non dilatatis fere spathaceis ac apertis, ut in plantis germanicis ac gallicis instructa sunt.

16. *J. capitatus. Willd. sp. pl. 2. p. 203*, an excl. syn. *Cav.?— Guss. supp. p. 106.*

J. triandrus, foliis canaliculatis culmoque subnudo subsetaceis strictis, florum capitulo uno alteroque laterali aut terminali, sepalis exterioribus acuminatis, interioribus brevioribus acutis capsulam ovalem superantibus.

Ic. *Sturm fl. germ. f. 13—Fl. Dan. t. 1690* — J. foliatus, minimus. *Bauh. hist.* 2, *p.* 523.

In fruticetis apricis; *macchie di Alcamo* (Cl. *Splitgerber*, ac *Tineo*): *Piano della stoppa presso Misilmeri* (*Todaro*).

Aprili, Majo. ⊙

*Planta* pusilla, 6 lin. 2 poll. alta: *radix* fibrosa: *folia* fere omnia radicalia: *involucrum* basi dilatatum, apice attenuato-acuminatum: *capitula* pauciflora, saepius terminalia—Pro synonymo *Cav.* confer *Meyer syn. p.* 37, et *Schult. s. veg.* 7. *p.* 222.

17. *J. ambiguus. Guss. pr.* 1. *p.* 435—*Schult. s. veg.* 7. *p.* 230.

J. culmo ramoso gracili folioso, foliis angustissimis planiusculis, paniculae ramis elongatis, floribus glomeratis solitariisque, sepalis tribus interioribus obtusis brevioribus, tribus exterioribus acutis capsulam oblongam obtusam cum acumine aequantibus.

Ic. Gramen bufonium, angustifolium, erectum, minus. *Barr. icon.* 263. *f.* 2. ?

In udis arenosis maritimis; *Spaccaforno*, *Trapani*.

Aprili, Majo. ⊙

*Radix* fibrosa, ut in sequentibus: *culmi* graciles, plures ex eadem radice, 3-4-pollicares, erecti: *folia* filiformi-setacea, culmum subaequantia, basi laxe vaginantia: *paniculae* rami graciles, saepius bifidi: *flores* ad divisionem pedunculorum, ad eorum latera, ac ad apicem solitarii vel glomerati, et ob sepala interiora obtusa fere truncati videntur: *capsulae* demum fusco-stramineae.

Habitus *J. bufonii*, et *calyces* fere *J. Tanagejae*. Ab illo differt *calycibus* capsulam aequantibus, acutis non vero acuminatis; ab hoc *habitu* robustiore, *foliis* latioribus, *calycibus* obtusioribus, *capsulis* oblongis—Icon *Barr. l. c.* quamvis habitu diversa, tamen calycis forma potius cum hoc, quam cum *J. bufonio* convenit — Cl. *Schult. l. c.*, ad hanc speciem cum? refert *J. attenuatum Viv.*; sed specimina ab ipso auctore communicata ad *J. Gerardi* plantam *Viv.* pertinere probant. Confer *Laharpe l. c. p.* 158.

18. *J. bufonius. Lin. sp. pl.* 466—*Meyer l. c. p.* 39—*Guss. pr.* 1. *p.* 435.

J. culmo ramoso gracili folioso, foliis planiusculis angustissimis, paniculae ramis elongatis, floribus distantibus subsolitariis, sepalis omnibus acuminatis, tribus exterioribus longioribus acutioribus capsulam oblongam obtusam superantibus.

Gramen nemorense, calyculis paleaceis. *Cup. H. Cath. p.* 91.

Ic. *Host gram. austr.* 3. *t.* 90 — *Sturm fl. germ. p.* 1. *f.* 36. —Gramen bufonium, erectum, latifolium. *Barr. ic.* 263. *f.* 1.

In inundatis, et in udis arenosis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Lampedusa*, *Pantellaria*.

Aprili, Majo. ⊙

*Culmi* plures vel solitarii, 2-7-pollicares: *folia* laxe vaginantia, culmo breviora, virentia: *panicula* irregularis; ramis bifidis; floribus ut in praecedente dispositis: *sepala* margine scariosa; exteriora valde acuminata: *capsula* omnino obtusa, absque mucrone.

19. *J. hybridus. Brot. fl. lusit.* 1. *p.* 513.

J. culmo ramoso erecto gracili folioso, foliis planiusculis angustissimis, paniculae ramis elongatis, floribus terminalibus axillaribusque umbellato-fasciculatis, sepalis tribus exterioribus acuminatis capsulam oblongam obtusam superantibus, interioribus obtusiusculis.

J. insulanus. *Viv. fl. cors. p.* 5—*Guss. pr.* 1. *p.* 436—J. fasciculatus. *Bertol. fl. ital.* 4. *p.* 190—J. mutabilis *b. Savi Pis.* 1. *p.*

*363*—J. congestus. *Schous?* —J. bufonius *y*. nanus, robustior, anthela abbreviata. *Meyer l. c. p. 40* ex synonymo *Brot.*

Ic. Gramen bufoninm, glomeratis utriculis. *Barr. ic. 94?*

In udis, et in arenosis maritimis; *Palermo a S. Ciro* (*Parlatore*): *Mondello*, *Trapani*, *Spaccaforno*, *Terranova*=et in *Saline*, *Lipari ad Atrapecora*, *Lampedusa alla Salina*, *Pantellaria alle sponde del lago detto il Bagno.*

Aprili, Majo. ⊙

*Habitus* omnino praecedentis, tamen *flores* non solitarii et fere unilaterales in paniculae ramis elongatis, sed approximati ac fasciculati: *sepala* tria interiora magis scariosa usque ad apicem; carina virente, sub apice saepius evanescente, nec ut in illo acuta: caeterum reliquae partes similes. De hac specie loqui videtur Cl. *Desf.*, dum sub *J. bufonio* ait » varietatem majorem observavi distinctam » floribus terminalibus approximatis solitariis binis aut ternis ex » ramorum dichotomia ».

## LUZULA.

*Willd. en. H. Ber. 1. p. 393. n. 434—Spr. s. veg. 2. n. 1276 —Endl. gen. n. 1047.*

*Caps.* 1-locularis, 3-valvis, 3-sperma. (*Culmi* semper foliati: *folia* plana, saepius pilosa: caetera ut in *Junco*, cujus species ex *Lin.*)

1\. *L.* FORSTERI. *Dec. fl. fr. supp. p. 304 — Meyer syn. Luzul. p. 12—Guss. pr. 1. p. 437.*

L. foliis linearibus pilosis, panicula irregulari laxa cymosa, sepalis acuminatis, interioribus angustioribus (subaequalibus) capsulam triquetro-ovatam acutam mucronatam aequantibus, seminibus appendiculatis.

J. Forsteri. *Smith brit. 3. p. 1395*—J. pilosus. *Ucria H. Pan. p. 162*, non *Lin.* — Gramen nemorense, alpinum, hirsutum, latifolium, minus, juncea panicula laxa. *Cup. H. Cath. p. 90.*

Ic. *Dec. ic. pl. gall. rar. t. 2* — Gramen latifolium, jubatum, paleaceis calyculis brevioribus subpallidis. *Cup. panph. 1. t. 45*— G. angustifolium, jubatum, paleaceis glumis, calyculorum instar nitido-pallidis. *Bon. t. 88.*

In nemoribus montosis ubique in Sicilia=et in fruticetis umbrosis aquilonem spectantibus; *Ustica alla Guardia di mezzo*, *Alicuri sull'Ilice*, *Felicuri sul monte*, *Lipari alla Guardia*, *ed a S. Angelo.*

Majo, Junio. ♃

*Culmi* erecti, graciles, ad summum pedales: *folia* virentia, 1-2 lin. lata, subtus nervosa; caulina vaginantia: *pedunculi* graciles, irregulariter divisi, flore unico sessili in divisione: *bracteae* acuminato-aristatae, atropurpureae, ad apicem scariosae: *sepala* externa atropurpurea, sub anthesi stellato-patentia, capsulam immaturam superantia: *stylus* exsertus, sed *stamina* inclusa: *capsula* nitida, glaberrima, jam perfecta sepala aequans.

2\. *L.* MAXIMA. *Dec. fl. fr. 3. p. 160*—*Meyer l. c. p. 7*— *Guss. pr. 1. p. 437.*

L. foliis late-linearibus margine pilosis, bracteis ciliatis integris, panicula decomposita subcymosa laxiuscula, sepalis acutis mucronatis interioribus longioribus capsulam triquetro-ellipticam obtusam mucronatam aequantibus, seminibus exappendiculatis.

J. maximus. *Willd. sp. pl. 2. p. 218.*

Ic. *Host gram. austr. 3. t. 98 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 56.* —Gramen hirsutum, latifolium, maximum, juncea panicula. *Moris. hist. 3. s. 8. t. 9. f. 2.*

In nemoribus montosis; *Madonie*, *Böschi di Caronia*, *di Mistretta*, *di Cannata*, *di Francavilla*, ec.

Majo, Junio. ♃

*Culmi* erecti, 1-2-pedales, fere solitarii: *folia* 10-pollicaria, 2-4 lin. lata; radicalia numerosa, acuminata, nervosa, culmo breviora; caulina vaginantia, 1 - 1 ½ poll. longa, 1 - 2 lin. lata, remota: *pedunculi* graciles, irregulares, 1-3-pollicares, glabri: *sepala* ad carinam et *capsulae* undique viridi-fuscae: *flores* in apice pedunculorum et ad divisionem glomerati.

3. *L.* ERECTA. *Schult. s. veg. 7. p. 270—Guss. supp. p. 107.*

L. radice fibrosa, foliis lineari-lanceolatis pilosis, panicula irregulari, pedunculis simplicibus, intermedio brevissimo, bracteis superioribus non ciliatis, spicis subcapitatis, sepalis ovato-lanceolatis mucronatis, capsulam obovatam obtusam mucronatam superantibus, seminibus appendiculatis.

L. campestris. *Guss. pr. 1. p. 438.*

Ic. *Fl. dan. 1692.*

In pascuis nemorum; *Bosco di Caronia*, *di Capizzi*, *e di Mistretta*. Aprili, Majo. ♃

Differt praecipue a *L. campestri*, radice fibrosa, non repento, et praeterea a *L. erecta a.* sepalis omnibus aequalibus ac acutis, non interioribus brevioribus obtusiusculis cum mucrone; et a *L. erecta b. conferta* spicis pedunculatis non in capitulum coarctatis; sed Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 215* has species associat.

## BERBERIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 595—Endl. gen. n. 4814.*

*Cal.* deciduus, coloratus, 6-sepalus. *Pet.* sex, decidua, infera, ad ungues intus biglandulosa. *Stam.* petalis opposita. *Styl.* nullus. *Stigm.* latum, umbilicatum. *Bacc.* 1-locularis, 2-3-sperma. (*Frutex* ramosissimus: *folia* simplicia, exstipulata, glabra, fasciculata: *spinae* extraxillares, ramosae: *flores* racemosi, flavi: *baccae* acidae, rubentes. *Berberideae Vent.*)

1. *B.* VULGARIS. *Lin. sp. pl. 471—Ucria H. Pan. p. 162—Guss. pr. 1. p. 438.*

B. racemis simplicibus pendulis, petalis obtusis integerrimis, foliis ellipticis obovatisque serrato-aristatis, spinis tripartitis folio brevioribus.

B. dumetorum. *Cup. H. Cath. p. 28* — B. Dodonaei. *Cast. H. Mess. p. 5.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 253. f. 1—Duham. arb. ed. 2. v. 4. t. 4*— Spina acida, sive Oxyachantha. *Dod. pempt. 750.*

*b. macroacantha;* humilior, spinis simplicibus vel 3-5-partitis validis folia aequantibus vel superantibus.

*B. aetnensis*, spinis tripartitis folio aequalibus longioribusque, foliis obovatis ciliato-serratis, racemis multifloris erectiusculis. *Presl fl. sic. 1. p. 28—Schult. s. veg. 7. p. 2— Moris fl. sar. 1. p. 66— Bertol. fl. ital. 4. p. 224*—B. sicula. *Jan. cat. p. 5.*

Ic. *Moris l. c. t. 3.*

In saxosis montosis; *Madonie*: varietas *b.* in arenosis elatioribus, *Etna.*

Majo, Julio. ♄

*Frutex* glaberrimus, erectus, conferte ramosus, in Sicilia humilis, nempe 2-4-pedalis: *radices* intense luteae; *spinae* flavescentes, vel fusco-rubentes: *folia* decidua, laete virentia, 3-5 lin. lata, 6-9 lin. longa, nervosa, in petiolum brevem attenuata, in fasciculis inaequalia: *racemi* breves, arcuatim penduli: *flores* ingrate olentes: *sepala* concava, ovata, obtusa, subscariosa, pallide lutescentia, *petalis* luteis obovatis obtusis subbreviora: *filamenta* lutea, basi irritata elastice se contrahunt: *stigma* virescens: *baccae* oblongae, lineas 2-3 non excedentes.

*Spinae* variant, nam aliquando tenues ac folio breviores, aut validae et folio longiores: *racemi* vero semper penduli, non erectiusculi, nisi in plantis male exsiccatis — Ex observatione Cl. *Moris l. c. B. cretica Loisl. fl. gall. ed. 2. v. 1. p. 258* ad varietatem *b.* spectat.

## LORANTHUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 600—Endl. gen. n. 4586.*

*Cal.* tubus ovario adnatus; limbo supero, brevissimo, concavo, obsolete dentato. *Cor.* infera, 4-8-petala; petalis revolutis. *Stam.* basi petalorum adnata. *Styl.* filiformis; *stigmate* simplici, capitato. *Bacc.* 1-locularis, 1-sperma, subrotunda. ( *Frutex* parasiticus, dichotome ramosus; *folia* opposita, exstipulata, simplicia, integra, coriacea: *flores* herbacei, racemosi: *baccae* glutine repletae. *Loranthaceae Don.* )

1. *L.* EUROPAEUS. *Lin. sp. pl. 1672 — Guss. pr. 1. p. 459.*

L. foliis oblongo-ellipticis in petiolum attenuatis apice rotundatis subretusis, racemis simplicibus terminalibus, floribus dioicis.

Ic. *Jacq. austr. 1. t. 30 — Sturm fl. germ. 1. f. 34* — Viscus ocymifolio, baccis in summitatibus racematim fulvis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 94*, et *panph. 2. t. 84.*

Parasiticus *Quercuum*, nec aliarum arborum; *Etna a Bronte e Maletto, Boschi di Caronia e di Cannata*: *Cefalù*, *Madonie* (*Parlatore.*)

Majo, Junio. ♄

*Frutex* glaberrimus, 1-2-pedalis, ramosissimus; *ramis* articulatis, teretibus, adultis fuscis: *folia* laete virentia, decidua: *racemi* graciles, spicaeformes: *flores* parvi, viridi-flavescentes, remoti: *baccae* magnitudine *Pisi*, nitidae, in pedunculum attenuatae, jam maturae lutescentes, ex quibus viscum praestantiorem ad aves capiendas paratur.

## FRANKENIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 604—Endl. gen. n. 5055.*

*Cal.* tubulosus, 5-fidus, liber, persistens. *Pet.* quinque, infera, staminibus alterna, longe unguiculata; limbo patente. *Stig.* tria. *Caps.* calyce tecta, 1-locularis, 3-valvis, polysperma. *Sem.* minuta. (*Caules* herbacei, aut suffruticulosi, articulati, dichotomo-ramosissimi: *folia* simplicia, integra, opposita, exstipulata: *flores* parvi, in dichotomia, et in apice ramorum. *Frankeniaceae St. Hilaire.*)

1. *F.* INTERMEDIA. *Dec. pr. 1. p. 349 — Presl fl. sic. 1. p. 141 — Guss. pr. 1. p. 440.*
F. caulibus diffusis velutinis, foliis linearibus incurvis margine revolutis glabris basi ciliatis, calycibus hispidis.
F. hirsuta; var. *calabrica. Lin. fil.* ex *Dec.* —F. hirsuta. *Ucria H. Pan. p. 163*—Polygonum maritimum, foliis Serpylli. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris. p. 11.*
Ic. *Lam. ill.gen. t.262. f.2*—F. hirsuta. *Sibth. fl.gr.v.4. p.36, t.343*— Franca maritima, supina, multiflora, cándida, caulibus hirsutis, foliis quasi vermiculatis. *Mich. gen. t. 22. f. 2*—Alsine maritima, fruticosa, nodosa, supina, serpyllifolia, robustiore. *Cup. panph. 1. t. 186.*
In lapidosis, et in argillosis inundatis maritimis; *da Trapani a Capo Passaro, Marina di Palermo, di Mondello, e di Carini* = et in *Favignana, Levanzo, Pantellaria.*
Majo, Junio. ♃, et basi ♄
*Caules* teretes, velutino-pubescentes, basi suffruticulosi: *folia* vix lin. lata, patentia, et ob ramulorum rudimenta in axillis fasciculata videntur, supra virentia, subtus albo-pulverulenta, ut in sequente persistentia: *flores* amoene rosei; *petalis* denticulatis, et fere plicatis: *calyces* setis albis strigosis hispidi.

2. *F.* LEVIS. *Lin. sp. pl. 473—Ucria H. Pan. p. 163—Presl fl. sic. 1. p. 141—Guss. pr. 1. p. 440.*
F. caulibus diffusis pubescentibus, foliis linearibus margine revolutis basi ciliatis calycibusque glabris.
Anthyllis maritima, angusto crassulo terete folio. *Cup. H. Cath. p. 49*—Polygonum maritimum, angustifolium. *Cast. H. Mess. p. 43.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 262. f. 1*—Franca maritima, supina, saxatilis, glauca, ericoides, sempervirens, flore purpureo. *Mich. gen. t. 22. f. 1*—Polygonum maritimum, minus, foliis Serpylli. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 73*, et *panph. 1. t. 21.*
*b.* caulibus villosiusculis subvelatinis, calycibus ad angulos sparse strigoso-pilosis.
In lapidosis, et inundatis maritimis; *Palermo, Messina* = var. *b. Ustica, Felicuri, Panaria, Lampedusa, Linosa, Favignana, Levanzo.*
Majo, Junio. ♃, et basi ♄
*Folia* praecedentis tenuiora; *caules* graciliores et magis elongati, tamen ut in illa perennantes, et basi suffruticulosi; *flores* minores, et pallidiores, in dichotomia et apice ramorum subsolitarii: caeterum, uti recte notat Cl. *Sibth.* in *fl. gr. 4. p. 38*, nonnisi caulis et calycis glabritie ab illa potissimum differt; praeterea *flores* in *F. intermedia* magis fasciculati, et corymbosi sunt.

3. F. PULVERULENTA. *Lin. sp. pl.* 474—*Ucria H. Pan. p.* 163—*Biv. cent.* 2. *p.* 26—*Presl fl. sic.* 1. *p.* 140—*Guss. pr.* 1. *p.*441.
F. caulibus apice piloso - scabris, foliis obovatis retusis glabris subtus pulverulentis, petiolis basi ciliatis, floribus axillaribus terminalibusque subsolitariis, calycibus glabris.
Anthyllis maritima, Chamaesicae similis. *Cup. H. Cath. p.* 19 — A. polygala valentina. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris. p.* 11.
Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 344—Anthyllis valentina. *Clus. hist.* 2. *p.* 186.
In inundatis, lapidosis, arenosis vel ruderatis maritimis, et ad salinas in locis a mare dissitis, ut in *Serradifalco, Priolo*=et in *Ustica*, *Saline alla lingua*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Levanzo*, *Favignana*.
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* procumbentes, et apice surrecti, vel in herbosis omnino erecti, herbacei, semper annui, 3-12-pollicares: *folia* plana, demum margine revoluta, aliquando suborbiculata, et subtus canescentia: *flores* dilute violacei; *petalis* denticulatis, saepe emarginatis, minoribus quam in praecedente: *habitus* herbae ante anthesim *Euphorbiae chamaesicae* similis.
Cl. *Presl* in *fl. sic. l. c. F. canescentem* suam ab hac calycis hirsutie potissimum differre dicit; at in speciminibus innumeris *F. pulverulentae* in dissitis Siciliae locis, et in eodem situ a *Preslio* notato collectis, calycem semper glabrum vidi; ideoque sequentem speciem omnino me ignorare denuo fateor.

---

† 4. F. CANESCENS. *Presl del. Prag. p.* 61, et *fl. sic.* 1. *p.* 140—*Guss. pr.* 1. *p.* 441.
F. foliis ovatis obtusis subtus canescentibus margine revolutis, petiolis ciliatis, caulibus diffusis scabris, calycibus hispidis.
In maritimis arenosis; *Palermo a Sferracavallo*.
Majo, Augusto. ⊙ (*Presl*).
*Radix* annua, exilis: *caules* diffusi, spithamei, dichotomo-ramosissimi, pilis brevissimis densissimis scabri et canescentes; *folia* opposita, supra glabra, subtus canescenti-pulverulenta; inferiora ovata, obtusa, margine revoluta, ut inde fere linearia appareant et folia *F. laevis* referant: *petioli* brevissimi, ciliati: *flores* in dichotomia axillares, aut in ramulis terminales, sessiles: *calyx* angulis hispidus: *petala* parva, roseo-violacea, apice crenulata, obtusa (*Presl* in *fl. sic. l. c.*)

## PEPLIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 605—*Endl. gen. n.* 6144.

*Cal.* persistens, campanulatus, 12-dentatus; dentibus alternis reflexis, angustioribus, minoribusque. *Pet.* sex, minima, calyci inserta, staminibus alterna. *Styl.* filiformis, brevis; *stigmate* capitato. *Caps.* supera, membranacea, 2-locularis, polysperma, subglobosa, calyce cincta. (*Herba* glabra, tenera, laete virens: *folia* simplicia, integra, exstipulata, opposita: *flores* herbacei, parvi, axillares, solitarii. *Lythraricae Juss.*)

1. P. PORTULA. *Lin. sp. pl.* 474—*Guss. pr.* 1. *p.* 442.
P. foliis omnibus oppositis obovato-cuneatis spathulatisque in petiolum attenuatis, floribus hexandris solitariis axillaribus subsessilibus.

Veronica aquatica, minima, repens, Chamaesices folio, seminum capsulis singularibus, ad internodia arcte haerentibus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 93*, et *coroll.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 262—Sturm. fl. germ. p: 1. f. 1* — Veronica angusto folio, repens, minima, Chamaesices folio, capsulis singularibus ad internodia. *Cup. panph. 2. t. 225* — Glaucoides palustre, Portulacae folio, flore purpureo. *Mich. gen. t. 18.*

In aquosis, udis, et stagnis montosis; *Castellobuono*, *Cotrano al Gurgo lo Drago*, *ed a Gurgo lungo*, *Amorosa al sud di Busambra*, *Capizzi*, *Floresta*, *Bosco di Cannata*, *Mistretta al Gurgo di S. Dimitri*: *Piana de' Greci al Gurgo de' Ddingoli* (*Parlatore*).

Aprili, Junio. ⊙

*Caules* pro locorum natura fluitantes vel repentes, ad nodos inferiores radicantes, 3-10-pollicares, basi alterne ramosi: *folia* 2-4 lin. lata, apice rotundata: *flores* bracteola lineari-setacea brevissima suffulti: *calycis* dentes latiores, erecti, acuminati, *petalis* fugacibus longiores: *capsula* glabra, calyci subaequalis.

## II. *Trigynia.*

### RUMEX.

*Spr. s. veg. 2. p. 19. n. 1383—Endl. gen. n. 1993.*

*Cal.* inferus, persistens 6-sepalus; sepalis tribus exterioribus basi cohaerentibus; interioribus subcoloratis, demum auctis et conniventibus, *semen* unicum triquetrum includentibus. *Cor.* nulla. *Stam.* per paria sepalis exterioribus opposita. *Styl.* lineares, reflexi; *stigmatibus* penicillatis. (*Herbae* annuae, biennes, vel perennes: *caules* articulati, alterne ramosi: *folia* alterna, simplicia, basi vaginantia, aut ochreata: *flores* herbacei, parvi, paniculati, hermaphroditi vel dioici: *embryo* lateralis. *Polygoneae Juss.*)

* *Hermaphroditi.*

*a. sepalis interioribus granulo notatis.*

1. *R.* PATIENTIA. *Lin. sp. pl. 476* — *Ucria H. Pan. p. 163* — *Guss. pr. 1. p. 443.*

R. sepalis interioribus cordato-orbiculatis venoso-reticulatis subintegris unico granifero, foliis glabris, radicalibus basi oblique cordatis ovato-ellipticis oblongisque undulatis, caulinis oblongo-lanceolatis planiusculis.

Lapathum hortense, latifolium. *Cup. H. Cath. p. 106.*

Ic. *Plenck off. t. 282*, mediocris—Lapathum sativum. *Dod. pempt. 648.*

In pinguibus subudis; *Monreale a Sagana*, *Caltanissetta*, *Bronte*, *Girgenti*, *Siracusa* = et in *Ustica allo Spalmaturo.*

Aprili, Junio. ♃

*Caules* firmi, erecti, striati, fere orgyales, et ultra, superne paniculati: *folia* radicalia pedalia vel sesquipedalia, 3-4 poll. la-

ta, et inter species Siciliae indigenas maxima, apice acuta vel acuminata: *flores* in quolibet verticillo numerosi: *sepala* lata, virentia, glabra: *verticilli* aphylli, remotiusculi.

*R. orientalis Bertol.* in *Schult. s. veg. 7. p. 1433*, huic valde proximus, quoad foliorum descriptionem, sed in planta sicula petala minime crasse - membranacea sunt.

2. *R.* ELONGATUS. *Guss. pl. rar. p. 150*, et *pr. 1. p. 443.*

R. sepalis interioribus integris reticulatis unico granifero, verticillis inferioribus foliosis, foliis lineari-lanceolatis utrinque attenuatis acutis cauleque erecto simplici glabris.

R. longifolius. *Jan elench. p. 5* — Lapathum folio ovato crispo. *Cup. H. Cath. p. 106.*

Ic. *Guss. l. c. t. 28.*

In stagnis, et inundatis montosis; *Piana de' Greci al Gurgo di Ddingoli*, *Cotrano al Gurgo lo Drago*, *Mineo al Gurgo di Pascariello.*

Majo, Junio. ♂

*Caules* 1 - 2 ½ - pedales: *folia* radicalia vix pollicem lata, pedalia et ultra, ut in aliis longe petiolata: *sepala* virentia, fere ut in praecedente; unicum grosse graniferum non obsolete graniferum ut in *R. longifolio Dec. fl. fr. supp. p. 368*, cui speciei affinis; *verticilli* inferiores folio lineari angusto instructi.

Cum *R. crispo* associatur a Cl. *Schult.* in *s. veg. 7. p. 1422.* fide *Bertol.* in *litt.*, et ab ipso *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 256*; sed in nostro sepalum unicum exquisite graniferum, et omnia ovata, non cordato - orbicularia sunt. Praeterea non est planta in loco umbroso orta, sed in apricis apertis copiose provenit.

3. *R.* CONGLOMERATUS. *Murr. pr. fl. gott. p. 52* — *Koch syn. p. 612*, et *Wallr. sch. cr. p. 156.*

R. sepalis interioribus integerrimis angusto linearibus obtusis omnibus graniferis, floribus glomerato-verticillatis, verticillis distinctis, ramis erecto-patentibus, foliis inferioribus oblongis subundulatis, superioribus ovato-lanceolatis cauloque erecto ramose glabris.

R. glomeratus. *Spr. s. veg. 2. p. 158* — *Guss. supp. p. 109*—R. nemolapathum. *Guss. pr. 1. p. 444*, excl. syn. *Lin.* et *Lobel.* —Lapathum acutum, minimum. *Cup. H. Cath. p. 106.*

Ic. R. glomeratus. *Reich. cent. 4. p. 51. f. 552.*

*b.* verticillis subaphyllis, ramis magis approximatis, sepalis interioribus aliquando 1-2-denticulatis paullo brevioribus et latioribus.

R. crispus. *Guss. pr. l. c.* excl. syn. praeter *Castelli*—Lapathum folio minus acuto. *Cup. H. Cath. p. 106*—R. acutus. *Cast. H. Mess. p. 40.*

In sylvaticis, in udis, ad sepes in Sicilia=et in *Ustica*, *Saline.*

Junio, Julio. ♂ et ♃

*Folia* radicalia in plantis siculis latiora, et saepe basi subcordata: *sepala* interiora aliquando lincaria, et omnia exquisite granifera, quo praesertim characterc a *R. nemolapatho*, cum quo a me et a pluribus confusus, distinguitur. Tamen Cl. *Schult.* in *s. veg. 7. p. 1408* et *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 257. R. acutum*, *R. conglomeratum*, *R. nemolapathum* aliosque, instar varietates *R. acuti Lin.* enumerant—Varietas *b.* a *R. crispo* pro quo habui prorsus aliena est.

4. *R.* DIVARICATUS. *Lin. sp. pl. 478* — *Guss. pr. 1. p. 445.*

R. sepalis interioribus subaequalibus triangulari-ovatis setaceo-dentatis excavato-reticulatis inaequaliter graniferis, foliis cordato-oblon-

gis obtusis superne glabriusculis, subtus pubescentibus, caule ramoso, ramis divaricatis.

Ic. Laphatum palustre, Fagopyronis folliculis quodammodo similibus. *Cup. panph. 1. t. 84*—L. arvense, subhirsutum, folio retuso, caule longius brachiato, capsula seminis crenata. *Till. hort. pis. t. 37. f. 2.*

In cultis argillosis; *Palermo, Amorosa al sud di Busambra, Vicari.*

Majo, Junio. ♂

5. *R. pulcher. Lin. sp. pl. 474*, excluso synonymo *Tillii — Ucria H. Pan. p. 166—Guss. pr. 1. p. 405.*

R. sepalis interioribus triangulari-ovatis subaequalibus setaceo-dentatis reticulatis inaequaliter graniferis, foliis glabris cordato-oblongis, radicalibus panduriformibus, caule ramosissimo, ramis divaricatis.

Lapathum minus. *Cast. H. Mess. p. 40.*

Ic. *Reic. cent. 5. f. 679*—Lapathum ramis procumbentibus, seminis involucro dentato, foliis inferioribus instar fidium. *Moris. hist. 2. s. 5. t. 27. f. 15.*

In cultis, et ad vias ubique in Sicilia=et in *Ustica, Felicuri, Saline, Stromboli, Basiluzzo, Lipari, Favignana, Maretimo, Levanzo, Pantellaria.*

Majo, Junio. ♂

In hoc et in praecedente *verticilli* foliati, confertissimi inter se remoti vel approximati; *pedunculi* ut in praecedentibus articulati, demum subincrassati; et *dentes* nonnulli apice furcati — Differunt inter se habitu robustiore, et caule minus ramoso, sepalis interioribus magis exquisite reticulatis ac granulosis in *R. divaricato.* Tamen plerique uti ejusdem speciei varietates habent. Confer *R. S. s. veg. 7. p. 1400.*

***b. sepalis interioribus granulo destitutis.***

6. *R. bucephalophorus. Lin. sp. pl. 476—Ucria H. Pan. p. 164—Biv. cent. 1. p. 69—Guss. pr. 1. p. 445.*

R. sepalis interioribus linearibus ciliato-dentatis demum deltoideo-ovatis, pedicellis fructiferis reflexis planis incrassatis, foliis oblongo-lanceolatis, infimis obovatis suborbiculatisque.

Acetosa ocymifolia, neapolitana. *Cup. H. Cath. p. 3*—A. ocymifolio Columnae. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 343—Cav. ic. rar. 1. t. 41. f. 1* — Acetosa ocymifolia, bucephalophoros. *Column. ecphr. 1. t. 150.*

*b. membranosus*; vaginis stipularibus pellucidis. *Poir. dict. enc. 8.p.64.*

In cultis, et in campis aridis arenosis ubique in Sicilia=et in *Ustica, Alicuri, Felicuri, Saline, Stromboli, Lipari, Vulcano, Panaria, Lampedusa, Linosa, Maretimo, Favignana, Levanzo, Pantellaria.*

Februario, Majo. ⊙

*Planta* glaberrima, laete virens, grate acida, aetate saepius rubescens: *caules* erecti vel adscendentes, 2-12-pollicares: *folia* laete virentia, crassiuscula, integerrima, 2-6 lin. lata: *flores* in extremitate caulis et ramorum fere verticillato-spicati: *verticilli* 3-flori, bracteati, remotiusculi vel approximati: *pedicelli* articulati, demum elongati, incrassati, ac recurvi: *sepala* interiora obsolete dentata, angusta, dentibus saepius utrinque tribus tenuibus.

7. *R. scutatus. Lin. sp. pl. 480—Ucria H. Pan. p. 164—Biv. cent. 2. p. 49—Guss. pr. 1. p. 446.*

R. sepalis interioribus suborbiculato-ovatis obtusis reticulatis integer-

rimis, verticillis remotis aphyllis paucifloris, foliis virentibus cordato-hastatis, auriculis divaricatis, caulibus striatis.
Ic. *Plenk off. t. 285.*
*b. glaucescens*; foliis glaucis, inferioribus lobo medio-obcordato, caulibus basi perennantibus.
Acetosa rotundifolia, hortensis, subrotundo folio candicante. *Cup. H. Cath. p. 3.*
Ic. R. glaucus. *Jacq. ic. rar. 1. t. 67*—Oxalis rotundifolia. *Dod. pempt. 649 ?*
*c. pubescens*; minor, glaucescens, foliis inferne petiolisque tenuiter pubescentibus scabris.
*R. aetnensis*, floribus hermaphroditis, valvulis granulo destitutis, spicis simplicibus, foliis subrotundis cordato-hastatis acuminatis, hamis divergentibus, subtus scabris glaucis, caule angulato-striato. *Presl del. Prag. p. 68.*
R. scutatus *a. Biv. l. c.*—Acetosa atrovirenti folio, aetnensis. *Cup. H. Cath. p. 3.*
Ic. *nulla.*
In glareosis, et arenosis montosis vel demissis: var. *a. Madonie, Busambra, Cammarata, Mistretta, Mandanici, Monti di Noara, Bronte, Aci, Linguagrossa, Maletto*: var. *b. Madonie, Etna*: varietas *c.* in acervis arenosis regionis alpinae; *Etna.*
Majo, Julio. ♃
*Caules* basi decumbentes, flaccidiusculi, fistulosi, subflexuosi, 1-2-pedales; in *c.* 3-6-pollicares: *folia* crassiuscula, radicalia reniformia: *panicula* laxiflora; ramis paucis, irregularibus: *sepala* interiora membranacea, virentia: *pedicelli* graciles, articulati, exsiccatione secedentes, ideoque fructus facile decidunt.
Planta saepe aetate rubescit; in *a.* et *b.* glaberrima; grate acida etiam in *c.*, non amara uti ex *Presl*: *flores* aliquando polygami, ut in aliis omnibus penduli — Varietas *c.* differt a specie habitu semper humillimo, et *Oxyriae digynae* simili, foliis minoribus, racemis florum simplicibus; sed in eodem loco individua intermedia inter hanc et speciem inveniuntur.

** *Floribus dioicis: sepalis omnibus integris.*

8. *R.* TUBEROSUS. *Lin. sp. pl. 481—Ucria H. Pan. p.165*, excluso loco natali—*Guss. pr. 1. p. 448.*
R. sepalis interioribus suborbiculato-ovatis basi tenue graniferis, exterioribus sursum reflexis non vaginantibus, foliis lineari-lanceolatis sagittatis, auriculis patentibus superne dentatis, caule erecto virgato, radicibus fibrosis in tubera incrassatis.
Acetosa tuberosa radice. *Cup. H. Cath. p. 2*—A. major, tuberosa. *Cast. H. Mess. p. 1.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 348 ?*; nam radices et habitus, ut in plantis siculis, sed auriculae semper integrae, non vero subdentatae ac valde patentes — Acetosa montana, angusto folio sagittae. *Cup. H. Cath. p. 3*, et *panph. 2. t. 253*—A. sagittata, alpina. *Zann. hist. t. 8.*
In herbidis saxosis montosis; *Madonie alla colma grande.*
Majo, Junio. ♃
*Caules* $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ - pedales, et uti tota planta glabri ac virentes: *folia* 2-6 lin. lata, 2-3 poll. longa, acuminata; radicali a lon-

gissime petiolata : *panicula* angusta ; verticillis approximatis : *sepala* interiora reticulata, pallide ru bentia.

Icon *Zannoni* ad hunc, et minim e ad *R. acetosum* spectat, sed Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 255*, ad sequentem pertinere asserit ex specimine ipsius *Zannonii* in herb. *Montiano* asservato ; nec *R. tuberosus* cum illo confundi potest, uti facit Cl. *Spr.* in *s. veg. 2. p. 161*, sunt enim species distinctae, et cultura non mutantur. Potius sequenti magis affinis, a quo interim differt *habitu*, *foliis*, et praecipue *radicibus* ; quae in tubera incrassatae, ut in *Spiraea filipendula*, et non tuberoso-fasciculatae, ut in *Asphodelo ramoso*.

9. *R.* TRIANGULARIS. *Dec. fl. fr. supp. p. 368—Guss. pr. 1. p. 448.*

R. sepalis interioribus orbiculato - ovatis basi tenue graniferis, exterioribus sursum reflexis non vaginantibus, foliis inferioribus ovatis oblongisque obtusis sagittatis, auriculis brevibus approximatis, superioribus subsessilibus lanceolatis acutis hastato-triangularibus, auriculis latis subintegris patentibus acutis, radicibus tuberoso - fasciculatis.

R. tuberosus. *Poir.* non *Lin.*, ex *Dec. l. c.*—R. nebroides. *Càmpd. mon. Rum. p. 150*, ex *Schult. s. veg. 7. p. 1476* — Acetosa nebroides, Arisari pallido-virenti folio. *Cup. H. Cath. p. 2.*

Ic. Acetosa tuberosa, tuberibus Asphodeli. *Cup. panph. 1. t. 88— Bon. t. 74.*

In herbosis montosis ; *Madonie*, *Busambra*, *Monte di Cammarata*. Majo, Junio. ♃

Species praecedenti proxima, a qua praeter characteres datos recedit ; *caule* humiliore, minus ramoso ; *foliis* semper latioribus, brevioribusque, nempe 9 lin. latis, 8-12 lin. longis ; *panicula* confertiore, breviore ; *sepalis* interioribus minus exquisite reticulato - nervosis—Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 252* uti varietatem *R. pseudo-Acetosae* refert, a quo certe alienum.

10. *R.* THYRSOIDES. *Desf. atl. 1. p. 321—Schult. s. veg. 7. p. 1453— Guss. supp. p. 110.*

R. sepalis interioribus cordato - reniformibus emarginatis basi grosse graniferis, exterioribus sursum reflexis vaginautibus, foliis margine undulatis oblongo - lanceolatis sagittatis, auriculis divergeutibus subdentatis.

R. intermedius. *Dec. fl. fr. supp. p. 369*, et *Guss. pr. 1. p. 449*, cum synonymis—Acetosa crispa. *Cup. H. Cath. p. 2.*

Ic. Oxalis crispa. *Bauh. hist. 2. p. 990 — Tabern. ic. 440* ; quae posterior a *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 253*, ad *R. triangularem* immerito refertur, a quo omnino aliena.

In cultis, et in collibus aridis in Sicilia=et in *Ustica*, *Lipari*, *Favignana*, *Levanzo*.

Aprili, Majo. ♃

*Radices* tuberoso-fibrosae, in *tubera* oblonga hinc inde incrassatae; *sepala* exteriora reflexa, membranaceo-scariosa, pedunculum, ut in sequente, superne vaginantia, plerumque rosea, margine integra, vel obiter denticulata : *panicula* densiflora : *planta* saepe glauco-virescens, grate acida, et undique glabra, uti sequens.

Differt a *R. acetosa*, sepalis interioribus reniformibus emarginatisque, quae in illo suborbiculata et integra sunt— Comparatis speciminibus herb. *Desf.* et *Dec.* has species inter se non differre comperi, uti jam suspicatus eram; ideoque anterioritatis jure nomen Cl. *Desf.* servandum duxi.

11. *R. pseudo-acetosa*. *Bertol. fl. ital. 4. p. 252*, excl. var.
R. sepalis interioribus cordato-suborbiculatis subintegris basi tantum tenue graniferis, exterioribus sursum reflexis non vaginantibus, foliis planis oblongo-lanceolatis sagittatis, auriculis retrorsum porrectis petiolo parallelis.
R. acetosa. *Guss. pr. 1. p. 449*—*Ucria H. Pan. p. 165*, excluso loco natali—Acetosa pratensis. *Cup. H. Cath. p. 2*—A. hortensis. *Cast. H. Mess. p. 1*.
Ic. *Plenck offic. t. 280*, mediocris — Acetosa pratensis. *Zannich. hist. t. 233*—*Moris. hist. 2. s. 5. t. 28. f. 1*.
In campis, collibus, et submontosis argilloso-calcareis Siciliae.
Aprili, Majo. ♃
*Habitus* praecedentis; sed *folia* latiora, intensius virentia; *panicula* magis ampla, ac ramosa, at sepala nunquam rosea vidi. Hic a vero *R. acetosa Lin.* differre monet *Bertol. l. c.* ob sepala interiora instructa grano oblongo brevi, et non ultra dimidium sepali excurrente, ut in illo.

12. *R. multifidus*. *Lin. sp. pl. 482*—*Guss. pr. 1. p. 450*.
R. sepalis omnibus adpressis granulo destitutis, interioribus ovato-ellipticis (parvis) semine sublongioribus, foliis hastatis, auriculis palmato-multifidis, caulibus erectiusculis flexuosis.
Acetosa lanceolato folio, e basi lata polyfido aetnensis. *Cup. H. Cath. p. 5*—A. minor, erecta, lobis multifidis. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris*.
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 349*—Oxalis minor, aetnica, lanceolato folio, auriculis multifidis donato. *Cup. panph. 2. t. 98*, *et 174*— *Raf. t. 97. f. 1*—Acetosa lanceolato folio, e basi lata polyfido. *Bon. t. 75*— A. minor, erecta, lobis multifidis. *Bocc. mus. t. 126*, quae icon denuo a *Lin.* sub *R. acetosella d.* citata ad *R. multifidum* certe spectat.
In campis, collibus aridis, et asperis montosis; *Monte Scuderi*, *Itala*, *Madonie*, *Etna*, *Ibiso*, *Mandanici*, *Messina*.
Majo, Junio. ♂ et ♃
*Planta* semper dioica!, glaberrima, laete virens: *caules* palmares, vel sesquipedales, plures ex eadem radice, erecti vel adscendentes: *folia* lanceolata, acuta, inferiora longe petiolata: *ochreae* scariosae, longae, lacerae: *paniculae* rami graciles, aphylli, erecto-patentes, verticillis florum remotis: *flores* exigui: *pedicelli* non articulati, sed exsiccatione fragiles: *sepala* exteriora non reflexa, sed interioribus obsolete nervosis adpressa: *semina* acute triquetra, calyce vix breviora, exsiccatione facillime decidua.
Non est varietas *R. acetosellae*, ut Cl. *Spr.* aliique censuerunt, nam characteribus constantibus gaudet, et cultura non mutatur.

---

† 13. *R. vesicarius*. *Lin. sp. pl. 481*—*Ucria H. Pan. p. 165*—*Guss. pr. 1. p. 450*.
R. floribus hermaphroditis geminatis, valvulis omnibus membranaceis maximis reflexis, foliis indivisis.
Acetosa iodica, folio crasso, semine ampulloso. *Cast. H. Mess. p. 1*.
Ic. Acetosa peregrina, vesiculis trigonis, venis sanguineis inscriptis. *Cup. H. Cath. p. 5*, et *panph. 2. t. 255*—*Bon. t. 126*.
In montosis; *Etna* (*Ucria*); sed ex ipso *Cupani* in *Horto l. c.*, minime Siciliae indigenus est.

## EMEX.

*Necker* in *Spr. s. veg. 2. p. 15. n. 1385—Endl. gen. n. 1992.*

*Flores* diclini ecorollati. *Masc. cal.* persistens, 3-6-sepalus. *Stam.* per paria sepalis exterioribus opposita. *Foem. cal.* 1-sepalus, urceolatus, 6-dentatus, dentibus tribus exterioribus spinescentibus subpatentibus, interioribus conniventibus. *Sem.* obsolete trigonum, calyce demum incrassato inclusum. ( *Planta* glaberrima, annua: *flores* masculi racemoso-semi-verticillati; foeminei axillares, sessiles, glomerati: *embryo* periphericus: *habitus*, reliqui charactcres, et familia ut in *Rumice.* )

1. *E. spinosa. Neck.* in *Spr. l. c. p. 162.*
Rumex spinosus. *Lin. sp. pl. 481—Biv. cent. 2. p. 49—Guss. pr. 1. p. 447*—Beta cretica, semine spinoso. *Cup. H. Cath. p. 29.*
Ic. R. spinosus. *Sibth. fl. gr. t. 347—Gaert. de fruct. 2. p. 179. t. 119*—Beta cretica, semine aculeato. *Bauh. prodr. p. 57.*
In campis aridis herbosis arenosis, ac in ruderatis, et in saxosis maritimis; *Val di Mazzara*, *Val di Noto*, *Catania*, *Caltavuturo*, *Terranova* = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Pantellaria*, *Marettimo*, *Favignana*, *Levanzo*.
Januario, Aprili. ⊙.
*Caules* striati, dichotomi, in sterilibus decumbentes ac palmares; in herbosis erectiusculi, elongati, et fere 2-pedales: *folia* laete virentia, cordato-ovata, aliquando subhastata, petiolata, undulata, acuta, 1-3 ½ poll. lata, 1 ½-4 poll. longa: *flores masculi* in racemo vix 2-pollicari axillari vel terminali penduli: *sepala interiora* lineari-lanceolata, angusta, granulo destituta: *pedunculi* inarticulati: *flores foeminei* etiam prope radicis collum glomerati; *calyce* demum incrassato, indurato, scrobiculato-reticulato.
Saepe ex florum foemineorum centro pedunculus filiformis elevatur flores masculos sustinens, cum quibus in primo verticillo flores foeminei intermixti aliquando adsunt. Flores diclini, non polygami.

## COLCHICUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 621 — Endl. gen. n. 1086.*

*Spatha* radicalis, tubulosa, hinc fissa, lateralis. *Cor.* infundibuliformis; tubo longissimo, radicali; limbo campanulato, 6-partito. *Stam.* corollae laciniis opposita. *Styl.* tres, longi, filiformes. *Caps.* tres, superae, inflatae, basi in unam coalitae, apice interne dehiscentes, polyspermae. *Sem.* globosa. ( *Radices* bulbosae, bulbis solidis: *folia* oblongo-linearia, canaliculata: *capsulae* coriaceae, loculis inflatis, sequente vere emergentes et maturescentes. *Colchicaceae Dec.* )

1. *C. cupani. Guss. pr. 1. p. 452.*
C. foliis synanthiis glabris patenti-reflexis linearibus canaliculatis, spatha uni-multiflora, corollae laciniis oblongo-linearibus obtusis, tribus exterioribus longioribus, staminibus basi incrassatis pistillo subaequalibus.
C. montanum. *Guss. Cat.* in *H. R. Bocc. p. 48*, non *Lin.*, et *D' Urvil. en. pl. Arch. p. 41*, ex ejus herb. in *Mus. H. Paris.*— C. parviflorum. *Biv. Andr. piant. ined. p. 7* descriptio optima — Crocus autumnalis, tetraflorus vel hepatoflorus, microparamaccs,

dilute purpureus, narcissinis foliis. *Cup. H. Cath. p. 61*—et Colchicum tetraflorum, vel heptaflorum, micropàramaces, diluto purpureum. *supp. alt. p.20.*

Ic. Crocus autumnalis, polyflorus, microparamaces, dilute purpureus. *Cup. panph. 2. t. 36—Bon. t. 23.*

*b. latifolium*; foliis semipedalibus, pollicem latis.

Ic. Crocus autumnalis, latifolius, duplici, triplici, quadruplicique flore microstenopetalo, valde dilute purpureo. *Cup. panph. 2. t. 209.*

In pascuis maritimis, et submontosis apricis, ad vias ubique; *Palermo a Villabate e Bagheria* (*Parlatore*): *Piana de' Greci*, *Trapani*, *Mazzara*, *Marsala*, *Caltanissetta*, *Termini*, *Nicolosi*, *Catania*, *S. Filippo*, *Regalbuto*, *Alimena*, *Polizzi*, *Agosta*, *Lentini*, ec. = et in *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*. Septembri, Novembri. ♃

*Folia* glaberrima, apice obtusiuscula, vel parum concava, lineata, et sub lente glandulis minutissimis utrinque conspersa observantur, margine plana, nec undulata nec ciliata, aliquando subfalcata, floribus breviora: *spatha* 1-7-flora, apice integra, vel oblique fissa: *corollae* dilute purpureae laciniae apice subfornicatae, nervis 7 pellucidis notatae, 8-10 lin. longae, 2-3 lin. latae, basi albidae, non tessellatae, alternae paullo minores: *filamenta* recta, alba, basi vero lutescentia ac incrassata, corollae laciniis duplo breviora, tria alterna longiora: *antherae* atropurpureae: *styli* albidi, glaberrimi, filamentis tribus longioribus aequales vel illa excedentes: *stigmatibus* glanduloso - puberulis: *capsulae* parvae, acuminatae.

Varietas *a.* ubique obvia, et in hac *folia* vix 2 lin. lata; sed varietas *b.* in collibus herbidis a *Costinace* prope *Trapani* invenitur. Haec seorsum spectata omnino diversa videtur species, tamen inter unam et alteram iutermediae observantur — Differt a *C. montano*, *loco* natali, *foliis* glaberrimis non margine ciliatis, *spatha* multiflora, *corollae* laciniis obtusis inaequalibus — Quoad observationes *Stevenii* in *Schult. s. veg. 7. p. 1518*, hoc nostrum erit *C. Bertolonii Stev.*, idest *C. montanum Bertol.* et aliorum, cum quo nostrum associat ipse *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 276*; sed folia in nostro nunquam ciliata—In herb. *Sibth.* specimina foliis ciliatis glabrisve simul confusa vidi, et antherae ut in nostro, sed in herb. *Lin.* species haec desideratur—*Corollae* laciniae saepe angustissimae et acutae, ideoque non immerito *C. pusillum Sieb.* in *Bot. Zeit. 1822. p. 248*, ad hoc spectare suspicatur Cl. *Schult. l. c. p. 1520.*

2. *C.* BIVONAE. *Guss. Cat. H. R.* in *Bocc. an. 1821. p. 72*, et *pr. 1. p. 433—Schult. s. veg. 7. p. 1508.*

C. foliis late linearibus canaliculato-concavis margine planis erectis virentibus hysteranthiis, corollae laciniis elliptico-lanceolatis erecto-patentibus tessellatis.

C. variegatum. *Biv. cent. 1. p. 27*, deletis characteribus foliorum, et exclusis synonymis *Lin.* ac *Morisonii*—C. variegatum. *Smith fl. gr. pr. 1. p. 250 — Red. lil. 4. p. 238*, excluso synonymo *Lin.* —C. latifolium. *Sibth.* et *Smith* in *fl. gr. 4. p. 43* quod flores, non quoad descriptionem florum (quod est *C. variegatum Smith pr. fl. gr. l. c.*)—C. autumnale. *Ucria H. Pan. p. 166*, non *Lin.*, excluso loco natali — C. commune. *Cup. H. Cath. p. 54*, et *supp. alt. p. 20*—C. purpureum, latifolium. *Cast. H. Mess. p. 7.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 350*, quoad flores — *Red. lil. t. 238* — Hermodactylus officinarum multis. *Cup. panph. 1. t. 3—Raf. t. 3.*

*f.* 2—C. floribus Fritillariae instar tessellatis, foliis planis. *Moris. hist.* 2. *p.* 340. *s.* 4. *t.* 3. *f.* 3 quoad folia, nam C. chionense *ejusdem l. c. f.* 4, ad *C. variegatum* spectat, tam ob flores quam ob folia.

In apricis collibus, et in montosis; *Palermo a S. Martino*, *Santa Maria à Gesù*, *Monte Petruso*, *Sagana a Gibilmessa*, *Trapani sotto S. Calogero*, *Madonie*, *Ficuzza*, *tra Agosta e Catania al fondaco dell' Agnone*, *Caltanissetta*; et forsan in aliis similibus locis, quos autumnali tempestate adire non contigit.

Septembri, Octobri. ♃

*Bulbi* tunicis fuscis, ut in praecedente tecti: *folia* laete virentia, fere disticha, 3-15 lin. lata, 5-8 poll. longa, obsolete nervosa, apice cucullato-concava, ad margines tenuissimo albo-membranacea, glaberrima: *spathae* 1-6-florae: *corollae* roseae tubus albidus, triqueter, 3-5-pollicaris; limbi laciniae obtusiusculae, 1 ½ - 2 poll. longae, 5-9 lin. latae, externe fascia lata albida versus basim notatae, interne a basi ad medium et ultra sulco albido angusto insculptae, alternae paullo angustiores: *filamenta* laciniis duplo breviora, ad earum basim in sulco inserta, ibique lutescentia, caeterum una cum *pistillis* pallide ex albo-rosea; *antheris* luteo-aurantiacis: *styli* stamina excedentes, tamen corolla breviores; *stigmata* purpurascentia, villosiuscula.

Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 4. *p.* 276 iconem *Fl. Gr.* absque dubio sub hac specie refert, monetque *Smithium* male illi applicuisse folia *C. byzantini latifolii Clusii hist. p.* 200; et icones *Morisonii* et *Reduté* expungendas esse putat. Ex adverso Cl. *Ten.* in *Rendic. delle adun. della R. Accad. an.* 1842 *p.* 91, iconem *Fl. Gr.* ad *C. latifolium Smith.*, *C. byzantinum Gawl.*, *C. floribundum Salisb.*, *C. orientale Friwal.* spectare, non vero ad *C. Bivonae*, asserit.

Species cum *C. variegato Lin.* confusa; ut interim pateat quibus characteribus ab illo differat, quamvis *C. variegatum* in Sicilia hactenus non invenerim, tamen diagnosim hic subjungere putavi: igitur sic definiatur;

*C.* VARIEGATUM. *Lin. sp. pl.* 485.

C. foliis oblongo-lanceolatis concavis margine undulatis patenti-reflexis glaucescentibus hysteranthiis, corollae laciniis ovali-lanceolatis acutis patentibus apice recurvis tessellatis.

Ic. C. chionense, floribus Fritillariae instar tessellatis, foliis undulatis. *Moris. hist.* 2. *p.* 34. *s.* 4. *t.* 3. *f.* 4 (non 7).

In insula *Chio*, ex *Lin.*

Septembri, Octobri. ♃

*Bulbos* hujus pulcherrimae speciei, haud bene cognitae, primus communicavit amicissimus *Graefer*, olim Horti Regii Casertani Praefectus.

## *ALISMACEAE Brown.*

*Herbae* annuae, saepius vero perennes, glaberrimae: *scapi* simplices, vel superne ramosi: *folia* simplicia, indivisa: *flores* parvi, varie dispositi: *calyces* saepe persistentes, 3-sepali: *corolla* infera, 3-petala: *stamina* sepalis et petalis opposita: *capsulae* interne dehiscentes, vel *carpidia* indehiscentia. (Genus a *Triglochin* ad *Alismatem*.)

## TRIGLOCHIN.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 616—Endl. gen. n. 1059.*

*Cal.* 3-sepalus, deciduus. *Cor.* 3-petala, calyciformis. *Filam.* brevissima. *Stigm.* tria, subsessilia, reflexa, plumosa. *Caps.* tres (in siculis), oblongo-lineares; axi filiformi adnatae, ex basi secedentes, interne longitudinaliter dehiscentes. (*Plantae* herbaceae, glabrae, perennes: *folia* anguste - linearia, graminea: *scapi* nudi: *flores* minuti, herbacei, racemoso-spicati, ebracteati.)

1. *T.* Barrelieri. *Lois. fl. gall. ed. 1. p. 725—Guss. pr. 1. p. 451.*
T. radice bulbosa, scapis strictis, foliis semicylindricis superne sulco exaratis erectiusculis, capsulis approximatis striatis apice attenuatis erecto-patentibus.
Jc. Juncago maritima. *Barr. ic. t. 271*, rudis — Hyacinthi parvi facie, gramen triglochin. *Bauh. hist. 2. p. 508*, melior.
In udis arenosis herbosis, et inundatis maritimis; *da Trapani a Capo Passaro, Catania (Cosentini)* = et in *Lampedusa alle Saline.*
Aprili, Majo! ♃
*Bulbi* oblongi, fasciculati, fibris numerosis tecti: *folia* virentia, crassiuscula, $\frac{1}{2}$ - 1 lin. lata, basi in vaginam laxam subscariosam dilatata: *scapi* una cum racemo 3-9-pollicares, foliis longiores, plures ex eadem radice, sub anthesi breviores: *pedunculi* in fructu 2 lineas longi, uniflori, angulo acuto erecto-patentes: *flores* approximati: *capsulae* conico-attenuatae, trigonae, et ob stigmata persistentia tridentata: *axis* capsularum trigonus, non alatus.

2. *T.* laxiflorum. *Guss. Ind. sem. H. R.* in *Bocc. an. 1825*, et *pr. 1. p. 451—Schult. s. veg. 7. p. 1584.*
T. radice bulbosa, scapis adscendentibus gracilibus subflexuosis, foliis utrinque planis patenti - distortis, capsulis remotis scapo adpressis striatis superne attenuatis.
T. palustre. *Desf. atl. 1. p. 322*, ex herb.
Ic. *nulla.*
In pascuis apricis maritimis, et in submontosis; *Palermo a Monte Peregrino, a Monte Castellana, sotto Baida, Mondello, Sferracavallo, Catania, Agosta, Siracusa.*
Septembri, Novembri! ♃
*Habitus* praecedentis, et *scapi* quamvis basi graciles, tamen saepe pedales; sed *bulbis* ovatis, saepius solitariis; florendi *tempore*!; *foliis* supra planis, et varie flexis; *capsulis* scapo adpressis; *stigmatibus* magis recurvis; *pedunculis* brevioribus, et plerumque arcuatis non rectis; *floribus* paucioribus, minoribus, ac remotioribus cito distinguitur, nec cultura mutatur.
Species haec cum praecedente a nonnullis immerito confusa, ab illa luce clarius distincta est, praesertim si utriusque individua viventia, etiam culta, simul comparantur.

## III. *Hexagynia.*

### ACTINOCARPUS.

*Brown. prodr. p. 342* in *Schult. s. veg. 7. p. CIV. n. 1555.*

Damasonium *Juss. 56* — *Pers. syn. 1. p. 400.*

*Cal.* 3-sepalus, patens, demum deciduus. *Cor.* 3-petala; petalis patentibus, rotundatis. *Filam.* filiformia. *Styli* subulati; stigmatibus obtusis. *Caps.* 6-8, basi connatae, apice stellato-patentes, acuminatae, 1-2-spermae, interne dehiscentes. (Characteres ut in sequente.)

1. *A. DAMASONIUM. Smith.* in *Schult. l. c. p. 1596.*
   A. foliis cordato-oblongis obtusiusculis 5-nerviis, pedunculis verticillatis, capsulis sex subulatis.
   Alisma Damasonium. *Lin. sp. pl. 486* — *Ucria H. Pan. p. 167* excl. loco natali. *Guss. pr. 1. p. 456* — Damasonium stellatum. *Pers. syn. l. c.* — Plantago aquatica, stellata. *Cup. H. Cath. p. 169.*
   Ic. *Red. lil. t. 289* — Damasonium stellatum. *Cup. panph. 1. t. 24* — Plantago aquatica, minor, altera. *Lob. ic. 1. t. 301. f. 1.*
   In inundatis, et in stagnis; *Piana de' Greci al Gurgo de' Ddingoli, Cotrano a Gurgo lungo e Gurgo lo Drago, Amorosa al sud di Busambra, Catania, Agosta a S. Cosimano, Spaccaforno, Noto, Marsala.*
   Majo, Junio. ⊙
   *Radices* fibrosae: *scapi* plures ex eadem radice, erecti, decumbentes, vel adscendentes, 2-10-pollicares: *folia* 1-2 poll. longa, 3-10 lin. lata, integerrima: *petioli* 1-7-pollicares, spongiosi, scapum subaequantes: *flores* parvi, albi, in centro flavi, in scapo simpliciter verticillati, vel ex infimo verticillo ramus unus aut alter egreditur: *verticilli* remotiusculi, pauciflori: *pedunculi* inaequales, 4-10 lin. longi, basi breviter bracteati: *capsulae* compressae, striatae, 3-4 lin. longae.

## IV. *Polygynia.*

### ALISMA.

*Schult. s. veg. 7. p. CVII. n. 1556* — *Endl. gen. n. 1041.*

*Cal.* 3-sepalus, patens, persistens. *Cor.* 3-petala; petalis concavis, patentibus, suborbiculatis. *Filam.* filiformia. *Styli* subulati; stigmatibus obtusis. *Carpidia* numerosa, basi libera, 1-sperma, indehiscentia. (*Herbae* palustres, glabrae: *folia* plana: *flores* parvi, albi, paniculato-verticillati.)

1. *A. PLANTAGO. Lin. sp. pl. 486* — *Ucria H. Pan. p. 167* — *Guss. pr. 1. p. 455.*
   A. foliis elliptico-oblongis vel cordato-ovatisque acutis 3-9-nerviis, panicula verticillato-composita, carpidiis compressis obtuse trigonis apice rotundatis.

Plantago aquatica, latifolia. *Cup. H. Cath. p. 168.*
Ic. *Fl. dan. 561—Lam. ill. gen. t. 272.*—Plantago aquatica. *Matth. comm. 1. p. 438.*
*b. angustifolia*, foliis lanceolatis acutis utrinque attenuatis.
Plantago aquatica, angustifolia. *Cup. H. Cath. p. 168.*
Ic. P. aquatica, angustifolia. *Barr. ic. 1137.*
In aquosis, in stagnis, et ad fluviorum ripas in Sicilia.
Majo, Julio. ♃, vel ♂
*Folia* virentia, longe petiolata, juniora plerumque natantia: *scapi* foliis longiores, saepe 3-pedales; ramis pedunculisque verticillatis, erecto-patentibus, bracteatis: *bracteae* breves, ovato-acuminatae: *pedunculi* pollicares, et ultra: *petala* lactea, vel dilute rosea, calyce duplo longiora, 1 $1/2$ - 2 lin. longa: *carpidia* virentia, granulata, globosa, in orbem disposita, approximata, obtusissima, ita aut videtur capsula unica truncato-emarginata.

2. *A. ranunculoides. Lin. sp. pl. 487—Ucria H. Pan. p. 167,* excluso loco natali—*Guss. pr. 1. p. 455.*

A. foliis lineari-lanceolatis 3-nerviis, floribus verticillatis umbellatisque longe pedunculatis, carpidiis pentagonis incurvis globoso-aggregatis mucronatis.
Ic. *Red. lil. t. 268—Reich. cent. 1. f. 79*—Plantago aquatica, humilis, angustifolia et longifolia. *Lob. ic. 300. f. 2.*
In aquis lente fluentibus; *Spaccaforno nel canale fra la marina ed il pantano di Garifi.*
Aprili, Majo. ♃
*Radix* omnino fibrosa, quae in praecedente ad collum tuberascens: *folia* longissime petiolata, *scapum* 1 - 1 $1/2$ - pedalem subaequantia, utrinque attenuata, vix 6 lin. lata: *flores* pallide purpurei vel albidi, praecedentis majores, terminales umbellati, reliqui verticillati; verticillis paucis, remotis, multifloris: *pedunculi* irregulares, 1 $1/2$ - 2 $1/2$ - pollicares, basi breviter bracteati: *carpidia* numerosa, in capitulum densum *Pisi* magnitudine aggregata glabra, costato-pentagona, breviter mucronata.—Sat raro ex primo verticillo ramus egreditur.

# OCTANDRIA.

## I. *Monogynia.*

### EPILOBIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 639—Endl. gen. n. 6121.*

*Cal.* tubus cum ovario connatus; limbo libero, supero, 4-partito, deciduo. *Pet.* quatuor, supera, laciniis calycinis alterna. *Stam.* petalis opposita. *Caps.* linearis, elongata, 4-gona, 4-valvis, truncata, ab apice dehiscens, polysperma. *Sem.* comosa. ( *Herbae* perennes, vel biennes: *folia* alterna, inferiora plerumque opposita, exstipulata, simplicia: *flores* rosei, carnei, aut albidi, axillares solitarii, vel in apice caulis et ramorum racemoso-spicati, bracteati, alterni. *Oenothereae Endl.* )

1. *E. angustifolium. Lin. sp. pl. 493—Guss. pr. 1. p. 460*, et *supp. p. 111.*
   E. caule simplici teretiusculo, foliis glabris sparsis lanceolatis acuminatis subintegris subtus costato-venosis, petalis subemarginatis calycem subaequantibus, stigmate 4-partito, racemo terminali pyramidali multifloro.
   Lysimachia latifolia, dicta Chamaenerion. *Cup. H. Cath. p. 121.*
   Ic. *Fl. dan. t. 289—Lam. ill. gen. t. 278. f. 1*—Chamaenerion, cui Onagra nomen, Amygdali folio sinuato. *Cup. panph. 2. t. 102.*
   In sylvis montosis humentibus; *Etna*, *e niviere di S. Fratello (Tineo); Caronia al Gurgo di Bassano (Gasparrini).*
   Julio, Augusto. ♃
   *Caules* plerumque purpurei: *folia* in Sicilia utrinque glabra, laete virentia: *bracteae* lineares, angustissimae, a pedicello liberae: *pedicelli* ante anthesim cernui, dein erecti: *flores* speciosi, magni, purpurei: *genitalia* in hoc declinata.
2. *E. hirsutum. Lin. sp. pl. 494*, exclusa varietate *b.— Ucria H. Pan. p. 169—Guss. pr. 1. p. 457.*
   E. foliis oblongo-lanceolatis denticulato-serratis amplexicaulibus utrinque cauleque ramoso terete villosis, inferioribus oppositis, superioribus alternis, petalis obcordatis, stigmate quadrifido.
   Lysimachia siliquosa, hirsuta, magno flore. *Cup. H. Cath. p. 120.*
   Ic. *Fl. dan. 326*—Lysimachia siliquosa, majore flore purpureo. *Bauh. hist. 2. p. 905.*
   In humentibus, ad rivulos, et ad fossas in Sicilia.
   Junio, Augusto. ♃
   *Radices* repentes: *caules* 2-4-pedales, erecti, valde ramosi ac foliosi: *folia* acuta, sessilia, non decurrentia, 1 ½ - 2 ½ poll. longa, 3-10 lin. lata: *racemi* demum elongati, fere pedales: *calycis* laciniae acutae, non mucronatae, *petalis* roseis 3-4 lin. longis aequales, non duplo breviores: *stamina* adscendentia: *capsulae*, uti reliquae plantae partes, longe denseque albo-villosae, ideoque ad verum *E. amplexicaule Lam.* spectat; quoad caeterum nonnisi varietas *E. hirsuti.*

3. *E. pubescens. Roth. tent. 1. p. 467—Willd. sp. pl. 2. p. 315— Guss. pr. 1. p. 457.*

E. caule terete villoso simplici vel superne ramoso, foliis oppositis alternisque sessilibus lanceolatis remote denticulatis utrinque molliter pubescentibus, petalis emarginatis, stigmate quadripartito.

E. parviflorum. *Smith. brit. 1. p. 410—Dec. pr. 3. p. 43*— Lysimachia siliquosa, hirsuta, parvo flore. *Cup. H. Cath. p. 121*—Lysimachium siliquosum. *Cast. H. Mess. p. 13.*

Ic. *Fl. dan. 347*—Lysimachia siliquosa, hirsuta, flore minore. *Bauh. hist. 2. p. 906.*

*b. latifolium*; caule elatiore 1 $1/2$ - 2 - pedali, foliis 8 - 12 lin. latis ovato-lanceolatis.

E. cordatum. *Biv. Andr. piant. ined. p. 9.*

Ic. Lysimachia siliquosa, hirsuta, Menthastri folio, flore ex rubro purpurascente bifido. *Cup. panph. 2. t. 248*— Chamaenerion Menthastri folio, hirsutum, flore albo ex parte rubente. *Bon. t. 85.*

In cultis umbrosis: varietas *a.* in montosis, *Madonie*, *Monte Scuderi*; varietas *b.* ad sepes humentes in demissis; *Palermo*, *Carini*, *Partinico*: *Etna al Milo (Cosentini).*

Majo, Junio. ♃

*Radix* fibrosa, non repens: *caules* erecti, aut adscendentes, simplicissimi, vel superne parce ramosi, $1/2$ - 2 - pedales, aliquando basi radicantes: *folia* acuta, pallide virentia, uti caules et capsulae breviter villoso-pubescentia, non decurrentia: *pedunculi* in fructu 6-lin. longi: *petala* oblonga, aequalia, emarginato-bifida, absque sinu interjecto, 1 $1/2$ - 2 lin. longa: *stamina* adscendentia — In var. *b.* ex *Biv. l. c. caulis* villosus, teres, ramosus: *folia* villosa, sessilia, opposita, subcordato-ovata, margine remote denticulata: *foliola* calycina quatuor oblonga, acuta, extus villosa, uninervia: *petala* acute emarginata, rubra, alba, vel carnea; *antherae* flavae; *polline* albo: *stigma* album, quadripartitum, lobis oblongis: *capsulae* parum villosae, tetraquetrae, lateribus sulco exaratis, ideoque non planis—*Flores* illorum praecedentis duplo minores, pallide carnei vel albidi. Varietas *b.* forsan species propria: var. *a.* quoad *habitum* et *foliorum* figuram *E. roseum*, cujus iconem dedit Cl. *Reich. cent. 2. f. 329* omnino refert, sed *stigmate* diversa.

4. *E. montanum. Lin. sp. pl. 494—Guss. pr. 1. p. 458.*

E. caule terete ramoso vel simplici, foliis ovatis vel ovato-lanceolatis basi rotundatis brevissime petiolatis glabris dentatis, caulinis oppositis, summis alternis, petalis emarginatis, stigmate 4-partito.

Ic. *Fl. dan. 922—Reich. cent. 2. f. 328*—Pseudo - Lysimachium, purpureum, primum. *Dod. pempt. 85.*

Ad sepes humidas, et ad scaturigines in montosis; *Itala*, *Fiume di Nisi*, *Etna* = et in *Felicuri sul Monte*, *Saline alla Malfa.*

Aprili, Junio. ♂ et ♃

*Radices* fibrosae: *caules* erecti, 1-2-pedales, superne et *capsulae* juniores tenuissime pubescentes: *folia* virentia, basi rotundata, non in petiolum attenuata, ut in sequente; *flores* rosei, magnitudine illorum praecedentis, in racemo laxissimo.

5. *E. lanceolatum. Sebast.*, et *Maur. fl. rom. pr. p. 138—Guss. pr. 1. p. 459.*

E. caule terete subsimplici, foliis lanceolatis in petiolum attenuatis dentatis glabris, inferioribus oppositis, superioribus alternis, petalis emarginatis, stigmate quadripartito.

Ic. *Sebast.*, et *Maur. l. c. t. 1. f. 2* — Lysimachia minor, siliquosa, rubra, Brunellae folio, aetnensis. *Cup. panph. 2. t. 100.*

In vallibus humidis, et ad sepes ac rupes umbrosas in nemorosis; *Etna al Milo*, *Bronte*, *Mistretta*, *Capizzi*, *Caronia*, *Floresta* = et in *Alicuri all'Ilice*, *Felicuri*, *Saline*, *Lipari a Vitusella*.
Majo, Junio. ♂
*Caules* in sterilibus simplices, basi saepe incurvi, et ibi radicantes: *folia* semper lanceolata, pallide virentia, sed aliquando una cum caule rubentia: *flores* dilute rosei, vel carnei: *racemi* multiflori: reliqua ut in praecedente, cum quo male a plerisque confusum, et a *Spr*. in *s. veg*. 2. *p*. 233 cum *E. virgato* associatum.

6. *E. palustre*. *Lin. sp. pl.* 495—*Guss. supp. p.* 111.
E. caule erecto pubescente, foliis glabris, inferioribus oppositis lanceolato-linearibus subintegerrimis basi non decurrentibus, petalis emarginatis calyce dimidio longioribus, stigmate clavato integro.
Lysimachia siliquosa, bifolia, hirsuta, Menthastri folio, purpurascente flore. *Cup. H. Cath. p.* 121.
Ic. *Engl. bot. t.* 346, ex *Smith* — Lysimachia siliquosa, minor. *Tabern. ic.* 856.
In humentibus, et ad stagna in Sicilia (*Jan*).
Majo, Junio. ♃
*Semina* in hoc levia, in sequente granulato-scabra. Confer *Roth. man. fl. germ.* 1. *p.* 557.

7. *E. tetragonum*. *Lin. sp. pl.* 494—*Guss. pr.* 1. *p.* 459.
E. caule stricto ramoso tetragono glabro, foliis nitidis oppositis alternisque sessilibus lanceolato-linearibus donticulatis in lineam distinctam utrinque decurrentibus, stigmate clavato indiviso.
E. palustre. *Ucria H. Pan. p.* 169, non *Lin.* ex loco—Lysimachia pulchra, Amygdali folio nitido, rubente caule, flore magno purpureo. *Cup. H. Cath. p.* 121.
Ic. *Fl. dan.* 1029—*Reich. cent.* 2. *f.* 340—Lysimachia minor, pulchra, caule rubente, Amygdaliolio, flore purpureo, siliquosa. *Cup. panph.* 1. *t.* 229—*Raf. t.* 101—L. siliquosa 11. *Tabern. ic.* 855.
In humidis, secus sepes, et fossas ubique in Sicilia = ac in *Ustica* (*Calcara*), *Lipari a Vittusella*.
Majo, Junio. ♃
*Caules* virgati, raro simplices, saepius fere paniculato-ramosi, juniores in apice, uti capsulae et pedunculi, tenue villoso-canescentes, caeterum uti folia glaberrimi, 1-4-pedales, aetate saepe rubentes: *folia* sesquipollicaria, 3-5 lin. lata: *pedunculi* 6-12-lineares: *calycis* laciniae lanceolatae, acutae: *petala* 2-3 lin. longa, calyce parum longiora, emarginata.

8. *E. obscurum*. *Schreb. spicil. p.* 147—*Reich. cent.* 2. *p.* 89—*Guss. pr.* 1. *p.* 460.
E. foliis obscure virontibus lanceolato-linearibus sessilibus oppositis alternisque denticulatis basi in lineam utrinque confluentem decurrentibus cauleque erecto subterete glabris, stigmate clavato indiviso.
E. virgatum. *Fries nov. fl. sv. p.* 115, et *Koch syn. p.* 241.
Ic. *Reich. l. c. f.* 341.
In submontosis, ad fossas, et ad stagna; *Piana de' Greci al Gurgo de' Ddingoli*, *Cotrano al Gurgo lo Drago*.
Junio, Julio. ♃
Praecedenti affine, et cum illo saepe confusum; sed *habitu*, *capsulis* pedicellatis, et indicatis notis diversum.

## CHLORA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 653—Endl. gen. n. 3547.*

*Cal.* persistens, liber, 6-8-partitus; laciniis lanceolato-linearibus. *Cor.* infera, hypocrateriformis; tubo brevi, ventricoso; limbo 6-8-partito. *Stam.* corollae lobis alterna. *Styl.* simplex, vel bifidus. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma. (*Herbae* annuae, glaberrimae, glaucae: *caules* articulati: *folia* simplicia, integerrima, exstipulata, opposita, sessilia, vel connato-perfoliata: *flores* corymbosi, terminales et axillares, longe-pedunculati, lutei. *Gentianeae Juss.*)

1. *C.* SEROTINA. *Koch syn. p. 485*, et in *Reich. cent. 3. p. 6* — *Guss. pr. 1. p. 460.*
   C. foliis caulinis ovatis perfoliatis lobisque corollae ovalibus acutis, calyce 8-partito, laciniis lineari-lanceolatis, stylo bifido.
   C. perfoliata. *Desf. atl. 1. p. 327*, ex herbario — Centaurium luteum, perfoliatum. *Cup. H. Cath. p. 45*—C. minus, flore luteo. *Cast. H. Mess. p. 6.*
   Ic. *Reich. l. c. t. 208. f. 331*—C. perfoliata. *Lam. ill. gen. t. 296. f. 1*—Centaurium minus, perfoliatum. *Barr. ic. 515, 516.*
   In arenosis inundatis herbosis maritimis in Sicilia = et in *Marettimo*, *Favignana.*
   Majo, Junio. ⊙
   *Caules* solitarii, basi simplices, vel superne dichotomo-ramosi, cum pedunculo in divisione interjecto, palmares vel pedales: *folia* plus minus acuta, superiora latiora: *pedunculi* 1 - 2 - pollicares: *calycis* laciniae corollam subaequantes, 3-5 lin. longae, acuminatae, erectae: *corollae* limbus sub anthesi, et diu sereno patens, coelo nubilo erecto-campanulatus; lobis ante, et post anthesim imbricatis: *capsula* fusca, oblonga, calyce et corollae tubo persistentibus tecta.

2. *C.* INTERMEDIA. *Ten. syll. p. 565—Guss. supp. p. 112.*
   C. foliis caulinis ovatis perfoliatis, calyce ad basim 8-partito, laciniis setaceis carinatis, corollae lobis oblongis obtusis, stylo bifido.
   C. perfoliata. *Guss. pr. 1. p. 461*, excl. syn. *Lin. Reich. Bauh.*, an et *Renealm ?*
   Ic. Centaurium luteum, perfoliatum, Aphace foliis, ramisque et flore minoribus. *Cup. panph. 1. t. 124—Raf. t. 118. f. 2.*
   Ad muros, et in apricis calcareis, aut vulcanicis in Sicilia = et in *Ustica*, *Felicuri*, *Saline*, *Stromboli*, *Panaria*, *Lipari*, *Vulcano*, *Lampedusa.*
   Majo, Junio. ⊙
   *Corollae lobi* in plantis siculis obtusi, oblongi, et aliquando apice emarginato-denticulati — Praecedenti proxima, sed *caule* elatiore, sesquipedali, et bipedali; *foliis* connato-perfoliatis, fere ut in *Lonicera Caprifolio*, superioribus ut plurimum latioribus, basi non constrictis sed aequalibus; *laciniis calycinis* setaceis; *floribus* minoribus, ec. toto coelo diversa—*Folia* radicalia in utrisque obtusa, basi distincta, vix connata, et fere ovalia—*Stylo* bifido (quem male indivisum dixi, nam saepe laciniae invicem arcte conjunctae sunt) a *C. perfoliata* potissimum distinguitur, cum qua a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 309* conjuncta.

## ERICA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 659—Juss. 160.*

*Cal.* liber, 4-5-sepalus, persistens. *Cor.* infera; limbo 4 - 5-dentato. *Stam.* receptaculo inserta, dentibus corollinis alterna. *Anth.* bifidae. *Caps.* 4 - 5 - locularis, 4-5-valvis, polysperma, calyce et corolla cincta. *Dissepim.* e valvularum margine. ( *Frutices* sempervirentes: *folia* subsessilia, brevia, anguste linearia, exstipulata, exsiccatione decidua, opposita, verticillata, aut sparsa: *flores* axillares, aut terminales, vario dispositi: *pedunculi* in medio tribracteati. *Ericaceae Lindl.* )

1. *E. arborea. Lin. sp. pl. 502—Guss. pr. 1. p. 462.*

E. antheris basi aristatis inclusis, stylo exserto peltato, floribus racemosis, corollis campanulato-globosis glabris, foliis ternis quaternisque angustissime linearibus scabriusculis, ramulis incano-villosis.

E. major, scoparia, floribus deciduis (sic). *Cup. H. Cath. p. 69*—E. major, flore carneo. *Cast. H. Mess. p. 8.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 351*—E. lusitanica. *Fl. port. 1. p. 412. t. 71*, optima, sed Cl. *Link* in *Buch. fl. canar. p. 40*, et *Reich.* in *fl. germ. exc. 1. p. 413 E. arborea* ab hac differre putant ob stylum inclusum—E. major, scoparia, foliis deciduis, floribus e candido-purpurascentibus. *Cup. panph. 2. t. 164*—E. Coris folio I. *Clus. hist. 1. p. 41.*

In fruticetis submontosis, vel maritimis, et in nemoribus demissis; *Ficuzza*, *Parco*, *Castelvetrano*, *Alcamo*, *Secciara*, *Castellobuono*, *Caronia*, *Finale*, *Cefalù*, *Giojosa*, *Ibiso*, *Brolo*, *Messina*, *Itala*=et in *Alicuri*, *Felicuri*, *Saline*, *Stromboli*, *Panaria*, *Lipari*, *Vulcano*, *Pantellaria*.

Februario, Martio. ♄

*Caules* arborescentes in nemoribus, 8-12-pedales, diametro fere semipedali; in fruticetis 4-6-pedales, ramosissimi; ramis arrectis, supremis verticillatis, ternis: *folia* glaberrima, vix 2-3 lin. longa, conferta, subtus unisulcata, ad margines revoluta: *pedunculi* eburnei, glaberrimi, 2-3 lin. longi: *sepala* candida, corolla 2-3-plo breviora: *flores* albi, submutantes, confertissimi, numerosissimi, gratum odorem late effundentes, 2-4-terni: *corollae* diametro vix lineari; limbi dentibus obtusissimis, subrecurvis: *antherae* lateritiae, basi calcaratae, appendicibus flocculosis, uti ex *Reich. l. c.*: *stylus* corolla subduplo longior, roseus, vel eburneus; *stigmate* integro, tuberculis quatuor viridi-purpureis notato—*Radices* combustae copiosam optimaeque qualitatis potassam praebent; ideoque in Insulis Aeolicis undique evelluntur, et in *Vulcanum*, ubi Aluminis aliorumque mineralium opificia sunt, deportantur.

2. *E. peduncularis. Presl del. Prag. p. 89.*

E. antheris basi muticis styloque exsertis, corollis tubulosis calycem 2-3-plo superantibus, floribus axillaribus 2-3 racemoso-corymbosis, pedunculis capillaribus folia subaequantibus corolla 3-4-plo longioribus, foliis quaternis linearibus latiusculis obtusis glabris, caule erecto ramosissimo.

E. multiflora. *Biv. cent. 1. p. 33—Fl. rom. pr. p. 140*, ex specimine! — *Ucria H. Pan. p. 170*— E. multiflora *b. longepedunculata. Guss. pr. 1. p. 462*—E. vagans. *Desf. atl. p. 329*, ex

herb. ! — E. maxima, purpurascens, foliis longioribus. *Cup. H. Cath. p. 69.*
Ic. E. Coridis folio, dense fruticans, floribus in spicam, qui ex candido purpurascunt. *Cup. panph. 2. t. 94.*
*b.* floribus minoribus, foliis laete virentibus.
*c.* foliis puberulis.
In collibus aridis, campis asperis maritimis, rupibus submontosis in Sicilia = et in *Lampedusa a cala Pisana*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Pantellaria*: var. *b. Palermo*, *Ibiso*: var. *c. dirupi del monte delle Rose verso il sud* (*Gasparrini*).
Septembri, Octobri. ♄
*Frutex* 2-4-pedalis; *ramis* erectis, ternis quaternisque, et ob flores purpureos numerosos autumnali tempore hortis ornandis aptissimus: *folia* superne non canaliculata, sed convexa, subtus sulco notata, adulta patentia et obscure virentia; juniora adpressa, laete virentia, in *c.* ciliato-puberula; recta, et nonnisi exsiccatione subfalcata: *pedunculi* 4-5-lineares, foliis saepe aequales, raro duplo longiores, glaberrimi, ac nitidi: *flores* saepius 2, raro 1 vel 3, una cum pedunculis, calycibus, filamentis et stylo glabri, ac rosei, vel ex albo-rosei, erecti aut nutantes, inodori: *sepala* ovata, acutiuscula, corolla triplo fere breviora: *corollae* 1 ½ - 2 lin. longae; dentibus obtusissimis: *antherae* nigro-sanguineae: *pistillum* longe exsertum, antheras excedens; *stigmate* capitato, intensius roseo: *capsula* glabra, calycem duplo superans, in cujus centro placenta centralis una cum pistillo persistit.
Specimina *E. multiflorae* et *E. vagantis*, quae inde habui ab hac differunt corollis breve campanulatis! — Planta sicula cum illis quae in Hispania meridionali a *Perellò* legi exacte convenit, et illae herb. *Desf.* ex Africa non differunt, nisi floribus remotioribus, et foliis crassioribus — Quae refert Cl. *Smith* in *fl. gr. pr. 1. p. 256* de melle vilioris pretii, quod autumnali tempore apes a floribus *E. multiflorae* colligunt, in Sicilia pariter cum hac specie evenit.

3. *E. sicula. Guss. Cat. H. R.* in *Bocc. an. 1824 p. 74*, et *pr. 1. p. 463—Spr. s. veg. 2. p. 197.*
E. undique tenue pubescens junior subcanescens, antheris muticis inclusis, stylo subexserto, corollis campanulato-urceolatis, sepalis 4-5 bracteisque membranaceis coloratis corollam subaequantibus, floribus terminalibus longe pedunculatis subumbellatis, foliis quaternis linearibus subteretibus subtus sulcatis.
Pentapera sicula. *Klotsch.* in *Linnaea* XII. *p. 497*, ex *Endl. gen. n. 4314*, et *Dec. pr. 7. p. 613.*
Ic. *nulla.*
In rupibus calcareis montosis maritimis; *Monte Cofani presso Trapani* = et in *Maretimo*, ubi rara.
Aprili, Majo. ♄
*Frutex* 2-3-pedalis, irregulariter ramosus: *folia* breviter petiolata, obtusa, ½ lineam lata, 4-5-lineas longa, juniora imbricata, et pubescentia; seniora horizontalia, glabriuscula: *flores* saepius quatuor, terminales, primo nutantes, deinde erecti, longe pedunculati; *pedunculis* 5-8 lineas longis, viscoso pubescentibus: *bracteae* lanceolatae, acutae, pubescentes, fere roseae, integerrimae, subcarinatae, ciliatae, duae superiores oppositae: *sepala* ovato-lanceolata, 1 ½ - 2 lineas longa, corolla parum breviora, caeterum bracteis conformia: *corolla* pallide carnea, 2-3 lineas longa, 1 ½-2 lineas lata, magnitudine fere illarum *Arbuti Unedonis*, 4-5-dentatae; dentibus obtusis, revolutis, lutescentibus: *antherae* basi nudae: *stylus*

exsertus ; *stigma* capitatum ; *germen* pilosum , subrotundum : *capsula* 4-5-valvis , 4-5-locularis.

Ob variabilem sepalorum , ac valvarum capsulae numerum , et habitum reliquis *Ericis* similem a genere dirimere hanc speciem frustraneum mihi visum est.

---

† 4. *E. vulgaris. Lin. sp. pl. 501 — Ucria H. Pan. p. 170 — Guss. pr. 1. p. 464.*

E. antheris bicornibus inclusis , corollis inaequalibus campanulatis mediocribus , foliis oppositis sagittatis.

In nemoribus ( *Ucria* ). An *E. arborea* ?

† 5. *E. cinerea. Lin. sp. pl. 501—Ucria H. Pan. p. 170—Guss. pr. 1. p. 464.*

E. antheris bicornibus inclusis , corollis ovatis racemosis , foliis ternis glabris linearibus.

In nemoribus ( *Ucria* ).

† 6. *E. scoparia. Lin. sp. pl. 502 — Ucria H. Pan. p. 171 — Guss. pr. 1. p. 464.*

E. antheris bicornibus inclusis , corollis campanulatis longioribus, foliis ternis patentibus, ramis albis.

In nemoribus, *Ucria allo Ndulo ( Ucria )*.

## DAPHNE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 664—Endl. gen. n. 2092.*

*Cal. 0. Cor.* 1-petala, infundibuliformis, infera, fauce exsquamata; limbo 2-4-fido, patente. *Stam.* inclusa , tubo corollae inserta , ejus laciniis alterna. *Styl.* brevis, terminalis ; *stigmate* capitato. *Drup.* baccata , 1 - sperma , nuda. ( *Frutices* ( siculi ) sempervirentes , chartas exsiccati maculantes : *folia* simplicia, integra , alterna aut opposita , exstipulata : *flores* axillares , aut terminales , fasciculati vel racemosi. *Daphnoideae Vent.* )

1. *D. laureola. Lin. sp. pl. 510—Ucria H. Pan. p. 171—Guss. pr. 1. p. 464.*

D. glaberrima laete virens , racemis axillaribus brevibus multifloris nutantibus , floribus bracteatis , corollae laciniis ovatis acutiusculis, foliis perennantibus lucidis coriaceis obovatis lanceolatisque basi cuneatis , caule ramoso erecto.

Laureola sempervirens , flore viridi. *Cup. H. Cath. p. 108* —Laureola. *Cast. H. Mess. p. 13.*

Ic. *Jacq. austr. 2. t. 183 — Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 9* — Laureola. *Dod. pempt. 365.*

In nemoribus montosis ; *Monregale a Renna , Pizzuta , Ficuzza , S. Maria del Bosco , Madonie , Boschi di Valdemone, e di Val di Noto.*

Januario , Aprili. ♄

*Caules* plus minus ramoso - corymbosi , 1-2-pedales , ramis superne foliatis : *folia* subsessilia , 1-3-pollicaria, avenia , integerrima ; juniora in apice ramorum conferta : *racemi* ½ - 1 poll. longi , sub anthesi densi , in siculis plantis 5 - 9 - flori: *bracteae* fere scariosae, ex albo-virentes , obovatae , concavae , obtusissimae , cum acumine, deciduae , ante anthesim imbricatae , flores fere occultantes , illos demum subaequantes : *flores* viridi - luteoli , apud nos inodori ! , non suaveolentes uti ex *Host gram. austr. 1. p. 477* : *corollae*

tubus 2 lin. longus; laciniis limbi subrecurvis: *stamina* inclusa, *antheris* luteis: *stylus* candidus, brevissimus, levis; *stigma* globosum, papillosum, flavescens: *baccae* ovatae, nitidae, demum nigrae—In plantis siculis, *folia* magis virentia, apice acutiora, et *corollae lobi* obtusiores ac fere rotundati, quam in germanicis; caeterum omnino similes.

2. *D. glandulosa. Bertol. am. it. p. 356*, et *Fl. ital. 4. p. 337— Guss. pr. 1. p. 465.*

D. floribus subternis terminalibus, laciniis corollae lanceolato-linearibus acutis, foliis subcoriaceis perennantibus oblongo-obovatis obtusis utrinque glabris, subtus punctato-glandulosis, junioribus pubescentibus, caule fruticoso ramosissimo.

D. Mezereum. *Ucria H. Pan. p. 171*, non *Lin.* ex loco—Thymelaea supina, Myrti foliis acutis, floribus quadrifidis, extus pilosulis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 86.*

Ic. D. lucida. *Loisl. fl. gall. ed. 2. t. 1. p. 280. t. 25* ex *Bertol.*—Chamelaea quadrifida, Chamelaeae incurvae figura, floribus quadrifidis candidis extus pilosis, uter (sic) aliquo folio. *Cup. panph. 1. t. 117*, et *v. 2. t. 54*, sine nomine.

In rupibus calcareis montosis elatioribus; *Madonie a Monte Scalone.* Majo, Junio. ♄

*Frutex* erectus, 1-2-pedalis, irregulariter a basi ramosus; ramis demum fuscis: *folia* saepius oblonga, subsessilia, approximata, 3-4 lin. lata, 4-7 lin. longa, subtus saepe sparse et adpresse pilosa: *flores* triste virentes, 2-4, subsessiles, et aliquando elongatione ramorum videntur axillares, sed re vera semper terminales sunt: *corollae* externe pilis adpressis albidis canescentes; tubo globoso-ovali, in collo constricto; limbo 2-4-fido, laciniis reflexis margine introrsum revolutis; dum corolla 4-fida, tunc laciniae duae interiores oppositae semper reliquis breviores et angustiores sunt: *habitus D. alpinae* — Specimina *D. oleoidis* a Creta accepta, et icon *Alpini ex. t. 43*, ab hac specie non differre videntur.

3. *D. gnidium. Lin. sp. pl. 511—Ucria H. Pan. p. 172 — Guss. pr. 1. p. 465.*

D. racemis terminalibus paniculatis, paniculae ramis pedunculis floribusque tomentoso-canescentibus, foliis lineari-lanceolatis confertis acuminato-cuspidatis glaberrimis coriaceis, caule erecto ramoso.

Thymelaea foliis Lini. *Cup. H. Cath. p. 212*—Thymelaea. *Cast. H. Mess. p. 46.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 356*—Thymelaea. *Clus. hist. 1. p. 87.*

In collibus, campis aridis, et fruticetis maritimis in Sicilia = et in *Ustica* (*Calcara*), *Saline*, *Lipari*, *Vulcano*, *Lampedusa*, *Favignana.*

Julio, Septembri. ♄

*Frutex* 2-4-pedalis, ramis erectis: *folia* sparsa, sed fere erecto-imbricata, subsessilia, 1-2 lin. lata, pollicem et ultra longa, laete virentia: *pedunculi* 1-2-lineares, alterni: *flores* albi, numerosi, parvi, gratissime odori: *corollae* tubus gracilis, 1-1 ½ lin. longus; limbi patentis; laciniis quatuor ovatis, acutiusculis, candidis, saepe apice recurvis: *antherae* fere croceae: *paniculae* rami, corollae externae, et pedunculi adpresse breviterque pubescentes; isti dum flores decidunt fere coma pilorum terminati: *baccae* ovatae, coccineae, glaberrimae.

4. *D. collina. Smith spicil. bot. p. 16 — Willd. sp. pl. 2. p. 423*, excl. syn. *Vahl.*, an et aliorum? — *Guss. supp. p. 113.*

D. floribus terminalibus fasciculatis sericeo-lanatis, laciniis corollae obtusiusculis, foliis spathulato-obovatis obtusis coriaceis supra nitidis, subtus sericeo-villosis, caule erecto.

Ic. *Smith l. c. t. 18—Duham. arb. ed. nov. v. 1. p. 332. t. 11*, mediocris—*Sibth. fl. gr. t. 369*—D. australis. *Cyr. pl. rar. fasc. 3. ined. t. 6.*

In apricis fruticetis saxosis; *Maretimo.*

Januario, Martio. ♄

*Caules* 2-3-pedales; *ramis* junioribus sericeo-villosis: *folia* obscure virentia, apice floccoso-villosa, rotundata, vel parum attenuata; adulta subtus fere glabrata: *flores* purpurei, gratissime odori: *corollae* externe pilis albidis adpressis hirsutae, 4-fidae; laciniis rotundatis aut acutiusculis, 1 ½ lin. latis, crispato-undulatis, recurvis; tubo 2-4-lineari, basi angulato: *filamenta* inclusa, purpurascentia, quorum quatuor breviora; *antheris* croceis, in fauce tubi subexsertis: *germen* oblongum, hirsutum: *stylus* nullus: *stigma* globoso-depressum, 4-sulcatum, flavescens—*Fasciculi* 5-6-flori aliquando laterales, bracteis concavis vix lin. longis circumdati, omnes approximati in apice ramorum, ideoque fere capitati.

## PASSERINA.

*Spr. s. veg. 2. p. 174. n. 1479—Endl. gen. n. 2095.*

*Cal.* nullus. *Cor.* persistens, infera, 1-petala, infundibuliformis; limbo 4-fido, patente; fauce exsquamata. *Stam.* subinclusa, corollae laciniis alterna. *Styl.* filiformis; stigmate capitato. *Sem.* unicum, durum, corolla tectum. (*Frutices* sempervirentes, vel *herbae* annuae: *folia* simplicia, indivisa, exstipulata, plerumque alterna; *flores* luteoli, parvi axillares et terminales, bracteati. *Daphnoideae Vent.*)

1. *P.* HIRSUTA. *Lin. sp. pl. 513 — Ucria H. Pan. p. 172 — Biv. cent. 1. p. 65—Guss. pr. 1. p. 467.*

P. dioica, caule fruticoso, foliis glaucescentibus carnosis oblongis ovatisque convexis quadrifariam imbricatis, ramis junioribus cano-tomentosis, floribus terminalibus aggregatis sessilibus.

Thymelaea tomentosa, foliis Sedi minoris. *Cup. H. Cath. p. 212.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 360*—Sanamunda tertia. *Clus. hist. 1. p. 89.*

*b.* foliis atrovirentibus, floribus pallide lutescentibus foemineis.

Thymelaea tomentosa, perenni folio atrovirenti, sive foemina, flore albo, seminifera. *Cup. l. c.*, et *supp. alt. p. 86.*

In campis aridis, et collibus maritimis calcareis, vel arenosis sterilibus = et in *Ustica*, *Felicuri*, *Panaria*, *Dattolo*, *Lampedusa*, *Pantellaria*, *Maretimo*, *Favignana.*

Decembri ad Aprilem. ♄

*Frutex* ramosissimus, ½-1 ½-pedalis, dense ramosus; ramis erectis; *folia* lin. longa, obtusiuscula, sessilia, superiore facie una cum ramis cano-tomentosa, inferiore glaberrima, obscure virentia: *flores* inter folia in apice ramorum sessiles, 4-10: *corollae* externe cano-tomentosae, interne luteolae, in plantis foemineis duplo fere minores quam in masculis; laciniis ovatis, erectis, in illis recurvis: *stamina* et *pistillum* inclusa: *semen* glabrum, ovatum, corolla emarcida tectum—*Planta* apud nos ut plurimum dioica.

2. *P.* TARTONRAIRA. *Schrad. in Spr. s. veg. 2. p. 241 — Guss. supp. p. 114.*

P. caule fruticoso, ramis junioribus hirsutis, foliis spathulato-oblongis nervoso-venosis incanis utrinque sericeo-tomentosis, floribus dioicis axillaribus glomeratis basi squamatis, laciniis corollae obtusis.
Daphne tartonraira. *Lin. sp. pl. 510.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 290. f. 2—Sibth. fl. gr. t. 354* — Tarton-Raire Galloprovinciae Marsiliensium. *Lob. ic. 371*, mala.
In rupibus calcareis; *Maretimo*.
Aprili, Majo. ♄
*Caules* ramosissimi, caespitosi, 1-2-pedales; ramis inferne nudis, petiolorum cicatricibus tuberculatis: *folia* obtusiuscula, juniorae sericeo-argentea, conferta, subsessilia, 1-1 ½ lin. lata, 5-7 lin. longa, patentia, demum deflexa: *bracteae* ovales, concavae: obtusae, sericeae, imbricatae, numerosae, floribus 3-4-plo breviores: *flores* inodori sessiles: *corollae* 1 ½ lin. longae, externe albido-virentes et sericeae, interne pallide viridi-flavescentes; limbi laciniis ovatis, planis, patentibus interne lanuginosis.

3. *P.* ANNUA. *Spr. l. c. p. 239.*
P. glabra, caule herbaceo, foliis lineari-lanceolatis, floribus subsolitariis quadrifidis sessilibus laxe spicatis, bracteis fructu duplo longioribus.
Stellera passerina. *Lin. sp. pl. 512—Guss. pr. 1. p. 466*—Thymelaea Linariae folio, vulgaris. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris*, et *Inst. p. 594*—Genistella umbellatim ramosa, altiuscula, Passerinae foliis mollibus. *Cup. H. Cath. p. 83*, et — Lithospermum Linariae folio, germanicum. *Cup. l. c. p. 115* ex syn. *Bauh.*
Ic. Stellera passerina. *Lam. ill. gen. t. 293—Jacq. ic. rar. 1. t. 68* — Linaria altera, botryoides, montana. *Column. ecphr. 1. t. 82*—Genistella altilis, umbellatim ramosa, Passerinae foliis. *Cup. panph. 2. t. 78* — Genista spartium, Passerinae foliis mollibus. *Bon. t. 72.*
In arvis argillosis, et inter segetes; *Patti*, *Giojosa*, *S. Agata*, *Milazzo*.
Majo, Junio. ⊙

4. *P.* PUBESCENS. *Guss.*
P. caule herbaceo, foliis lineari-lanceolatis ramisque pubescentibus glabrisve, floribus quadrifidis sessilibus approximato-spicatis solitariis geminisque, fructibus bractea longioribus aequalibusque.
Passerina pubescens. *Guss. pr. 1. p. 466*— Thymelaea hispanica, annua, linifolia. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et—T. linarifolio, hispanica. *Inst. p. 594.*
Ic. Spartium gutturulosum, Sanamundae flore spicato. *Cup. panph. 1. t. 161—Bon. t. 176.*
In argillosis, inter segetes, et post messem in arvis; *Palermo*, *Altavilla*, *Alcamo*, *Trapani*, *Vicari*, *Caltanissetta*, *Alimena*, *Polizzi*, *Catania*, *Lentini*, *Palagonia*, ec.
Augusto, Octobri. ⊙
In hac et in praecedente, *caules* 1-2-pedales, stricti, basi simplices, alterne ramosi; ramis erectis: *folia* acutiuscula, subsessilia, erecta; inferiora approximata: *bracteae* tres sub singulo flore, quarum duae laterales vix lin. longae, duplo triploque reliquis breviores, ovatae, acutiusculae; intermedia lanceolata— Haec vero differt a *P. annua* florendi tempore, et praecipue bractearum longitudine; siquidem intermediae inferiores aliquando fructus nonnihil superant, sed superiores semper breviores sunt.

## *II. Trigynia.*

### POLYGONUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 677—Juss. 82.*

**Cal.** persistens, superne coloratus, 5-partitus. **Cor.** nulla. **Stam.** 5-8, laciniis calycinis opposita. *Styl.* 2-3. *Sem.* unicum, superum, ovatum, plano-convexum vel triquetrum, calyce tectum. (*Herbae*, aut *suffruticuli*: *caules* nodoso-articulati, alterne ramosi: *folia* simplicia, alterna, ochreata: *flores* parvi, axillares, vel terminales racemoso-spicati. *Polygoneae Juss.*)

** Foliis basi non excisis.*

*a. floribus axillaribus, vel interrupte racemoso-spicatis.*

1. *P. MARITIMUM. Lin. sp. pl. 519—Ucria H. Pan. p. 475—Guss. pr. 1. p. 469.*
P. floribus octandris, trigynis seminibus levissimis triquetris, foliis coriaceis glaucescentibus ellipticis lanceolatisque perennantibus venosis margine revolutis, ochreis scariosis laceris, numerose ac approximate nervosis, caulibus basi suffruticulosis declinatis.
P. maritimum, latifolium. *Cup. H. Cath. p. 170.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 363*—P. maritimum, majus, incanum. *Barr. ic. 560. f. 1.*
In arenosis maritimis ubique in Sicilia = et in *Lipari*, *Vulcano al porto*, *ed ai Mannili*, *Lampedusa nell' Isola de' Conigli*, *Pantellaria.*
Aprili ad Octobrem. ♄
*Caules* 1-2-pedales, glaucescentes, tenue striati, saepe flagelliformes: *folia* juniora et suprema approximata: *bracteae* scariosae, integrae vel lacerae: *calycis* laciniae dorso et basi virentes, margine albo-membranaceae: *semen* triquetrum, rufescens, glaberrimum, calycem parum superans.
*Ochrearum* nervi basi valde approximati, et ipsarum longitudo quoad internodia variabilis. In ramis junioribus sunt internodio longiores; in senescentibus duplo et ultra breviores; praeterea juniores scariosae lacerae, at demum ciliato-setosae—*Caules* in Sicilia semper basi suffruticulosi, nunquam annui, ut de suo asserit Cl. *Marsch.* in *fl. taur. cauc. 1. p. 303*—An *P. litorale Link. en. H. Ber. 1. p. 385*, quod ad *P. flagellare* adducitur a Cl. *Spr.* in *s. veg. 2. p. 295*, potius *P. maritimi* varietas est? — In *Vulcano* singularem varietatem inveni; *caule* nempe revera fruticoso, 1-2-pedali, diametro digiti minoris, ramosissimo; *ramis* plurimis, diffusis, distortis, cortice nigro circulariter rimoso-tuberculato obductis: reliqua omnia, semina non excepta, ut in specie in quam transit. Ad hanc varietatem spectat:
P. maritimum, latifolium, arborescens. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et *Inst. p. 510.*
2. *P. HERNIARIOIDES. Delil.* in *Spr. s. veg. 2. p. 256 — Bertol. fl. ital. 4. p. 381.*
P. floribus octandris triginis fasciculatis, seminibus triquetris obsole-

te minute granulatis ( opacis ) , foliis virentibus ovali - lanceolatis approximatis obtusis , ochreis laceris scariosis internodio brevioribus pauci - et remote nervosis , caulibus procumbentibus suffruticulosis.

P. aviculare *b*. *Guss. pr. 1. p. 270.*

Ic. P. minus , rotundifolium , asperm in. *Cup. panph. 1. t. 132.*

In cultis, et ad vias in argilloso-calcareis ; *Palermo sotto Baida , e nella chiusa del Gabriele , ai Ficarazzi , sotto Carinni, e Capacci.*

Septembri , Octobri. ♄

*Caules* striati , caespitosi , usque ad apicem dense foliosi , nodis approximatis : *folia* crassiuscula , margine serrulato-scabra , aliquando orbiculato-ovalia : *ochreae* superiores internodio longiores : *flores* et *habitus* sequentis ; sed *semina* non nitida , et minutissime granulata.

3. *P. aviculare. Lin. sp. pl. 519—Ucria H. Pan. p. 173—Guss. pr. 1. p. 469* , excl. var. *b.*

P. floribus octandris trigynis , seminibus sessilibus triquetris minute granulatis ( nitidis ), foliis virentibus lanceolatis approximatis patentibus margine scabriusculis , ochreis laceris scariosis internodio duplo brevioribus , pauci - ac remote nervosis , caule procumbente ramosissimo herbaceo , ramis usque ad apicem foliatis.

P. palustre , latiore folio , molli , vernale , partim rectum , partim procumbens. *Cup. H. Cath. p. 170* , et *supp. alt. p. 72*— P. latifolium. *Cast. H. Mess. p. 43.*

Ic. *Sturm. fl. germ. p. 1. f. 1. t. 9*—P. brevi angustoque folio. *Cup. H. Cath. p. 170* , *supp. alt. p. 72* , et *panph. 1. t. 112*— *Bon. t. 46*—P. mas , vulgare. *Dod. pempt. 113.*

In incultis , ad margines agrorum , in ruderatis , ad vias ubique in Sicilia = et in *Ustica* , *Isole Eolie* , *Maretimo* , *Favignana*, *Levanzo* , *Pantellaria* , *Lampedusa* , *Linosa.*

Majo , Octobri. ⊙ et ♃

Planta polymorpha *habitu* , latitudine ac longitudine *foliorum* , *floribus* nunc albis , nunc albido - roseis ; vel species variae simul confusae, et alterius inquirendae ; tamen a sequente semper diversa , *caulibus* valde ramosis procumbentibus , *internodiis* brevioribus , *floribus* magis approximatis , *seminibus* breve pedunculatis , ec.

4. *P. Bellardi. All. pedem. n. 2032—Willd. sp. pl. 2. p. 430.*

P. floribus octandris trigynis laxe et interrupte spicato-racemosis , seminibus pedunculatis triquetris minute granulatis ( nitidis ), foliis elliptico-lanceolatis acutis distantibus patentibus margine scabriusculis, ochreis scariosis incisis laceris internodio quintuplo brevioribus , caule erecto , ramis filiformibus virgatis apice subaphyllis.

P. monspeliense. *Guss. pr. 1. p. 470*—P. majus , erectum , Rosmarini sylvestris folio. *Cup. H. Cath. p. 170.*

Ic. P. majus , rectum , Rosmarini sylvestris foliis , annuum. *Cup. panph. 2. t. 193.*

In arvis , et inter segetes in Sicilia = et in *Pantellaria.*

Aprili , Majo. ⊙

*Caules* erecti , ab ipsa basi ramosi , tenues , ad apicem subflexuosi; internodiis elongatis : *folia* breviter petiolata , glaberrima, margine serrulato-scabra , 2-3 lin. lata , pollicem longa : *flores* ut plurimum tres , quorum intermedius lateralibus longius pedunculatus., superiores magis approximati ; *semina* majuscula , fusca ut in praece-

dente; a quo habitu suo proprio, et notis indicatis constanter diversum, et cum quo male a plerisque associatum — Semina in nostro non sunt ruguloso-striolata, uti ex *Kock syn. p. 619.*

5. *P. CONTROVERSUM. Guss. pr. 1. p. 471.*

P. floribus octandris trigynis subquaternis longae laxeque spicato-racemosis, seminibus obtuse triquetris minute granulatis, pedunculis flore longioribus, foliis elliptico-lanceolatis margine uodulato-crispis caule approximatis, ochreis laceris, caule suffruticoso prostrato-diffuso.

P. equisetiformo *b. corsicanum. Meisn. mon. Polyg. p. 86?* — P. latifolium. *Cup. H. Cath. p. 170*; et — P. latifolium, perenne, procumbens. *supp. alt. p. 72* — Idem flore, ex purpura candicante, vel rubente. *Cup. l. c.* — P. aviculare. *Desf. atl. 1. p. 333*, ex ejus herb.

Ic. P. majus, lapathifolio, perenne. *Cup. panph. 2. t. 42.*

In campis, et in collibus aridis arenosis mari finitimis; *Palermo*, *Bagheria*, *Misilmeri*, *Abate.*

Junio, Septembri. ♃

*Caules* flagelliformes, 2-4-pedales, nunquam erecti; internodiis elongatis, geniculis plerumque foscis: *folia* fere *P. avicularis*, exquisite nervosa, inferiora obtusa, plus minus remota: *flores* rosei, vel albi, trium praecedentium paullo majores, in racemis terminalibus elongatis: *semina* fusca, nitida, fere ovata, non oblooga et acute triquetra ut in *P. auriculari* et affinibus.

*P. romanum Jacq.*, sive *P. flagellare Bertol.*, alienum ab hoc *floribus* axillaribus approximatis, non ut in nostro io racemo longo terminali dispositis; *foliis* patentibus, non cauli approximatis, et *habitu*. Coofer quae dixi in *pl. rar. p. 157*, et *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 383* — Praeterea icon *P. equisetiformis Sibth. fl. gr. t. 394*, et specimina Ipsius herb., aeque ac illa *Sieberi*, nonoisi floribus hexandris ac digynis, ochreis magis laceris, et bracteis numerosioribus magisque scariosis a planta sicula differunt — Illa quae Cl. *Moris* ex Sardioia misit, habitu robustiore ab utrisque quoque recedunt — Interim si aliquis ad affiniorem speciem *P. controversum* associare maluerit, tunc ex inspectione plantarum vegetantium potius ad *P. equisetiforme*, quam ad *P. romanum* referendum erit.

*b. floribus approximatis exacte spicatis, spicis aphyllis.*

6. *P. NODOSUM. Pers. syn. 1. p. 440* — *Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 572 !* ex ejus specimine.

P. floribus hexandris digynis, semioibus compressis utrinque concavis, spicis linearibus crassiusculis paniculato-conjugatis subcerouis, foliis lanceolatis utrioque attenuatis margine subtusque ad nervos petiolisque scabriusculis, ochreis breviter ciliatis nudisque, caule erecto vel basi adsceodente.

Hydropiper Dioscoridis, maculatum, acidum. *Cast. H. Mess. p. 39.*

Ic. *Reich. cent. 5. f. 689.*

In stagnis, et ad fluviorom margines; *Siracusa.*

Majo, Junio. ⊙

*Caules* plerumque erecti, 3-pedales et ultra, virentes, et sanguineo punctati, vel omnioo sanguinei, ad nodos inferne incrassati: *ochreae* scariosae, et in eadem planta vel brevissime ciliatae, vel omnino ciliis destitutae, semper integrae: *folia* laete virentia, plerumque in

disco macula fusca nitida notata : *spicae* pollicem vix excedentes : *flores* rubentes : *semina* nigra, nitida, laevissima.

Specimina quae nuper misit Cl. *Reich.* cum hoc nostro omnino conveniunt, et *P. lapathifolium* verum, quod habui ex Anglia a Cl. *Lagasca* differt ab hoc spicis crassioribus, brevioribus et virentibus ( non rubentibus ), floribus majusculis, pedunculis glanduloso-scabris. Coufer quoque *Reich. cent. 5. p. 58. t. 495.*

7. *P.* TENUIFLORUM. *Presl del. Prag. p. 67—Spr. s. veg. 2. p. 255*, excluso synonymo *Roxb.—Guss. pr. 1. p. 472.*

P. floribus hexandris 2-3-gynis, seminibus compressis utrinque concavis, spicis linearibus filiformibus ( gracilibus ) elongatis nutantibus, foliis lanceolatis margine rachide inferne pedunculis petiolisque scabris, ochreis subciliatis, caule erecto.

P. Persicaria. *Ucria H. Pan. p. 173*, non *Lin.?* — Persicaria mitis, maculosa et non maculosa. *Cup. H. Cath. p. 166* —Hydropiper non maculatum, mite. *Cast. H. Mess. p. 39.*

Ic. *nulla.*

In humidis cultis, et ad rivulos frequens; *Palermo*, *Termini*, *Siracusa.*

Augusto, Septembri. ⊙

*Caules* 3-pedales et ultra, virentes aut rubentes, ad nodos vix incrassati, superne paniculato-ramosi et graciles : *ochreae* ut in praecedente : *spicae* rubentes, 2-3-pollicares, longe pedunculatae; *pedunculis* gracilibus, scabriusculis : *stamina* calyci aequalia: *styli* 2-3; *stigmatibus* incrassatis : *semina* fusca, nitidula.

A praecedente cui affine, et cujus varietatem putat Cl. *Ten.* indicatis characteribus videtur certe diversum. Confer quoque Cl. *Bertol. fl. ital. 4. p. 376.*

8. *P.* INCANUM. *Willd. sp. pl. 2. p. 466—Guss. pr. 1. p. 472.*

P. floribus hexandris digynis, seminibus compressis utrinque concavis, spicis crassiusculis brevibus ovatis erectis, foliis lanceolatis subtus incano - pubescentibus, ochreis ciliatis, caulibus adscendentibus.

Ic. *nulla.*

In udis, et inundatis prope *Termini.*

Junio, Julio. ⊙

*Caules* vix pedales, ab ipsa basi ramosi, virentes vel rubentes, ad nodos incrassati : *ochreae* brevissime ciliatae : *folia* 1-2-pollicaria, 4-6 lin. lata, obtusa, vel acutiuscula, supra glabra virentia, ad margines una cum petiolis scabra : *spicae* pallide virentes, vix semipollicares : *semina* ut in praecedentibus.

Non provenit in aridis, ideoque canities a soli siccitate non pendet, uti putat Cl. *Meisner mon. gen. Polyg. p. 68*—Confer Cl. *Bertol. in fl. ital. 4. p. 372.*

9. *P.* HYDROPIPER. *Lin. sp. pl. 517—Guss. pr. 1. p. 473.*

P. floribus hexandris semidigynis, seminibus compresso-triquetris, spicis interruptis laxis filiformibus gracilibus nutantibus, calycibus glandulosis!, foliis lanceolatis subundulatis, ochreis brevi-setoso-ciliatis, caule erecto.

Hydropiper Matthioli. *Cast. H. Mess. p. 39.*

Ic. *Fl. dan. 1376* — Hydropiper. *Dod. pempt. 607*, sed flores in spicis nimis conferti.

Secus rivulos, et in uliginosis; *Siracusa*, *Lentini.*

Septembri, Octobri. ⊙

*Caules* erecti, fere ab ipsa basi ramosi, virentes vel rubentes : *folia P. tenuiflori*, sed intensius virentia, et saepe albo-macu-

lata : *flores* ex viridi-purpurascentes ; *spicis* terminalibus , et aliquando axillaribus.

Sapore acerrimo totius plantae , spica gracili interrupta , et calycibus exquisite glandulosis ( qui in aliis speciebus eglandulosi sunt ) ab omnibus mox dignoscitur.

10. *P.* SERRULATUM. *Lag. nov. gen.* et *sp. p.* 14—*Guss. pr.* 1. *p.* 473 *a. salicifolium.*

P. floribus hexandris subtrigynis , seminibus exquisite triquetris, spicis subpaniculatis filiformibus linearibus suberectis elongatis , floribus approximatis , foliis lineari - lanceolatis acutis tennissime serrulato-ciliatis , ochreis vaginantibus longe setosis , caulibus adscentibus inferne subradicantibus.

*P. salicifolium* , floribus hexandris digynis , foliis lineari-lanceolatis , ochreis setoso-ciliatis , spicis elongatis erectis , floribus distantibus , caule divaricato. *Willd. en. H. Ber.* 1. *p.* 428 ? — P. minus *b.* latifolium. *Ten. syll. p.* 197—Persicaria longifolia , valentina. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.* , et *Instit. p.* 510.

Ic. *nulla.*

*b. declinatum* ; caule declinato , spicis sparsis subgeminis.

*c. neriifolium* ; foliis lanceolatis elongatis 4-5 poll. longis pollicem latis , spicis subpaniculatis , floribus 6-8-andris.

Persicaria Nerii-folio , procumbens , floribus candido-purpurantibus. *Cup. H. Cath. p.* 166 , et — P. angustifolia , geniculis maxime nodosa. *supp. alt. p.* 70 , quod synonymon cum nostro minime convenit , sed a *Cup.* sub hoc citatur — P. neriifolio. *Cup. l. c. p.* 166.

Ic. Persicaria Nerii folio , procumbens. *Cup. panph.* 1. *t.* 42—*Raf. t.* 42.

In humidis , ad rivulorum , fluviorum , stagnorum, et fossarum margines. Var. *a.* prope *Monregale* , *Sagana* , *Agosta* ; var. *b.* prope *Mazzara* , *Marsala* , *Comiso al lago di Camerana* , *Nicosia* , *Terranova* , *Spaccaforno* , *Noto*, *Siracusa* ; var. *c. Siracusa al fiume Ciane* , *Mililli a S. Cosimano* , *Agosta.*

Augusto, Novembri. ♃

*Caules* 2-3-pedales , rubentes , potius graciles, quam firmi : *folia* 4-9 lin. lata , 2 ½ - 4 ½ poll. longa , supra levia intense virentia, subtus pallidiora , et minutissime tuberculata , acuta , exsiccatione ad margines subrevoluta, brevissime petiolata: *ochreae* scariosae, internodio dimidio breviores : *spicae* graciles, 1 ½ - 2 - pollicares , plerumque geminae; bracteis scariosis, truncatis, longe setosis: *calyces* glabri , eglandulosi : *semina* levissima , nitida , nigra.

*Flores* albidi vel carnei , approximati , saepius trigyni , sed etiam aliquando digynos observavi—An haec planta sit *P. salicifolium Willd.*, descriptione nimis brevi et speciminis defectu affirmare haud possum—Specimina quae in Hispania legi , et illa quae apud Cl. *Lagasca* vidi , a nostris certe non differunt—*P. salicifolium Delis.* huic valde proximum , at seminibus hinc planis , hinc convexis abunde differt—*P. serrulatum Spr. s. veg.* 2. *p.* 256 longe aliud , sed nomen Cl. *Lagascae* quia antiquius servandum —P. minus, *c. declinatum Ten.* ab hoc prorsum diversum.

11. *P.* AMPHIBIUM. *Lin. sp. pl.* 517 *a. siculum.*

P. floribus pentandris semidigynis dense spicatis , spicis terminalibus solitariis, foliis oblongo-lanceolatis basi attenuatis (non cordatis) longe petiolatis glabris margine levibus, ochreis muticis, caulibus ad nodos radicantibus repentibus , floriferis apice surrectis.

P. amphibium *a. natans. Guss. pr. app. p.* 9 , excl. ic. *Fl. dan.*

Ic. *nulla.*
In stagnis submontosis; *Leroara al gurgo di Caccaci* (*Gasparrini*).
Junio, Julio. ♃
*Caules* rubentes, glabri, plus minus elongati: *ochreae* scariosae, truncatae, adpressae, internodiis subaequales, vel multo breviores: *folia* natantia, subcoriacea, laete virentia ac nitida, 4 - 9 lin. lata, 2 - 5 poll. longa, acutiuscula, in plantis siculis sat raro margine scabriuscula, basi nec cordata nec ovata, ibique aequalia vel obliqua: *petioli* 1 - 2 - pollicares, leves: *spicae* 1 - 1 ½ poll. longae, non ovatae; pedunculo 2 - 4 - pollicari, levi: *bracteae* acutae, vel acuminatae: *flores* dense imbricati, rubentes; *staminibus* semper exsertis non vero inclusis: *semina* compressa, nigra.
An species propria?

** *Foliis basi late cordatis, et excisis.*

**12.** P. CONVOLVULUS. *Lin. sp. pl.* 522 — *Ucria H. Pan. p.* 174 — *Guss. pr.* 1. *p.* 474.
P. calycinis laciniis tribus obtuse carinatis apteris, racemis axillaribus laxifloris, foliis cordato-sagittatis acuminatis, caule volubili angulato.
Convolvulus minor, Atriplicis folio, flosculis minimis, polyspermos, semine trigono. *Cup. H. Cath. p.* 57.
Ic. *Fl.dan.t.*744—Fagopyrum vulgare, scandens. *Zannich. hist.t.*146— Frumentum saracenicum, alterum, Convolvuli modo scandens, semine triangulo minore nigro. *Moris. hist.* 2. *s.* 5. *t.* 29. *f.* 2.
In cultis, et ad sepes, in vineis, ac in arvis ubique in Sicilia=et in *Alicuri*, *Saline*, *Stromboli*, *Lipari*, *Favignana*, *Pantellaria.*
Majo, Septembri. ⊙
*Caules* graciles, uti reliquae partes glaberrimi, ac laete virentes: *folia* margine integra, longe petiolata: *ochreae* truncatae, brevissimae: *pedunculi* filiformes, graciles: *calycis* laciniae sordide albidae, quo charactere a sequente (nam caetera similia), et seminibus subsessilibus, in illo pedicellatis, primo intuitu dignoscitur: *semina* nitida, nigra, granulata, triquetra, angulis obtusis.

**13.** P. DUMETORUM. *Lin. sp. pl.* 522—*Guss. pr.* 1. *p.* 475.
P. calycinis laciniis tribus carinato-alatis, racemis axillaribus laxifloris, foliis cordatis acutis, caule volubili terete.
Ic. *Fl. dan. t.* 756—Convolvulum nigrum, sive Helxine Cissampelos. *Dod. pempt.* 396—Helxine Cissampelos altera, Atriplicis effigie. *Lob. ic.* 624.
In sylvaticis, ad sepes; *Nicolosi*, *Milo.*
Julio, Augusto. ⊙
*Caules* ramosissimi, alte scandentes: *margo* laciniarum calycis latus, albo-scariosus, per pedicellum excurrens: *semina* pendula (in praecedente erecto-patula) pedicello gracillimo suffulta, nitide nigra, vix granulata, exquisite triquetra.

## *III. Tetragynia.*

### ELATINE.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 685 — Endl. gen. n. 5475.*

*Cal.* 3-4-partitus, patens, persistens. *Pet.* 3-4, infera, unguibus destituta, calycinis laciniis alterna. *Stam.* 6-8. *Styl.* apice capitati. *Caps.* depressa, 3-4-locularis, 3-4-valvis, polysperma. *Sem.* teretia, transverse rugoso-striata. (*Herba* annua, exigua, gracilis, glaberrima: *folia* stipulata, simplicia, indivisa, opposita: *flores* parvi, axillares, albidi. *Elatineae Cambess.*)

1. *E. macropoda. Guss. pr. 1. p. 475.*

E. caulibus adscendentibus basi ad nodos radicantibus, foliis oppositis lineari-spathulatis, pedunculis filiformibus 1-floris folio quadruplo longioribus, seminibus curvatis.

Ic. E. hydropiper *b. pedunculata. Moris fl. sard. 1. p. 287. t. 20 ?*

In calcareis hyeme inundatis; *Palermo a Mondello* (*Todaro*): *Modica*, *Scicli*, *Spaccaforno*, *Ragusa*, *Siracusa*, *Noto.*

Martio, Aprili. ⊙

*Caules* uti folia pellucido-virentes, nervo percursi, dense ramoso-intricati ac radicantes, 1 ½ - 3 - pollicares: *folia* obtusa, in petiolum attenuata, 2 lin. longa: *stipulae* exiguae: *pedunculi* 4-5-lineares: *calycis* laciniae oblongae, obtusissimae: *petala* 4, ovata, obtusa, calyce duplo breviora: *stamina* 8, subincurva, *antheris* fuscis: *pistilli* virides, divergentes: *capsula* umbilicata: *semina* fusca.

Nostra ab icone Cl. *Moris l. c.* parum recedit, foliis brevius petiolatis; petalis calyce duplo brevioribus. Confer *Bertol. fl. ital. 4. p. 395*, qui tamen semina exquisite curvata describit, ut in icone *Morisii*; dum in nostra, quia forsan immatura vix curvata sunt —Differt quoque ab *E. hydropipere*, *habitu* graciliore; *foliis* angustioribus; *pedunculis* elongatis, erectis, demum reflexis; ab *E. hexandra* praeter characteres indicatos, *corollis* albis, tetra petalis; *staminibus* octo.

# ENNEANDRIA.

## I. *Monogynia.*

### LAURUS.

*Endl. gen. n. 2061.*

*Flor.* dioici, vel hermaphroditi, involucrati. *Cal.* nullus. *Cor.* infera, calycina, aequaliter 4-partita, decidua. *Fl. masc. stam.* 9 - 12, omnia fertilia, medio vel supra medium biglandulosa; *anther.* foraminibus binis operculo dehiscentibus. *Fl. foem. stam.* sterilia 2-4, basi dilatata germen cingentia. *Styl.* brevis, crassus; *stigmate* subcapitato. *Drup.* ovalis; *nuce* 1-sperma. (*Arbor* sempervirens: *folia* alterna, exstipulata, simplicia, integra: *racemi* axillares, breves: *flores* parvi, albo-luteoli. *Laurineae Vent.*)

1. *L. NOBILIS. Lin. sp. pl. 529—Guss. pr. 1. p. 476.*
L. foliis glaberrimis coriaceis oblongo-lanceolatis subundulatis subtus nervosis, racemis axillaribus-subumbellatis folio brevioribus, floribus dioicis.
L. vulgaris. *Cup. H. Cath. p. 108—Cast. H. Mess. p. 15.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 365—* Laurus. *Dod. pempt. 849.*
Ad sepes, in fruticetis, ac in sylvaticis prope pagos urbesque, idcirco potius culta, quam re vera indigena in Sicilia = et in *Lampedusa nel vallone dello scoglio.*
Januario, Martio. ♄
*Arbor* erecta, 10 - 20-pedalis; ramis glabris, arrectis, junioribus angulatis: *folia* breviter petiolata, laete virentia, aromatica: *racemi* 3 - 4 - lineares, *bracteis* concavis caducis involucrati: *flores* raro 5 - partiti; in *masculis filamenta* corollam subaequantia, *antheris glandulisque* pallide sulphureis: *flor. foem.* in racemis pauciores (2 - 5, imo aliquando pedunculi 1-flori), cujus laciniae corollinae breviores ac angustiores; *stylus* flavescens; *stigma* longitudinaliter hians; *germen* ovatum: *drupa* matura nitide nigra, multo oleo aromatico scatens.
Saepe racemi per pollices 2-3 elongantur, et flores masculos dense glomeratos in bracteas adpresse hirsutas imbricatas mutatos sustinent.

# DECANDRIA.

## I. *Monogynia.*

### ANAGYRIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 695—Endl. gen. n. 6418.*

*Cal.* campanulatus, subbilabiatus, 5-dentatus, inferus, persistens. *Cor.* papilionacea, vexillo alisque carina dipetala elongata brevioribus. *Leg.* subcompressum, polyspermum, crassum, substipitatum, 1-loculare, isthmis irregulariter interruptum. ( *Frutices* sempervirentes, alterne ramosi: *folia* alterna, ternata, stipulata; *stipulis* in unicam oppositifoliam connatis: *flores* lutei, inodori, axillares vel terminales, subracemosi. *Leguminosae Juss.*)

1. *A.* FOETIDA. *Lin. sp. pl.* 534 — *Ucria H. Pan. p.* 177 — *Guss. pr.* 1. *p.* 477.
   A. foliolis lanceolato-ellipticis obtusiusculis brevissime mucronatis, vexillo maculato subtus lineato, leguminibus arcuatis varie flexis rectisve acuminatis 2-7-spermis, seminibus reniformibus violaceis.
   A. foetida. *Lam. dict. enc.* 1.*p.* 141 !—*Desf. atl.* 1. *p.* 337, ex *herb.* —*Sibth. fl. gr.* 4. *p.*59 ! etiam ex *herb.*—*Savi bot. etr.*1. *p.*135 ! —*Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.* —*Cup. H. Cath. p.* 14, et *supp. alt. p.* 7 — Anagyris. *Cast. H. Mess. p.* 3 et —Trifolium fruticosum, majus, perpetuum, *id. l. c. p.* 46 ex *Cupani.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t.* 328—*Sibth. l. c. t.* 366—*Ten. fl. nap. t.*227. *f.* 4—Anagyris. *Dod. pempt. p.* 785—*Clus. hist.* 1. *p.* 93 ?
   In collibus calcareis, et rupibus frequens in Sicilia = et in *Ustica*, *Lipari a Vizzini*, *ed alle terre rosse*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Favignana.*
   Decembri, Martio. ♄
   *Flores* aliquando in extremitate ramorum racemosi; vexillo nigro-maculato: *legumen* 2-6-pollicare, 6-9 lin. latum, reliqua ut in sequente. *Semina* adhuc tenera maxima vi emetica gaudent —Synonyma superius allata ad nostram certe pertinent, et forsan *A. latifolia Willd. H. Berol.* 1. *p.* 439 etiam hujus loci est—Iconem *Clusii* cum dubio citavi, quia in descriptione de vexilli maculis non loquitur —In herb. Cl. *Dec.* ob seminum defectu hanc et sequentem simul confusas vidi.
2. *A.* NEAPOLITANA. *Ten. syll. p.* 198.
   A. foliolis lanceolato-ellipticis obtusiusculis brevissime mucronatis, vexillo concolore luteo-virenti subtus lineato, leguminibus arcuatis varie flexis rectisve acuminatis 1-3-spermis, seminibus reniformibus pallide lutescentibus.
   A. foetida. *Willd. H. Berol.* 1. *p.* 439 ?—A. foetida *b. Bertol. fl. ital.* 4. *p.* 405.
   Ic. *Ten. fl. nap. t.* 227. *f.* 3— *Duham. arb. ed.* 2. *v.* 5. *t.* 42, ex vexilli characteribus.
   In collibus maritimis; *Messina* ( *Philippi* ).
   Decembri, Martio. ♄

*Caules* 2-5-pedales: *rami* juniores, uti stipulae petioli folia subtus calycesque adpresse piloso-canescentes: *stipulae* brevissimae, adpressae: *petioli* 5-10 lin. longi: *foliola* supra glaucescentia, subtus tenuenervosa, 4-6 lin. lata, 10-14 lin. longa; intermedio paullo majore: *racemorum* axis 1-2-pollicaris, superne trigonus ac dentatus; floribus approximatis, ad dentes terno-verticillatis: *pedunculi* 3-4-lineares, *bractea* brevissima ovato-lanceolata suffulti: *calycis* dentes superiores breviores: *flores* luteo-virentes, inodori: *vexillum* breviter emarginatum; *alae* vexillo duplo longiores, carina vero paullo breviores: *legumen* 1 ½-4-pollicare, in utrisque aegre dehiscens.

Differt a praecedente praeter characteres notatos, foliis magis glaucescentibus, saepius minoribus, calycibus pedunculisque virentibus, in illa fusco-virentibus; calycibus amplioribus, dentibusque longioribus.

## CERCIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 696—Endl. gen. n. 6750.*

*Cal.* late urceolatus, breviter et obtuse 5-dentatus, inferus, persistens, inferne gibbus. *Cor.* subpapilionacea; vexillo brevi; alis latis, divaricatis, longioribus, carina dipetala aequalibus. *Leg.* 1-loculare, oblongum, compressum, tenue, polyspermum. (*Arbor* irregulariter ramosissima: *folia* simplicia, integra, alterna, stipulata: *flores* rosei, numerosi, racemosi, ante folia in ipso trunco, et in ramis fasciculatim erumpentes. *Leguminosae Juss.*)

1. C. SILIQUASTRUM. *Lin. sp. p. 534 — Ucria H. Pan. p. 177 — Guss. pr. 1. p. 478.*

C. foliis orbiculatis cordatis utrinque glaberrimis.

Siliqua sylvestris, rotundifolia. *Cup. H. Cath. p. 201.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 328—Duham. arb. ed. 2. v. 1. t. 7* — Arbor Judae. *Dod. pempt. 786.*

In submontosis calcareis; *Palermo*, *Bagheria*, *Siracusa*, *Mililli*, *Sciacca*, *Noto*; ec.

Martio, Aprili. ♄

*Arbor* 13-20-pedalis; ramis junioribus flexuosis: *folia* apice aliquando emarginata: *petioli* fere pollicares: *stipulae* lineari-oblongae, deciduae: *pedicelli* filiformes, breves, demum pollicares, cum pedunculo articulati: *bracteae* scariosae, concavae, hirsutiusculae, deciduae, albido-roseae, pedicellos sub anthesi aequantes: *racemi* breves: *calyces* intense rubentes, corolla 2-3-plo breviores: *corollae* 5-7 lin. longae: *stylus*, et *filamenta* rosea: *stigma* albido-virens: *legumen* rectum, venosum, rubens, 3-4-pollicare, brevissime stipitatum, acuminatum; sutura superiore recta subalata, inferiore, qua dehiscunt, curva: *semina* compressa, suborbiculata, rufescentia.

## FAGONIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 731—Endl. gen. n. 6034.*

*Cal.* 5-sepalus, deciduus. *Pet.* 5, unguiculata, orbiculata, patentia, sepalis alterna, infera. *Caps.* pyramidato-pentagona, 5-cocca; coccis 1-spermis, compressis, ab axe centrali persistente demum solutis. *Sem.* compressa. (*Herba* annua, procumbens: *caules* nodoso-articulati, dichotomo-ramosissimi: *folia* stipulata, opposita, in hac ternata: *flores* rosei, parvi, axillares, solitarii, pedunculati. *Zigophylleae Brown.*)

1. *F. cretica. Lin. sp. pl. 553—Biv. cent. 1. p. 38—Presl fl. sic. 1. p. 213—Guss. pr. 1. p. 478.*
   F. caule herbaceo, foliis ternatis, foliolis lineari-lanceolatis cuspidatis, stipulis brevibus recurvis spinosis, capsulis glabris.
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 346*—Trifolium spinosum, creticum. *Clus. hist. 2. p. 242.*
   In arenosis; *Bosco del Cappideri alla Ficuzza*, ubi invenit Cl. *Bivona*, qui specimina mihi communicavit.
   Aprili, Majo. ⊙
   *Caules* erectiusculi: *folia* petiolata; foliolis 2-3 lin. latis, 4-10 lin. longis, glabris, lateralibus paullo minoribus: *pedunculi* 2-3-lineares, hirsutiusculi: *petala* denticulata: *capsulae* pendulae, ad facies nervosae ac glabrae, ad angulos villoso-ciliatae, apice mucronatae: *semina* fusca, suborbiculata, villosiuscula.

## TRIBULUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 732—Endl. gen. 6030.*

*Cal.* 5-sepalus, deciduus. *Pet.* 5, obovato-oblonga obtusa, patentia, infera, sepalis alterna. *Stigma* sessile, globoso-ovatum, 5-angulare. *Fruct.* depresso-pentagonus, 5-coccus; coccis gibbis, subtriangularibus, extus spinosis, axi nullo centrali conjunctis, transverse 2-4-locularibus, 2-4-spermis. (*Herba* annua, plus minus pubescens, aliquando canescens: *caules* diffusi, nodoso-articulati, alterne ramosi: *folia* opposita, altero saepe minore, aut abortivo, abrupte et opposite pinnata, stipulata: *flores* axillares, solitarii, lutei, parvi, breviter pedunculati. *Zigophylleae Brown.*)

1. *T. terrestris. Lin. sp. pl. 554—Ucria H. Pan. p. 180—Presl fl. sic. 1. p. 213—Guss. pr. 1. p. 479.*
   T. foliis subsexjugis, foliolis oblongis obtusis subaequalibus, pedunculis petiolo brevioribus, nucibus quadricornibus.
   T. terrestris, Ciceris folio, seminum integumento aculeato. *Cup. H. Cath. p. 243*—T. terrestris. *Cast. H. Mess. p. 46.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 346. f. 1—Sibth. fl. gr. t. 372—Reich. cent. 13. f. 4821—Dod. pempt. 557.*
   In collibus aridis, in arvis arenosis, ac ad vias in Sicilia=et in *Ustica*, *Alicuri*, *Saline*, *Stromboli*, *Panaria*, *Lipari*, *Vulcano*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Lampedusa.*
   Majo, Octobri. ⊙
   *Caules* palmares, vel 2-pedales, rosulati, inter herbas apice surrecti: *foliola* obtusiuscula, basi subobliqua, 1-2 lin. lata, 2-4 lin. longa: *stipulae* duae, brevissimae, membranaceae, semilanceolatae, acutae: *pedunculi* 2-4-lineares: *petala* vix 1 ½ lin. longa: *stigma*

ad angulos, et ovarium adpresse pilosum: *nuces* virentes, glabriusculae: *spinae* duae prae reliquis validae in qualibet nuce; inde herba viatoribus excalceatis infesta.

## + DICTAMNUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 726—Endl. gen. n. 6024.*

*Calyx* deciduus, 5-partitus: *petala* 5, inaequalia, unguiculata, lanceolata: *stamina* declinata, filamentis apice glanduloso-tuberculatis: *ovarium* substipitatum: *stylus* declinatus, longitudinaliter striatus: *stigma* simplex: *capsula* carpellis 5 interne connexis, compressis, 2-spermis, apice acuminato-divaricatis: *cotyledones* obovato-cuneatae. ( *Herba* perennis; *radix* alba, aromatica; *folia* alterna, exstipulata, impari-pinnata, pinnis serrulatis; *caulis* apice glanduloso-tuberculatus; *flores* racemoso-paniculati, terminales, fragantes. *Rutaceae Dec.*—Charact. ex *Preslio* ).

+ *D. albus. Lin. sp. pl. 548— Ucria H. Pan. p. 178 — Guss. pr. 1. p. 479.*

*a. albus*; petalis albis.

D. Fraxinella. *Presl fl. sic. 1. p. 246*—Fraxinella, sive Dictamnus albus. *Cup. H. Cath. p.79*—Dictamnum album. *Cast.H.Mess. p.8.*

*d. purpureus*; petalis pallide purpureis, venis intense rubris striatis.

Ic. Fraxinella minor, Lentisci vulgaris foliis, flore purpureo-candido. *Cup. panph. 2. t. 197.*

In apricis graminosis collibus ( *Presl*, *Cupani* ).

Aprili, Majo. ♄ ( *Presl* ).

## RUTA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 725—Endl. gen. n. 6027.*

*Cal.* brevis, 4-5-partitus, persistens. *Pet.* 4 - 5, concava, breviter unguiculata, patentia, infera, calycinis laciniis alterna. *Stam.* 8-10. *Caps.* basi poris nectariferis cincta, 4-6-loba, 4-5-locularis; loculis polyspermis, apice introrsum dehiscentibus. ( *Herba* basi suffruticosa, graveolens, glaberrima, sempervirens: *folia* alterna, exstipulata, decomposita (in hac), uti reliquae partes pellucido-punctata: *flores* terminales, corymbosi, lutei. *Rutaceae Juss.* )

1. *R. bracteosa. Dec. pr. s. nat. 1. p. 710—Presl fl. sic. 1. p. 215—Guss. pr. 1. p. 480.*

R. foliis supradecompositis latitudine vix triplo longioribus, foliolis oblongo-cuneatis subaequalibus, bracteis magnis late ovatis obtusis subcordatis, petalis longo-ciliatis.

R. sylvestris. *Cup. H. Cath. p. 194*, et—R. sylvestris, minor. *supp. alt. p. 78.*

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4815* — R. minor, Chabraei. *Cup. panph. 3. t. 150*, mala.

In collibus aridis sylvaticis, et ad radices montium meridiem spectantium; *Val di Mazzara*, *Val di Noto*, *Caltanissetta*, *Giojosa*, *Scaletta*, *Polizzi*, *Lentini*, *Olivieri*=et in *Ustica*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Lampedusa*.

Aprili, Majo. ♄

*Caules* plures ex eadem radice, basi suffruticosi, erecti, 1-2⅔-pedal.*i*, saepe subflexuosi: *petioli* partiales approximati, non diva-

ricati: *foliola* in foliis infimis saepe obovato-cuneata; omnia integerrima, obtusa, glauco-virentia; lateralia minora, et usque ad basim petioli communis sita: *corymbi* densi: *calycis* laciniae ovatae, obtusae, *petalis* duplo fere breviores: *capsulae* majusculae, virentes, sed maturae plerumque fuscae, acute lobatae, apicibus approximatis.

*R. chalepensi*, cui associat Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 414*, et *R. divaricatae* affinis, sed notis indicatis diversa — Varietatem foliolis angustis vix lin. latis, tamen brevibus aut elongatis in *Maretimo* inveni, sed a specie non differt — Flores centrales 10-andri, reliqui 8-andri.

## ARBUTUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 750—Endl. gen. n. 4525.*

*Cal.* 5-partitus, minimus, persistens. *Cor.* infera, 1-petala, ovata, basi pellucida, limbo 5-dentato; dentibus brevissimis, revolutis. *Anth.* dorso biaristatae, inclusae, apice poro gemino dehiscentes. *Ovar.* basi annulo carnoso cinctum. *Bacc.* globosa, granulato-tuberculata, 5-locularis. *Sem.* in loculis pauca, minuta, angulata. ( *Arbor* vel *frutex* sempervivens: *folia* coriacea, sparsa, simplicia, exstipulata: *flores* albi, in racemis terminalibus: *fructus* maturi in hoc speciosi, coccinei, fragrariaeformes. *Ericeae Brown.* )

1. *A.* UNEDO. *Lin. sp. pl. 566—Ucria H. Pan. p. 180 — Guss. pr. 1. p. 481.*

A. caule arborescente, foliis coriaceis oblongo-vel obovato-lanceolatis glaberrimis crenato-serratis integrisve, ramulis glanduloso-pilosis, racemis terminalibus pendulis glabris levibusque.

Unedo edulis. *Hoffm.* et *Link Fl. port. 1. p. 415* — Arbutus folio serrato. *Cup. H. Cath. p. 21* — Arbutus. *Cast. H. Mess. p. 3.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 366. f. 1 — Sibth. fl. gr. t. 373 — Duham. arb. ed. 2. v. 1. p. 73. t. 21* — Arbutus. *Dod. pempt. 804*, mala — A. vulgaris. *Barr. ic. 674.*

In nemoribus et fruticetis maritimis vel submontosis; *Parco*, *Alcamo*, *Castelvetrano*, *Sciacca*, *Terranova*, *Butera*, *Vittoria*, *Comiso*, *Noto*, *Mililli*, *Castellobuono*, *Ficuzza*, *S. Maria del Bosco* = et in *Felicuri*, *Alicuri*, *Saline*, *Panaria*, *Lipari a Vitusella*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Levanzo*, *Lampedusa*, *Linosa*.

Novembri, Decembri. ♄

*Trunci* 6-20-pedales, cortice rimoso-fusco, demum secedente obtecti, quo detracto levissimi et fere nitido-rubentes; *folia* aliquando subintegra, in brevem petiolum attenuata: *racemi* 2-3-pollicares, densiusculi: *bracteae* pedunculis alternis albidis subjectae, concavae, vix lin. longae; acutae vel acuminatae, integrae: *calyces* glabri, sub anthesi explanati, laciniis rotundatis: *corollae* cito deciduae, glabrae, ad faucem vero pilis sparsis glandulosis instructae, 2-3 lin. longae, dentibus brevissimis, obtusis, recurvis: *filamenta* basi corollae inserta, teretia, candida, a medio ad basim incrassata, et villis albis densis obsita: *antherae* rubentes: *stylus* glaber, albidus, uti stamina inclusus; *stigmate* globoso viridulo: *baccae* maturae dulces, edulis, diametro 6-12-lineari.

*Pedunculi*, *petioli*, *bracteae* et aliquando calyces rubescunt — *Annulus* virens ac glaberrimus, qui etiam in fructu diu remanent, optime in icone *Fl. gr.* exhibetur.

## PIROLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 572 — Endl. gen. n. 4349.*

*Cal.* persistens, brevis, 5-partitus. *Cor.* petala 5, infera, subconniventia, laciniis calycinis alterna. *Stam.* inclusa; antheris dorso affixis, pendulis, 2-locularibus; loculis poro dehiscentibus. *Caps.* globoso-5-gona, utrinque umbilicata, 5-locularis, 5-valvis; valvis basi et apice columna centrali affixis. (*Herbae* perennes, glaberrimae: *folia* sempervirentia, simplicia, alterna, raro opposita, exstipulata: *flores* albo-viriduli, in racemis terminalibus bracteati. *Pyrolaceae Lindl.*)

1. *P. SECUNDA. Lin. sp. pl. 567—Guss. pr. 1. p. 481.*

P. foliis ovatis serrulatis petiolo longioribus, racemo pendulo, petalis oblongis, pistillo elongato exerto recto, stigmate peltato 5-lobo supra nudo.

Ic. *Fl. dan. t. 402—Gmel. fl. sib. 4. t. 56. f. 1*—P. tenuior, folio rotundiore, vix crenato. *Cup. panph. 2. t. 34*—P. II. tenuior. *Clus. hist. 2. p. 117.*

In montosis saxosis inter frutices, et in nemoribus; *Madonie alle acque del passo della Botte* (ex *Cup.* et *Bon. MS.*), *ed a Monte Quacedda alle Serre* (*Heldreich.*)

Junio, Julio ♃, et fere basi ♄.

*Radices* albidae, subrepentes: *caules* fruticulosi, erecti, vel adscendentes, 2-5-pollicares, simplices, flexuosi: *folia* triste virentia, nitidula, pollicaria, inferiora aliquando orbiculata: *racemi* simplices: *bracteae* lanceolatae, acutiusculae, in pedunculo remotae, pedicellos lineares, quibus subjectae, subaequantes: *calycis* laciniae ovatae, obtusae, denticulatae: *petala* obtusa, campanulata, calycem duplo superantia: *capsula* cernua, calycem duplo excedens, sed pistillo multo brevior.

## *II. Digynia.*

### SAXIFRAGA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 764—Endl. gen. n. 4634.*

*Cal.* persistens, liber vel inferne ovario adhaerens; limbo 5-fido, vel 5 partito. *Pet.* 5, breviter unguiculata, laciniis calycinis alterna. *Styli* persistentes; *stigmatibus* obtusis. *Caps.* supera, vel semiinfera, 2-locularis, polysperma, 2-rostris, foraminibus inter rostra dehiscens. ( *Plantae* perennes, vel annuae: *folia* simplicia, integra vel lobata, exstipulata, alterna; radicalia rosulata, numerosa: *flores* in siculis albi, solitarii, corymbosi vel paniculati; petalis nervosis. *Saxifrageae Vent.* )

1. *S. australis. Moric. fl. ven. app. p. 431 — Dec. pr. s. nat. 4. p. 20.*

S. glaberrima, caule anguloso eglanduloso, foliis radicalibus rosulatis spathulato-linearibus margine albo-incrustatis basi ciliatis, caulinis subdenticulatis acutis, panicula ramosa multiflora ( saepius secunda ), petalis obovatis obtusis trilineatis basi nigro-sanguineo-punctatis calyce triplo longioribus, ovario semiinfero.

S. lingulata. *Guss. pr. 1. p. 482*, non *Bell.*, exclusis nonnullis synonymis—*Bertol. fl. ital. 4. p. 456*, et *Jan elench. p. 6*, ex specimine — S. Cotyledon. *Ucria H. Pan. p. 181*, non *Lin.*— Sanicula aizoides, foliis oblongis rotundis serratis. *Cup. H. Cath. p. 195.*

Ic. *nulla.*

In rupibus elatioribus calcareis montosis; *Madonie a Monte Scalone, ed al Cuozzo della Mufera.*

Junio, Julio. ♃

*Caules* brevissimi, caespitosi; annotini vero 5 - 12 - pollicares, erecti vel adscendentes: *folia* radicalia 1 ½-3 lin. lata, 1 - 2 - pollicaria, coriacea, obtusiuscula, basi rubentia; caulina remotiuscula, sessilia, oblongo-spathulata, semipollicaria, margine non incrustata: *panicula* densa vel laxiuscula, ante anthesim nutans, 2-6 poll. longa: *pedunculi* graciles, bractea lineari - lanceolata suffulti: *calyces* virentes, campanulati; tubo nervoso; limbi laciniis oblongis, obtusis, saepe serrulatis: *petala* late obovato-cuneata, obtusissima, 4-5 lin. longa, exquisite triplinervia, semper candida, sed exsiccatione videntur luteola: *capsulae* cernuae.

*S. lingulata Bell.*, cujus specimina benevole communicavit Cl. *Boiss*, et lecta in ipso *Col di Tenda*, differunt a nostra, uti jam ipse Cl. *Bertol.* in *am. ital. p. 538* notavit, petalis angustioribus, potius spathulatis, quam obovatis, basi minime nigro-punctatis, magis angustatis, nervis minus prominulis — Synonymon *Cup. H. Cath. supp. p. 16*, quod sub hac specie retuli, ad *Silenem saxifragam* spectat — Haec species, quae in Aprutio fere ad radices montium descendit, in Sicilia nonnisi in elatioribus et frigidis rupibus provenit.

2. *S. rotundifolia. Lin. sp. pl. 576 — b. repanda. Dec. pr. 4. p. 44— Guss. supp. p. 118.*

S. caule ramoso paniculato, foliis radicalibus longe petiolatis orbi-

culatis crenato-dentatis margine villoso-ciliatis, caulinis subsessilibus reniformibus acute entatis, petalis lanceolatis (angustis) obtusis, germine supero libero, stylis demum divaricatis.

Ic. *Sturm fl. germ. p. 1. f. 33 — Sibth. fl. gr. t. 377* — Sanicula montana 11. *Clus. hist. 1. p. 307*, rudis.

In nemoribus septentrionalibus locis humentibus muscosis; *Bosco di Caronia, di Montalbano, della Floresta, di Cannata, di Mandanici, Monte Scuderi.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* $\frac{1}{2}$-2-pedales, fistulosi, subangulati, erecti vel adscendentes: *folia* membranacea; radicalia numerosa, diametro $1\frac{1}{2}$ - 2 - pollicari, supra nitide virentia sparse pilosa, subtus pallidiora, saepe rubentia; caulina pauca, remota; suprema fere obovato-cuneata, et acute triloba: *panicula* laxiflora, pedunculis, pedicellisque alternis, basi bractea brevi auguste-lineari suffultis: *calycis* laciniae liberae, patentes, ovato-lanceolatae, acutae: *petala* calyce duplo longiora, purpureo-punctata, subtus trisulcata, apud nos obtusa, non vero acuta: *capsulae* ovatae, glabrae, breviter rostratae, demum cernuae — *Caules, petioli, pedunculi*, pilis albidis articulatis in pedicellis et calycibus saepe glandulosis tecti.

3. S. BULBIFERA. *Lin. sp. pl. 577 — Biv. cent. 1. p. 71 — Guss. pr. 1. p. 483.*

S. viscoso-pubescens pilis glanduliferis, caule simplici erecto axillis foliorum bulbiferis, foliis radicalibus petiolatis cordato-orbiculatis reniformibusque crenatis, caulinis sessilibus, inferioribus mediisque rhombeo-ovatis inciso-dentatis, summis lanceolato-linearibus integris, floribus subcorymbosis, calycinis laciniis obtusis sub anthesi tubum aequantibus inde brevioribus, staminibus pistillisque calyce aequilongis, ovario semiinfero.

S. granulata. *Ucria H. Pan. p. 181*, non *Lin.* — S. veronicaefolia. *Bertol. am. it. p. 561* — *S. Russi*, foliis radicalibus petiolatis repando-crenatis, caulinis inferioribus trilobis, lobo medio productiore, supremis lanceolatis integerrimis, petalis calycem duplo superantibus. *Presl del. Prag. p. 140 — Dec. pr. 4. p. 45* — Saxifragia rotundifolia, alba. *Cast. H. Mess. p. 21.*

Ic. *Stern. revis. Saxifr. t. 12. f. 1* — S. bulbosa, altera, bulbifera, montana. *Column. ecphr. 1. t. 317* optima — Sedum rotundifolium, erectum, soboliferum. *Moris. hist. 3. s. 12. t. 9. f. 24.*

In herbidis montosis: *Monte Cuccio, Madonie, Cammarata, Caltauturo, Busambra, Corleone, Alia, Pizzuta, Messina (Arrosto).*

Martio, Majo. ♃

*Bulbilli* radicales in globum coadunati, fibris commixtis: *caules* rubentes, palmares vel pedales et ultra, parce ramosi: *folia* radicalia diametro 1-10-lineari, numerosa; caulina successive decrescentia, et remotiora: *bracteae* lineares, solitariae vel oppositae sub quolibet pedunculo, 1-2 lin. longae: *flores* ad latus interius pedunculorum solitarii, subsessiles, vel in illorum extremitate terminales; unico sessili in pedunculorum divisione: *calycis* campanulati laciniae ovato-lanceolatae, subrecurvae, interne glabrae: *petala* alba, oblonga, obtusa, trinervia, patentia, plana, interne apicem versus glabriuscula, a medio ad basim pilis glandulae flavo-virentes gerentibus instructa: *styli* breves, una cum *stigmatibus* lamellosis interne pubescentes, *filamenta* virentia aequantes: *capsulae* erectae, ut in sequentibus, calycibus paullo breviores: *semina* fusca, subtetragona, truncata, ad angulos scabriuscula.

A *S. granulata*, ad quam male haec nostra refertur a Cl. *Dec.* in *pr. 4. p. 36* egregie differt staminum et pistillorum longitudine; siquidem in hac calycem non aut vix excedunt, in *S. granulata* duplo longiora sunt.

*S. Russi* ad hanc retuli ex characteribus, et tum ex speciminibus in herbario *P. Russi* observatis.

4. S. TRIDACTYLITES. *Lin. sp. pl. 578—Ucria H. Pan. p. 182—Biv. cent. 1. 70—Guss. pr. 1. p. 483.*

S. sparse glandulosa-viscidula parvula, caule ramoso, foliis radicalibus spathulatis integris, caulinis cuneiformibus 3-5-fidis, petalis obtusis integris vix calycem excedentibus, pedunculis gracilibus capsula multo longioribus, germine infero.

Alsine tridactylites, tectorum. *Cup. H. Cath. p. 7.*

Ic. *Curtis Lond. fasc. 2. t. 28*—Paronychia altera. *Dod. pempt. 112*—Sedum tridactylites, tectorum. *Moris. hist. 3. s. 12. t. 9. f. 31!*

*b. alpicola*; major, caule ramosissimo subflexuoso 4-5-pollicari, foliis radicalibus rosulatis congestis, caulinis plerumque 5-dentatis, supremis integris, petalis duplo majoribus. *Moret. sax. ital. p. 25.*

S. adscendens. *Lin. sp. pl. 579—Wulf.* in *Jacq. collect. 1. p. 197.*

Ic. *Jacq. l. c. t. 12. f. 1. 2.*

In muris humentibus, in rupibus herbosis tectis, et in muscosis sylvarum in Sicilia = et in *Favignana al Castello*, *Maretimo*: Varietas *b. Madonie alle fosse di S. Gandolfo.*

Martio, Majo. ⊙

*Caules* 1-4-pollicares, in humentibus fertilibus ramosissimi: *folia* 1-4-lin. lata, tenera, laete virentia, ima rosulata, aliquando obovata, et in longum petiolum attenuata; caulina sessilia: *pedunculi* filiformes, erecto-patentes, 4-12 lin. longi: *calycis* cylindraceo-conici dentes oblongi, obtusi, tubo breviores, demum divergentes: *petala* candida, basi angustata et virentia, uti *stamina* et *styli*, qui demum incrassati et horizontaliter divergentes.

Varietas *b.* omnibus partibus duplo major, sed nullis certis characteribus a specie diversa videtur—*Semina* in utrisque varietatibus badia, truncata, subtetragona; vix rugulosa in *a.*; fere levia in *b.*, quae *S. controversae* nomine a Cl. *Dec.* in *pr. 4. p. 34*, et a *Reich.* in *fl. germ. excurs. p. 552* describitur.

5. S. PARVIFLORA. *Biv. man. 4. p. 11—Guss. pr. 1. p. 484.*

S. glandulosa villosiuscula tenerrima, caulibus gracilibus erectis diffusisque, foliis radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis reniformibus 3-5-lobis, summis sessilibus subintegris, pedunculis oppositifoliis elongatis demum patentissimis, petalis ellipticis breviter unguiculatis vix calycem excedentibus, ovario supero libero.

S. mollis. *Jan elench. p. 6*, non *Smith*, quae est species longe aliena.

Ic. *Biv. l. c. t. 3* — Geum Cymbalariae folio, nanum, ramosum. *Cup. panph. 3. t. 56.*

*b. pumila*; caule filiformi flaccido, foliis saepe integris.

S. cretica, annua, minima, hederaceo folio. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.* et—*Coroll. p. 18.*

In montosis rupibus humentibus vel muscosis, et in urbibus editioribus ad muros umbrosos; *Palermo a Monte Peregrino, a Monte Petruso, al Monte dell' occhio*; *Pizzuta*, *Busambra*, *Corleone*, *Monte di Trapani*, *Castrogiovanni*, *Caltavuturo*, *Polizzi.*

Martio, Majo. ⊙

*Caules* filiformes, fragiles, 2-6-pollicares, simplices, vel divarica-

to-ramosi : *folia* utrinque glabra, pallide virentia, obtuse vel acute-lobata, 3-9 lin. lata, plana : *flores* parvi, longe pedunculati; *pedunculis* gracilibus, 6-14 lin. longis : *calycis* laciniae lanceolatae, acutae : *petala* albida, lin. lata, 1 ½ lin. longa, integerrima : *filamenta* calyci subaequatia : *pistilli* breves, demum divaricati, *stigmata* capitata, depressa, hirsuta : *capsulae* ovatae, tenues, subvesiculosae erectae: *planta* glanduloso-villosiuscula, uti ex *Biv.*, excepta utraque pagina foliorum.

In monte *Peregrino* varietas occurrit, quae gracillima, vix bipollicaris, et cujus folia vix 2 lin. lata, fere integra, ac suborbiculata sunt— Nec cum *S. molli* ut ex *Spr. s. 1. veg. 2. p. 364*, et *Jan l. c.*, nec cum *S. hederacea Marsch. fl. taur. cauc. 1. p. 317.* (in qua flores flavi) associanda est. Potius *S. hederaceae Sibth. fl. gr. 4. p. 72*, proxima, ad quam refertur a *Moretti* in *Saxifr. ital. p. 29.*, et a *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 484*; nam non differre videtur, nisi foliis obtuse dentatis, ramis diffusis, floribus minoribus; at nonnulla specimina in *Monte Peregrino* collecta in locis aquilonem spectantibus illa herb. *Sibth.* referunt; uti illa *herb. Tourn.* aliis nostris omnino similia sunt. An ejusdem speciei lusus? — Denique Cl. *Dec.* in *pr. 4. p. 44* duas sequentes varietates enumerat:

*a. ramosa*; caule basi ramoso paucifloro, foliis inferioribus trilobato-crenatis, superioribus trilobis; et ad hanc refert iconem *Bivonae*.

*b. Bocconiana*: caule simplici erecto bifloro, foliis inferioribus 3-lobis, vel lanceolatis integris; et ad hanc citat *Bocc. cent. 2. p. 4. t. 43. f. 2*, quod certe fortuitus error, nam in *Bocconi* operibus desideratur; sed adest haec icon in *Buxb. cent. 2. p. 40. t. 45. f. 2*, ideoque varietas ista *Buxbaumiana* dicenda.

## SCLERANTHUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 767—Endl. gen. n. 5222.*

*Cal.* 1-phyllus, inferus, persistens, intus coloratus; tubo urceolato, fauce annulo glanduloso coarctata; limbo 5-fido. *Cor.* nulla. *Stam.* apice tubi inserta, inclusa. *Utriculus* membranaceus, abortu 1-spermus, tubo calycis indurato tectus. (*Herbae* annuae vel perennes: *caules* articulati, dichotome ramosi : *folia* simplicia, anguste linearia, opposita, exstipulata, basi connata : *flores* parvi, corymboso-glomerati, in dichotomia sessiles. *Scleranthеae Link*).

1. *S. annuus. Lin. sp. pl. 580—Ucria H. Pan. p. 182—Guss. pr. 1. p. 485.*

S. laciniis calycinis tenuissime albo-marginatis acutiusculis dorso carinatis virentibus tubum aequantibus, in fructu erecto-patulis, antheris glabris, floribus approximatis subcorymbosis, foliis canaliculatis subtus carinatis basi ciliatis, caule glabriusculo.

Polygonum angustissimo et acuto vel gramineo folio, minus, repens. *Cup. H. Cath. p. 171.*

Ic. *Fl. dan. t. 504*—Polycarpon Lugdunense, sive Alsine oreades angusto folio crispo, polyspermon. *Cup. panph. 1. t. 172*, et *2. t. 171.*

*b.* caule simplici erecto.

Ic. Polygonum angustissimo, et acuto vel gramineo folio, minus, erectum, unicaule. *Cup. H. Cath. p. 171*, et *panph. 1. t. 131*

—Alsine orcales angusto folio, polyspermon, erecta, unicaulis et gracilior. *Bok. t. 140.*

In collibus sterilibus, et aridis montosis: *Etna*, *Nicolosi*, *Bosco di Caronia*, *Madonie*, *Castellobuono*, *Polizzi*, *Collesano*, *Busambra*, *Monregale a Sagana*: ec.

Majo, Junio. ⊙

*Caules* pro locorum natura 1-5-pollicares, glabri, vel puberuli, vix ramosi, aut ramosissimi et rosulati: *folia* recta vel curvata, rigidiuscula, versus basim tenue albo-scarioso-marginata ac ciliata, internodia subaequantia: *calycis* virentis glabri tubus augulato-striatus, limbi laciniis brevior, demum aequalis.

In innumeris exemplaribus, quae vidi et coram habeo, semper lacinias calycinas erecto-patentes, imo aliquando subconniventes, notavi, praeterea flores approximati vel remoti sunt—*Calyces* coriacei, ut in sequente evadunt, et in utrisque facile decidunt.

2. *S. marginatus. Guss. pr. 1. p. 486.*

S. calycinis laciniis lato albo-marginatis obtusis, dorso carinatis virentibus tubum subaequantibus in fructu conniventibus, antheris glabris, floribus confertis subfastigiatis, foliis canaliculatis carinatis basi ciliato-serrulatis, radice perenni.

S. perennis *b. repens. Jan elench. p. 9*— Alsine orios procumbens, Gallii quodantenus foliis candicantibus, flosculis lacteis. *Cup. H. Cath. p. 7.*

Ic. Alsine orios procumbens, foliis augustis ex uno oculo pluribus, Ornithogali flosculis. *Cup. panph. 1. t. 226.*

In apricis aridis, vel in arenosis montosis; *Madonie, Etna, Mandanici.*

Junio, Julio. ♃

*Caules* dense caespitosi, decumbentes vel adscendentes, plus minus pubescentes, superne tantum ramoso-corymbosi: *folia* glaucescentia, plus minus sulcata, approximata, et internodiis longiora, a medio ad basim margine late scariosa, in axillis saepe fasciculata: *flores* plus minus densi: *calyces* quam in praecedente majores; laciniis obtusissimis.

Varietatem in Aetnae arenosis inveni, foliis rigidioribus, virentibus; calycinis laciniis quidem marginatis, sed viridulis non albidis; tamen autberac quoque glabrae ut in specie—Cl. *Ten.* in *syll. p. 204*, ac *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 517* cum *S. perenni* associant; tamen uti insignis varietas ha-bendus, et ulterius observandus—A *S. neglecto* non putat diversum Cl. *Reich.* in *fl. germ. excurs. 2. p. 565.*

---

† 4. *S. hirsutus. Presl del. Prag. p. 66—Spr. s. veg. 2. p. 582—Guss. pr. 1. p. 486.*

S. calycibus conniventibus, segmentis obtusis, staminibus calycem aequantibus, antheris hirsutis, caulibus pubescentibus.

In arenosis vulcanicis regionis apertae: *Etna.*

Augusto. ⊙ (*Presl*).

*Planta* pusilla, pollicaris aut pollicem parum superans, annua: *caules* adscendentes, pubescentes, dense foliosi: *folia* subulata, carinata, glabra: *flores* capitati: *calyces* oblongi, glabri; segmentis conniventibus, obtusis: *petala* 5, oblonga, calyce breviora (*sic*): *stamina* calycis fere longitudine, *antheris* hirsutis.

Differt a *S. perenni*; durationis tempore, caulibus pubescentibus, antheris hirsutis—A *S. annuo*, caulibus adscendentibus pubescentibus, calycibus clausis, segmentis obtusis conniventibus, antheris hirsutis (*Presl*).

*Caryophylleae Dec.*

*Herbae*, aut raro suffrutices : *caules* nodoso-articulati, alterne vel dichotome-ramosi : *folia* opposita, saepe basi connata, simplicia, indivisa, exstipulata (vel stipulata in *Arenariis* et *Spergulis*) : *calyx* persistens, liber; vel 1-sepalus, superne 5-dentatus, vel 5-sepalus : *petala* 5, infera, sepalis vel dentibus calycinis alterna : *capsula* 1-5-locularis, 2-5-valvis, apice dehiscens; *planta* centralis: *semina* numerosa. (Gen. a *Gypsophyla* ad *Spergulam*.)

## GYPSOPHYLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 768—Juss. 301.*

*Cal.* 1-sepalus, campanulatus, angulatus, bracteatus, vel ebracteatus, 5-fidus; laciniis margine membranaceis. *Pet.* campanulata, obovata, integriuscula, brevissime unguiculata, fauce nuda. *Caps.* 1-locularis, apice valvis 4-5 dehiscens. *(Plantae* perennes vel annuae, glabrae, aut glanduloso-pubescentes : *flores* parvi, paniculato - corymbosi, vel solitarii.)

* *Calyces basi ebracteati.*

1. *G. Arrostii. Guss. Ind. sem. H. R. Bocc. an. 1826*, *pl. rar. p. 160*, et *pr. 1. p. 487.*

G. glaberrima, cautibus erectis demum prostrato - procumbentibus ramosissimis, foliis lanceolato-linearibus levibus planiusculis, paniculis dichotomis, pedunculis gracilibus divaricatis 1-floris, calycinis laciniis obtusis minute granulatis corolla vix brevioribus, floribus parvis hermaphroditis, staminibus corolla sublongioribus.

G. dichotoma. *Guss. ind. sem. H. R. Bocc. ann. 1825*, non *Bess.* —G. paniculata. *Ucria H. Pan. p. 182*, non *Lin.*— G. paniculata *b. sicula. Jan elench. p. 7* — G. parviflora. *Presl fl. sic. 1. p. 145* — Arrostia dichotoma. *Raf.-caract. p. 76*—Struthium, sive Lanaria Imperati. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris.*—Lychnis saponaria, ramosissima, Caryophylli angusto-folio, numerosis flosculis candidis. *Cup. H. Cath. p. 120.*

Ic. *nulla.*

*b. pubescens*; caule foliis pedunculisque glanduloso-pubescentibus.

G. altissima. *Ucria H. Pan. p. 182*, non *Lin*, ex loco.

Ic. *Guss. pl. rar. t. 30.*

In collibus gypsaceis; *Villafrati*, *Mazzara*, *Cattolica*, *Montallegro*, *Girgenti*, *Regalmuto*, *Favare*, *Terranova*, *Sutera*, *Caltanissetta*, *Castrogiovanni*, *Priolo*, *Lentini*, *Siracusa*, *Catania*, *Messina*, *Ibiso*, *Milazzo*, *Barcellona*, *Bronte*, *Traina*, *Maniaci*, *Nicosia*, *Capizzi*, *Alimena*, *Polizzi*, ambae varietates simul proveniunt; sed *b.* magis obvia.

Junio, Augusto. ♃

*Caules* inferne plerumque purpurascentes, 1 ½ - 3 - pedales, dichotome ramosi; ramis divaricatis : *folia* in *a.* glaucescentia; in utraque varietate acuta, levia, 1-2 lin. lata, 1-2 pollices longa : *panicula* ampla, ramosissima, plerumque pedalis : *pedunculi* tenues, 4-12 lin. longis : *calyces* glabri; dentibus obtusis, margine albidis: *corollae* parvae, albae, vix calycem excedentes : *capsula* subglo-

bosa, majuscula, glaberrima, nitida: *semina* rufescentia, grandiuscula, subreniformia, gyroso-exasperata, lateribus convexis.

In varietate *b. rami* graciliores, magis divaricati, *folia* utrinque attenuata, *flores* paullo majores, *pubescentia* glandulifera—*G. paniculata*, quam cultam vidi, et cum hac quoque culta comparavi, omnino aliena est, nec una in alteram transit: potius *G. altissima* herb. *Sibth.* huic nostrae magis proxima mihi visa est—Confer quoque Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 522.*

2\. *G.* CRETICA. *Sibth. fl. gr. 4. p. 76—Spr. s. veg. 2. p. 372— Guss. pr. 1. p. 488.*

G. pubescens, caule basi subdichotomo, foliis subulatis 1-3-nerviis, floribus remotis, petalis lanceolatis immaculatis.

Saponaria cretica. *Lin. sp. pl. 584 — Dec. pr. 1. p. 566* — Caryophyllus gramineus, saxatilis, flosculis in umbellam candidis. *Cup. H. Cath. p. 41*, et—Lychnis gramineis foliis, flosculis integris candidis, subtus purpurantibus. *supp. alt. p. 58.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 384*—Saxifraga altera. *Alp. exot. p. 292. t. 291*—Caryophyllus saxatilis, gramineo folio, Centuarii minoris flore, umbellatus. *Cup. panph. 1. t. 226.*

In ardis submontosis: *Polizzi alle falde delle Madonie.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* 4-6 pollicares, tenues, ab ipsa basi paniculato-ramosi, uti pedunculi sparse glanduloso-pilosi: *folia* radicalia numerosa, patentia, rosulata, laete virentia, glabra, vix lin. lata, pollicem et ultra longa, superne subcanaliculata, hinc inde subserrata, saepius 1-nervia, nervis nempe lateralibus obliteratis: *pedunculi* graciles, 6-12-lineares: *calyces* tubuloso-campanulati, 2-3 lin. longi, 5-nervosi, glabriusculi; dentibus mucronulatis, ad margines albo-scariosis: *petala* vix lin. lata, calycem duplo excedentia, supra alba, immaculata!, subtus purpurascenti-lineata, obtusiuscula, glaberrima: *stamina* petalis dimidio breviora, tandem pallide violacea, *pistillis* aequalia, et una cum istis glabra: *capsulae* sessiles, oblongae, glaberrimae, calycem duplo superantes: *semina* matura non vidi.

Specimina herb. *Sibth.* a nostra parum discrepant, sed illa herb. *Lin.* magis differre mihi visa sunt, et forsan species alia—A sequenti, cui valde proxima, recedit praeter notatos characteres, caulibus humilioribus, floribus remotioribus, radice graciliore.

3\. *G.* ILLYRICA. *Sibth. fl. gr. 4. p. 77—Spr. s. veg. 2. p. 372— Presl fl. sic. 1. p. 414*, excl. syn. *Cupani — Guss. pr. 1. p. 488.*

G. viscoso-pubescens, caule basi subcaespitoso apice dichotomo fastigiato, foliis anguste linearibus 3-nerviis subulatis, calycibus 5-angularibus, floribus approximatis subcorymbosis, petalis oblongis obtusis fauce tripunctatis.

Saponaria illyrica. *Lin. mant. 70 — Biv. cent. 1. p. 69*, exclusis synonymis *Cupani* ad praecedentem spectantibus.

Ic. *Sibth. l. c. t. 386* — Saponaria illyrica *Ard. spec. 2. t. 9* — Lychnis caryophylloides, alpina, gramineo folio, pubescente-viscosa, flava. *Cup. panph. 2. t. 22.*

In montosis, et collibus sterilibus, ad margines agrorum in Sicilia.

Majo, Septembri. ♃

*Caules* 6-14-pollicares, graciles, superne tantum ramosi: *folia* praecedentis, sed minus acuminata, saepe internodiis longiora: *pedunculi* 4-6 lin. longi, fere omnes axillares et terminales, raro ex dichotomia: *calyces* membranaceo-scariosi, nervis quinque virentibus per apicem dentium obtusorum excurrentibus: *flores* ap-

proximati: *petala* inferne purpurascentia, superne lutescentia, limbo prope basim punctis purpureis quinquncem referentibus notata, uti notat Cl. *Biv. l. c.*: reliqua ut in praecedente.

** *Calyces basi bracteati.*

4. *G. permixta. Guss. supp. p. 120.*
 G. perennis, caulibus ramosis, foliis linearibus planis, floribus solitariis, petalis emarginatis, bracteis quaternis ellipticis aequalibus obtusis mucronatis, petalis emarginatis.
 G. rigida. *Guss. pr. 1. p. 489*, et *pl. rar. p. 162-163* excl. syn. *Lin.—Ten. syll. p. 205* et *app. p. 597—Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 802!* ex specimine—G. saxifraga, *a. Dec. pr. 1. p. 354* ex herb., ac *Bertol. fl. ital. 4. p. 526*, et omnium auctorum, qui *G. saxifragam* perennem dicunt—G. saxifraga. *Presl fl. sic. 1. p. 144*—Dianthus saxifragus. *Biv. cent. 1. p. 32*, exclusis synonymis *Lin.*, et *Lam.*—G. muralis. *Ucria H. Pan. p. 182*, non *Lin.*—Caryophyllus minimus, muralis. *Cup. H. Cath. p. 41*—et C. sylvestris, minimus. *supp. alt. p. 16*—Haemorroidalis Aldrovandi. *Cast. H. Mess. p. 39.*
 Ic. *Sibth. fl. gr. t. 582*—Caryophyllus minimus, procumbens, angustissimo folio, incarnatus. *Cup. panph. 2. t. 21*.—Tunica minima. *Dalech. hist. 1191.*
 In collibus saxosis calcareis, et in campis aridis ubique in Sicilia= et in *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo.*
 Aprili, Junio. ♃
 *Caules* plures, basi caespitosi, velutino-puberuli, intense virentes, graciles, adscendentes: *folia* sparse ciliata, superne concava, subtus convexa, acuta; infima 1 - 1 ½ pollicaria, apice recurva, approximata, sessilia; caulina remotiora, basi subvaginantia, ibique ad margines scariosa, adscendendo breviora: *pedunculi* graciles, 4 - 9 lin. longi: *bracteae* scariosae, ad carinam virentes, obtusiusculae cum acumine, aliquando oblongo-ellipticae; duae exteriores minores; omnes calyce duplo fere breviores, et glaberrimae: *calyx* glaber, angulatus, 5-dentatus; dentibus obtusis, ad margines subscariosis, carina virentibus: *petala* ex albo-coerulescentia, calyce duplo longiora, basi trilineata: *semina* minutissime tuberculata, cymbiformia, nigra.

5. *G. rigida. Lin. sp. pl. 583* ex descriptione, et herbario—*Guss. supp. p. 119.*
 G. caulibus ramosis adscendentibus, foliis linearibus, floribus subfasciculatis, bracteis confertis dilatatis scariosis ovato-lanceolatis acuminatis, petalis obtusis integerrimis.
 G. dianthoides *Guss. pr. 1. p. 489* exclusis synonymis=*Ten. syll. app. p. 597*—G. saxifraga *b. Bertol. fl. ital. 4. p. 527*—G. saxifraga *b. rigida. Dec. pr. 1. p. 354* ex herbario — G. cubonensis. *Sibth.* ined. ex herb. *Banks.*
 Ic. *nulla.*
 In collibus aridis, et submontosis; *Palermo a Baida*, *a S. Maria a Gesù*, *Leonforte*, *S. Filippo*, *Mazzara*, *Marsala*, *Siculiana*, ec.
 Aprili, Septembri. ♃
 Species praecedenti simillima, et cum illa saepe confusa, a qua indicatis characteribus aliena; sunt equidem species extricatu difficiles—Sic *G. permixta* nostra in herb. *Sibth.* sub nomine *G. rigidae*

ac *G. affinis* adest ; et *G. dianthoides* in ejusdem herbario nostrae *G. rigidae* quidem proxima , sed species diversa videtur ; nam *caules* surrectiores ( quamvis non ita erecti , ut in icone ) ; *flores* majores ; *bracteae* magis attenuatae , exquisito carinatae, ac revera confertae—Exemplaria *G. saxifragae* herb. *Lin.* vix a nostra *G. permixta* , *habitu* graciliore , *pedunculis* longioribus , *bracteis* inaequalibus recedunt : at illa *G. rigidae* omnino cum nostra conveniunt — In herb. *Banks. G. permixta* nostra sub nomine *G. saxifragae perennis* occurrit , et illam ( quam Cl. *Smith* in *exot. bot. 2. t. 90* pro vora *G. saxifraga* habet ) sub nomine *G. saxifragae annuae* vidi : denique *G. rigida* nostra nomine *G. cubonensis Sibth.* ex *Graec.* inscripta est— In herb. Cl. *Dec. G. permixta* nostra est *G. saxifraga* , et *G. rigida* nostra est *G. saxifraga b. rigida.* Hinc quoad herbaria auctorum synonyma, ut superius exposui mihi componenda visa sunt—Confer quoque *Codex Linn. p. 424* , et *Reich. fl. germ. excurs. n. 5006* , in observ.

6. *G. Gasparrini. Guss.*

G. glabra caespitosa basi intricato-ramosa, cauliculis annotinis brovibus adscendentibus , foliis crassiusculis anguste lineari-lanceolatis ad basim margine serrulato - ciliatis confertis uninerviis , bracteis 4 - 6 oblongis obtusiusculis , petalis emarginatis calycinisque dentibus obtusis.

Ic. *nulla.*

In aridis montosis ; *Madonie ( Gasparrini ).*

Julio , Augusto. ♃

*Radix* superne valde ramosa ; ramis inter saxa subrepentibus , non unico usquo ad collum , ut in praecedentibus : *caules* breves , 1-3-pollicares , decumbentes , subradicantes ; annotini 2-4-pollicares : *folia* laete virentia , vix lin. lata , 3-6 lin. longa , patentia , acutiuscula , inferiora conferta , internodiis longiora : *flores* parvi , coerulescentes , magnitudine praecedentium : *calycis* glaberrimi dentes obtusiusculi, albidi , nervis quinque virentibus per illorum apicem excurrentibus , ad margines albo-scariosi : *petala* calyce duplo longiora : *stamina* et *pistilla* calyce longiora , sed corollam non excedentia : *capsulas* maturas, et semina non vidi.

Species bonorum speciminum defectu ulterius observanda ; quoad folia et habitum *G. repentem* exacte refert , quoad flores vero nostram *G. permixtam* : *calycis* dentes, et *bracteae* aliquando ad apicem atroviolacei.

## SAPONARIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 769—Juss. 302.*

*Cal.* 1-sepalus , tubulosus , teres vel angulatus , basi nudus. *Pet.* ad faucem nuda, vel coronata , in unguem linearem contracta. *Caps.* apice 4-dentata. *Sem.* reniformi-globosa. ( *Plantae* annuae vel perennes , glabrae aut pubescentes : *flores* rosei, corymboso-paniculati vel fasciculati. )

1. *S. vaccaria. Lin. sp. pl. 585.*

S. glaberrima , floribus laxe corymboso-paniculatis , calycibus pyramidatis 5-gono alatis , petalis crenulatis ad faucem nudis , foliis ovato - lanceolatis basi subconnatis , caule erecto.

S. vaccaria. *Simth fl. gr. pr. 1. p. 279—Guss. pr. 1. p. 490.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 380*—Vaccaria. *Dod. pempt. p. 104*, mediocris.
Inter segetes; *Polizzi*, *Collesano*, *Castelbuono*, *Isnello.*
Aprili, Majo. ☉
*Caules* solitarii, inferne simplices, superne dichotomi, 1-3-pedales: *folia* glaucescentia, acuta; suprema bracteaeformia, anguste lanceolata, apice attenuata, ad margines albido-membranacea: *pedunculi* graciles, breves, demum 1-3-pollicares, erecti, terminales et in dichotomia: *calyces* 3-6- lin. longi, acute dentati, demum acuti: *petala* parva, amoene rosea, venis intensius coloratis notata: *stamina* exserta: *semina* fusca, subglobosa, minute granulata.

2. *S. officinalis. Lin. sp. pl. 584—Ucria H. Pan. p. 183—Guss. pr. 1. p. 490.*
S. glaberrima, floribus fasciculato-corymbosis, petalis integerrimis coronatis, coronae laciniis linearibus, calycibus teretibus, foliis oblongo-lanceolatis levibus trinerviis subsessilibus, radice repente.
Lychnis Saponaria dicta, major, vulgaris, simplex. *Cup. H. Cath. p. 120*—S. major, levis. *Cast. H. Mess. p. 44.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 376. f. 1 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 6*— Saponaria. *Dod. pempt. 179.*
In sepibus pinguibus, et ad margines agrorum; *Capo di Orlando*, *Siracusa*, *Mililli*, *Spaccaforno*, *Terranova*, *Brolo*, *Messina*, *Motta S. Anastasia*, *Giarre*, *Nicolosi.*
Majo, Julio. ♃
*Caules* erecti, ramosi, 1-2-pedales, inferne simplices: *folia* laete virentia, fere pollicem lata, 2-2 ½ poll. longa, margine tenue serrulata: *pedunculi* breves, 3-6-lineares, *bracteis* minutis acuminato-attenuatis ad basim instructi: *calyces* pollicares et altra, saepe rubentes, sub anthesi cylindraceo-conici, basi emarginati: *flores* amoene rosei, raro albidi, numerosi, petalorum unguibus calyce longioribus; *coronae* laciniis filiformibus, albidis: *stamina* exserta: *capsula* pedicellata, ovali-oblonga: *semina* reniformi-globosa, minute granulata, nigrescentia.

3. *S. depressa. Biv. man. 2. p. 6—Spr. s. veg. 2. p. 374—Presl fl. sic. 1. p. 147—Guss. pr. 1. p. 491.*
S. caespitosa, floribus fasciculato-corymbosis pedunculatis, calycibus subangulato-cylindricis pubescenti-viscidis, petalis bifidis coronatis, coronae laciniis brevibus subulatis, foliis radicalibus caespitosis spathulato-linearibus glabris, radice lignosa.
S. caespitosa. *Biv.* in *Raf. stat. p. 27*—S. sicula. *Raf. Giorn. n. 7.*
Ic. Lychnis alpina, humifusa, Caryophylli folio, Saponariae siculae flore rubro. *Cup. H. Cath. p. 119*, et *panph. 2. t. 139—Bon. t. 167— Raf. t. 98.*
In glareosis, et arenosis montosis; *Madonie a Monte Scalone*, *Etna da Nicolosi alla Casa degl' Inglesi.*
Junio, Augusto. ♄
*Radix* multiceps, alte descendens; *caules* plures, breves, 2-3-pollicares, depressi, dense foliosi; annotini erecti vel adscendentes, fere simplices, 2-10-pollicares, foliis paucis remotis instructi: *folia* glauca, levia, margine scabriuscula, in petiolum attenuata, 1 ½ lin. longa, acutiuscula; caulina angustiora, internodiis multo breviora: *pedunculi* 3-8 lin. longi, basi bracteati; *bracteis* ovato-lanceolatis, acutis, una cum illis pubescenti-viscidis: *calyces* 8-12 lin. longi, sub anthesi cylindrici, inde ventricosi, acute 5-dentati: *petala* amoene rosea, limbi laciniis obovatis: *capsula* oblonga, intra calycem sessilis, scabriuscula: *semina* fusca, reniformi-globosa, tuberculata.

Species *floribus* majoribus, quam in praecedente, ac *calycibus* purpurascentibus subinflatis pulcherrima—In Nebrodibus, ubi praecipuae luxuriat, latos caespites in nudis glareosi efficit; at in hortis aegre vegetat. Quae in arenosis Aetniae provenit magis humilior, et omnibus partibus minor.

† 4. *S. ocymoides. Lin. sp. pl. 585—Ucria H. Pan. p. 185—Guss. pr. 1. p. 491.*
S. calycibus cylindricis villosis, caulibus dichotomis procumbentibus.
In submontosis aridis; *Palermo a S. Maria a Gesù* (*Ucria*).

## V E L E Z I A.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 448—Smith fl. gr. pr. 1. p. 285 —Endl. gen. n. 5245.*

*Cal.* 1-sepalus, tubulosus, filiformis, sulcatus, basi nudus, 5-6-dentatus. *Pet.* (parva) non coronata, longissime unguiculata; unguibus filiformibus, apice barbatis; limbo emarginato. *Caps.* elongata, cylindrica, 1-locularis, apice dehiscens. *Sem.* oblonga, compressa. (*Herba* annua: *folia* anguste linearia: *flores* rosei, minuti, axillares, solitarii, *pedunculis* brevissimis rigidis suffulti: *petala* raro sex, et *stamina* plerumque 5, raro 10.)

1. *V. rigida. Lin. sp. pl. 474—Guss. pr. 1. p. 492.*
V. calycibus filiformibus pubescentibus, petalis bifidis.
Lychnis sylvestris, minima, exiguo flore. *Cup. H. Cath. p. 118—* L. montana, minor. *Cast. H. Mess. p. 13.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 390—Gaert. de fruct. 2. p. 226. t. 129 f—* Lychnis corniculata, minor, seu angustifolia, saxatilis. *Bocc. mus. t. 43.*
In collibus aridis, et in glareosis montosis; *Madonie al piano di Quacedda, Messina, Fiume di Nisi alla marina, Fiume di Mandanici, Roccalumera, Palagonia, Militello di Val di Noto, Noto, Scoglitti presso Cammerana.*
Majo, Junio. ⊙
*Caules* simplices, vel dichotome-ramosi, graciles, fere filiformes, tamen rigidi, erecti vel adscendentes, subflexuosi, plerumque purpurascentes, 3-12-pollicares, uti calyces pubescentes, pilis brevissimis patulis glandulosis, raro glabri: *folia* 5-12 lin. longa, vix lin. lata, internodiis parum breviora, glabra, ad margines ciliato-serrulata: *flores* alterni, saepe a caule divaricati, solitarii, raro gemini: *calyces* 5-10 lin. longi sub anthesi adpressi, inde erecto-patentes, acute-dentati, planta etiam siccata caule adhaerentes, ab ipsa basi caulis et ramorum: *petalorum* lamina vix $1/_2$ lin. longa: *capsulae* tenues, calyci aequilongae: *semina* nigra, minute tuberculata, glabra.

# DIANTHUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 770—Juss. p. 302.*

*Cal.* coriaceus, 1-sepalus, longe tubulosus, 5-dentatus, basi squamis 2-8 oppositis imbricatis cinctus. *Pet.* longe unguiculata, non coronata. *Styli* latere interno pubescentes. *Caps.* cylindrica, 1-locularis, apice dehiscens. *Sem.* nigra, ovata vel orbiculata hinc concava, inde plus minusque convexa. ( *Plantae* fruticulosae, perennes, annuaeque: *folia* anguste-lanceolato-linearia: *flores* saepius rosei, solitarii, fasciculati, vel subcorymboso-paniculati. )

* *Floribus capitatis, fasciculatisque.*

1. *D.* PROLIFER. *Lin. sp. pl. 582—Presl fl. sic. 1. p. 145—Guss. pr. 1. p. 493.*
D. caule ramoso glaberrimo, foliis subciliatis glabris, bracteis capitulum involucrantibus senis scariosis, duabus infimis 3-plo minoribus acutiusculis, reliquis quatuor ovalibus obtusissimis, calycibus inter bracteas intimas ipsis subjectas sessilibus, seminibus convexo-concaviusculis minute obtuseque granulatis.
Caryophyllus sylvestris, prolifer. *Cup. H. Cath. p. 41.*
Ic. *Fl. dan. t. 221!—Sibth. fl. gr. t.394* quoad semina; nam quoad habitum potius sequentem refert—Armeria prolifera. *Lob. ic. 449.*
*b. diminutus* floribus subsolitariis.
D. diminutus. *Lin. sp. pl. 587—Ucria H. Pan. p. 181*—Caryophyllus sylvestris, minimus. *Cast. H. Mess. p. 6.*
In campis, collibus aridis sterilibus, et inter segetes; tamen sequente rarior in Sicilia=et in *Lipari.*
Majo, Junio. ☉
*Caules* stricti, 1-3-pedales, alterne ramosi; in sterilibus simplices, solitarii, 5-10-pollicares: *folia* radicalia rosulato-patentia, 1-2 lin. lata, a medio ad basim ciliato-serrulata: *flores* rosei, in fasciculo terminali solitario pauci - vel multifloro: *bracteae* intimae calycibus subjectae scariosae, illis subaequantes et involventes, obtusae: *petala* parva, emarginata: *semina* ovalia, apice mucronulata, altera facie fere biconcaviuscula.

2. *D.* VELUTINUS. *Guss. ind. sem. H. R.* in *Bocc. an. 1825, pl. rar. p. 166*, et *pr. 1. p. 493—Presl fl. sic. 1. p. 145.*
D. caule simplicissimo erecto, articulis intermediis pubescenti-velutinis, foliis superioribus glabris non ciliatis, bracteis capitulum involucrantibus senis scariosis acutiusculis, duabus infimis paullo minoribus saepe mucronatis, calycibus inter bracteas intimas ipsis subjectas pedicellatis, seminibus exacte cymbiformibus exquisite aculeque tuberculatis.
D. diminutus. *Desf. atl. 1. p. 243* ex herb.
Ic. *Guss. l. c. t. 32.*
In collibus arenosis, in sylvaticis, et in montosis; *Val di Mazzara, e Val di Noto, Madonie*=et in *Ustica, Isole Eolie, Favignana, Pantellaria, Levanzo.*
Martio, Majo. ☉
*Habitus* praecedentis, sed caules simplicissimi, quamvis plures saepe ex eadem radice et glanduloso-pubescentes, pilis brevissimis mollibus: *folia* superiora ad margines omnino glaberrima; radicalia a medio ad basim ciliata, magis glaucescentia; et *semina* omnino

diversa! nam haec in ista specie sunt quoque ovalia, ac acuminata, sed cymbiformia!, et tuberculis acutis elevatis conspersa; dum tubercula in *D. prolifero* sunt minutissima, depressa, ac obtusa. Confer quoque *Reich. fl. germ. excurs. 2. p.803*, et *Bertol. fl. ital. 4. p. 554.*

An *D. dubius*, caule tetragono simplici, foliis linearibus acutis nervosis striatis basi connatis, floribus aggregatis, squamis calycinis membranaceis ovatis acuminatis calyce longioribus; *Raf. car. p. 73* est hujus varietas? ; sed in nostro nec *caules* tetragoni; nec *squamae* calycinae omnes ovatae acuminatae, et calycibus longiores.

3. *D. Bisignani. Ten. fl. nap. 1. p. 228—Guss. pr. 1. p. 494.*

D. suffruticosus glaberrimus viridi-glaucescens, foliis crassiusculis lanceolato-linearibus acutis dorso convexis, floribus fasciculato-corymbosis, bracteis imbricatis numerosis, exterioribus longioribus ex ovata basi anguste lineari-attenuatis acuminatis; interioribus ellipticis aristatis ciliatis calyce 4-5-plo brevioribus, petalis acute irregulariterque dentatis supra pubescentibus.

D. rupicola. *Biv. cent. 1. p. 31—Spr. s. veg. 2. p. 375 — Presl fl. sic. 1. p. 145* — D. involucratus. *Poir. dict. enc. supp. 4. p. 132*, ex *Presl*—Caryophyllus sylvestris, latifolius, floribus conglobatis, sive copulatis. *Cup. H. Cath. p. 40.*

Ic. *Biv. l. c. t. 1—Ten. l. c. t. 37—Reich. cent. 6. f. 810.*

*b. albiflorus. Presl l. c.*

*c. virescens*: foliis acutioribus virentibus angustioribus.

In rupibus maritimis in Sicilia: var. *a. Stromboli*, *Lisca bianca*, *Lampedusa*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*: var. *b. S. Croce presso Termini* (*Presl*): var. *c. Alicuri*, *Felicuri*, *Saline*, *Stromboli*, *Strombolicchio*, *Panaria*, *Bottaro*, *Lisca bianca*, *Basiluzzo*, *Lipari*, *Lampedusa.*

Majo, Augusto. ♄

*Caules* caespitosi, 1-½-pedales, ramosissimi, superne dense foliosi, inferne nudi, saepe e rupibus dependentes: cauliculi vero annotini simplicissimi, erecti, pedales et ultra, articulis longioribus: *folia* 1 ½ - 2 ⅓ lin. lata, 1-1 ½ poll. longa, erecto-patentia, basi subvaginantia, enervia: *flores* in fasciculis terminalibus numerosi, odori: *bracteae* nervosae, exteriores calycis tertiam partem aequantes, interiores duplo latiores: *calycis* pollicaris dentes mucronati: *petala* serrata, dorso ad basim pilis purpurascentibus tecta: *capsula* calyce paulo brevior, dentibus remotis: *semina* nigra, ovalia, compressa, minute granulata.

Icon *Reich. l. c.* quoad habitum mediocris—*Bracteae* exteriores, aliquando interiores parum superant, quae tamen semper angustiores, et ad apicem sensim in acumen attenuatae.

** *Floribus solitariis.*

4. *D. Arrostii. Presl del. Prag. p. 60*, excl. var. *c.*, et *fl. sic. 1. p. 146.*

D. caule caespitoso ramoso vel simplici, foliis linearibus basi margine serrulatis, bracteis brevissimis quaternis obovatis obtusissimis mucronatis calyce duplo brevioribus, petalis latissimis imberbibus inciso-dentatis.

D. sylvestris. *Guss. pr. 1. p. 494*— Caryophyllus sylvestris, alpinus, minor, dilute purpureus, odorus. *Cup. H. Cath. p. 40.*

*a.* caulibus 1-floris, 3-4-pollicaribus, foliis brevioribus glaucescentibus.

D. contractus. *Jan cat. p. 7*, ex ipsius specimine—D. caryophyllus minor. *Moris fl. sard. 1. p. 234.*
Ic. *nulla.*
*b.* caulibus 2-3-floris elongatis, foliis longioribus glabris.
D. caryophyllus *b.* tenuifolius. *Moris l. c.*
In aridis saxosis montosis; *Palermo a S. Anna, Monte dell' Occhio, Pizzuta, Busambra, Madonie, Monte Scuderi.*
Junio, Julio. ♃
*Planta* caespitosa; *caules* erecti, basi tetragoni, superne angulato-striati, in var. *a.* 4-8-pollicares; in *b.* pedales et ultra, biflori: *folia* radicalia conferta, linearia, rigida; in varietate *a.* pollicaria fere viridia, margino toto serrulato-scabra; in varietate *b.* 2-3-pollicaria, glauca, basim versus serrulato-scabra; caulina radicalibus simillima: *flores* terminales, in var. *b.* pedunculati, pedunculis calycis longitudine: *bracteae* quatuor, obovato-rotundatae, mucronatae, glabrae, tubo calycis triplo fere breviores: *petala* rosea, glabra, margine inaequaliter inciso-dentata.
Affinis *D. caryophyllo*, sed differt *foliis* linearibus serrulato-scabris, glaucescentibus; *caulibus* uni-multifloris, dichotomis; *bracteis* obovato-rotundatis mucronatis tubo triplo brevioribus; *petalis* inciso-dentatis (*Presl*).

5. *D. siculus. Presl del. Prag. p. 59*, et *fl. sic. 1. p. 146*—*Guss. pr. 1. p. 494.*
D. caule erecto ramoso vel simplici inferno scabro, foliis linearibus carinatis margine ciliato-scabris virescentibus, bracteis 6-8 calyce obsolete striato 4-plo brevioribus mucronatis basi obsolete nervosis, exterioribus elliptico-lanceolatis, interioribus obovatis, petalis inciso-dentatis.
Caryophyllus sylvestris, puniceus, minus odorus, minusque ramosus. *Cup. H. Cath. p. 41.*
Ic. *nulla.*
In sterilibus collibus calcareis apricis; *Palermo*, *Traina.*
Majo, Junio. ♃
*Planta* caespitosa: *caules* 1-2-pedales, erecti inferno quadranguli, scabri, superno laeves, uniflori; *folia* radicalia conferta, subarcuata, carinata, acuta; caulina basi connata, erecta, radicalibus simillima, versus apicem caulis sensim minora: *flos* terminalis: *bracteae* sex, obovatae, mucronatae, in medio nervosae, nervo intermedio in mucronem exourrente: *calyx* striatus, dentibus acutis: *petala* rosea, limbo plano; dentibus inaequalibus, angustis, fimbriaeformibus: *semina* compressa, orbiculata, ovalia, minute granulata.
*Habitu D. caryophyllum*, et *D. virgineum* refert (*Presl*)—Affinis quoque *D. longicauli Ten.*, sed *bracteae* acutae non obtusae ac emarginato-cuspidatae; *folia* non glauca—Variat *caulibus* 1-multifloris, *floribus* purpureis, vel ut plurimum puniceis.

6. *D. Gasparrini. Guss.*
D. caule erecto vel adscendente simplici 1-3-floro, foliis anguste linearibus carinatis margine ciliato-scabris, floribus sessilibus solitariis geminisque, bracteis pluribus (8-10) imbricatis mucronatis calyce undique exquisite striato 4-plo brevioribus a basi ad apicem nervosis, exterioribus lanceolatis, interioribus elliptico-obovatis, petalis inciso-dentatis.
Ic. *nulla.*
In collibus argilloso-calcareis; *Polizzi* (*Gasparrini*).

Septembri, Octobri. ♃

*Caules* tetragoni, leves, 8-12-pollicares: *folia* vix lin. lata, supra canaliculata, duo superiora floribus approximata reliquis similia: *flos* unicus, vel tres, at tunc inferior solitarius, ac duo terminales gemini longiuscule pedunculati: *bracteae* adpressae, margine ad apicem late scariosae, a duobus praecedentibus omnino alienae, et non ad apicem tantum, ut in illis, sed undique nervosae, pariterque calyces e basi ad apicem exquisite striati: *calycis* dentes acuti, margine subciliati: *petala* rosea, tenue puberula: *planta* undique glabra.

Habitus *D. racemosi*, *D. ciliati*, ac *D. furcati* a quibus indicatis characteribus, uti a duobus praecedentibus, diversus.

7. *D.* DELTOIDES. *Lin. sp. pl.* 588, *b. biflorus. Tin.* in *Guss. pr. supp. p.* 121.

D. ramis sterilibus decumbentibus, floriferis adscendentibus apice ramosis, foliis inferioribus oblongo-linearibus obtusis, superioribus angustis acutis, bracteis subbinis ovali-lanceolatis apice attenuato-acuminatis, petalis dentatis barbatis.

Ic. *Dill. elth.* 400. *t.* 298. *f.* 384 — Betonica coronaria. *Bauh. hist.* 3. *p.* 329.

In herbosis apricis nemorum; *Caronia presso il gurgo di Bassano* (*Tineo*).

Majo, Junio. ♃

*Caules* graciles, scabriusculi: *folia* ad margines tenuissime ciliato-scabra; caulina canaliculata, radicalia et surculorum plana, ac breviora: *bracteae* glabrae (ciliatae *Host*), in cuspidem fuscum longum attenuatae: *petala* barbata, ut in descriptionibus *Roth.*, *Pollich.*, et *Host* dicuntur, non vero glabra, uti ex *Smith.*

Differt a *D. deltoide* regionum magis septentrionalium; caule elatiore, firmiore, fere pedali; floribus plerumque binis; pedunculis non divaricatis; bracteis attenuato-cuspidatis—Icones citatae ad speciei typum spectant.

---

† 8. *D.* GRAMINIFOLIUS. *Presl fl. sic.* 1. *p.* 147—*Guss. pr. supp. p.* 121.

D. caule dichotomo paniculato multifloro glauco, floribus solitariis, squamis calycinis quaternis rotundatis mucronatis tubo quadruplo brevioribus, petalis inciso-dentatis, foliis linearibus planis glaucis.

D. Arrostii, var. γ. *Presl del. Prag.* 1. *p.* 60 ex ipso.

In regione collina in apricis pascuis; *Palermo a Monte Cuccio.*

Julio. ♃ (*Presl*).

*Caulis* solitarius, bipedalis, erectus, dichotomus. paniculatus, multiflorus, glaucus, quadrangulus: *folia* graminea, internodiis longiora, acuta, trinervia, glauca, plana, basi et apice canaliculata; inferiora 5-pollices longa, sesquilineam lata: *flores* pedunculati: *calycis* squamae adpressae: *dentes* tubi profunde fissi, acutiusculi: *petala* rosea, glabra (*Presl*).

† 9. *D.* BARBATUS. *Lin. sp. pl.* 586—*Ucria H. Pan. p.* 183—*Guss. pr.* 1. *p.* 495.

D. floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis ovato-subulatis tubum aequantibus, foliis lanceolatis.

Caryophyllus barbatus, hortensis, latifolius. *Cup. H. Cath. p.* 41.

In sylvaticis prope *Ucria* (*Ucria*).

† 10. *D.* CHARTUSIANORUM. *Lin. sp. pl.* 586 — *Ucria H. Pan. p.* 183—*Guss. pr.* 1. *p.* 495.

D. floribus subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubum subaequantibus, foliis linearibus trinerviis.

Caryophyllus barbatus, hortensis, simplex, angustifolius. *Cup. H. Cath. p. 41 ?*
In sylvaticis; *Palermo alla Torre de' Diavoli* (*Ucria*).
+ 11. *D. ARMERIA. Lin. sp. pl. 586—Ucria H. Pan. p. 184—Guss. pr. 1. p. 496.*
D. floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus.
In montosis; *Monte gallo* (*Ucria*).

## *III. Trigynia.*

### SILENE.

*Smith Fl. Brit. 2. p. 465. n. 211—Endl. gen. n. 5248.*

*Cal.* tubulosus, aut ventricosus, 1-sepalus, 5-dentatus, basi nudus. *Pet.* 5, unguiculata, fauce saepissime coronata. *Styli* latere interiore pubescentes. *Casp.* basi 3-locularis, apice dehiscens, polysperma. *Sem.* reniformi-orbiculata. (*Suffrutices*, vel *herbae* perennes, annuaeque: *flores* racemoso-spicati, paniculati vel fasciculati.)

* *Floribus racemosis secundis alternis.*

1. *S. GALLICA. Lin. sp. pl. 595—Guss. pr. supp. p. 122.*
S. foliis ciliatis adpresse hirsutis, inferioribus obovato-vel oblongo-spathulatis, calycibus setis longis articulatis hispidis, pilis brevioribus capitatis subviscosis intermixtis, fructiferis ovalibus, inferioribus longius pedunculatis divaricatisque, dentibus in fructu recurvis, petalis coronatis, lamina subrotunda obliqua integerrima vel denticulata ac emarginata.
S. lusitanica. *Guss. pr. 1. p. 496* (et forsan plurium auctorum)—S. quinquevulnera. *Ucria H. Pan. p. 185* — S. cerastoides. *Presl fl. sic. 1. p. 149.*
Ic. Lychnis sylvestris, hirsuta, annua, flore minore carneo. *Vaill. bot. par. t. 16. f. 12.*
In arvis, in collibus, et inter segetes ubique in Sicilia—et in *Ustica, Isole Eolie, Maretimo, Levanzo, Favignana, Pantellaria, Lampedusa.*
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* fere semper erecti ac ramosi, sed aliquando simplices, versus basim praesertim setis albidis articulatis, uti calyces, hispidi, 5-18-pollicares; ramis erectis vel subdivaricatis: *folia* obtusa cum acumine; superiora oblongo-linearia: *calyces* etiam inferiores aliquando erecti, 10-nervosi, dentibus capsula parum longioribus: *flores* plus minus approximati, seu remoti, distichi vel secundi: *petalorum* lamina integerrima, aut emarginata, et margine denticulata, rubella ac concolor, vel ad margines pallidior, aliquando sanguineo-maculata, raro albida: *capsula* sessilis: *semina* nigrocinerea, exasperata, reniformia, lateribus convexo-sulcatis, dorso subcanaliculatis.

Specimina *S. lusitanicae* herb. *Desf.*, *Cav.* et *Dec.* eadem ac nostra; at illa herb. *Lin.* et *Banks.* omnino aliena sunt ( et ad haec *S. hirsuta Lag.*, quae *S. hirsutissima Dec. pr.* 2. *p.* 372 spectat ); nam in hac calyces revera *valde pilosi* uti *Lin.* describit, non vero setis longis hispidi; ita ut nonnulla exemplaria *S. hispidae* cum illa confusa maneant, et in herb. *Banks. S. hispida* sub nomine *S. lusitanicae* cum ? asservatur—Praeterea non immerito forsan Cl. *Benth. cat. pl. pyr. p.* 122, et *Willemet observ. sur quelques plantes de France p.* 32-34 *S. lusitanicam* ( plurium auctorum non vero *Lin.* ) *S. quinquevulneram*, *S. cerastoidem*, et *S. anglicam* in unicam speciem associat, nam characteres ab auctoribus designatis ad istas discriminandas satis variabiles sunt, et aequo jure fere omnibus enumeratis conveniunt; sed Cl. *Bertol.* in *fl. ital.* 4. *p.* 574 aliter sentit—Icon *Dill. t.* 311. *f.* 401, ad hanc spectare videtur.

2. *S.* NOCTURNA. *Lin. sp. pl.* 595—*Ucria H. Pan. p.* 185—*Guss. pr.* 1. *p.* 497.

S. caule erecto ramoso pube brevissima adpressa canescente, foliis piloso-hirsutis, inferioribus spathulatis, calycibus erectis cylindraceis, petalis bipartitis coronatis, capsula intra calycem sessili dentibus calycinis acutis breviore, seminibus ( perfectis ) plumbeis.

S. matutina. *Presl fl. sic.* 1. *p.* 149; sed petala quae dicuntur rosea semper alba vidi—Lychnis sylvestris, nocturna, pilosa, floribus unius ordinis dilute purpureis. *Cup. H. Cath. p.* 119, ex *Dill. elth. p.* 420.

Ic. *Sibth. fl. gr. t.* 408 ex *herb.*—*Ten. fl. nap. t.* 230. *f.* 3 — Lychnis sylvestris, nocturna, pilosa, floribus unius versus dilute rufis, bisectis. *Cup. panph.* 2. *p.* 151 — Viscago hirta, noctiflora, floribus obsoletis spicatis. *Dill. l. c. t.* 330. *f.* 400.

In muris, ad agrorum margines, et in campis herbidis arenosis, in collibus, ac in ruderatis ubique in Sicilia=et in *Ustica*, *Lampedusa*, *Favignana*, *Pantellaria*.

Aprili, Majo. ⊙

A sequente *petalis* et *florendi* tempore distinctissima, nam *flores* in hac nonnisi nocte et summo mane explicati, dum in illa fere per totam diem aperti remanent — Descriptio *Poir. dict. enc.* 7. *p.* 161 cum nostra optime convenit — *Coronae* laciniae in hac ac in sequente brevissimae, et specimina herb. *Cav.* nostram omnino referunt, aeque ao iconem et descriptionem *Fl. gr.*

3. *S.* NEGLECTA. *Ten. fl. nap. app.* 6. *p.* 13, excl. var. *b.*—*Guss. pr.* 1. *p.* 497.

S. subhirsuto-pilosa, caule erecto ramoso, foliis inferioribus spathulatis, calycibus erectis cylindraceis, petalis emarginato - bifidis coronatis, capsula intra calycem subsessili dentibus calycinis obtusiusculis aequali, seminibus cinereis.

Lychnis sylvestris, alba, spica deflexa. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.* hanc omnino fere refert, nisi eadem.

Ic. *Ten. fl. nap. t.* 230. *f.* 1—L. sylvestris, lanuginosa, viscosa, calyce ventricoso, flore, flammeo. *Cup. panph.* 2. *t.* 3 — *Bon. t.* 150.

In muris, et in collibus aridis; *Milazzo*, *Patti*, *Olivieri*, *Nicosia*= et in *Ustica*, *Favignana*, *Pantellaria*.

Martio, Aprili. ⊙

*Caules* simplices, vel ab ipsa basi ramosi, ibique rubentes, pilis pa-

tentibus hirsuti, 1-1 ½-pedales: *folia* subtus obsolete nervosa, obtusissima; superiora sessilia, subcanaliculata, oblongo-vel lineari-spathulata, acutiuscula: *calyces* ad nervos rubentes, inter illos albo-scariosi, in fructu oblongo-elliptici: *pedunculi* sub anthesi breves, inferiores in fructu elongati, et erecto-patentes, fere pollicares: *flores* superiores approximati, inferiores remoti, explicati fere per totam diem: *petala* rosea; laminis obovato-cuneatis, 1 ½ lin. longis: *coronae* laciniae connatae, bipartitae, obtusiusculae, roseae: *capsulae* oblongae, glabrae, leves, dentes calycinos plerumque excedentes.

Varietas *b. S. neglectae Ten. l. c.* ad praecedentem pertinet, ideoque ab hac excludenda est—Specimina *Cucubali reflexi* herb. *Lin.* ab hac parum differunt—Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 376* male hanc cum praecedente conjungit. Confer quoque *Ten.* in *Rendic. della R. Accad. an. 1. p. 92.*

4. S. HISPIDA. *Desf. alt. 1. p. 348—Pers. syn. 1. p. 497—Presl fl. sic. 1. p. 150—Guss. pr. 1. p. 500.*

S. caule ramoso erecto calycibusque pilis longis albis semipatentibus hirsutis, foliis hirsutiusculis, inferioribus spathulatis obtusis, superioribus lanceolatis acutiusculis, racemis solitariis geminisque secundifloris confertis, bracteis inferioribus pedicellos breves 3-4-plo excedentibus, calycibus cylindraceis demum erectis longe clavatis, floribus secundis, petalis bifidis coronatis.

S. hirsuta. *Poir. it. 2. p. 163—Biv. cent. 2. p. 58*—Lychnis montana, viscosa, floribus ad umbilicum usque incisis, intus albis, extus purpureis. *Cup. H. Cath. p. 118 ?*—Lychnis cretica, hirta, angustifolia. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. *Moris fl. sard. t. 19*—Lychnis alpina, noctiflora, longis calycibus hirsutis, flore collecto. *Cup. panph. 1. t. 87—Bon. t. 175.*

Inter segetes, in arvis, ad margines agrorum in Sicilia =et in *Lipari*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo.*

Aprili, Junio. (•)

*Caules* 1-3-pedales, superne saepe glabrati: *folia* plus minus ad margines ciliata, et hirsutiuscula, pilis adpressis: *racemi* 2-6-pollicares, saepius gemini, et tunc cum flore alari in divisione: *pedunculi* 1-2 lin. longi: *bracteae* anguste lineari-lanceolatae, adscendendo breviores, summae pedicellum subaequantes, 5-6-plo reliquis breviores: *calyces* ad nervos virentes, inter illos vero albido-scariosi, et squamis furfuraceis tecti, sub anthesi horizontaliter patentes: *petala* rosea: *cornae* laciniae obtuse dentatae, fere truncatae, connato-campanulatae: *capsula* ovata, virescens, glabra, sub lente minute granulata, jam matura pedicello incrassato 2-lineari suffulta: *semina* minuta, cinereo-nigricantia, reniformia, transverse striata, dorso sulcata, utraque facie excavata.

5. S. SERICEA. *All. ped. 2. p. 81 — Guss. pr. 1. p. 498.*

S. caulibus erectis vel decumbentibus, foliis oblongo-spathulatis orbiculatisque basi ciliatis, floribus erecto-patulis, pedunculis demum strictis, calycibus pubescentibus cylindraceis in fructu clavatis, petalis coronatis bipartitis rotundatis, unguibus longe exertis.

S. amoena. *Ucria H. Pan. p. 185*, non *Lin.*

*a.* caule erecto dichotomo, foliis glabriusculis spathulatis, pedunculo ex dichotomia.

S. vespertina. *Retz obs. fasc. 3. p. 31 — Dec. pr. 1. p. 374 — Presl fl. sic. 1. p. 151*, excluso synonymo *Fl. Grec.* — S. bipartita. *Desf. atl. 1. p. 352.*

Ic. *Desf. l. c. t. 100.*

*b.* caule decumbente, foliis obovatis viridibus vel canescentibus.

S. canescens. *Ten. fl. nap. 1. p. 236 — Dec. prod. 1. p. 373* —S. decumbens. *Biv. cent. 1. p. 75—Presl l. c. p. 450*—Lychnis marina, minor, supina, amplo flore rubro, folio oblongo rotundo, praecox. *Cup. H. Cath. p. 119*, et *supp. alt. p. 58*, cum varietalibus.

Ic. *Ten. l. c. t. 39—Biv. l. c. t. 6*—S. vespertina. *Sibth. fl. gr. 5. p. 7. t. 409* ! — Lychnis marina, minor, pubescens, amplo flore rubro sulcato. *Cup. panph. 2. t. 151*—L. marina, minor, pubescens, amplo flore rubro sulcato, folio oblongo rotundo, repens. *Bon. t. 87*—Variat haec *flore* albo.

*c.* caule decumbente, foliis suborbiculatis spathulatisque crassiusculis hirsutis, calycibus plus minusque pubescenti-pilosis.

Ic. *Moris fl. sard. t. 17.*

*d.* caule erectiusculo, foliis lineari-spathulatis canescentibus.

S. sericea. *Dec. pr. 1. p. 380*, ex ejus herb.

Ic. *Moris l. c.*

*e. glabrata*, caulibus gracilibus, petalis in folia conversis.

*S. Mandralisci*, glabra, caulibus erectis adscendentibusque gracilibus, foliis inferioribus spathulatis, superioribus lanceolatis omnibus basi breviter ciliatis, pedunculis filiformibus 1-floris, calycibus subcampanulatis, petalis viridibus emarginatis nudis, capsula exserta. *Parlat. giorn. l'occhio 1839 n. 8* ex ejus specimine !—*Bertol. fl. ital. 4. p. 609.*

In herbosis arenosis vel saxosis maritimis, collibus apricis, et submontosis nihil communius. Varietas *a. Palermo alle Croci*, *ai Colli*, *ec.* Varietas *b.* ubique. Var. *c.* in lapidosis vel glareosis maritimis: *Palermo a Sferracavallo*, *Mondello*, *Milazzo*. Var. *d.* in sylvis arenosis et submontosis, *Etna a Bronte*=Denique var. *b.* et *c. Favignana*, *Maretimo*, *Pantellaria*.

Februario, Majo. ⊙ non ♃, uti sub *S. canescente Ten.* notat Cl. *Dec. l. c.*

*Caules* 3-18-pollicares, plures ex eadem radice, saepe etiam adscendentes ac rubentes, glabriusculi: *folia* radicalia apice rotundata, vel acutiuscula, 3-6 lin. lata, 4 lin. 2 poll. longa, superiora adscendendo minora: *flores* speciosi, diametro 5-9-lineari, pedunculo 3-6 lineari suffulti: *calyces* 10-nervosi, virentes, vel purpurascentes: *petala* rosea, raro alba, subtus venosa, limbi laminis planis; unguibus per lin. 2 calyces excedentibus: *coronae* laciniae lineares, bifidae: *capsula* glabra, sub lente minute granulata, virescens, intra calycem pedicellata, in fructu ovalis, et calycem subaequans: *semina* reniformi - orbiculata, rufa, utrinque plano - concava, tenue transverse striata, dorso profunde canaliculata, marginibus crispato-undulatis.

Planta admodum variabilis, quoad pubescentiam, caulem, et numerus florum; interque hanc sectionem, et sequentem media; ideoque synonyma omnia, quae sub hac specie praecunte Cl. *Bert. l. c.* associavi, inter se minime differre mihi quoque visum est; confer quoque *Moris fl. sard. 1. p. 253*—Nonnullae varietates ut *a.* et *c.* inter se admodum distare videntur, sed in spontaneis plantis ab una ad alteram itur—Var. *c.* certe hujus speciei lusus.

** *Floribus paniculatis.*

6. S. COMMUTATA. *Guss. pr. 1. p. 499.*
S. caulibus basi perennantibus, foliis glaucescentibus ovatis ellipticisque latis obtusis mucronatis margine ciliato-serrulatis, floribus paniculatis, calycibus inflato-ovatis, petalis bifidis ecoronatis, seminibus reniformibus lineolis transversalibus exasperatis.
S. fabaria. *Presl fl. sic. 1. p. 149*, et *Bertol. fl. ital. 4. p. 627*, non *Lin.*—S. inflata var. *alpina. Ten. syll. p. 210*, quoad plantam siculam, quae ab illa in Aprutio provenientem prorsus aliena!—Lychnis sylvestris, quae Behen album vulgo, latifolia, alpina, saxatilis, glabra. *Cup. H. Cath. p. 118.*
Ic. Behen album, vulgo Fabariae folio tenuiori. *Cup. panph. 2. t. 82*—B. album, Fabariae foliis. *Bocc. mus. p. 133. t. 92.*
In glareosis, et rupibus montosis; *Busambra*, *Pizzuta* = et in *Favignana*.
Aprili, Majo. ♃
Glaberrima, laete virens, aliquando glaucescens: *caules* annotini 2-3-pedales, simplices vel parce ramosi, superne bifidi, ad genicula subincrassati, articulis superioribus longioribus: *folia* crassiuscula, 1 - 1 ½ poll. lata, 1 ½ - 3 poll. longa; inferiora in petiolum decurrentia; superiora sessilia, amplexicaulia: *bracteae* ovatae, acutae, albo-scariosae: *flores* sub anthesi cernui, vel erectiusculi, unicus in dichotomia longe pedunculatus, pedunculo 1 ½ - 3 - pollicari; terminales et laterales tres vel quatuor in bractearum axillis irregulariter pedunculati: *calyces* albo-virentes, subscariosi, 10-nervosi, et transverse reticulati, basi umbilicati; dentibus latis, ovatis, acutis, margine ciliato-serrulatis: *petala* candida; limbi laciniis obtusis: *capsula* ovata, apice constricta, intra calycem, quam fere superat, pedicello crasso brevi suffulta, levis, virescens: *semina* globoso-reniformia, cinerea, plurium linearum ordinibus inter se alternantibus notata, non in tuberculis elevata, ut in sequente, dorso non canaliculata, utrinque convexiuscula.
*Bocconi* synonymon ad hanc speciem procul dubio spectare ex *loco natali*, characteribus *foliorum*, et *habitu* certus sum — Vera *S. fabaria* recentiorum, *Cucubalum fabarium Lin.*, ab hac nostra toto coelo diversa, et forsan a sicula flora excludenda—Stirps nescio quo fatu cum variis speciebus a variis auctoribus associata, ita ut eorum dissensus de illius differentia testatur; sic *Jan elench. p. 7* cum *S. glauca Schrad.* associat; *Reich.* in *fl. germ. excurs. 2. p. 824* cum *S. saponariaefolia Schot.*; *Ten.* in *syll. p. 210* cum varietate *alpina S. inflatae*; denique *Bertol.* in *fl. ital. l. c.* ad *S. fabariam* absque ullo dubio refert.

7. S. INFLATA, *b. angustifolia. Dec. pr. 1. p. 368.*
S. caulibus basi perennantibus, foliis lanceolato-linearibus acutis margine ciliato-serrulatis, calycibus inflatis ovato-oblongis, petalis ecronatis bifidis, seminibus globoso-reniformibus muricato-tuberculatis.
S. angustifolia. *Guss. pr. 1. p. 500*, et S. Behen, *b. angustifolia supp p. 124*—Cucubalus angustifolius. *Ten. fl. nap. 4. p. 233*—Lychnis sylvestris, perennis, quae Behen album vulgo. *Cup. H. Cath. p. 118*—et L. sylvestris, perennis, angustifolia, glabra, flore albo. *supp. alt. p. 38*—ac Behen album, montanum, angustifolium. *l. c. p. 12*—Polemonium Dodonaei, flore albo. *Cast. H. Mess. p. 42.*
Ic. *Ten. l. c. t. 38—Schrank hort. monac. t. 83.*

In collibus, campis aridis, lapidosis et saxosis maritimis in Sicilia =et in *Lampedusa*, *Linosa*, in quibus insulis folia aestiva tempestate exsiccantur, *Ustica*, *Isole Eolie*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Maretimo*, *Levanzo*: in *Stromboli* una cum *Dactyle glomerata b.* usque ad arenosa elatiora illius montis adscendit.

Aprili, Julio. ♃

*Folia* plus minusque glaucescentia, 3-8-lin. lata, plana, vel subcanaliculata et obliqua: *calyces* juniores ovato-cylindracei, viridiglaucescentes, obtuse dentati, saepius reticulati: *flores* candidi: *petalorum* unguibus superne dilatato-marginalis, basi attenuatis; laminarum lobis obovato-cuneatis, 2-3 lin. longis: *genitalia* in hac, et in praecedente alba, exserta, uti *radices* repentes: *capsulae* glabrae, leves, ovatae: *semina* cinereo-rufescentia, concentrice striata, et tuberculata, dorso non canaliculata, utrinque convexiuscula—*S. inflata* var. *a.* Siciliae indigena ex *Presl l. c.*, sed ego non vidi.

8. *S.* SEDOIDES. *Jacq. collect. supp. p. 112—Willd. sp. pl. 2. p. 703—Biv. cent. 2. p. 58— Presl fl. sic. 1. p. 152 — Guss. pr. 1. p. 501.*

S. viscoso-pubescens, caulibus erectis subsimplicibus vel dichotome ramosissimis, foliis carnosis, inferioribus spathulatis, superioribus elliptico-oblongis lanceolatisque, floribus parvis lateralibus terminalibus et in dichotomia longe pedunculatis, pedunculis demum divaricatis, calycibus clavato-cylindricis, petalis coronatis emarginatis.

S. divaricata. *Clement*, et S. sicula *Cyr.* in *Dec. pr. 1. p.376* ex *Presl*, quod a Cl. *Bertol.* negatur—Lychnis sylvestris, cretica, minima, Portulacae sylvestris folio. *Tourn. coroll. p. 24*, ex ejus *herb.* apud *Juss.*—Lychnis marina, pusilla, Alsines folio crasso minori glutinoso, polyanthes. *Cup. H. Cath. p. 119*, et *supp. alt. p. 57*, ac *coroll.*

Ic. *Jacq. l. c. t. 41. f. 1*—Lychnis marina, pumila, viscosa, alba, Alsines folio, polyflora. *Cup. panph. 1. t. 60—Bon. t. 144* — L. omnium minima, e monte Argentario. *Bocc. sic. t. 12. f. 4*?—L. maritima, supina, Cepeae foliis. *Bocc. mus. p. 165. t. 118!*

In lapidosis, ac glareosis maritimis; *Palermo a Sferracavallo*, *Capo di S. Vito*, *Trapani*, *da S. Croce a Capo Passaro*, *da Capo Passaro a Catania* =et in *Ustica allo Spalmaturo*, *Maretimo*, *Favignana*, *Levanzo*, *Isole delle Formiche*, *Pantellaria.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* graciles, basi simplices et erecti, vel ab ipsa basi patule et dichotome-ramosissimi, 2-6-pollicares: *folia* 2-3 lin. lata, 4-12 lin. longa; radicalia numerosa, conferta, omnia obtusa, et intense virentia: *pedunculi* 4-6 lineares, filiformes: *calyces* erecti, fere enerves, 4-5 lin. longi, sub anthesi cylindrici: *petala* vix ½ lin. longa; unguibus calycem aequantibus: *coronae* laciniae bifidae, brevissimae: *stamina* inclusa: *capsula* membranaceo-scariosa, oblonga, calyci subaequalis, pedunculo crasso brevi suffulta, sub lente tenue striata, glaberrima: *semina* minutissima, reniformia, nigra, dorso subcanaliculata, et undique lineolis cinereis transversalibus elevatis notata, pro quibus corrugato-rugosa videntur—Planta viscositate omnium partium insignis, et floribus minutis ab omnibus mox distinguenda.

Icon *Bocc. l. c.* a Cl. *Bertol.* ad *S. sericeam* relata ad hanc speciem sine dubio pertinet ex plantae *habitu* et *loco!*; potius de synonymo ejusdem *sic. t. 12* est dubitandum —*S. ramosissima Sibth. Fl. gr. t. 425* ab hac prorsus aliena est.

9. *S.* CONICA. *Lin. sp. pl.* 598—*Guss. pr.* 1. *p.* 502.
S. caule erecto simplici vel basi ramoso foliisque lineari-lanceolatis molliter pubescenti-velutinis, floribus solitariis paniculatis subcorymbosis, calycibus demum conicis 30-nervosis, petalis emarginatis coronatis, capsula ovata non acuminata.
Lychnis tertia Clusii. *Cup. H. Cath. supp. alt. p.* 57—L. sylvestris tertia Clusii. *Cast. H. Mess. p.* 40—L. sylvestris, angustifolia, calyculis turgidis striatis. *Tourn. inst. p.* 337, ex *herb.* in *Mus. hort. Paris.*
Ic. *Jacq. austr. t.* 253—Muscipulae majori calyce ventricoso similis. *Bauh. hist.* 3. *p.* 350.
In collibus, et in campis sterilibus; *Palermo a Mondello, Polizzi, Nicolosi, Alia, S. Michele, Comiso, Vittoria, Terranova, Caltanissetta, Nicosia, Aidone, Piazza: Madonie al piano della Principessa ( Heldreich, Parlatore ).*
Aprili, Majo. ☉
*Caules* 4-12-pollicares, et dum a basi ramosi, ramis adscendentibus: *folia* radicalia infima saepe lineari-spathulata, obtusa; caulina acuta, 1-2 lin. lata: *pedunculi* 3-8-lineares, semper erecti: *calyces* ad nervos virentes, glanduloso-pubescentes, inter illos albo-scariosi, basi umbilicati, sub anthesi cylindrici; dentibus attenuato-acuminatis: *petala* parva, purpurea, coalita, nec bifida, nec bipartita, sed tantum emarginata aut denticulata; unguibus dilatatis, lin. latis: *coronae* laciniae bipartitae, rotundatae: *capsula* glabra, ovata, minute granulata, intra calycem sessilis: *semina* cinerea, reniformi-orbiculata, lineolis transversalibus exasperata, lateribus planis, dorso vix canaliculata ac substriata.

10. *S.* TENUIFLORA. *Guss. pl. rar. p.* 177.
S. caule erecto stricto, foliis radicalibus spathulatis obtusis pubescentibus, caulinis superioribus lanceolato-linearibus apice attenuatis glabris, paniculae subdichotomae pauciflorae pedunculis elongatis, calycibus glabris elliptico-oblongis 10-nervosis teretibus, corollae ( parvae ) petalis emarginatis, coronae laciniis bipartitis apice acute bidentatis, capsulis globoso-ovatis brevissime pedicellatis.
S. panormitana. *Parlat. pl. exsic.*
Ic. *Guss. l. c. t.* 36.
In campis cultis; *Palermo, e presso Marineo fra questo paese, ed il bosco del Cappelliere.*
Aprili, Majo. ☉
*Caules* plus minus ramosi, 1-2-pedales, superne aliquando subglutinosi: *folia* radicalia duplo reliquis latiora ac breviora, adscendendo angustiora ac longiora, suprema anguste lanceolato-linearia apice attenuata: *pedunculi* graciles, alares prae reliquis longiores: *calyces* basi albidi, superne purpurascentes: *corollae* amoene rubrae; petalorum laminis obovato-cuneatis: *capsula* glabra, virescens, minute granulata: *semina* reniformi-orbiculata, exasperata, rufescentia, dorso canaliculata.
Affinis *S. creticae* a qua corollis duplo minoribus, *capsulis* ventricosis, aliisque notis aliena.

11. *S.* STRICTA. *Lin. sp. pl.* 599 ?
S. glabriuscula superne subviscosa, caule erecto simplici, foliis inferioribus lanceolato-spathulatis, superioribus lanceolatis, paniculae pauciflorae subdichotomae floribus in bifurcatione subsessilibus ebracteatis, reliquis pedunculatis dibracteatis, calycibus clavatis, petalis ( parvis ) emarginatis coronatis ?, capsulis ovatis.
S. muscipula. *Guss. pr. supp. p.* 125, non *Lin.*

Ic. *nulla*.
In Siciliae campis. *( Jan )*
Aprili, Majo. ⨀
*Caules* 6-12-pollicares, graciles, tenuissime puberuli: *folia* glabra, margine scabriuscula, 2-3 lin. lata, poll. longa, sub lente pellucide granulata, superiora acuta: *flores* in extremitate pedunculorum bracteis lineari-lanceolatis calycem subaequantibus suffulti: *calyces* basi umbilicati, 4-5 lin. longi, acute dentati, albidi, ad nervos rubentes, aut virentes, jam sub anthesi clavati: *petala* parva, purpurascentia ( ex sicco ): *capsula* glabra, virescens, minute granulata, *pedicello* brevi ac crasso suffulta: *semina* immatura videntur subreniformia, rufescentia, undique tuberculata, dorso canaliculata ac striata.
A *S. muscipula* vera quae in Calabria provenit ( confer *pl. rar. p. 178* ), et cum qua bonorum speciminum defectu confusi, differt: *caule* simplici, viscositate minore, floribus paucioribus, at potissimum calycibus, qui in hac clavati sub anthesi, in *S. muscipula* cylindracei, et in fructu ob capsulam elliptico-oblongam l oblongo clavati; ita ut phrasis hujus speciei in *Dec. pr. 1. p. 379* magis ad *S. strictam* convenit, et ex adverso—A *S. linicola* differt calycibus breve pedunculatis, viscositate, et habitu. Confer *Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 816*.

12. *S. viridiflora. Lin. sp. pl. 597—Ucria H. Pan. p. 186—Guss. pr. 1. p. 502.*

S. pubescens superne glanduloso-viscosa, caule stricto simplici vel superne ramoso, foliis obscure virentibus ovali-lanceolatis utrinque acutis, floribus subpaniculatis nutantibus, panicula pauciflora, calycibus cylindraceis demum ovato-ventricosis erectis, petalis semibifidis longe unguiculatis coronatis.

S. pauciflora. *Ucria pl. ad Lin. opus add. n. 40*—Lychnis viscosa sylvarum, Ocymoidis folio duplo minori, flore e viridi incarnato, quandoque uno, quandoque bino. *Cup. H. Cath. p. 119*—et L. sylvestris, sive montana, latifolia, viscosa, florum petalis supra albis, subtus virentibus, interdum se contrahentibus. *supp. alt. p. 57?*

Ic. Lychnis aetnensis, Ocymi medii foliis, viscoso-pubescens, pentaphyllo flore sulcato viridi purpurante. *Cup. panph. 1. t. 127*—L. Ocymastri facie, flore viridi. *Herm. par. 1. t. 199.*

In nemoribus septentrionalibus montosis; *Etna al Milo, Boschi di Caronia, di Mistretta, di Capizzi, di Cannata: bosco di Castellobuono ( Heldreich, Parlatore ).*
Maio, Junio. ♂, et ♃
*Caules* 1-4-pedales, in sterilibus simplices et alquando 1-flori: *folia* 6-10 lin. lata, 1-1 ½ poll. longa, radicalia ima saepe spathulato-ovalia: *panicula* brachiato-divergens; ramis divisis, irregularibus, et dum flores nonnihil numerosi, centralis saepius reliquis depressior: *pedunculi* 1-flori, 1-2-pollicares: *calyces* acute 5-dentati, 10-nervosi, nervis virentibus, inter nervos albo-scariosi, 6-7 lin. longi, fructiferi basi cum pedunculo incrassato continui, non umbilicati: *petala* albo-virescentia; lobis linearibus, recurvatis; unguibus calycem excedentibus: *capsulae* ovatae, in collo subconstrictae, glabrae, virentes, sub lente minute granulatae, calycem subaequantes: *semina* fusco-cinerea, subreniformia, dorso subcanaliculata, lateribus concaviusculis, undique tuberculato-exasperata, tuberculis oblongis, fere ut in praecedente.

13. *S. italica. Pers. syn. 1. p. 498—Presl fl. sic. p. 154—Guss. pr. 1. p. 503.*

S. pubescens subcanescens, caulibus erectis adscendentibusve superne pedunculisque hinc inde glutinoso-viscosis, foliis radicalibus inferioribusque petiolatis, superioribus lanceolato-linearibus, paniculae corymboso-divaricatae ramis trichotomis, floribus erectis, calycibus cylindraceis demum longe clavatis, petalis bifidis, corona obliterata.

Cucubalus italicus. *Lin. sp. pl. 593—Jacq. obser. 4. p. 12.*—S. mutabilis. *Ucria H. Pan. p. 185*, non *Lin.*—S. caesia. *Jan cat. p. 7*, ex specimine, non *Simth*—Lychnis viscosa, angustifolia, alpestris, flore interius albo, exterius rubro, imis foliis Ocymi. *Cup. H. Cath. p. 119!*

Ic. *Jacq. l. c. t. 79—Sibth. fl. gr. t. 429*—Lychnis ocymoides, alba, viscosa; seu L. viscosa, alba, latifolia. *Cup. panph. 1. t. 203.*

*b. pauciflora. Moris fl. sard. 1. p. 251*; foliis radicalibus lanceolatis angustis (3-4 lin. latis) subcanescentibus, panicula graciliore, floribus dilute rubentibus.

S. sicula. *Ucria pl. ad Lin. opus add. n. 9* non *Presl*—S. pauciflora. *Salzm.* in *Dec. pr. 1. p. 382*—S. nebrodensis. *Jan elench. p. 7*—S. italica, *b. montana. Guss. pr. 1. p. 504.*

Ic. *Moris l. c. t. 16*—Lychnis viscosa, angustifolia, ex albo-rubente flore, imis foliis Ocymi. *Cup. panph. 1. t. 153—Raf. t. 118. f. 1.*

In collibus aridis, in rupibus, in fruticetis sylvaticis montosis ubique in Sicilia=et in *Alicuri*: varietas *b.* in nemoribus montosis; *Etna, Madonie, Boschi di Valdemone.*

Aprili, Majo. ♃

*Caules* 1-2-pedales, ad nodos vel undique inferne plerumque purpurascentes: *folia* molliter pubescentia, intense virentia; radicalia et caulina 4-8 lin lata, una cum petiolo 1-2 poll. longa, rotundatae cum acumine, vel obtusiuscula: *paniculae* saepe amplae rami erecto-patentes; *pedunculis* 1-floris, 3-10 lin. longis: *calyces* 10-nervosi, ad nervos et versus apicem rubentes, caeterum albidi, 5-7 lin. longi, basi umbilicati, acute dentati: *petala* alba, vel raro pallide rubentia; unguibus calycem excedentibus; laminis aliquando bipartitis, laciniis oblongis obtusis: genitalia exerta, *filamentis stylisque* candidis: *corona* brevissima: *capsula* ovato-oblonga, glabra, virescens, sub lente minute granulata, pedicello clavato demum ipsa aequilongo suffulta: *semina* reniformia, tuberculata, rufescentia, dorso elevato plano striis longitudinalibus notato, faciebus transverse striatis concavis.

In varietate *b. caules* humiliores graciliores, *folia* angustiora, *flores* pauciores—Pubescentia et canescentia in utrisque variat—Icon *S. italicae Reich. cent. 3. f. 463, habitu*, et *foliis* omnibus fere lanceolatis, ab hac nostra recedit, et cum varietate *b.* magis quadrat. Potius cum *S. nemorali* ejusdem *l. c. t. 254. f. 416* conveniret, sed in icone *flores* numerosiores quam in nostra sunt.

14. *S. fruticosa. Lin. sp. pl. 597—Ucria H. Pan. p. 186—Guss. pr. 1. p. 504.*

S. caulibus basi suffruticosis ramosis, foliis petiolatis lanceolato-spathulatis obtusis acutisque nitidis ciliatis, panicula trichotoma subcorymbosa angustata, floribus erectis, calycibus viscoso-villososis cylindraceis demum longe clavatis, petalis bifidis coronatis.

Saponaria ex Sicilia. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris. v. 2. p. 31* —

Lychnis Saponaria dicta, saxatilis, fruticosa, Oleae folio. *Cup. H. Cath. p. 120.*

Ic. *Sibth. fl. gr. 4. t. 428*, optimâ—Saponaria acutis foliis, frutescens. *Cup. panph. 2. t. 257*—S. frutescens, acutis foliis. *Bocc. sic. t. 30*, bona quoad folia et paniculam—Ocymoides fruticosum. *Cam. Hort. t. 33*, bona.

In fissuris rupium in locis demissis in Sicilia=et in *Favignana*, *Maretimo*.

Aprili, Junio. ♄

*Caules* caespitosi, e rupibus plerumque dependentes, 5-12-pollicares: *folia* radicalia et caulina inferiora approximata, 4-6 lin. lata, 1-1½ pollicem longa, omnia firmiuscula, nitide-virentia, et fere semper apice in acumen attenuata: *bracteae*, *paniculae* rami, et *pedunculi* villosi: *calyces* 8 - 10 lin. longi, 10-nervosi, ad nervos virentes, inter nervos albidi, obtuse dentati, basi umbilicati: *petala* rosea; limbi laciniis obtusiusculis, angustis, unguibus calycem excedentibus: *coronae* laciniae obtuse bifidae: *capsula* ovata, levissima, nitida, pedicello crasso ipsa fere aequilongo suffulta: *semina* fusca, subreniformia, tuberculata, dorso vix canaliculata, lateribus subexcavatis.

*** *Floribus plus minusque corymboso-fasciculatis.*

15. S. NICAENSIS. *All. ped. 2. p. 81*—*Pers. syn. 1. p. 498* — *Biv. cent. 2. p. 59*—*Presl fl. sic. 1. p. 152*—*Guss. pr. 1. p. 505.*

S. hirsuto-viscosa pilis articulatis glandulosis, caule basi ramoso, foliis crassiusculis, infimis spathulato-oblongis obtusis, superioribus lanceolato-linearibus canaliculatis, floribus racemoso-fasciculatis laxe corymbosis, calycibus cylindricis demum erectis clavatis, petalis coronatis bifidis longe unguiculatis.

S. arenaria. *Desf. atl. 1. p. 354*—Lychnis maritima, Gadensis, angustifolia. *Tourn. inst. p. 338*, ex *herb.* in *Mus. H. Paris.*—L. marina, alba, aversa parte rubra, viscosa, hirsuta, Auriculae muris folio crasso, latiusculo, repando. *Cup. H. Cath. p. 118.*

Ic. *All. l. c. t. 44. f. 2*—Lychnis marina, floribus candidis, subtus purpureis, Auriculae muris foliis. *Cup. panph. 1. t. 158*, et *2. t. 477*—*Raf. t. 105.*—L. hirsuto crasso folio. *Bocc. mus. p. 170. t. 118.*

*b.* foliis cauleque glabris margine tantum ciliatis.

*S. arenicola*, glabra, caule basi ramoso inferne conferte folioso medio geniculato, foliis lanceolato-spathulatis carnosulis ciliatis, floribus paniculatis, pedicellis inclinatis, calycibus cylindraceis villoso-viscosis, petalis bifidis longe unguiculatis. *Presl fl. sic. 1. p. 153* ! ; sed praeter glabritiem (quae variabilis) nullo alio firmo charactere a *S. nicaensi a.* differre mihi videtur.

In arenosis maritimis Siciliae :: varietas *b. Palermo a Mondello.*

Aprili, Julio. ♃

*Planta* ob viscositatem undique arenis conspurcata: *caules* plures ex eadem radice erectiusculi, vel adscendentes, aliquando pedales: *folia* virentia, 2 - 3 lin. lata, pollicem longa, et saepe ob ramorum rudimenta videntur in axillis fasciculata, superiora remota: *flores* vespere et summo mane explicati, intus albi, externe viridi-purpurascentes, vel albo-viriduli: *pedunculi* 4-6 lin. longi: *calyces* basi umbilicati, ad nervos virentes vel purpurascentes, 5 - 6 lin. longi: *petalorum* ungues calycem excedentes; limbi laciniis anguste linearibus, divaricatis, obtusis: *coronae* non con-

natae laciniae bifidae, obtusae: *capsula* ovata, pedicellata, glabra: *semina* reniformi - orbiculata, pallide rufescentia, undique levia, dorso canaliculata, lateribus compressis planis vix striatis — Nomine *S. litoralis Pourr.* in *herb. Bancks*, et cum *S. aegyptiaca* confusa in *herb. Lin.*, adest.

16. *S. TURBINATA. Guss. pr. 1. 506.*

S. glaberrima, caule erecto, foliis margine tenuissime serrulato-scabris, inferioribus oblongo - spathulatis, superioribus lanceolatis, floribus (parvis) laxe paniculato - fasciculatis, calycibus 10 - nerviis teretibus cylindraceis demum turbinatis erectis, petalis coronatis obovato - linearibus bilobis, unguibus calycem aequantibus, capsulis ovatis subsessilibus.

In campis apricis inter segetes; *Delia*, *Serradifalco*, *Caltanissetta* = et inter *Linum usitatissimum* in *Ustica alla Spalmaturo*, *Alicuri*, *Felicuri*; ideoque ibi vulgo appellatur *Linastro*.

Aprili, Majo. ☉

*Caules* 1 - 2 ½ ped. alti, simplices, vel superne ramosi, tenuissime puberuli, ad nodos plerumque rubentes: *folia* virentia, sub lente granulata: radicalia obtusa, 3 - 4 lin. lata, 5 - 6 lin. longa, reliquis breviora. caulina adscendendo longiora et acutiora: *panicula* pauci - vel multiflora, laxiuscula: *flores* parvi, rosei, pedunculati: *pedunculi* terminales calyci subaequales, in bifurcatione 6 - 18 - lineares: *calyces* 4-5 lin longi, glaberrimi, sed granulati, membranaceo-scariosi, ad nervos virentes aut purpurascentes, inter illos albidi, basi non umbilicati, apice obtuse dentati: *petala* plana: *coronae* laciniae bipartitae; coalitae: *capsula* levis, glaberrima, brevissime pedicellata: *semina* reniformi-orbiculata, nigro rufescentia, undique concinne et transverse striata, (non tuberculata), dorso canaliculata, lateribus profunde excavatis.

Cum *S. rubella* immerito associato a Cl. *Moris* in *fl. sard. 1. p. 249*, a qua foliorum figura, calycibus, petalis, capsula, et habitu aliena. Confer Cl. *Bertol. fl. ital. 4. p. 589.*

17. *S. FUSCATA. Link* in *Brot. fl. lusit. 2. p. 187—Spr. 1. veg. 2. p. 415—Presl fl. sic. 1. p. 153*, excluso syn. *Cupani* ad *S. italicam b.* spectante.

S. caule erecto simplici vel superne dichotome-ramoso hirsutiosculo, foliis glabris inferioribus obovato-spathulatis, superioribus lanceolatis, panicula corymboso - fasciculata, calycibus subviscoso - pubescentibus cylindricis demum clavatis, pedunculis fructiferis elongatis subdeflexis, petalis longe unguiculatis integerrimis coronatis.

S. pseudo - atocion. *Guss. pr. 1. p. 126*, et *pl. rar. p. 180* non *Desf.* — Lychnis sylvestris, hirsuta, viscosa, floribus dilute purpureis, aggestim dispositis. *Cup. H. Cath. p. 119.*

Ic. *Moris fl. sard. t. 15*—L. sylvestris, hirsuta, multiflora, incarnata, viscosa. *Cup. panph. 2. t. 131*—L. erecta, Vetonicae foliis. *Bocc. Mus. t. 118* ex loco !!

In cultis ubique in Sicilia=et in *Favignana*, *Levanzo*.

Januario, Aprili. ☉

*Caules* ½-2-pedales, erecti, virentes aut rubentes, pilis albis articulatis patentibus tecti, in pedunculis et in calycibus glanduliferis: *folia* radicalia et caulina inferiora obtusissima, pollicem et ultra longa, 3-5 lin. lata; caulina acutiuscula, et angustiora; omnia intense virentia, basi subciliata, minute granulata, aliquando hirsutiuscula: *flores* parvi, rosei, sub anthesi horizontales: *pedunculi* in dichotomia demum elongati, et fere sesquipollicares, in aliis fl-

ribus calycem subaequantes: *calyces* basi umbilicati, 5 - 6 lin. longi, virentes, aut ad nervos vel undique purpurascentes: *petalorum* lamina saepe subemarginata: *coronae* laciniae connatae, emarginatae: *capsulae* glabrae, minute granulatae, pedicello ipsis aequilongo suffultae: *semina* reniformi-orbiculata, nigra, dorso vix canaliculata, ad latera excavata, striis concentricis et transversalibus exasperata.

*S. pseudo-atocion Desf. atl. 1. p. 353*, pro quo habui comparatis speciminibus ipsius herbarii ab hac prorsus aliena est; et synonymon *Bocconi* certe ad hanc spectat, nam in locis a *Bocconio* designatis nonnisi haec species proveait! et minime praecedens, uti mavult Cl. *Moris* in *fl. sard. 1. p. 350.*

****** *Floribus solitariis.***

18. *S.* SAXIFRAGA. *Lin. sp. pl. 602—Ucria H. Pan. p. 186 — Guss. pr. 1. p. 507.*

S. caespitosa, caulibus gracilibus assurgentibus, foliis glabris ciliato-serrulatis anguste lineari-lanceolatis acutis, pedunculis calycem demum clavatum subaequantibus, petalis bipartitis unguibus ciliatis, coronа bicuspidata, capsulis oblongis.

Caryophyllus saxifragus, Saxifragiae bavaricae propinquus, candido pentaphyllo flore disulco. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 47*, ex quo —Saxifragia Nebrodensis, candido disulco-flore. *supp. p. 205.*

Ic. *Wald.* et *Kit. pl. rar. hung. 2. t. 163*—Saxifraga antiquorum quibusdam. *Bauh. hist. 3. p. 338.*

In rupium fissuris in montosis elatioribus; *Busambra*, *Madonie a Rocca di Mele*, *a Quacedda*, *al Cuozzo della Mufera.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* fere filiformes, ex eadem radice plures, raro ramosi, 2 - 4-pollicares, pilis brevissimis puberuli: *folia* virentia, $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ lin. lata, 5 - 10 lin. longa, approximata: *pedunculi* 1 - 2 - pollicares, aliquando gemini: *calyces* 5 - 6 lin. longi, basi umbilicati, glabri, obsolete nervosi, membranaceo-scariosi, albidi vel tenue purpurascentes, obtuse dentati: *petala* superne candida, subtus sordide purpurascentia; laciniis subdivergentibus: *capsula* lèvis, ovata, glabra, pedicellata; pedicello 2-lineari: *semina*, quamvis immatura, videntur rufescentia, transverse striata, dorso canaliculata, et ad latera excavata.

---

† 19. *S.* PENDULA. *Lin. sp. pl. 599—Presl fl. sic. 1. p. 155*, excl. syn. *Cupani—Guss. pr. 1. p. 507.*

S. calycibus fructiferis inflatis pendulis, angulis decem scabris.

Lychnis lanuginosa, viscosa, calyce ventricoso, flore flammeo, speciosissima, flore aquate purpureo, granatina, seu saturato rubra, nubecula per medium segmentato. *Cup. H. Cath. p. 119.*

Majo. ⊙ (*Presl*).

In Sicilia ex *Cupani*, et inde ex *Lin.*, *Presl*, ac ex omnibus recentioribus, sed hactenus non vidi.

† 20. *S.* SICULA. *Presl fl. sic. 1. p. 145—Guss. supp. p. 126.*

S. glabra, caule simplici, foliis inferioribus oblongo-lanceolatis, superioribus lineari-lanceolatis, panicula subsimplici, calycibus longe clavatis, petalis bifidis nudis.

In apricis herbidis regionis *Fagi*; *Madonie.*

Junio, Julio. ♃ (*Presl*).

*Planta* subcaespitosa: *radix* lignosa: *caules* plures emittens spitha-

meos, in superiore parte viscosos: *folia* radicalia et caulina infima pollicaria vel paullo breviora, oblongo - lanceolata, acuminata, in petiolum ciliatum attenuata, laete viridia, tenuia, glaberrima; caulina lineari-lanceolata, invicem a se distantia: *flores* paniculati: *panicula* simplicissima, aut parum ramosa; pedunculis viscosis, 1-3 floris, pedicellis 1-3 lineas longis: *calyces* longe clavati, sed paulo breviores quam in *S. italica*, albidi, membranacei, striis purpurascentibus notati, pube brevissima sub lente tantum conspicua vestiti: *petalorum* lamina bifida, non coronata, straminea, venis purpurascentibus: genitalia petalis longiora.

Affinis *S. italicae*, sed differt glabritie, foliis lanceolatis, panicula simplici, floribus minoribus; petalorum colore (*Presl*) sed certe illius varietas ex *Spr. s. veg. cur. post. p. 483.*

+ 21. *S. calycina. Presl fl. sic. 1. p. 155—Spr. l. c. p. 182 — Guss. supp. p. 127.*

S. caule simplici erecto scabro apice viscoso, foliis lineari-lanceolatis glabris scabris margine serrulato-ciliatis, floribus paniculatis, bracteis ovatis brevibus ciliatis, calycibus longissime clavatis pedicellisque pubescenti - viscosis, petalis bifidis coronatis.

In apricis collibus; *Caltauturo.*

Junio, Julio. ♃ (*Presl*).

*Radix*, et caulis inferior pars deperditae: *caulis* superstes pedalis teres, simplicissimus, pube brevissima densissima scaber, apice glabrescens, sed viscosus: *folia* pollicaria vel paulo longiora, lineari - lanceolata, acuta, utrinque scabra, margine denticulis tenuissimis acutissimis cartilagineis reversis ciliata: *flores* paniculati; pedunculis erectis, brevibus, 1-3-floris, pedicellis brevissimis: *bracteae* pedunculos aequantes, ovatae, acutae, densissime ciliatae, superiores villosae: *calyx* pollicaris, lineari-clavatus, albidus, purpureo - striatus, pedunculis pedicellisque pilis glandulosis viscosis pubescens: *petala* flava, limbo bifido coronato, ungue calycis longitudine.

Affinis *S. longiflorae* (*Presl*).

## STELLARIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 773—Endl. gen. n. 5240.*

*Cal.* 5-sepalus. *Pet.* quinque, 2-partita vel emarginata, breviter unguiculata. *Caps.* 1-locularis, apice 6 - valvis, polysperma. *Sem.* ad umbilicum estrophiolata. (*Herbae* annuae vel perennes, glabrae aut pubescentes: *folia* exstipulata: *flores* albi parvi: *pedunculi* 1-flori, axillares et terminales.)

1. *S. media. Smith brit. 2. p. 473—Presl fl. sic. 1. p. 160—Guss. pr. 1. p. 508.*

S. glaberrima diffusa, caule debili procumbente dichotomo linea laterali pilosa alterna, foliis ovatis acutis, pedunculis fructiferis deflexis, floribus subpentandris, petalis 2-partitis, capsulis calyci subaequalibus, seminibus subreniformibus compressis tuberculatis.

Alsine media. *Lin. sp. pl. 389—Ucria H. Pan. p. 144* — Stellaria holostea, et S. biflora, *ejusdem p. 486*, non *Lin.*

*a. apetala*, floribus apetalis, calycibus saepe glabratis.

*S. apetala*, prostrata, foliis imis subpetiolatis, summis sessilibus, floribus apetalis. *Ucria pl. ad Lin. opus. add. n. 11 ?*

*b. media*, petalis bipartitis calyce aequalibus, vel brevioribus.

Alsine media. *Cup. H. Cath. p. 6—Cast. H. Mess. p. 52.*

Ic. Alsine media. *Lam. ill. gen. t.* 214—*Sturm. fl. germ. p.* 1. *f.* 1—A. media, minori folio crispo. *Cup. panph.* 2. *t.* 56—A. minor. *Dod. pempt.* 29. *f.* 2.

c. *grandiflora ;* floribus 10 - andris, petalis bipartitis calyce duplo longioribus, caulibus validioribus elongatis.

Alsine major. *Cup. l. c.*—*Cast. H. Mess. p.* 52.

Ic. A. major. *Dod. l. c. f.* 1.

In cultis ubique enumeratae varietates in Sicilia=at var. *a.* et *b.* in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Lampedusa*, *Linosa*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Levanzo ;* et var. *c.* tantum in *Ustica* vidi.

Floret per totum annum. ⊙

*Herba* tenera, laete virens, jam sub hyeme florens, multicaulis: *caulis* 4-pollicaris, vel 2-pedalis: *folia* decussata, sub lente tenue pellucido-punctata, intermedia reliquis majora; inferiora longe petiolata: *pedunculi* altero latere pilosi, in fructu fere pollicares: *sepala* concava, acutiuscula, oblongo-lanceolata, margine tenue membranacea, pilis brevibus patentibus articulatis saepe glandulosis tecta: *petala* una cum calyce sub anthesi stellatim patentia, candida, obovata: *stamina* glaberrima, petalis breviora, alterna ad basim glandula nitida externe manita: *styli* et *filamenta* candida: *antherae* purpurascentes: *capsula* ovata: *semina* sordide virentia, glaberrima, obtuse tuberculata.

In varietate *a.* praeter calyces glabros, saepius pedunculi fructiferi erecti—Var. *c.* forsan non immerito a Cl. *Ten.* pro specie propria habita, nam in iisdem locis cum aliis varietatibus provenit, et cultura non mutatur.

---

† 2. *S. SAXIFRAGA. Bertol. am. it. p.* 88—*Guss. pr.* 1. *p.* 508.

S. pubescens diffusa, foliis sessilibus ovato-acutis, panicula dichotoma, pedunculis terminalibus subternis lateralibus bracteatis, sepalis lanceolatis corolla dimidio brevioribus.

Ic. Myosotis spisso Nummulariae rubrae folio tomentoso. *Cup. panph.* 3. *t.* 129.

In Sicilia ex icone *Cupani.*

## MOEHRINGIA.

*Endl. gen. n.* 5233—*Koch syn. p.* 116.

*Cal.* 4-5-sepalus. *Pet.* 4-5, breviter unguiculata vel obovata, integerrima aut leviter emarginata. *Stam.* 8-10. *Caps.* 1-locularis, 4-6-valvis. *Sem.* levissima, ad umbilicum strophiolata. (*Herbae* annuae vel perennes, tenerae, glabrae: *flores* parvi, albi: *pedunculi* 1-flori, solitarii, axillares, raro terminales.)

1. *M. TRINERVIA. Koch l. c.*

M. caulibus gracilibus ramosissimis puberulis, foliis ovatis acutiusculis petiolatis subciliatis trinerviis, pedunculis fructiferis deflexis, sepalis hirsutiusculis lanceolatis acutis margine tenue membranaceis corolla longioribus, capsulis ovatis calycem aequantibus.

Arenaria trinervia. *Lin. sp. pl.* 605—*Guss. pr.* 1. *p.* 509.

Ic. *Fl. dan.* 429, sed habitus nonnihil diversus, quia caulis erectus—Alsine Plantaginis folio. *Bauh. hist.* 3. *p.* 364.

In sepibus, et in sylvaticis montosis in Sicilia.

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* 2-12-pollicares, adscendentes vel diffusi, pilis deflexis brevibus puberuli: *folia* tenuia, pallide virentia, aliquando sub 5-nervia,

glabra vel sparse pubescentia, et saepius margine ciliata ac pellucido-punctata, 3-6 lin. longa, 2-4 lin. lata; inferiora petiolata, aliquando subrotundo-spathulata: *pedunculi* graciles erecti, inde penduli ac 5-8 lin. longi: *sepala* fere enervia, exquisite sed obtuse carinata: *petala* obtusa!, integra, sepalis fere duplo breviora: *capsula* glaberrima, ovata, valvis apice revolutis, et inde videntur calyce breviores: *semina* globoso-reniformia, nitida, fusca, dorso subcarinata, tuberulis acutis minutis exasperata.
*Stamina* saepe 5, et *petala* aliquando obliterata.

---

+ 2. *M. muscosa. Lin. sp. pl. 515—Biv. cent. 1. p. 55—Guss. pr. 1. p. 468.*
M. caulibus gracilibus decumbentibus, foliis filiformibus semiteretibus enerviis, floribus octandris.
Ic. *Lam. ill. gen. t. 314.*
In umbrosis humidis (*Bivona*).
An ex synonymo *Cupani* ad *Saginam apetalam* spectat?

## ARENARIA.

*Endl. gen. n. 5234—Koch syn. p. 116.*

*Cal.* 5-sepalus. *Pet.* 5, breviter unguiculata, ovalia vel obovata, integra, vel subemarginata. *Caps.* 1-locularis, 6-valvis. *Sem.* ad umbilicum estrophiolata. (*Herbae* annuae, perennesve: *flores* albi: *pedunculi* 1-flori, solitarii, axillares et terminales.)

1. *A. serpyllifolia. Lin. sp. pl. 606—Ucria H. Pan. p. 187—Presl fl. sic. 1. p. 164—Guss. pr. 1. p. 509.*
A. pubescens rigidiuscula, caulibus ramosissimis, foliis ovatis acutis sessilibus scabris, pedunculis fructiferis horizontaliter patentibus, sepalis lanceolatis acutis trinerviis hirsutis nervosis corolla triplo longioribus, capsulis ovatis calycem subexcedentibus.
Alsine minor, multicaulis. *Cup. H. Cath. p. 6*—A. minor. *Cast. H. Mess. p. 32.*
Ic. *Fl. dan. 977*—Alsine minima. *Dod. pempt. 30.*
In muris, secus vias, in ruderatis, et in collibus aridis in Sicilia. Aprili, Majo. ⊙
*Caules* ad basim ramosissimi, versus medium simplices, superne vero sub anthesi subcorymbosi, 3-10-pollicares: *folia* obscure virentia, punctis callosis scabra, pellucido-punctata, 1-3 lin. lata ac longa, patentia, inferiora petiolata: *pedunculi* filiformes, aliquando erecto-patentes, 2-4-lineares: *sepala* altero latere tantum membranacea: *petala* ovalia, obtusa, integra: *capsula* apice tubulosa: *semina* globoso-reniformia, nigra, concentrico-tuberculato-striata, dorso non carinata—Variat pubescentia superne plus minus viscidula.

2. *A. sphaerocarpa. Ten. syll. p. 219—Guss. supp. p. 128.*
A. pubescens rigida, caulibus ramosis erectis adscendentibusque, foliis ovatis acutis sessilibus scabris, pedunculis fructiferis erectis, sepalis ovato-lanceolatis acutis corolla duplo longioribus, capsulis globoso-ovatis calycem excedentibus.
Ic. *nulla.*
In glareosis montosis; *Madonie*, *Busambra*, *Caronia*, *Monte di Mistretta.*
Majo, Junio. ⊙
Recte notat Cl. *Ten. l. c.* praecedenti simillimam esse, tamen comparatis speciminibus abunde diversa; *caulibus* fere semper erectis,

minusque patule - ramosis; *foliis* scabris, non ut in illa scabris hispidisque; *pedunculis* erectis, non horizontaliter patentibus; *capsulis* duplo fere majoribus: *semina* in utrisque similia.

3. *A. grandiflora. Lin. sp. pl. p. 608—Guss. pr. 1. p. 511.*

A. caulibus subcaespitosis 1-3-floris adscendentibus pubescentibus, foliis rigido-cartilagineis lanceolato-linearibus basi ciliatis sepalisque ovatis mucronato-aristatis uninerviis, corollis capsulisque calyce pubescente longioribus.

A. abietina. *Presl del. Prag. p. 65*, et *Fl. sic. 1. p. 164.*

Ic. *All. ped. t. 10. f. 1*—Alsine montana, Rubiae maritimae quodantenus foliis rigidis glaucis. *Cup. panph. 2. t. 8.*

In glareosis montosis; *Madonie a Monte Scalone, a Quacedda, alle Serre delli Daini: ai Pomieri (Parlatore).*

Majo, Junio. ♃

*Radices* tenues, hinc inde excurrentes inter saxa: *caules* graciles, numerosi, caespitosi, densi vel laxiusculi, 3-8-pollicares, pilis brevibus reflexis villosiusculi: *folia* vix lin. lata, laete virentia, approximata et fere imbricata, vel distantia, erecto-patentia, plerumque in axillis fasciculata. glabra vel hispidiuscula ac scabra, siccata ad margines incrassata ac subrevoluta: *pedunculi* recti, 3-12 lin. longi · *sepala* margine anguste membranacea: *petala* calyce semel longiora: *capsulae* ovatae, 6-valves ( ex ipso *Preslio* in *fl. sic.*) glaberrimae: *semina* orbiculato-reniformia, rufescentia, undique tuberculata, ad latera concaviuscula.

Quamvis Cl. *Presl* in *fl. sic. l. c.* denuo moneat hanc speciem ab *A. grandiflora* diversissimam esse, tamen Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 670* observat erroris causam esse quod *Germaniae* Botanici *A. austriacam Jacq.* pro *A. grandiflora* habeant—*Folia* nec in nostra nec in speciminibus Italicis, Hispanicis et Helveticis trinervia, sed uninervia; inferiora confertiora: *sepala* nervo insigni, uti folia notata, aliquando nervis lateralibus obsoletis; non grosse trinervia, uti ex *Dec.*, et *caules* aliquando triflori—Icon *Cav. ic. 3. t. 249. f. 2. habitu* graciliori differt, at cum speciminibus hispanicis a Cl. *Boiss.* communicatis bene quadrat.

---

† 4. *A. aristata. Raf. caratt. p. 75—Guss. pr. 1. p. 516.*

A. caulibus filiformibus diffusis procumbentibus, foliis subfasciculatis subulatis planis aristatis subpubescentibus, pedunculis subterminalibus solitariisque, petalis obovatis calyce brevioribus, capsulis 5-valvibus calyce longioribus.

In elatioribus montosis; *Regione ultima dell' Etna (Raf.)*

† 5. *A. Salzmanni. Presl fl. sic. 1. p. 163—Guss. supp. p. 131.*

A. villosa, caulibus ramosissimis flaccidis, foliis oblongo - lanceolatis acutis basi ciliatis, floribus paniculatis, sepalis ovato-lanceolatis acuminatis nervosis petalis ovalibus brevioribus, capsulis subglobosis calyce brevioribus.

A. hispida. *Salzmann pl. exsicc.*, non *Lin.*

In regione collina: rarissime in saxosis rupestribus ad Drepanum.

Majo. ♃ (*Presl*).

*Radix* lignosa, perennis: *herba* undique pilis patentibus albidis flexuosis villosa, multicaulis; *caulibus* teretibus flaccidis decumbentibus aut dependentibus, ramosis, usque quinquepollicaribus: *folia* 3 lineas longa, oblongo-lanceolata, acuta, basi attenuata et ciliata, uninervia, utrinque hispida, superiora lineari-lanceolata: *flores* paniculato-dichotomi, erecti; *pedicellis* filiformibus, 5 lineas longis: *sepala* ex ovata basi lanceolata, acuminata, villosa, mar-

gine anguste scariosa, trinervia, una linea paullo longiora, *petalis* ovalibus albis breviora, *capsula* subglobosa sexvalvi longiora: valvis obtusiusculis, inaequalibus.

Ab *Arenaria hispida* jam foliis oblongo-lanceolatis differt (*Presl*).

## ALSINE.

*Walhen. fl. Lapp. 129—Koch syn. p. 111.*

*Cal.* 5-raro 4-sepalus. *Pet.* 5, raro 4, breviter unguiculata, integra aut leviter emarginata, ovata vel linearia. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis. *Sem.* ad umbilicum estrophiolata. (*Herbae* annuae, perennesque: *flores* albi, vel rosei: *pedunculi* 1-flori, solitarii, axillares ac terminales.)

### * *Exstipulatae.*

1. *A.* PROCUMBENS.

A. undique tenue pubescens, ramis procumbentibus ramosissimis elongatis teretibus, foliis lanceolato-linearibus ellipticisque, floribus subpaniculatis, pedunculis fructiferis deflexis elongatis, sepalis obtusiusculis margine anguste albo-scariosis corollam roseam parum excedentibus, capsula calycem aequante.

Arenaria procumbens. *Vahl symb. 2. p. 501* ex herb.—*Guss. pr. 1. p. 510*—A. geniculata. *Biv. cent. 2. p. 12*—A rosea. *Presl fl. sic. 1. p. 165*—A. peploides. *Ucria H. Pan. p. 187*, non *Lin.* — Alsine longius radicata. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris.*—A. perennis, lusitanica, radice crassa, Herniariae facie. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*—A. maritima, longius radicata, Herniariae foliis, radice percrassa restibili, flore purpureo rubente. *Cup. H. Cath. p. 6*, et *suppl. alt. p. 7.*

Ic. *Vahl l. c. t. 53*—Alsine maritima, longius radicata, Herniariae foliis. *Bocc. sic. t. 10*—*Cup. panph. 1. t. 230*, figura mala —*Raf. t. 107. f. 1.*

*b.* floribus albis, caulibus subancipitibus, foliis glabriusculis.

Arenaria herniariaefolia. *Desf. atl. 1. p. 358*, et *vol. 2. p. 450*— A. Bartolotti. *Tin. pug. p. 10*—*Dec. pr. 1. p. 413.*

Ic. Alsine maritima, longius radicata, herniariaefolia. *Cup. panph. 2. t. 237.*

In lapidosis, glareosis, et arenosis maritimis in Sicilia=et in *Favignana*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Linosa*: varietas *b. Trapani*, *Alicata*, *Termini*.

Aprili, Julio. ♃, et fere basi ♄

*Herba* undique, vel superne tantum plus minus glanduloso-pubescens, ac viscidula, obscure virens: *radices* alte descendentes, fere sublignosae; *caules* 3-pollicares et sesquipedales, in orbem diffusi, tenues, aliquando rubentes: *folia* crassiuscula, internodiis aequalia vel breviora, acutiuscula vel obtusa, margine glabra aut ciliata; inferiora approximata, latiora glabriora, ac petiolata: *flores* numerosi: *pedunculi* fructiferi fere pollicares, et aliquando tantum horizontaliter patentes: *sepala* enervia: *petala* elliptica, obtusiuscula: *capsula* ovata, glabra: *semina* orbiculato-reniformia, compressa, rufo-nigrescentia, dorso sulcata, et tenuissime striata.

In speciminibus herb. *Desf.* *capsulae* 3-valves ut in siculis, et solummodo *folia* nonnihil angustiora, ut in plantis hispanicis; quo

unico infirmo charactere tamquam speciem diversam habendam non esse puto. Confer quoque quae dixi in *pl. rar. p. 83.*

2. *A. Rosani.*

A. caespitosa basi suffruticosa undique pubescens, foliis lineari-lanceolatis calycibusque acutis striatis, cauliculis annotinis 3-5-floris, petalis obovatis calyce longioribus, seminibus subreniformibus (badiis) compressis dorso ciliato-fimbriatis.

A. graminifolia. *Gmel. syst. veg. 1. p. 507*—Arenaria Rosani. *Ten. fl. nap. pr. p. 26 — Dec. pr. 1. p. 413 — Guss. pr. app. p. 10*—A. graminifolia. *Ard. sp. alt. p. 25*, non *Willd.*— A. Arduini, *b. italica. Visian. stirp. dalm. spec. p. 8.*

Ic. *Ard. l. c. t. 10.*

*b. dalmatica*; foliis angustissimis caulibusque gracilibus glabris, Arenaria Arduini, γ. *dalmatica. Vis. l. c.*

Ic. *Vis. l. c. f. 2.*

In calcareis rupibus elatioribus montium; *Madonie ne' dirupi sopra Isnello* (*Gasparrini*).

Junio, Julio. ♃, et basi ♄

*Radix* inter saxa alte descendens: *caules* numerosi, breves, 2-4-pollicares, rudimentis foliorum emarcidorum dense vestiti; cauliculi vero annotini graciles, 2-6-pollicares: *folia* sessilia, patentia, intense virentia, 1-2-lin. lata, 6-12 lin. longa, inferiora numerosa, rosulato-approximata: *pedunculi* filiformes, semper erecti, 4-6-lineares: *flores* subcorymbosi, 3-9: *sepala* ovato-lanceolata, virentia, non marginata: *petala* obtusa, integra, candida: *capsula* ovalis, glabra: *semina* ad latera minute tuberculata.

*Arenaria graminifolia Ard.* ab hac nostra non differt, nam Cl. *Visiani l. c.* notat iconem Arduinianam esse satis rudem, nec cum speciminibus in illius herbario asservatis omnino convenientem. Praeterea longitudo foliorum, florum magnitudo ac numerus, et pubescentia characteres variabiles in hac specie sunt, ut *Visiani* suspicatur *l. c. p. 53*, et uti innumera hujus stirpis individua vegetantia in montibus Samnii et Aprutii a me observata confirmant; imo iisdem in locis varietas quoque glabra (pedunculis calycibusque exceptis), ut a *Visiani* delineatur, pariter provenit. Interim nomen a Cl. *Tenore* huic speciei tributum, quia antiquius servavi.

3. *A. verna. Bartiling Beitr. 2. p. 63—Koch syn. p. 115.*

A. caespitosa multicaulis glabra, caulibus gracilibus, foliis anguste linearibus acuminatis (basi non ciliatis), infimis setaceis, floribus subpaniculatis, sepalis ovato-lanceolatis acuminatis margine membranaceis petala oblonga subaequantibus foliisque 3-nerviis, capsulis ovato-cylindricis calyce longioribus.

Arenaria verna. *Lin. mant. p. 72—Presl fl. sic. 1. p. 162—Guss. pr. 1. p. 511*—Alsine Rubeolae petalis, dense caespitans, Tunicae minimae flosculis candidis. *Cup. H. Cath. p. 6 ?*

Ic. Arenaria verna. *Jacq. austr. 5. t. 404* — A. perennis, procumbens, Tunicae minimae foliis exilioribus. *Cup. panph. 2. t. 8.*

*b. caespitosa*; caulibus superne pedunculisque pubescentibus, pilis apice glandulosis, foliis glabris.

Arenaria caespitosa. *Willd. sp. pl. 2. p. 724.*

*c. pubescens*; caulibus, foliis, pedunculisque pubescentibus, pilis apice glandulosis.

Arenaria verna, *b. grandiflora. Presl fl. sic. 1. p. 162.*

In aridis, et sterilibus montosis: varietas *a. Madonie, Monte Scuderi, Monti di Mistretta*: var. *b. Pizzuta* (*Heldr.*, *Todaro*): *Madonie*,

*Busambra*, *Cammarata*: var. *c.* *Madonie al Pizzo di Palermo*, *a Quacedda*, *ed a Rocca di Mele.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* decumbentes, apice surrecti, vel adscendentes 3-10-pollicares, nunquam basi suffruticosi nec dense caespitosi, ut in sequente; cauliculis annotinis filiformibus, gracilibus: *folia* intense virentia, recta vel subrecurva, 3-6 lin. longa, in axillis fasciculata, basi subvaginantia ac ad margines scariosa: *pedunculi* setacei, 4-12 lin. longi: *sepala* semper recti-trinervia: *petala* caudida, obtusa, calycem aliquando excedentia.

Varietas *c.* differt quoque ab *a.* sepalis latius marginatis, intensius virentibus, magis acuminatis, et capsulis vix exsertis — *Foliis* non setaceis nec basi ciliatis, et *habitu* ab *A. setacea* diversa — *Caulibus* multifloris, *foliis* non recurvis, *sepalis* 3-nerviis, et *capsulis* calyce longioribus recedit a vera *A. recurva All.*, cui affinis *pedunculis* piloso-glandulosis, *petalis* calycem aequantibus, *seminibus* reniformibus vix punctato-rugosis; quamvis uti recte notat Cl. *Marsch.* in *fl. taur. cauc. 3. p. 310* characteres distinctivi certiores inter has species adhuc desiderantur—Var. *c.* quoad descriptionem *A. hirsutae Marsch. l. c. 1. p. 349* proxima, sed diversa *calycibus* trinerviis nec quinquenerviis, pubescentibus non hirsutis, *seminibus* margine non echinatis; neque a varietatibus *a.* et *b.* sejungi potest, quia transitiones intermediae adsunt. — Icon Alsine saxatilis et multiflora, capillaceo folio. *Vaill. bot. par. t. 1. f. 3.* quam ex *Dec.* sub hac specie citavi, ex speciminibus ab amicissimo *Rich.* acceptis certo certius ad *S. setaceam* spectat, ad quam refertur a Cl. *Reichem.* in *fl. germ. 2. p. 787.*

4. *A.* RECURVA. *Wahlenb. helv. p. 87—Koch syn. p. 114; b. condensata.*

A. dense caespitosa, caulibus basi suffruticosis erectis vel adscendentibus, foliis anguste linearibus quadrifariam imbricatis erecto-patentibus undique glabris semiteretibus obtusiusculis margine revolutis, floribus subpaniculatis, sepalis 5-nerviis acutis margine membranaceis corollam subaequantibus pubescentibus, capsulis ovato-cylindricis calyce aequalibus.

Arenaria condensata. *Presl del. Prag. p. 62*, et *fl. sic. 1. p. 162*— *Guss. pr. 1. p. 512* — Alsine montana, percrassa radice lignosa perenni, asperiusculo folio, ad eundem oculum plurimo. *Cup. H. Cath. p. 7.*

Ic. Alsine alpina, saxifraga, Tunicae minimae foliis, flore candido, crassa radice lignosa. *Cup. panph. 2. t. 8.*

In saxosis sterilibus montosis; *Madonie al Cuozzo del predicatore, Monte Cavallo, Curma de' Pini, Cuozzo del Salvatore.*

Majo, Junio, ♃ et basi ♄

*Caules* basi dense caespitosi, sublignosi, ramosissimi, foliorum rudimentis dense vestiti, erecti, vel diffusi, fusci, 2-4-pollicares: *cauliculi* vero annotini filiformes, erecti, 1-4-pollicares, 3-multiflori, undique vel superne tantum sparse glanduloso-pubescentes: *folia* radicalia congesta, quadrifariam imbricata, patentia vel adpressa, rigida, non subulata, sed obtusa, subtus exquisite at obtuse carinata, enervia, et ad margines subscariosa, recta vel subrecurva, 4-6 lin. longa; caulina vero ex lanceolata basi in apicem linearem attenuata, subvaginantia, 3-5-nervia: *bracteae* ad pedunculorum divisionem foliis superioribus conformes: *pedunculi* 4-10-lineares: *sepala* acuta vel acuminata, virentia, ad latera albo-membranacea, 5-7-nervia, quo charactere statim e praecedente dignoscitur;

plerumque nervis tribus crassioribus, ut in foliis caulinis: *petala* candida, oblonga, calycem excedentia: *capsula* glaberrima, aliquando vix calycem superans: *semina* quamvis immatura videntur rufescentia, subglobosa, minute tuberculata.

Ab *A. Gerardi* toto coelo diversa. Confer *Mart.* et *Koch fl. germ.* 3. p. 285, et *Bertol. fl. ital.* 4. p. 674.

5. *A.* TENUIFOLIA. *Wahlen. helv. p. 87—Koch syn. p. 115.*

A. caule erecto ramosissimo dichotomo-paniculato, foliis subulatis filiformi-setaceis, pedunculis fructiferis erecto-patentibus, sepalis trinerviis subulatis corolla multo longioribus, capsulis calycem subsuperantibus.

A. segetalis. *Ucria H. Pan. p. 144?* non *Lin.*—Arenaria tenuifolia. *Lin. sp. pl. 607 — Guss. pr. 1. p. 513* — Alsine perangusto rigidulo folio, polyflora, muscoso flore. *Cup. H. Cath. p.* 7 et *supp. alt. p. 6.*

*a. Vaillantiana. Dec. pr. 1. p. 406—Guss. l. c.*

Caulibus caespitosis superne ramosis, calycibus foliisque glabris.

Ic. A. tenuifolia. *Vaill. bot. par. t. 3. f. 1* — A. muralis, angusto rigidulo folio, poly-muscoso flore. *Cup. panph. 1. t. 172*, et 2. *t. 171.*

*b. Barrelieri. Dec. l. c.—Guss. l. c.*

Caulibus elongatis ramosis glabris procumbentibus, calycibus sparse glanduloso-pubescentibus.

An huic spectat *Arenaria subulifolia Presl*, quam inferius confer.

Ic. Anthyllis lychnitis, annua, seu minor, angustifolia, flore albo. *Barr. ic. 580.*

*c. viscidula. Pers. syn. 1. p. 504—Dec. l. c.—Guss. l. c.*

Caule superne densiuscule ramoso, calycibusque piloso-glandulosis.

Confer infra *A. arvatica Presl.*

In muris, tectis, collibus aridis, ac arenosis in Sicilia=et in *Favignana*, *Maretimo*, *Pantellaria*: var. *b. Chiaromonte*, *Nicosia* in collibus arenosis.

Aprili, Majo. ⨀

*Caules* graciles, aliquando adscendentes, plerumque purpureo-rubentes, 2-10-pollicares: *folia* laete virentia, rigidiuscula, plerumque recurva, et in axillis fasciculata, basi subdilatata, margine tenui albo-membranaceo, basi 3-nervia: *pedunculi* capillares, foliis longiores; fructiferi divergentes, 6-10-lineares, terminales, et ex dichotomia: *sepala* margine albo-membranacea: *petala* alba, elliptica, apice integra ac rotundata, calyce breviora: *stamina* saepius tria: *capsula* oblongo-cylindrica, pellucida, calyci aequalis, vel illum excedens: *semina* exigua, pallide rufescentia, globoso-reniformia, compressa, dorso unisulcata, minute tuberculata, lateribus tenue striatis; in *c.* dorso magis tuberculatis et levius sulcatis.

Var. *c.* differt a specie praeter characteres datos, pedunculis fere semper erectis, folia non excedentibus; sepalis minus acuminatis; capsulis ut plurimum calyce brevioribus.

** *Stipulata.*

6. *A.* RUBRA. *Wahl. ups. p. 151—Koch syn. p. 114.*

A caulibus erectis prostratisque ramosis, foliis linearibus crassiusculis semiteretibus glabris, stipulis ovatis acuminatis scariosis, pedunculis fructiferis reflexis, sepalis obtusis capsulam aequantibus glanduloso-pilosis basi utrinque glandula nigra destitutis!, seminibus omnibus obovatis compressis margine tumidiusculo cinctis.

Spergularia rubra. *Presl fl. sic. 1. p. 160*—Arenaria rubra, cam-

*pestris. Lin. sp. pl. 606—Guss. pr. 1. p. 514*—A. media. *Ucria H. Pan. p. 187*, non *Lin.*

Ic. Spergula purpurea. *Bauh. hist. 3. p. 722.*

*b. albiflora.*

A. rubra *c. alba. Guss. l. c.*

In arvis, ac in ruderatis herbosis ubique in Sicilia=et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Linosa*, *Lampedusa*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Maretimo*: var. *b. Sciacca*, *Catania.*

Aprili, Majo. ⊙

*Habitus* in omnibus gracilior quam in sequente, et rami confertiores: *pedunculi* fere semper calyci subaequales, in utrisque glanduloso-pilosi, visciduli, sed *sepala* basi glandula nitida nigra sunt destituta! : *petala* ut in sequente, sed calycem excedentia, in *a.* rubentia : *stamina* decem—*Foliorum* longitudo quoad internodia, ac *pedunculorum* quoad calycem variabiles sunt, et ad species istas affines discriminandas nullius momenti comperi.

7. *A. HETEROSPERMA.*

A. caulibus diffusis adscendentibusque ramosis, foliis linearibus crassinsculis semiteretibus glabris, stipulis ovato-orbiculatis obtusiusculis scariosis, pedunculis demum reflexis, sepalis basi utrinque glandula nigra nitida notatis! capsula brevioribus glanduloso-pilosis, seminibus obovatis compressis margine tumido cinctis, aliis (paucis) margine lato albido circumdatis.

Arenaria rubra, *b. marina. Guss. pr. 1. p. 514*—A. heterosperma. *Guss. supp. p. 129*—Alsine maritima, flore rubente. *Cup. H. Cath. p. 6.*

Ic. A. maritima, neapolitana, ac terrestris altera. *Columm. ecphr. 2. t. 71*—Spergula marina, nostras. *Bauh. hist. 3. p. 723*, bona.

Aprili, Majo. ⊙

In arenosis herbosis salsis inundatis, vel humentibus, ac ad salinas in Sicilia=et in *Saline*, *Lampedusa.*

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* saepius rubentes, divaricato-ramosi : *folia* internodiis longiora, vel aequalia : *pedunculi* inferiores in racemis valde elongati, aliquando fere pollicares, quod nunquam in *A. rubra*: *sepala* non dorso, sed utrinque ad basim glandula nigra notata, concava, margine albo-scariosa, obtusiuscula : *petala* elliptica, rosea, et basi albida ut in praecedente, tamen calyce breviora : *stamina* quinque: *semina* exteriora ad placentae basim 5-7 margine lato ciliato-lacero albido-scarioso cincta, reliqua margine membranacco destituta, immatura tuberculato-scabra.

Descriptio *Arenariae marinae Roth. man. fl. germ. 2. p. 652*, quoad calycis characterem optime cum nostra convenit; sed in planta sicula *stipulae* non sunt breviter acuminatae, nec *pedunculi* capsula dimidio breviores, sed saepius triplo et ultra longiores : *semina* dimorpha—Cl. *Moris* in *fl. sard. 1. p. 277* hanc a praecedente non separat; sed sunt quam certe species distinctae; et *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 683* ad *A. marinam* refert; an vero hanc nostra ad *A. marginatam Dec.* sit associanda, ulterius est inquirendum.

8. *A. DIANDRA.*

A. glabra, caulibus adscendentibus erectisque superne paniculato-trichotomis, foliis lineari-filiformibus semiteretibus, sepalis lanceolatis margine scariosis, pedunculis fructiferis in dichotomia erectis, reliquis reflexis calycibusque glanduloso-pilosis, seminibus angulato-subpyriformibus tenue tuberculatis vix compressis immarginatis.

Arenaria diandra. *Guss. pr. 1. p. 515.*
Ic. *nulla.*
In argillosis inundatis maritimis; *Girgenti*, *Sciacca*, *Marina di Menfrici*, *Comiso a S. Lorenzo.*
Aprili, Majo. ⊙
*Caules* graciles, fere filiformes, plerumque aetate purpureo-rubentes, plures ex eadem radice, 2-6-pollicares, ad nodos turgidiusculi: *folia* laete virentia, internodiis sublongiora, obtusiuscula, sed brevissime mucronulata, 4-6 lin. longa, plerumque in axillis fasciculata: *stipulae* scariosae, integrae, vel bifidae, breviter aristatae, lin. longae: *bracteae* stipulis conformes, sed breviores: *pedunculi* 4-6 lin. longi, tenues, et qui in dichotomia longiores: *sepala* enervia, obtusiuscula: *petala* parva, purpurea, oblonga, obtusa, calyce breviora: *stamina* ut plurimum duo, raro tria: *capsula* glabra, ovata, tenuis, calyce brevior vel illum vix excedens, saepius purpurascens: *semina* nigra, exigua, sub lente tuberculis minutis acutis passim scabra, immatura videntur rugosa.
Facile cum *A. rubra* confunditur cum qua associata a Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 683*, sed habitus et characteres omnino diversi sunt.

9. *A. radicans.*
A. perennis glabra, caule caespitoso procumbente radicante, foliis filiformi-linearibus semiteretibus internodio sublongioribus, pedunculis fructiferis in dichotomia erectis reliquis deflexis, sepalis lanceolato-linearibus acutiusculis margine vix membranaceis pedunculisque glabris, capsulis calyce aequalibus, seminibus subpyriformibus compressiusculis immarginatis tenuissime tuberculatis.
Arenaria radicans. *Guss. pr. 1. p. 515*—Spergularia radicans. *Presl del. Prag. p. 64*, et *Fl. sic. 1. p. 161.*
Ic. *nulla.*
*b.* pedunculis calycibusque glanduloso-pilosis.
Ic. *nulla.*
In herbidis humentibus montosis, et in arenosis; *Madonie, Etna*: var. *b. Madonie (Gasparrini).*
Junio, Julio. ♃
*Caules* graciles, filiformes, in orbem diffusi, 2-4-pollicares; internodiis approximatis: *folia* laete virentia, obtusiuscula, aliquando brevissime mucronata, approximata, et inde ut plurimum internodiis longiora, plerumque in axillis fasciculata: *stipulae* ac *bracteae* scariosae, aristatae: *pedunculi* ad summum 3 lin. longi, saepius calycem subaequantes; at qui in dichotomia parum longiores et nunquam deflexi: *sepala* enervia, oblonga, obtusa, *petala* pallide rosea et oblonga aequantia: *capsula* subrotundo-ovata, calycem raro excedens: *semina* fusca, minuta, quam certe pyriformia, non subreniformia ut ex *Presl*, ad latera vix compressa et concaviuscula, unde margo videtur nonnihil elevatus, tenuissime tuberculata: *flores* magnitudine praecedentis.
Ad *A. rubram* hanc refert Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 683*, sed non est certe planta macrior, ideoque ab illa prorsus aliena.

---

† 10. *A. media.*
A. prostrata glabra (stipulata) foliis semicylindricis carnosis internodia aequantibus, pedunculis pedicellis calycibusque glanduloso-pubescentibus, sepalis lanceolatis obtusiusculis, capsulis calyce longioribus, seminibus ala membranacea cinctis.
Arenaria media. *Lin. sp. pl. 600*—*Guss. supp. p. 130*—A. marina. *Smith brit. 2. p. 480* — Spergularia media. *Presl fl. sic. 1. p. 161.*

Ic. Arenaria marginata. *Dec. fl. fr. 4. p. 795*, et *icon. rar. t. 48*—A. glandulosa. *Jacq. H. Schoenbr. 3. t. 333.*
In arenosis maritimis.
Majo, Augusto. ⊙ (*Presl*).
*Pedunculi*, *pedicelli*, *calycesque* ob visciditatem pubesentiae fere semper seminibus onusti: *flores* duplo majores quam in *Arenaria rubra*, incarnati (*Presl*)—An *A. heterosperma* ?

† 11. *A. subulifolia.*

A. multicaulis (exstipulata), caulibus erectis simplicibus, foliis subulatis obtusiusculis, panicula dichotoma, pedicellis folio longioribus, sepalis lanceolatis acutissimis glanduloso-pubescentibus petala ovata duplo superantibus, capsulis calycis longitudine.
Arenaria subulifolia. *Presl fl. sic. 1. p. 162—Guss. supp. p. 131.*
In regione collina inferiore, et in herbidis ac apricis montosis; *Monte Cuccio* prope Panormum.
Majo. ⊙ (*Presl*)
*Radix* tenuis, ramosa, pallida: *caules* multi ex una radice, aut unus basi ramosus, erecti, simplices, glabri, digitales: *folia* subulata, obtusiuscula, glaberrima, nervosa, apice patentia; inferiora internodio longiora, superiora illo breviora: *panicula* longitudine caulis, aut longior, dichotoma: *pedicelli* filiformes, glaberrimi, folio duplo longiores, sub anthesi erecti, deflorati patentes; *calyces* pallide virides, una linea paullo longiores: *sepala* lanceolata, in acutissimum finem attenuata, trinervia, glanduloso-pubescentia, margine anguste scariosa: *petala* ovata, alba, calyce duplo breviora: *stamina* decem: *styli* tres: *capsula* subcylindrica: *semina* subreniformia, margine elevato ruguloso (*Presl*).

† 12. *A. arvatica.*

A caule erecto ramoso (exstipulato), foliis subulatis obtusiusculis, floribus paniculato-fastigiatis, pedicellis longitudine folii, sepalis lanceolatis acuminatis glanduloso-pubescentibus petala ovata duplo superantibus, capsulis cylindricis calycis longitudine.
Arenaria arvatica. *Presl l. c. p. 163—Guss. supp. p. 131.*
In arvis sterilibus montosis; *Monte Cuccio* prope Panormum.
Aprili, Majo. ⊙ (*Presl*).
*Radix* tenuis, ramosa, fibris seu ramis longis filiformibus: *caulis* digitalis, basi ramosus, ramis erectis, simplicibus: *folia* subulata, obtusiuscula, glaberrima, nervosa, patentia, inferiora in axillis fasciculata: *flores* paniculato-fastigiati, plurimi; *pedicellis* filiformibus, glabris, patenti-erectis, 2-lineas longis: *flores* erecti: *calyx* angustus, fere sesquilineam longus, unam tertiam partem lineae latus, glanduloso-pubescens; *sepalis* lanceolatis, acuminatis, petala ovata alba duplo superantibus: *capsula* more nonnullorum *Cerastiorum* cylindrica, angusta, flavescens; valvis apice reflexis.
Affinis priori, sed inflorescentia, longitudine pedicellorum, sepalisque differt. Nec cum *A. setacea*, nec cum *A. fasciculata* commutari potest (*Presl*)—An haec, et praecedens varietates *A. tenuifoliae*.

## IV. *Pentagynia.*

## LYCHNIS.

*Dec. pr. syst. nat. 1. p. 385.*

*Cal.* tubulosus, 5-dentatus, vel 5-fidus, basi nudus. *Pet.* 5, unguiculata, fauce saepius coronata. *Caps.* 1-5-locularis, superne 5-valvis, intra calycem sessilis, vel pedunculata. (*Herbae* annuae, perennesve, glabrae vel pubescentes: *pedunculi* 1-flori, axillares, et terminales, solitarii, subcorymbosi: *flores* albi, vel purpurei).

1. *L. divaricata. Reich. cent. 4. p. 5.*

L. viridi-pubescens dioica, floribus dichotomo-paniculatis, calycibus inflatis 5-fidis, petalis fauce coronatis bipartitis oblique truncatis, lobis latis approximatis, capsulis ovato-conicis intra calycem sessilibus, foliis ovali-lanceolatis, caulibus divaricatis.

L. dioica, *b. glabriuscula. Spr. s. veg. 4. par. 2. p. 185*—L. dioica. *Guss. pr. 1. p. 525—Ucria H. Pan. p. 151—Presl fl. sic. 1. p. 157—* L. sylvestris, hirsuta, perennis, alba, simplex. *Cup. H. Cath. p. 120*—Ocymoides flore albo. *Cast. H. Mess. p. 42.*

Ic. *Reich. l. c. f. 476*—L. sylvestris, noctiflora, alba, simplex, calyce amplissimo. *Till. hort. pis. t. 41. f. 1 ?*

Ad sepes, et in sylvaticis succulentis in Sicilia.

Majo ad Octobrem. ♃

*Caules* erecti, ramosi, ad nodos incrassati, aliquando parum divaricati, 1-3-pedales: *folia* inferiora obtusiuscula, et petiolata; superiora acuta, basi connata: *pedunculi* in dichotomia 1-2-pollicares, reliqui vix 4-6-lineares: *flores* noctu fragrantes: *calyces* plerumque purpurascentes, 10-nervosi, in floribus foemineis jam sub anthesi inflati, ut in *Silene inflata*; in masculis tubuloso-clavati: *petala* candida, laciniis planis: *capsula* fere pollicaris, glabra, calycem subaequans: *semina* nigra, globoso-reniformia, undique tuberculata.

A *L. dioica* Europae septentrionalis differt non solum pubescentia minore, et caule divaricato, quam calycibus inflatis, etiam in floribus masculis 5-fidis, non 5-dentatis, laminis petalorum magis oblique excisis—Icon *Till. l. c.* potius hanc, quem veram *L. dioicam* referre mihi videtur.

2. *L. coelirosa. Dec. l. c. p. 386—Presl fl. sic. 1. p. 156—Guss. pr. 1. p. 525.*

L. glabra, floribus solitariis terminalibus longe pedunculatis, calycibus clavatis demum costatis, dentibus acuminatis, petalis bilobis fauce coronatis, capsulis intra calycem longe pedunculatis, foliis anguste lineari-lanceolatis acutis, caule erecto dichotomo-paniculato.

Agrostemma coelirosa. *Lin. sp. pl. 624 — Ucria H. Pan. p. 190—* Lychnis sylvestris, flore magno. *Cast. H. Mess. p. 40.*

Ic. Agrostemma coelirosa. *Sibth. fl. gr. t. 452* — Lychnis foliis glabris, calyce duriore. *Cup. H. Cath. p. 119, supp. alt. p. 57,* et *panph. 2. t. 51—Bon. t. 7—* L. foliis glabris, calyce duriore. *Bocc. sic. t. 14* — L. segetum, Nigellastrum minus glabrum dicta, flore eleganter rubello. *Moris. hist. 2. s. 5. t. 22. f. 32.*

In campis, collibus aridis sterilibus, interque segetes in Sicilia = et in *Lipari al Cannitello.*

Aprili, Majo. ☉

*Caules* 1-3-pedales, valde ramosi: *folia* ex viridi-glaucescentia, carinata, internodia caulina subaequantia; superiora acuminata: *pedunculi* 2-3-pollicares, laterales semipatentes: *calyces* coriacei, exquisite nervosi, scabriusculi: *flores* inodori: *petala*, et *filamenta* rosea; laminis obcordato-cuneatis, 4-5 lin. longis aliquando emarginatis: *antherae* atrocoeruleae: *capsula* ovato-oblonga, glabra, levis, intra calycem pedicello ipsa subaequilongo suffulta: *semina* cinerescentia, reniformia, lineis transversalibus acutis tubercula aemulantibus notata, ut recte monet Cl. *Moris* in *fl. sard. 1. p. 241.*

3. *L.* GITHAGO. *Dec. l. c. p. 387—Guss. pr. 1. p. 526.*

L. adpresse hirsuta, floribus longe pedunculatis, calycibus cylindraceis 5-fidis, laciniis foliaceis anguste-linearibus tubum aequantibus petala integra duplo superantibus, capsulis intra calycem sessilibus, foliis anguste lanceolato-linearibus, caule erecto superne dichotomo.

Agrostemma Githago. *Lin. sp. pl. 624 — Ucria H. Pan. p. 190* — L. hirsuta segetum, major. *Cup. H. Cath. p. 118.*

Ic. Agrostemma Githago. *Fl. dan. 576 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 5*—Nigellastrum. *Dod. pempt. 173.*

Inter segetes; *Palermo al piano di Camastra, e di S. Erasmo ( Todaro, Parlatore ): Gratteri ( Parlatore ): Terranova, Vittoria, Comiso, Scicli, Noto, Spaccaforno, Itala* = et in *Stromboli.*

Aprili, Majo. ☉

*Planta* undique adpresse hispido-hirsuta, et subcanescens: *caules* basi simplicissimi, 2-4-pedales: *folia* 1-3 lin. lata, 2-3 poll. longa, acuta: *pedunculi* erecti, 4-6-pollicares: *calycis* tubus crasse 10-costatus, 7-9 lin. longus, laciniis lin. latis, acutis, subcanaliculatis, conniventibus, sub anthesi patulis; duae reliquis breviores: *petalorum* laminae purpureae, aliquando vix emarginatae, oblongo-cuneatae, basi albidae, a medio ad basim seriis 3-5 punctorum purpureo-castaneorum notatae; unguibus albidis: *capsula* ovata, levis, glabra: *semina* atra, angulata, tuberculata.

## CERASTIUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 791 — Endl. gen. n. 5241.*

*Cal.* sepala quinque in fructu adpressa. *Pet.* 5, breviter unguiculata, obovato-vel oblongo-cuneata, bifida aut emarginata. *Caps.* 1-locularis, recta vel incurva, apice dehiscens, 10-dentata, polysperma. ( *Herbae* annuae, vel perennes, plus minus hirsutae, aut tomentoso-lanatae: *pedunculi* 1-flori, solitarii, in dichotomia, et terminales subcorymbosi: *flores* albi. )

* *Petalis calyce brevioribus, aut vix excedentibus.*

1. *C.* GLOMERATUM. *Thuil. fl. paris. p. 226*, et *Merat fl. paris. p. 174—Guss. supp. p. 135.*

C. molliter villoso-hirsutum pallide virens superne glanduloso-subviscosum decandrum, foliis caulinis ovalibus, floribus in dichotomia solitariis, in ramorum apicibus glomeratis, petalis bipartitis calyce (concolora) sublongioribus, capsula demum inclinata calycem pedunculumque duplo excedente.

C. viscosum. *Lin. sp. pl. 627*, ex parte—*Fries nov. p. 129—Wil-*

*lem. observat. sur quelques plant. de France p. 45—Chaubard* in *Arch. bot. p. 15 — Presl fl. sic. 1. p. 166—Desf. atl. 1. p. 366*—C. ovale. *Pers. syn. 1. p. 521.*

Ic. C. rotundifolium. *Reich. cent. 3. p. 54. f. 387* — Myosotis altera, hirsuta, viscosa. *Vaill. bot. par. p. 142. t. 30. f. 3*, (non 1.) optima. Confer *Fries* et *Willem. l. c.*

*b.* eglandulosum, non viscosum, calycibus concoloribus.

C. vulgatum. *Lin. fl. svec.*, non *spec.* ex *Fries l. c. p. 129*, et *Mant. p. 30* ex synonymis, ac ex herbario—C. vulgatum. *Guss. pr. 1. p. 524—Ten. syll. app. p. 398* ! —*Reich. cent. 3. p. 38*—Alsine hirsuta, major, foliis subrotundis dilute virentibus. *Cup. H. Cath. p. 6.*

Ic. *Reich. l. c. f. 385*, *386* — Alsina hirsute, major, foliis subrotundis obscure virentibus. *Cup. panph. 1. t. 140*—Myosotis arvensis, hirsuta, parvo flore, subrotundis foliis pallidis. *Bon. t. 129.*

*bb.* sepalis apice attenuato-acuminatis, sub apice scarioso coloratis.

In herbosis, et in cultis enumeratae varietates passim in Sicilia occurrunt: varietas *a.* una cum var. *b.*, et utraeque magis obviae: var. *bb.* potius in montosis frequens, vel in demissis Siciliae septentrionalis; *Piana de' Greci*, *Cotrano*, *S. Agata*—Praeterea var. *a. Saline*, *Lipari Pantellaria*, *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*: var. *b.* in omnibus insulis Siciliae adjacentibus.

Januario, Aprili. ⊙.

*Caules* 2-15-pollicares, basi simplices aut subcaespitoso-ramosi; ramis adscendentibus, superne dichotomis, subapproximatis: *folia* caulina inferiora radicalibus fere similia: *bracteae* non scariosae: *sepala* setis longis articulatis albidis eglandulosis, intermixtis pilis brevioribus glandulosis ac viscidulis vel eglandulosis et omni viscositate carentibus tecta; interiora altero latere tantum vix albo-scariosa: *pedunculi* calycibus breviores, vel demum aequantes: *flores* primum conferti, corymboso-capitati, demum inferiores per caulis et ramorum dichotomias repetitas subpaniculati: *petala* bipartita, calyci aequalia, vel bifida calyce parum longiora: *capsulae* cylindricae, apice incurvae, post anthesim inclinatae, sed *pedunculi* non refracti! : *semina* fulva, fere obovata, compresso-marginata, tuberculata, non lineata ut in *C. triviale.*

Confusionis vitandi gratia specifico *Thuillieri* nomine aptissimo usus sum—Confer auctores citatos etiam pro reliquis synonymis.

2. *C.* DENSIFLORUM. *Guss. supp. p. 136.*

C. pumilum pallide virens hirsuto-villosum pentandrum, caulibus suberectis basi ramosis raro dichotomis, bracteis non scariosis, floribus confertis (nonnullis solitariis axillaribus) subsessilibus, sepalis apice acuminatis subscariosis petala acute bidentata superantibus, capsula erecta pedunculo ac calyce duplo longiore.

C. pentandrum. *Ten. syll. p. 220.*

Ic. *nulla.*

In campis calcareis submontosis inter segetes; *Chiaromonte*, *Ragusa*, *Modica.*

Martio, Aprili. ⊙

*Planta* 1-3-pollicaris, non viscosa, et quoad herbam praecedenti similis: *caules* basi plus minus ramosi, superne raro dichotomi: *folia* caulina infima oblonga, superiora ovalia: *sepala* tuberculato-scabra, pilis longis paucis articulatis eglandulosis tecta, ad margines et ad apicem scariosa: *flores* in extremitate ramorum glomerati, tamen plerumque nonnulli non in dichotomia, sed in axillis foliorum solitarii ac brevissime pedunculati: *stamina* sterilia nulla: *ca-*

*psulae* cylindricae, subincurvae, 3-4 lin. longae, non inclinatae, sub apice saepius rubro-coloratae : *semina* obovata, compressa, rufescentia, ad marginem tuberculata.

3. C. SICULUM. *Guss. supp. p. 137.*

C. villoso-hirsutum superne viscosum pentandrum, ramis approximatis adscendentibus dichotomis, bracteis non scariosis, floribus subpaniculatis, sepalis acutis altero latere scariosis petala bifida superantibus, capsula subinclinata pedunculis inferioribus subbreviore, superiores et calycem duplo excedente.

Ic. *nulla.*

In arenosis, et inter segetes in maritimis; *Terranova, Alicata, Comiso alla Berdia ed ai Scoglitti, S. Croce, Spaccaforno.*

Martio, Aprili. ⊙

Pallide virens, superne arenulis conspurcatum : *caules* basi simplices, aut ramosi, 2-5-pollicares; *rami* dichotomiae aequales, subcorymbosi : *folia* superiora ovalia, aliquaudo acutiuscula : *pedunculi* erecti, aut obliqui; qui in prima caulis divisione extant sunt 3-4 lin. longi : *bracteae* omnino virentes : *calyces* pilis longis albis sparsis ac pancis eglandulosis tecti, aliis brevioribus glanduloso-viscosis intermixtis: *stamina* sterilia nulla : *capsulae* ovato-cylindricae, parum incurvae, et apice attenuatae, erectae vel raro seminibus jam perfectis inclinatae; *pedunculis* non refractis sed obliquis: *semina* subrotundo-ovalia, subcompressa, rufescentia, tuberculata.

Habitus fere sequentis, sed pedunculi non refracti, nec ita elongati ut in illo; flores confertiores, tamen non subcorymbosi; rami minus divaricati, denique pubescentia mollior et longior.

4. C. ARENARIUM. *Ten. syll. app. p. 600—Guss. supp. p. 138.*

C. villoso-hirsutum virescens pentandrum superne viscosum, bracteis sepalisque acutis integris apice albo-scariosis, pedunculis inferioribus elongatis (6-12 lin.) demum refractis, panicula dichotomo-umbellata, petalis emarginato-bilobis calycem aequantibus, capsulis illo semel longioribus.

C. semidecandrum. *Desf. atl. 1. p. 366—Smith britt. 2. p. 497—Host fl. austr. 1. p. 557—Marsch. fl. taur.-cauc. 1. p. 358*, ac *3. p. 59*, et omnium auctorum, qui stamina tantum quinque, colorem virentem et viscositatem huic speciei tribuunt.

Ic. C. semidecandrum. *Reich. cent. 2. f. 315*, et *316 ?*

*b. dubium*; intensius virens, omni viscositate fere carens, caule erecto basi subcaespitoso, ramis diffusis adscendentibusque, caulinis articulis brevioribus.

C. pellucidum. *Chaub. l. c. p. 47—Dec. pr. 1. p. 416*—C. semidecandrum. *b. pellucidum — Willem. l. c. p. 46* — C. semidecandrum. *Ten. syll. app. p. 599*, et omnium auctorum, qui praeter characteres superius notatos viscositatem nullam dicunt.

In herbosis apricis; var. *a.* in maritimis arenosis; var. *b.* in ruderatis, ad vias, et in campis gregarie provenit in Sicilia.

Februario, Aprili. ⊙

Viscositas, magnitudo ac pubescentia eximie variant in hac specie; tamen characteres constantes sunt : *caules* superne dichotomo-umbelicati; dichotomiae ramis aequalibus, plus minus divaricatis : *pedunculi* in primaria caulis divisione elongati ac refracti, capsula multo longiores, basi plus minus incrassati : *bracteae* ac *sepala*, ad apicem et margines usque ad medium albo-scariosa : *petala* candida, calyci aequalia aut parum excedentia : *flores* per repetitas dichotomias saepius paniculati : *capsula* recta, vel apice

parum incurva, ovato-cylindrica, et latior quam in affinibus: *semina* rufescentia, orbiculata, utrinque depressa, minute granulata.

Myosotis arvensis, hirsuta, minor. *Vaill. bot. par. p. 142. t. 30: f. 2*, quae passim ab auctoribus ad *C. pentandrum* ob habitum recte refertur, ad *C. glutinosum* citatur a *Fries l. c. p. 153* ob *Vaill.* descriptionem, in qua stamina decem dicuntur: sed *Vaill. l. c.* duas species simul confusas esse suspicatur, quarum altera decandra—Icon *Reich.* sepalis denticulatis differt.

5. *C.* PENTANDRUM. *Lin. sp. pl. 627—Guss. pr. 1. p. 527.*

C. hirsutulum erectum pallide virens pentandrum superne subviscosum, bracteis non scariosis calycibusque glanduloso-pubescentibus, pedunculis inferioribus subelongatis (3-4 lin.) demum refractis, floribus sparsis vel terminalibus, sepalis apice scariosis denticulatis petala 2-3-dentata integraque superantibus capsula parum brevioribus.

C. semidecandrum. *Presl fl. sic. 1. p. 167* ex descriptione — *Mert.* et *Koch fl. germ. 3. p. 340*, quoad petala et calycem; sed in nostro bracteae non scariosae, et flores pentandri.

Ic. *nulla.*

In herbosis arenosis maritimis Siciliae et in *Favignana*, *Maretimo*. Martio, Aprili. ⊙

*Caules* 1-3-pollicares, basi saepius simplices, apice bifidi vel sub dichotomi; ramis parum divaricatis, aequalibus: *flores* parvi, in divisione caulis solitarii, in apice ramorum conferti, non dichotomo-corymbosi, ut in praecedente, cui quoad habitum simile: *petala* angustissima, aliquando 2-3-dentata, calyce fere dimidio breviora: *stamina* sterilia nulla: *capsula* vix calycem excedens: *semina* fusca, subglobosa, non compressa, granulata.

Quamvis petala raro in siculis plantis integra sint, tamen ob habitum et exilitatem (*planta minima Lin.*) potius hoc quam sequens ad *C. pentandrum Lin.* referre mihi visum est—Specimina in ipsius herbario desiderantur: illa herb. *Banks.* plantam fere glabram exhibent; proinde species adhuc dubia, et a botanicis hispanis illustranda.

6. *C.* FALLAX. *Guss. supp. p. 139.*

C. hirsutulum virescens pentandrum superne subviscosum, foliis caulinis ovalibus obtusissimis, bracteis inferioribus virentibus, superioribus sepalisque apice scariosis acuminatis integris, pedunculis inferioribus elongatis (6-10 lin.) demum refractis, floribus paniculato-umbellatis, petalis 1-3-dentatis integrisque angustis calyce duplo brevioribus, capsulis illum duplo excedentibus.

G. pentandrum. *Marsch. fl. taur. cauc. 1. p. 359*, et *3. p. 319 ?* —C. pumilum. *Mert.* et *Koch fl. germ. 3. p. 343*, quoad bracteas et calyces, non quoad petala ac pedunculos, qui in *C. pumilo* inclinati non vero refracti.

Ic. C. pentandrum. *Kroch. fl. sil. 2. p. 81. t. 7?*

In herbosis arenosis submontosis: *falde della Pizzuta sulla Piana de' Greci* (*Gasparrini*).

Martio, Aprili. ⊙

*Habitus* potius *C. arenarii*, quam praecedentis: *caules* 1-10-pollicares, basi simplices aut ramosi; ramis subdivaricatis, aequalibus: *pedunculi*, *calyces*, et *bracteae* pilis glanduliferis tecti, aliis paucis simplicibus longioribus articulatis intermixtis: *flores* saepius dichotomo-umbellati: *sepala* sub apice atrorubente acuminata: *petala* linearia, angusta, pallide alba, acute emarginata, vel 2-3

dentata, et sat raro integra, calyce semper duplo fere breviora: *stamina* aliquando sex, sterilia nulla: *capsula* recta: *semina*....
Descriptiones *C. pentandri Marsch.*, et *Kroch. l. c.*, nec non icon istius magis cum hoc, quam cum praecedente conveniunt. Cum *C. arenario* facillime commutatur, sed petalis pallide albis, calyce duplo brevioribus, aliisque notis diversum videtur.

7. *C.* ALSINOIDES. *Pers. syn. 1. p. 521? — Loisl. fl. gall. ed. 2. v. 1. p. 324* ex loco!—*Guss. supp. p. 140.*
C. subhirsutum virescens pentandrum superne viscosum, caulibus subdichotomis, dichotomiae articulis inaequalibus, bracteis non scariosis, pedunculis inferioribus elongatis (5-10 lin.) refractis demum erectis, floribus sparsis, terminalibus subapproximatis, sepalis apice vix scariosis petala acute bidentata subexcedentibus, capsulis calyce semel longioribus.
Ic. *nulla.*
In arenosis herbosis; *Nicosia*, *Sperlinga.*
Martio, Aprili. ⊙
*Caules* 4-12-pollicares, basi valde ramosi, subcaespitosi, superne elongati, laxiusculi, subpaniculati; dichotomiae articulis approximatis, altero elongato; aut dichotomiae loco pedunculum solitarium in foliorum axillis vel duo, et tunc etiam altero longiore, quo charactere ab affinibus facillime distinguitur: *folia* superiora aliquando acutiuscula: *pedunculi* inferiores 5-10-lineares, superiores duplo fere breviores, omnes vero, uti *calyces* et *bracteae* pilis brevibus glanduloso-hirsutiusculi: *sepala* apice integra: *petala* alba: *stamina* sterilia nulla: *semina* rufescentia, compressa, fere ovalia, leviuscula: *habitus C. arenarii* quoad colorem et pubescentiam, sed quoad ramificationem sequenti magis affine.
Specimina prope Bajonam a *Biaritz* in locis arenosis a me collecta non differunt a planta sicula nisi viscositate majore, caulibus brevioribus, foliis crassioribus, habitu robustiore et rigidiore, quod certe locorum diversitate tribuendum; siquidem dichotomiae articuli inaequales, ac reliqui characteres similes sunt, et capsula calyce semel longior, non vero brevior, uti a nonnullis praedicatur. Nescio quo jure cum *C. viscoso* (*Benth. cat. pl. pyr. p. 69*), aut cum *C. semidecandro* (*Dec. pr. 1. p. 416*) fuerit associatum, a quibus, uti ab affinibus pentandris, indicatis dichotomiae characteribus prorsus alienum. Confer quoque *Mert.* et *Koch fl. germ. 3. p. 345.*

8. *C.* BRACHYPETALUM. *Pers. syn. 1. p. 520—Dec. pr. 1. p. 416—Guss. pr. 1. p. 528*, et *supp. p. 141*, exclusa varietate *b.*
C. hirsutum pallide virens subcanescens decandrum non viscosum, caulibus erectis dichotomis, bracteis non scariosis, pedunculis inferioribus elongatis (8-14 lin.) inclinatis vel refractis, floribus sparse dichotomo-paniculatis, sepalis acutis interioribus margine membranaceis petala bipartita subduplo superantibus, capsulis cernuis calyce parum longioribus.
C. strigosum. *Fries l. c. p. 131*, quod tamen varietas minus explicata est speciei typus ex *Willem. l. c. p. 46*—C. semidecandrum. *Chaub. l. c. p. 48.*
Ic. *Dec. pl. gall. rar. t. 44—Reich. cent. 5. f. 588.*
In sylvaticis herbosis, et in umbrosis montosis; *Palermo a S. Martino*, *Pizzuta*, *Sagana*, *Busambra*=et in *Pantellaria*, *Maretimo*, *Felicuri sul monte.*
Aprili, Majo. ⊙

*Pubescentia* substrigosa, patens vel erectiuscula, pilis longis: *articuli* in dichotomia saepius inaequales: *pedunculi* elongati et saepe fere pollicares, demum erecti, ac apice tantum curvati, unde *capsulae* cernuae; quae fere ovatae: *petala* sat raro calyci subaequalia: *semina* rufescentia, compressiuscula, dorso et lateribus granulata.

C. pilosum *Sibth. fl. gr. t. 454*, huic simile, sed caule stricto, et capsulis erectis calycem aequantibus non superantibus diversum.

9. *C. luridum. Guss.*

C. patenter ac conferte piloso-hirsutum sordide obscure virescens pentandrum, caulibus erectiusculis, pedunculis fructiferis inclinatis refractisque, inferioribus longioribus, bracteis opacis, floribus laxiuscule dichotomo-paniculatis, sepalis acutis pilis viscoso-glandulosis tecti, omnibus ad apicem margine scariosis petala bipartita superantibus, capsulis cernuis calyce parum longioribus.

C. brachypetalum *b.* viscosum. *Guss. supp. p. 141* — C. tauricum. *Spr. s. veg. 2. p. 419*, at *Mert* et *Koch fl. germ. 3. p. 340 ?*

Ic. *nulla.*

In apricis montosis herbosis; *Monti della Piana* (*Gasparrini*); *Busambra*, *Madonie*, *Monti di Cammarata.*

Aprili, Maio. ⊙.

Hoc videtur illa varietas praecedentis de qua loquitur *Fries l. c. p. 132*; sed ab illo diversum, quia rami magis approximati, pedunculi parum breviores, herba magis caespitosa, et quoad habitum *C. viscido Ten. syll. app. p. 599* magis affine, tamen indicatis characteribus quoque alienum.

In omnibus speciebus hujus sectionis, et in sequente *C. campanulato*, quod annuum uti illae, *caulis* articuli inferiores breviores, adscendendo elongati: *folia* radicalia obtusa, spathulata vel spathulato-oblonga, plus minus in petiolum attenuata; caulina inferiora radicalibus similia, reliqua subconnato-sessilia, ovata vel ovalia, obtusissima aut acutiuscula, et inde characteres a foliis petiti in speciebus enumeratis nullius momenti sunt.

** *Petalis calyce duplo longioribus.*

10. *C. campanulatum. Viv. ann. bot. 1. p. 2—Dec. pr. 1. p. 417 —Guss. pr. 1. p. 528.*

C. annuum villosum virescens subviscosum decandrum, caule erecto, ramis diffusis adscendentibusque, foliis caulinis oblongis, pedunculis inferioribus elongatis inclinatis vel refractis, bracteis non scariosis, floribus sparse dichotomo-paniculatis, corollis campanulatis, petalis bifidis, capsulis cernuis calycem parum excedentibus.

C. praecox. *Ten. fl. nap. pr. p. 24.*

Io. *Viv. l. c. t. 1—Sebast. rom. pl. fasc. 2. t. 5. f. 1.*

In arvis arenosis; *Catania.*

Januario, Martio. ⊙

*Herba* obscure virens: *caules* basi simplices vel caespitosi, superne dichotomo-paniculati, palmares vel pedales: *flores* candidi: *capsulae* ut in praecedente ovatae, calycem per lineam excedentes.

Quoad flores ad hanc sectionem spectat, sed quoad habitum omnino praecedentibus adnumerandum.

11. *C. hirsutum. Ten. syll. p. 222*, *c. siculum. Guss. supp. p. 142.*

C. obscure virens hirsuto-pubescens perenne, radice repente, caulibus diffusis, floribus erectis, foliis inferioribus ovalibus oblongisque obtusis, reliquis oblongo-lanceolatis acutiusculis, pedunculis erectis

elongatis glanduloso-viscosis, panicula dichotomo-corymbosa, bracteis calycibusque obtusis margine apiceque scariosis, capsulis......
C. arvense, b. *glandulosum*. *Guss. pr. 1. p. 529.*
In herbosis montosis; *Busambra*, *Ficuzza.*
Majo, Junio. ♃
*Folia* inferiora 2-3 lin. lata, 3-5 lin. longa, caulina ½-3 lin. lata, 5-10 lin. longa: *pedunculi*, *bracteae* et *calyces* terra conspurcati: *capsulas* perfectas non vidi.
Differt a *C. hirsuto b. latifolio Ten.*, foliis longioribus angustioribus, hirsutie minore, calycibus bracteisque obtusioribus, et magis scariosis. An species propria?

12. *C. TOMENTOSUM. Lin. sp. pl. 629*, exclusa var. *a.—Guss. pr. 1. p. 529.*
C. tomentoso-lanatum viridi-canescens perenne, radice repente, caulibus diffusis, floriferis erectis, foliis lanceolato-linearibus (8-12 lin. longis 2-3 lin. latis) acutis, pedunculis erectis elongatis, panicula dichotomo-corymbosa, bracteis calycibusque obtusis margine scariosis, capsula cylindracea erecta calycem parum excedente.
C. tomentosum, *a. Guss. pr. l. c.* — C. tomentosum. *Presl fl. sic. 1. p. 167*, exclusis synonymis *Cupan. Columm.* et *Ten.*—C. tomentosum herb. *Lin.*, *Bancks.* ex Hispania, ac *Sibth.*, nonnisi foliis magis virentibus et acutioribus differt—Caryophyllus holosteus, tomentosus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 16.*
Ic. *Sibth. fl. gr. t. 455.*
*b.* foliis lineari-lanceolatis (1-1 ½ lin. latis, 6-10 lin. longis) junioribus tenue tomentoso-canescentibus demum glabratis virentibus, caulibus gracilioribus ramosioribus 5-6 poll. longis.
C. arvense, *a. Guss. pr. l.c.*, et forsan nonnullorum botanicorum Italiae, exclusis synonymis praeter *Cupani* ac *Bonanni.*
Ic. Alsine purpurascente candido flore, thymifolio squalido duro. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 6*, et *panph. 2. t. 208—Bon. t. 141 ?*
*c.* foliis ut in praecedente, sed candidis et dense tomentoso-lanatis.
*C. album*, dense tomentoso-album, caulibus adscendentibus, foliis inferioribus ellipticis, superioribus linearibus, floribus dichotomis, sepalis ovatis margine scariosis corolla brevioribus, capsula cylindrica calyce dimidio longiore. *Presl fl. sic. 1. p. 168*—C. tomentosum, *b. Guss. pr. l. c.*—C. Columnae. *Ten. fl. nap. pr. p. 27*—Lychnis arvensis, minor, vulgaris, hirsuta. *Cup. H. Cath. p. 12*—Alsine incana, thymifolio, repens. *Cast. H. Mess. p. 2.*
Ic. Ocymoides Lychnitis. *Columm. phyt. ed. nap. t. 20*—Caryophyllus holosteus, tomentosus, alpinus, flore magno sulcato. *Cup. panph. 1. t. 169*, et *2. t. 181.*
*d.* caule elatiore 6-12-pollicari ramosiore, foliis tomentoso-lanatis incano-cinereis.
C. tomentosum, *c. Guss. pr. l.c.*, sed deleatur synonymon *C. elati Ten.*, nam species haec a laudato auctore non descripta, et nonnisi lapsu calami in *prodromo* citata invenitur.
In apricis herbosis montosis; varietas *a. Busambra*: var. *b.* in elatioribus montosis, *Madonie, Etna*: var. *c. Madonie, Monte Scuderi*: var. *d. Madonie.*
Majo, Junio. ♃
Cum plurimis plantis loco natali inspectis unam ad alteram varietatem transire cognovi, ideoque in plures species dirimere non ausus sum—Varietas *b. C. arvense* et *C. repens Reich.* fere refert, ut var. *d. C. argenteum*; sed in planta sicula folia non sunt revoluta—Characteres constantes in specie, sunt: *folia* ima

radicalia spathulata, in petiolum attenuata, aetate demum glabrata et virentia: *pedunculi* erecti, elongati, et qui in dichotomia bracteati: *panicula* corymbosa: *bracteae* ac *calyces* margine scarioso plus minus lato circumdati, integri aut denticulato-laceri, obtusi vel acutiusculi: *capsulae* calycem lineam excedentes—Variat foliis axillaribus fasciculatis vel nullis.

Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p. 746-763*, quem confer, de pluribus speciebus aliter sentit, sed quia plantas vivas repetita vice examinavi, sic donec meliora innotescant nihil immutare arbitratus sum.

## SPERGULA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 798—Endl. gen. n. 5219.*

*Cal.* sepala quinque in fructu adpressa. *Pet.* 5, ovata, vel ovalia, brevissime unguiculata, integerrima. *Caps.* 1-locularis, 5-valvis, polysperma. (*Herbae* annuae, aut perennes: *folia* anguste linearia, opposita et tunc exstipulata, vel verticillata ac stipulata: *pedunculi* axillares, solitarii, 1-flori: *flores* albi, parvi.)

1. S. VULGARIS. Boenn. in *Reich. fl. germ. excur. 2. p. 567.*

S. obscure virens puberulo-glandulosa subviscosa, caulibus diffusis erectisque, foliis verticillatis, floribus 5-raro-10-andris, seminibus sphaeroideis nigris papillis albis clavatis erectis sparsis hispidulis, margine angustissimo (albo vel nigro) circumdatis.

S. arvensis. *Guss. pr. 1. p. 530—Ucria H. Pan. p. 194—Presl fl. sic. 1. p. 159*, exclusis omnibus synonymis.

Ic. *Reich. cent. 7. p. 11. f. 705*, etiam ex speciminibus siccis!

In campis cultis arenosis; *Messina*, *Milazzo*, *Fiume di Nisi*: *Ficuzza* (*Parlatore*)=et in *Alicuri sotto l' Ilice*, *Lipari*, *Saline*, *Vulcano*, *Pantellaria*.

Februario, Aprili. ☉

*Caules* ad nodos incrassati, 4-12-pollicares: *folia* fere teretia: *pedunculi* fructiferi elongati, deflexi, penduli: *petala* ovalia, candida, obtusiuscula, calycem parum excedentia: *capsula* ovata, virescens, glaberrima, nitida, calycem superans.

Ad hanc spectare videtur *S. arvensis pentandra*, de qua meminit Cl. *Brot.* in *Fl. lusit. 2. p. 241.*

2. S. SUBULATA. *Swartz act. Acc. Holm. 1789. p. 45—Willd. sp. pl. 2. p. 820—Guss. pr. 1. p. 531.*

S. caespitosa glanduloso-pubescens, foliis oppositis subsecundis anguste lineari-subulatis subaristatis, pedunculis solitariis longissimis demum apice curvatis, petalis calyci aequalibus.

S. saginoides *var. Brot. fl. lusit. 2. p. 215*—Sagina subulata. *Presl fl. sic. 1. p. 158.*

Ic. *Fl. dan. 858.*

In arenosis montosis, et nemorosis; *Etna*, *Madonie*, *Monte Scuderi*, *Itala*, *Boschi di Valdemone*.

Majo, Junio. ♃

*Caules* diffusi, vel erectiusculi, filiformes, 2-4-pollicares: *folia* erecto-patentia, vix 1/3 lin. lata, 4-6 lin. longa, ad basim margine albo-scariosa, saepe in axillis fasciculata, subtus carinata: *pedunculi* capillares, erecti, 1-2-pollicares: *sepala* oblonga, obtusa, vix ad margines albido-scariosa: *petala* elliptica, obtusa: *stamina*

plerumque 5: *capsula* glaberrima, tennis et pellucida, calycem superans, 5-raro-6-valvis; valvis rectis: *semina* rufescentia, subpyriformia, compressiuscula, tenuissime granulata.

Forsan non immerito Cl. *Moris* in *fl. sard. 1. p. 282* hanc cum *S. saginoide* conjungit, et meliore jure ad *Saginas* foret referenda, uti facit *Presl* in *fl. sic. l. c.*

## COTYLEDON.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 778—Juss. 207.*

*Cal.* 5-partitus, persistens. *Cor.* 1-petala, infera, tubulosa, persistens, 5-dentata. *Squamae* nectariferae 5, obtusae, ad basim germinum. *Caps.* 5, 1-loculares, polyspermae, apice attenuatae, introrsum longitudinaliter dehiscentes. *Sem.* numerosa, exigua. (*Herbae* glaberrimae, laete virentes: *folia* crassa, sparsa, simplicia, indivisa, exstipulata: *flores* parvi, bracteati, in racemis terminalibus simplicibus. *Crassulaceae Dec.*)

1. C. UMBILICUS. *Lin. sp. pl. 615*, exclusa var. *a.* — *Ucria H. Pan. p. 187—Guss. pr. 1. p. 516.*

C. glaberrima, radice tuberosa, caule subsimplici, foliis radicalibus cauliuisque inferioribus orbiculatis peltatis concavis repando-crenatis, corollis tubulosis pendulis dentibus obtusis, pedunculis bractea lineari-lanceolata integra duplo longioribus.

Umbilicus pendulinus. *Dec. pr. 3. p. 400*—C. nummulariaefolio plano, sive Saxifragiae albae folio. *Cup. H. Cath. p. 60*—Cotyledon. *Cast. H. Mess. p. 36.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 389. f. 1*—Umbilicus pendulinus. *Dec. pl. gras. t. 156* — C. media, nemorensis, Saxifragiae albae rotundifoliae foliis. *Cup. panph. 2. t. 154*—Cotyledon. *Dod. pempt. 131.*

In humidis montosis sylvaticis, ad rupes muscosas, ad muros, et ad saxorum rimas; *Palermo* (*Parlatore*): *Monte Cuccio*, *Pizzuta*, *Ficuzza*, *Busambra*, *Madonie*=et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Pantellaria*, *Maretimo*, *Favignana*.

Aprili, Majo. ♃

*Caules* erecti, vel adscendentes, 2-10-pollicares, basi aliquando rubentes vel rubro-lineati: *folia* et *radices* ut in sequente; sed *caulina* etiam lata, ac petiolata: *bracteae* acutiusculae, utrinque convexae, demum reflexae: *calyx* vix ½ lin. longus; laciniis ovatis, acutis, integris: *corollae* stramineae, impunctatae, clausae, angulatae, 3-4 lin. longae, lin. latae, angulatae; dentibus brevibus, rotundatis, sed mucronatis, conniventibus: *filamenta* brevissima: *squamae* nectariferae vix ½ lin. longae, apice emarginato-bidentatae, intense purpurascentes: *semina* minutissima, oblongo-linearia, nitidula, ut in sequente, in qua fere nigra, in *C. umbilico* fusco-viridula: *racemi* plus minus densi, at saepius flores sunt remotissimi.

Synonymon *Ucriae* pari jure adj hanc speciem, vel ad sequentem spectare potest.

2. C. HORIZONTALIS. *Guss. ind. sem. H. R.* in *Bocc. an. 1826. p. 4*, et *pr. 1. p. 517—Presl. fl. sic. 1. p. 517.*

C. glaberrima, radice tuberosa, caule subramoso, foliis radicalibus peltatis orbiculatis concavis repando-crenatis, corollis horizontalibus

tubulosis dentibus acutis, pedunculis bractea lineari-setacea vel lanceolata duplo brevioribus.

Umbilicus horizontalis. *Dec. pr. 3. p. 400*—U. veneris. *Cast. H.Mess. p. 47*—C. major. *Cup. H. Cath. p. 60*, et *supp. alt. p. 25.*

Ic. *Ten. fl. nap. t. 234. f. 1.*

In muris, ad saxorum rimas, ac in tectis fere ubique cum antecedente in Sicilia, sed magis obvia=et in *Ustica, Alicuri, Saline, Panaria, Basiluzzo, Lipari, Lampedusa, Pantellaria, Favignana, Maretimo, Levanzo.*

Majo, Junio. ♃

*Tubera* extus albida vel fusca, magnitudine *Pisi* vel *Nucis juglandidis*, radiculis tenuibus ut in praecedente undique tecta : *caules* erecti vel adscendentes, cum racemis 2 - pollicares vel 2 - pedales, et tunc aliquando apice ramosi, una cum petiolis teretibus albidi, at praesertim ad basim rubro-lineati : *folia* subtus pallidiora ; radicalia et caulina inferiora longe petiolata, diametro 6 - 24 - lineari ; crenis obtusissimis, vel ut in praecedente acutiusculis ; media nec peltata nec concava, sed obovato-cuneata, in petiolum latum canaliculatum attenuata ; superiora bracteaeformia, sessilia, lanceolato-linearia, adscendendo angustiora, adpressa : *racemi* densiflori : *bracteae* acutae, fere dimidium corollae attingentes : *pedunculi* vix $1/2$ lin. longi : *calycis* laciniae ovatae, acutiusculae, virentes, brevissimae : *corollae* basi sordide virentes, ad apicem purpurascentes, caeterum fere ochroleucae ; dentibus acutis vel acutissimis, sub anthesi erectis, demum conniventibus : *stamina* ut in praecedente inclusa : *filamentis* brevissimis, albis ; *antheris* viridulis : *germina* virentia : *squamae* nectariferae albae, anguste-lineares, obtusae vel bidentatae, calycinas lacinias aequantes.

Ad hanc spectare videtur varietas *C. umbilici*, de qua loquitur Cl. *Brot.* in *fl. lusit. 2. p. 204* in observatione prima.

## SEDUM.

*Gen. pl. ed Schreb. n. 789 — Juss. 207.*

*Cal.* 5 - partitus, persistens. *Pet.* 5, infera, calycinis laciniis alterna, saepe stellatim patentia. *Squam.* 5 ad basim germinum, integrae, aut vix emarginatae. *Caps.* 5, 1 - loculares, polyspermae, apice attenuatae, introrsum longitudinaliter dehiscentes. *Sem.* exigua, numerosa. ( *Herbae*, aut suffrutices : *folia* crassa, exstipulata, simplicia, opposita vel alterna, teretia vel plana : *flores* cymosi, aut paniculati, parvi, albi, coerulei, vel flavi, petalis persistentibus. *Crassulaceae Dec.* )

### * *Folia plana.*

1\. *S. stellatum. Lin. sp. pl. 617—Ucria H. Pan. p. 188— Guss. pr. 1. p. 518.*

**S.** glaberrimum, foliis deltoideo-cuneiformibus suborbiculatisque crenatis dentatisve, floribus lutescentibus secus cymae ramos solitariis sessilibus, petalis anguste lanceolatis calyce brevioribus.

Cotyledon stellata. *Cast. H. Mess. p. 36.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 446*, sed in icone flores pallidiores.

*b.* floribus albido-coeruleis.

S. echinatum, vel stellatum, flore albo. *Cup. H. Cath. p. 199*—S. deltoideum. *Ten. fl. nap. pr. p. 6.*
Ic. Sempervivum tertium. *Column. phyt. ed. neap. p. 42.*
In muris, tectis, collibus aridis, ac in lapidosis: var. *a.*, *Ragusa*, *Modica*, *Spaccaforno*: var. *b.* magis obvia in Sicilia=nec non in *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Saline*, *Stromboli*, *Panaria*, *Lipari*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Favignana.*
Aprili, Majo. ☉
*Caules* 1-5-pollicares, simplices vel basi ramosi: *folia* laete virentia, plana, vel concaviuscula, in petiolum attenuata, margine papulis pellucidis instructa, ita ut dum hae longiusculae sunt fere ciliata, praesertim ad petiolum, videntur: *cyma* centralis trifida, laterales bifidae, ramis demum saepe recurvis: *flores* in divisione cymarum et ad latera ramorum alterni, suffulti bracteis concavis acutiusculis lanceolatis integerrimis, vel cuneatis apice dentatis: *calycis* laciniae teretiusculae, anguste-lineares, patentes in fructu conniventes, bracteis duplo longiores: *petala* acuta, carinata, concava: *capsulis* demum stellatim patentes, mucronulatae, ad latera subscariosae.

2. S. GALIOIDES. *All. ped. 2. p. 120—Guss. pr. 1. p. 518.*
S. caule erecto vel adscendente pedunculisque puberulis, foliis integerrimis sparsis spathulato-linearibus obtusis, inferioribus verticillatis 3-4-nis, petalis acuminato-aristatis, floribus paniculatis.
S. tetraphyllum. *Smith fl. gr. pr. 1. p. 309*, ex synonymo *Ray* — S. minus, aetneum, Alsine, sive Portulacae folio, hirsutum, flosculis herbidis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 82* — Cepaea. *Cast. H. Mess. p. 35.*
Ic. *All. l. c. t. 65. f. 3*—S. spathulatum. *Wald.* et *Kit. pl. rar. hung. 2. t. 104?* — S. minus, alsinaefolium, obtusum, coliculo hirsuto, flosculis ad nodos ramosis in turrim concinnatis, aetnense. *Cup. panph. 1. t. 213?*
*b. glabrum.*
Ic. S. minus, Messanense, Portulacae vermiculato folio. *Cup. panph. 1. t. 231—Bon. t. 81.*
In muris, ad sepes umbrosas, et in sylvaticis arenosis; *Madonie alla Colma grande* (*Parlatore*): *Olivieri*, *Messina*, *Taormina*, *Catania*, *Bronte*, *Francavilla*, *Floresta*=et in *Saline*, *Panaria*, *Lipari.*
Majo, Junio. ☉
*Caules* 4-12-pollicares, et quamvis annotini basi saepe radicantes: *rami* terni, verticillati: *folia* aliquando margine ciliata, inferiora approximata, rosulata, et uti caulina media demum reflexa ac recurva, in petiolum solutum canaliculatum attenuata; 1 - 3 lin. lata, 3 - 7 lin. longa: *calycis* laciniae sub anthesi apice recurvae, inde adpressae, ac erectae, sparse glanduloso-pilosae: *petala* albida, ad carinam rubella ac puberula: *filamenta* et *pistilla* glabra ac alba: *antheris* rubentibus: *capsulae* erecto-conniventes, pubescentes, petala parum excedentes: *flores* in racemulis axillaribus remoti, at in parte superiore caulis fere paniculam terminalem constituunt.
Uti notat Cl. *Bertol.* in *am. ital. p. 28* pro loci natura variat vel ex toto virens, vel undique lineis et punctis rubentibus adspersum—In icone *Wald.* et *Kit*: *caulis* et *folia* nimis villosa, et haec fere omnia alterna—Icon *S. tetraphylli*, *Sibth. fl. gr. t. 448*, et specimina herbarii differunt a nostro, *habitu* humiliore, *foliis* pubescentibus, *floribus* confertioribus—*S. Cepaea* herb. *Lin.* (specimen malum, et folia pauca) videtur diversum, foliis non verticillatis, et ramis divari-

catis; hinc non immerito a Cl. *Dec.* in *pr. 3. p. 404* tanquam ejusdem speciei varietates habentur.

** *Folia teretia, vel semiteretia.*

*1. Flores paniculati.*

3. S. CLUSIANUM. *Guss.*

S. glabrum, caulibus caespitosis adscendentibus, junioribus basi radicantibus conferte foliosis, floriferis erectis, foliis oblongo-linearibus teretibus (raro supra planiusculis) obtusis patentibus basi aequaliter sessilibus, floribus (albis) paniculato-corymbosis, petalis ellipticis acutiusculis, capsulis rostratis erecto-conniventibus.

S. album. *Guss. pr. 1. p. 522*—S. minus. *Cast. H. Mess. p. 21.*

Ic. S. minus II. *Clus. hist. 2. p. 59*—S. medium, teretifolium. *Moris. hist. 3. s. 12. t. 2. f. 24* (nam *f. 28* ad *S. album* verum spectat)—S. minus, teretifolium, album. *Cup. H. Cath. p. 199*, et *panph. 2. t. 198.*

In muris, et in muscosis calcareis montosis in Sicilia.

Junio, Julio. ♃

*Caules* rubentes, aliquando puberuli; steriles 1-3-pollicares, ramosissimi, ideoque caespitosi; floriferi 3-5-pollicares, simplicissimi: *folia* recta, vel parum incurva, undique glandulis impressis, praesertim versus apicem notata, ita ut ob margines elevatos foveolarum, fere verruculis scabra ibi videntur, semper patentia, non deflexa, ut in *S. albo*; in ramulis sterilibus valde approximata et breviora, in floriferis remota, 4-5 lin. longa; protracta florescentia superne planiuscula, et saepe canaliculata: *flores* dense corymbosi, bracteis nonnullis tantum ad pedunculos inferiores subjectis: *calycis* laciniae virentes, petalis 3-plo breviores, ovatae, obtusae, adpressae: *petala* uti *filamenta* ac *pistillum* candida, concoloria, vel subtus ad carinam rubentia, concava, 1 $\frac{1}{2}$ - 2 lin. longa, vix lin. lata: *filamenta* corollam subaequantia, *stylos* vero duplo superantia: *antherae* atrorubentes.

*Habitus S. albi*, pro quo habui; sed praeter characteres notatos, *caules* magis radicantes, puberuli, demum rubentes; *folia* duplo breviora et aliquando fere turbinata: *petala* non obtusa, ut in illo, sed acutiuscula et rubro-carinata.

8. S. COERULEUM. *Vahl symb. 2. p. 51*—*Spr. s. veg. 2. p. 437.*

S. glabrum, caule erecto vel adscendente gracili, foliis oblongo-linearibus sparsis patentibus tereti-depressis obtusis basi aequaliter sessilibus, pedunculis filiformibus, racemis corymboso-paniculatis, petalis (6-8) elliptico-oblongis obtusiusculis (azureis) calycinas lacinias obtusas duplo superantibus, capsulis semipatentibus aristatis.

S. heptapetalum. *Guss. pr. 1. p. 521*, non *Poir.*—S. azureum. *Desf. atl. 1. p. 362!* ex ejusdem herbario—S. rubens. *Ucria H. Pan. p. 189*, non *Lin.*—S. minus, vermiculatum, stellatum, purpureum. *Cup. H. Cath. p. 199*, et — S. minimum, non acre, totum rubrum, flore hexapetalo, purpureo. *supp. alt. p. 82.*

Ic. S. vermiculare, pumilum, glabrum, floribus parvis coeruleis. *Shav. it. f. 550* (ex *Vahl*) — S. minus, vermiculatum, stellatum, purpureum. *Cup. panph. 2. t. 134.*

In muris, tectis, lapidosis calcareis vel vulcanicis ubique in Sicilia = ac in *Levanzo*, *Favignana*, *Maretimo.*

Februario, Majo. ⊙

*Planta* laete virens, aetate demum undique rubescens, 2-8-pollica-

ris, plerumque caespitosa, et gregarie crescens: *caules* alterne ramosi; ramis erecto-patulis, subcorymbosis; junioribus virentibus, una cum pedunculi lineis purpureis notatis: *folia* 3-6 lin. longa, diametro aliquando 2-lineari, recta vel raro arcuato-recurva, inferiora approximata: *racemi* breves, 1-3 pollicares: *bracteae* nullae: *pedunculi* graciles, glabri, vel puberuli, 4-6-lineares, alterni, in fructu bifarii, ac erecto-patentes, ut in *Myosotide*: *flores* grate odori: *calycis* basi fere urceolati laciniae ellipticae, erectae: *petala* stellatim patentia, amoene coerulea, raro albido-carnea, basi vero interne albida, ½-1 lin. ad summum lata, 1½-2 lin. longa, concaviuscula: *filamenta* 10-14, ac pistillum candida, petalis paullo breviora; *antheris* fuscis: *capsulae* aristatae, maturae semistellato-patentes; petala aequantes, a basi ad medium setulis albidis conspersae: *semina* ovoidea, glabra, levia, nitidula, viridi-rufescentia.

Dum petala sunt octo, tunc stamina 14, et pistilla septem: *pedunculi* ebracteati, sed aliquando bracteolae nonnullae hinc inde adsunt—Quamvis Cl. *Willd.* in *sp. pl. 2. p. 766 S. coeruleum Lin. mant. alt. p. 241* ab hoc diversum putet, tamen descriptio quamvis a *Willich. obs.* 58 mutuata, cum nostro satis convenire videtur. An et *S. heptapetalum Poir.* ab hoc quoque satis diversum?

5. S. NEAPOLITANUM. *Ten. syll. p. 536.*

S. glabrum caespitosum viridi-glaucescens, caulibus gracilibus decumbentibus, foliis elliptico-spathulatis obtusis basi angustatis adnato-sessilibus, glandulis pellucidis impressis, surculorum sterilium imbricatis utrinque gibbis, floriferorum planiusculis (majoribus), panicula pauciflora terminali, pedunculis sparse glanduloso-pilosis, petalis obtusis.

Ic. *Ten. fl. nap. t. 229. f. 2.*

In muris, et in tectis; *Pantellariæ.*

Aprili, Majo. ♃

*Flores* purpurascentes—Non est varietas glabra sequentis, vel *S. dasyphylli*, uti nonnulli suspicantur; nam comparatis planis viventibus, inter se certe differunt, et (uti de aliis hujus generis speciebus est dicendum), in speciminibus siccis characteres distinctionis evanescunt. Confer *Ten. l. c.*

6. S. GLANDULIFERUM. *Guss. pr. 1. p. 519.*

S. caespitosum glanduloso-pubescens, caulibus gracilibus decumbentibus, floriferis erectis, foliis glaucescentibus ovato-vel elliptico-spathulatis obtusis basi angustatis adnato-sessilibus glandulis pellucidis impressis-notatis, surculorum sterilium imbricatis utrinque gibbis, floriferorum planiusculis (majoribus), panicula terminali pauciflora, petalis acutis.

S. dasyphyllum. *Ucria H. Pan. p. 189*—S. minus, folio circinnato, *Cup. H. Cath. p. 199.*

Ic. S. minimum, dasyphyllum, folio subrotundo, byssinum. *Cup. panph. 1. t. 71—Bon. t. 196.*

In muris, tectis, ruderatis ubique in Sicilia=et in *Alicuri, Lampedusa, Pantellaria, Favignana, Maretimo.*

Aprili, Majo. ♃

*Planta* humilis, dense caespitosa ob surculos reptantes: *cauliculi* floriferi 1-3-pollicares, laxe foliati: *paniculae* rami ante anthesim cernui: *calycis* laciniae utrinque gibbae, foliis conformes, petalis 2-3-plo breviores, obtusae: *petala* pallide ex albo-rosea, ad carinam externe virentia, et aliquando pilis glanduliferis conspersa, acuta vel obtusiuscula: *filamenta* albida, petalis paullo breviora; *antheris* nu-

bilibus roseis: *germina* virentia, saepius glabra: *styli* apice divaricati, et capitati; *stigmata* flavescentia: *capsulae* erecto-patentes, aristatae, calyce duplo longiores.

*Habitus S. dasyphylli*: sed *folia* basi angustata non cordata nec ovata, et praeterea non rubro-punctata, sed glandulis pellucidis impressis conspersa.

*S. corsicum Dec. pr. 3. p. 406*, huic valde simile — Aliquando intra calycem stamina et folia simul mixta profert, et ex eorum centro rosula foliorum erumpit — Varietatem ex *Pizzuta* misit amicissimus *Todaro*; in qua florescentia praecocior, cauliculi floriferi breviores, densius caespitosi, folia omnino glabra. Haec *S. neapolitano* proximior, sed stylis jam sub anthesi divaricatis, foliis utrinque gibbosioribus recedit — Aliam varietatem foliis latioribus et compressioribus, petalis latioribus, habitu firmiore, et pubescentia copiosiore in rupibus montosis *Madonie* et in *Monte Scuderi* inveni, quae forsan species propria, et in vivis examinanda.

7. S. NEBRODENSE. *Gasparr.* in *Rendic. della R. Accad. di Napoli*, *vol. 1. p. 49.*

S. hirsutum viscosum, caule caespitoso ramosissimo, foliis imbricatis exsiccatione persistentibus oblongo-spathulatis sessilibus basi non solutis, panicula laterali corymbosa, capsulis breviter rostratis.

In frigidissimis rupibus muscosis montium; *Madonie a Monte Scalone* (*Gasparrini*).

Julio. ♃

*Ramuli* annotini, *folia*, *pedunculi*, et *calyces* pilis brevibus simplicibus viscosis apice glanduliferis obsiti: *caulis* perennans, hinc inde radiculas agens, adeo ramosissimus ac caespitosus, ut faciem referat fruticuli: *rami* graciles, inferne nudi, superne foliis exsiccatis, apice foliis annotinis vestiti: *folia* obscure viridia, dense imbricata, pulposa, planiuscula, numquam basi soluta: *pedunculus* lateralis, nempe ex basi ramuli annotini exsurgens, teres, inferne nudus, superne in ramulos pedicellosque inaequales subcorymbosos divisus: *sepala* fere carnosa, ovata, acuta, lineam et ultra longa: *petala* albida, plana, patentia, oblongo-elliptica, obtusa, vix mucronata, sepalis subtriplo longiora, subtus carina, et quandoque etiam margine, pilis raris brevibus instructa: *stamina* petalis paullo breviora: *antherae* rubrae: *pistilla* stamina subaequantia: *capsulae* oblongae, versus apicem attenuatae, convergentes, latere externo convexae, apice stylo exsiccato gracili divergenti terminatae, et ideo rostratae; rostro petala non excedente: *semina* minima, badia, oblonga, sub vitro secus longitudinem striata.

Affinis *S. dasyphyllo*, a quo differt caulibus perennantibus, viscositate et hirsutie magis copiosa; foliis atroviridibus, basi semper attenuatis, nunquam solutis, nec ob exsiccationem secedentibus; panicula laterali; sepalis acutis; petalis carina villosa; et ex sententia Cl. *Bertol.* stylo longiore (*Gasp. l. c.*). — Quoad durationem a praecedente, et a *S. dasyphyllo* non differt.

## 2. *Flores cymosi.*

8. S. ERIOCARPUM. *Sibth.* ex *Smith fl. gr. pr. 1. p. 310—Dec. pr. 3. p. 409—Guss. supp. p. 134.*

S. caulibus adscendentibus erectisque basi subcaespitosis superne pedunculisque pubescentibus, foliis linearibus tereti-depressis obtusiusculis adnato-sessilibus glabris, floribus hexapetalis secus cymae ra-

mos subsessilibus, petalis lanceolatis acuminato-aristatis, capsulis stellatis glanduloso-pubescentibus rostratis.

S. puberulum. *Dec. mem. des Crass. p. 33*, ex herb. !—S. pallidum. *Ten. syll. p. 226*, an et *Bieber.* ?, nam specimina herb. *Dec.* a nostro parum differunt— S. montanum, minimum, candidum, denso folio purpurante acuto, alternatim stellatum. *Cup. H. Cath. p. 200.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 449*—S. hispanicum. *Reich. cent. 9. f. 1136 !* etiam ex specimine—S. minus, longifolium, stellatum, floribus purpureis. *Buxb. cent. 2. p. 40. t. 45. f. 1 ?*—S. hispanicum, folio glauco acuto, flore albido. *Dill. elth. t. 256. f. 332 !* nam icon ex planta sicula doprompta—S. minimum, purpurascens, Ericae corisfolio foliis. *Cup. panph. 1. t. 120 ?*

In montosis calcareis; *Palermo a S. Martino, Sagana, Ficuzza, Busambra, Polizzi, Madonie, Carini, Pizzuta, monte de' Cani, monti di Valdemone, Maletto, Caltanissetta, Nicolosi* — et in *Levanzo, Favignana, Maretimo.*

Majo, Junio. ⊙

*Caules* numerosi, 2-6-pollicares: *folia* pallide glauco-virentia, uti caules inferne glaberrima, 4-6 lin. longa, conferta; in surculis sterilibus magis approximata et breviora, ac ad eorum apices fere rosulata: *cymae* saepius 3-fidae, cum flore sessili in centro; ramis vix recurvis: *bracteae* foliis conformes, sed breviores ac planiores: *calycis* laciniae lanceolatae, acutae, glabriusculae, petalis triplo breviores, erectae, crassiusculae: *petala* 2 lin. longa, candida, stellatim patentia, supra in medio 1-sulcata, subtus carinata, ad carinam carnea vel concoloria: *stamina* petalis parum breviora; *filamentis* albis, glabris; *antheris* nigris vel atrorubentibus: *styli* staminibus aequilongi, uti germina albidi, vel pallide carnei; *stigmata* capitata: *capsulae* parvae.

Folia demum ut tota planta rubescunt; caulina punctis purpureis conspersa, radicalia scabriuscula—Flores extraxillares, et aliquando bracteis oppositi—Cymae rami, bracteae, et aliquando petala externe, pilis albis raris brevibus glandulosis conspersa sunt—Ex specimine *herb. Sibth. !* hoc pro *S. eriocarpo* habeo, quamvis Cl. *Smith* in *pr. l. c.* inter species planifolias hoc referat, et flores rubentes dicat. Confer *Bertol. fl. ital. 4. p. 713* sub *S. hispanico.*

**9.** S. ACRE. *Lin. sp. pl. 619* — *Ucria H. Pan. p. 189* — *Guss. pr. 1. p. 520.*

S. virescens glaberrimum, caulibus subcaespitosis ramosis decumbentibus radicantibus, floriferis erectis, foliis alternis imbricatis subovatis carnosis gibbis adnato-sessilibus, cyma trifida foliosa, floribus secus ramos sessilibus, petalis lanceolatis acutis.

S. supinum, minimum, teretius, foliis supra caulem incumbentibus, seu foliis aliis supra aliis, flosculis byssinis. *Cup. H. Cath. p. 200*, et *supp. alt. p. 82*—Vermicularis Trago. *Cast. H. Mess. p. 47.*

Ic. *Dec. pl. gras. t. 117*—*Fl. dan. 1457*— S. minus vmr. causticum. *Clus. hist. 2. p. 61.*

In aridis montosis calcareis; *Madonie al Pizzo di Palermo, ed al Cuozzo della Mufera.*

Junio, Julio. ♃

*Caules* debiles, ramosissimi, intricati, basi radicantes: *folia* laete virentia, gustu uti tota planta acerrima; inferiora 1 - 2 lin. longa, confertiora; superiora oblonga, pallidiora; omnia punctis impressis notata, et obtusissima: *calycis* laciniae foliis conformes, lin. longae, corolla duplo breviores: *petala* uti *stamina* et *pistillum* au-

rea, in anthesi patentia, sub apice mucrone brevi instructa: *capsulae* stellato-patentes.

10. S. NEGLECTUM. *Ten. syll. p. 227.*
   S. virescens glaberrimum, caulibus caespitosis ramosis adscendentibus radicantibus, floriferis erectis, foliis alternis imbricatis conico-oblongis subteretibus basi productis, demum patentissimis remotiusculis, floribus secus ramos cymae 2-4-fidae, subsessilibus, petalis ovato-lanceolatis acuminatis.
   Ic. *Ten. fl. nap. t. 235. f. 2.*
   In montosis calcareis; *Madonie* (*Tineo*).
   Junio, Julio. ♃
   A praecedente, cum quo facile commutatur, dignoscitur foliis demum patentibus et earum figura, floribus pallidioribus, sed potissimum sapore herbaceo, non acri, totius plantae.

11. S. LITOREUM. *Guss. pl. rar. p. 185*, et *pr. 1. p. 523.*
   S. glabrum, caule erecto basi ramoso, ramis adscendentibus, foliis spathulato-cuneiformibus semiteretibus obtusis, floribus secus cymae ramos sessilibus, capsulis erecto-patentibus muticis glabris.
   Ic. *Guss. l. c. t. 37. f. 2*—S. minimum, vermiculatum, acutum, furcatum, ad intus stellatum. *Cup. panph. 2. t. 251.*
   In saxosis, et in ruderatis maritimis; *Trapani* = et in *Favignana, Isole delle Formiche, Maretimo, Ustica.*
   Aprili, Majo. ⊙
   *Caules* 2-5-pollicares, ab ipsa basi ramosi; ramis adscendentibus, lateralibus saepe longioribus: *folia* adnato-sessilia, basi soluta, aliquando linearia et non spathulata: *cymae* rami demum recurvi: *flores* pallide lutescentes; *petalis* calyce subaequalibus, semper basi liberis, 1-2 lin. latis, acutis, et aliquando vix aristatis; *habitus S. saxatilis.*

12. S. ALBESCENS. *Haw. rev. succ. p. 28—Dec. pr. 3. p. 407.*
   S. caule ramoso decumbente, florifero erecto, foliis glaucescentibus linearibus tereti-depressis sparsis basi solutis subulato-aristatis, ramorum sterilium 5-fariam imbricatis, floriferorum patulis, floribus secus cymae ramos recurvos subsessilibus, petalis patentibus acuminatis calycinas lacinias acutas subduplo excedentibus.
   S. reflexum. *Guss. pr. 1. p. 520—Ucria H. Pan. p. 188*, excluso ab hoc loco natali—S. anopetalum. *Guss. supp. p. 134*—S. minus, luteum, ramis reflexis. *Cup. H. Cath. p. 199.*
   Ic. *Engl. bot. t. 2477* ex *Dec.*—Aizoon hematoides. *Lobel. ic. 378.*
   Ad sepes, et in collibus aridis maritimis; *Girgenti, Alicata, Palma.*
   Majo, Junio. ♃
   *Folia* inferiora nonnisi demum reflexa, potius mucronata quam aristata: *petala* non erecta, sed patentia.
   Differt a *S. reflexo* petalis ochroleucis, non aureis et acuminatis, foliis crassioribus ac brevioribus. Discrepat ab icone et a descriptione *S. anopetali Dec. l. c.* et *pl. crass. p. 36. t. 8*, petalis minime erectis, sed patulis, aliisque notis.

13. S. RUFESCENS. *Ten. fl. nap. 4. p. 248.*
   S. glaberrimum caespitosum glauco-virescens demum rubescens, caulibus basi suffruticulosis, floriferis erectis, foliis basi solutis semiteretibus, inferioribus incurvis erecto-patulis spiraliter 5-fariam imbricatis, supremis rectis adpressis, floribus secus cymae ramos demum recurvos subsessilibus, petalis lineari-spathulatis obtusiusculis patentibus lacinias calycinas 3-4-plo superantibus, capsulis longe rostratis.
   S. ochroleucum. *Smith fl. gr. pr. 1. p. 312*—S. altissimum. *Guss. pr. 1. p. 520*—Vermicularis inspida. *Cast. H. Mess. p. 47*—S.

minus, candido-pallescente flore, myrtifolium, nigricans. *Cup. H. Cath. p. 199.*
Ic. *Ten. l. c. t. 41*—S. minus, scorpioides, candido pallescente flore, myrtifolium, nigricans. *Cup. panph. 2. t. 15.*
In rupibus, et in collibus calcareis, in aridis lapidosis, ad rupes vulcanicas in Sicilia=et in *Lampedusa*, *Linosa*, *Favignana*.
Aprili, Julio. ♃
*Caules* dense caespitosi, erecti vel diffusi; ramis annotinis ½-1-pedalibus: *folia* mucronata, 4-6 lin. longa, 1 lin. lata, glaucescentia vel virentia; inferiora conferta; suprema breviora, latiora, et magis plana: *flores* ebracteati, ante explicationem angulati!, vix odori: *calycis* laciniae adpressae, virentes, ovatae, obtusiusculae: *petala* patentissima, ½ lin. lata, 2-2 ½ lin. longa, concava, una cum filamentis et pistillis ex albo-luteola, ad carinam viridula: *filamenta* petalis subaequilonga, pistillum superantia, sub anthesi in cavitate petalorum recondita, inde exserta ac erecta, glabra, sed ad basim compresso-dilatata, et ibi facie interiore ac ad margines pubescentia: *antherae* luteae: *pistilla* glabra, ante anthesim conniventia: *capsulae* erecto-patentes, parvae. Tota planta aetate demum saepe undique rubescit.
Confer de hac specie Cl. *Ten.* in *syll. p. 229*; equidem *S. altissimum* verum (pro quo habui), quod in *H. R. neap.* colitur differt, floribus ante explicationem subglobosis, petalis minus acuminatis, capsularum rostris brevioribus.

---

+ 14. *S. uniflorum. Raf. caratt. p. 75—Guss. suppl. p. 135.*
S. caule erecto simplici glanduloso, foliis oppositis sessilibus obovatis carnosis, flore terminali sessili, calycis foliacei laciniis inaequalibus obtusis, petalis lanceolatis acutis calyce brevioribus.
Ic. *Raf. l. c. t. 18. f. 2.*
In nemoribus: *Bosco del Cappelliere* (*Raf.*)
*Radix* annua: *caulis* 1-2-pollicaris, paucifolius: *folia* glabra, obtusissima, superiora majora: *flos* unicus, sessilis: *calyx* campanulatus, 5-fidus, laciniis consistentia et colore foliorum: *petala* aequalia, alba, cum linea rubente (*Raf.*)—An var. *S. galioidis*?

---

Specierum plurium hujus generis prolixiores descriptiones tradere ex vivis plantis depromptas operae praetium duxi, nam auctores de illis varie sentiunt. Confer praecipue Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 4. p.964-724.*

## OXALIS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 918—Endl. gen. n. 6058.*

*Cal.* 5-sepalus, persistens. *Pet.* quinque, infera, sepalis alterna, unguibus connexa, spiraliter invicem incumbentia. *Stam.* alterna quinque breviora. *Caps.* 5-locularis, 5-gona, ad angulos longitudinaliter dehiscens. *Sem.* arillo carnoso ab apice elastice dissiliente tecta. (*Species* sicalae perennes, vel annuae: *folia* alterna, ternata, stipulata, vel exstipulata: *pedunculi* axillares, 1-multiflori, solitarii: *flores* albi, vel lutei. *Oxalideae Dec.*)

1. *O. corniculata. Lin. sp. pl. 625—Ucria H. Pan. p. 190—Guss. pr. 1. p. 524.*
O. radice fibrosa, caule ramoso diffuso vel adscendente radicante una cum pedunculis petiolis capsulisque pubescentibus, foliolis obcordatis glabris basi ciliatis, pedunculis 1-5-floris petiolo stipulato brevioribus, pedicellis fructiferis refractis, stylis stamina interiora aequantibus.
Oxys. *Cast. H. Mess. p. 42*, et—Trifolium acetosum, vulgare, flore luteo. *Cast. l. c. p. 46.*
Ic. *Jacq. oxal. t. 5 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 1— Reich. cent. 15. f. 4896*—Oxys flavo flore. *Clus. hist. 2. p. 248.*
In cultis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Lipari*, *Pantellaria*, *Favignana.*
Floret fere per totum annum. ⊙, et aliquando ♃
*Caules* graciles, diffusi, palmares vel pedales et ultra, plures ex eadem radice, rosulati, florentes apice surrecti : *folia* laete virentia, longe petiolata; petiolis basi articulatis: *flores* lutei, parvi; *petalis* obtusis, subintegris : *capsulae* 5-7 lin. longae.

---

† 2. *O. acetosella. Lin. sp. pl. 620—Ucria H. Pan. p. 189 — Guss. pr. 1. p. 524.*
O. scapo unifloro, foliis ternatis, radice squamosa articulata.
Oxys, sive Trifolium acidum, flore albo. *Cup. H. Cath. supp. alt.p.69.*
In Sicilia ex *Ucria*, et *Cupani*.

## V. *Decagynia.*

## PHYTOLACCA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 800—Endl. gen. n. 5262.*

*Cal.* nullus. *Pet.* quinque, calyciformia, persistentia, infera, staminibus alterna. *Bacc.* globoso-depressa, sulcata, multilocularis; loculis 1-spermis. (*Herba* perennis, glaberrima : *folia* simplicia, integra, alterna, exstipulata : *racemi* multiflori, oppositifolii : *flores* parvi, albidi. *Phytolacceae Brown*).

1. *P. decandra. Lin. sp. pl. 631—Ucria H. Pan. p. 191—Guss. pr. 1. p. 551.*
P. glaberrima, caule erecto ramoso annotino, foliis breviter petiolatis oblongo-lanceolatis, floribus decandris decagynis.
Solanum racemosum, tinctorium, americanum, foliis et seminibus Amaranthi. *Cup. H. Cath. p. 204.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 393. f. 1*—Solanum racemosum, indicum. *Cup. panph. 2. t. 211*—P. vulgaris. *Dill. elth. t. 318. f. 309.*
In ruderatis, sepibus, et in sylvaticis umbrosis; *Palermo, Siracusa, Catania, Messina, Castrogiovanni, Giarre.*
Junio, Octobri. ♃
*Radices* dense caespitosae, albidae, firmae : *caules* teretes, succulenti, virentes, 3-8-pedales, superne subdichotome paniculato-

ramosi; ramis arcuatis; adulti autumnali tempore, uti petioli et pedunculi intense rubentes: *folia* 2-5 poll. lata, aliquando fere pedalia, acuta, subundulata, in turionibus confertissima: *racemi*, una cum pedunculis, 6-12-pollicares, cylindracei, erecti, in fructu saepius penduli: *bracteae* lineari-lanceolatae, cum pedicellis lin. longis angulatis ac muricatis, in fructu roseae: *petala* oblonga, obtusa, in fructu patentia ac sanguinea, *filamentis* sublongiora: *styli* brevissimi, apice recurvi: *baccae* virentes, jam maturae umbilicatae, atrosanguineae—Semel pedicellos inferiores ramosos vidi.

## XI. DODECANDRIA.

### I. *Monogynia.*

### PORTULACA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 824—Endl. gen. n. 5174.*

*Cal.* tubus cum ovario inferne connatus; limbo semisupero, circumscissione deciduo. *Pet.* 4-6, calyci inserta, fugacia, staminibus opposita. *Caps.* circumscissa, 1-locularis, polysperma. (*Herbae annuae, succulentae, glaberrimae: folia* opposita, aut alterna, simplicia, integra, exstipulata: *flores* parvi, lutei. *Portulaceae Juss.*)

1. P. OLERACEA. *Lin. sp. pl. 638—Ucria H. Pan. p. 192—Guss. pr. 1. p. 532.*

P. caule ramisque diffusis, foliis crassis oblongo-vel obovato-cuneatis apice rotundatis, floribus axillaribus solitariis ternisve foliisque sessilibus, calycis tubo obtuse carinato.

P. sylvestris, angustifolia. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 73*—P. sylvestris. *Cast. H. Mess. p. 44.*

Ic. *Dec. pl. gras. t. 123—Lam. ill. gen. t. 402. f. 1*—P. sylvestris. *Lob. ic. 388. f. 2.*

*b. latifolia*, foliis latioribus crassioribus pallide virentibus.

Ic. P. domestica. *Lob. ic. 388. f. 1.*

In cultis ubique in Sicilia = et in *Ustica* (*Calcara*), *Saline*, *Stromboli*, *Vulcano*, *Favignana*, *Pantellaria*: varietas *b.* minus frequens, et in hortis potissimum occurrit.

Majo, Augusto. ⊙

*Caules* prostrati, aut diffusi, rubentes, opposite vel alterne ramosi: *folia* laete virentia, patentia, circa flores saepe verticillata: *petala* obovata: *capsula* tubo calycis fere tecta, ovata: *semina* minuta, nigra, nitidula, compresso-globosa, tenue tuberculata.

---

† 2. P. PILOSA. *Lin. sp. pl. 639—Guss. pr. 1. p. 532.*

P. foliis subulatis alternis, axillis pilosis, floribus sessilibus terminalibus.

Ic. P. indica, villosa. *Cup. panph. 1. t. 20.*

In Sicilia ex *Cupani l. c.*

## LYTHRUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 825 — Endl. gen. n. 6149.*

*Cal.* persistens, tubulosus, 6-12-dentatus. *Pet.* 6, apice tubi calycis inserta, ejusdem dentibus alternis minoribus opposita. *Casp.* supera, lineari-oblonga, 2-locularis, polysperma, calyce tecta. (*Herbae*, aut suffrutices: *folia* exstipulata, simplicia, integra, alterna aut opposita: *flores* purpurei; aut coerulei, axillares vel terminales, spicato-racemosi, ac bracteati. *Lythrarieae Juss.*)

1. *L. salicaria. Lin. sp. pl. 640—Ucria H. Pan. p. 195 — Guss. pr. 1. p. 533.*
   L. glabriusculum, caule erecto, foliis oppositis cordato-lanceolatis, superioribus alternis, floribus racemoso-spicatis dodecandris.
   Lysimachia spicata, purpurea. *Cup. H. Cath. p. 120.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 408 f. 1.* — Lysimachia purpurea, communis, major. *Clus. hist. 2. p. 51.*
   *b. canescens*; molle villoso-canescens, floribus decandris, foliis ternis alternisque. *Presl fl. sic. 1. p. XXV.*
   L. salicaria, *tomentosum. Dec. pr. 3. p. 83?* — L. tomentosum. *Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 640.*
   In aquosis, ad rivulos, ad stagnorum margines in Sicilia: var. *b.* passim cum specie.
   Augusto, Octobri. ♃
   *Caules* tetragoni, superne saepius pyramidato-ramosi: *folia* sessilia, semiamplexicaulia, plus minus acuta: *racemi* terminales, 6-18 poll. longi; floribus senis verticillatis: *calyces* hirsuti, et saepius canescentes, sulcati: *petala* oblongo-cuneata, obtusa, undulata, 3-4 lin. longa: *capsulae* oblongo-ovatae, fuscae, glabrae, tenue granulatae, calycis tubum aequantes.
   Variat *caule* 2-pedali et orgyali; *foliis* glabris in *a.*, et subtus canescentibus; *floribus* plus minusque approximatis, fere verticillatis, purpureis vel dilute purpurascentibus — Habui a defuncto amico *Cosentini* hujus plantae specimen ad fluminis *Caltabiano* ripas prope *le Giarre* collectum, in quo flores non spicati, sed fere omnes axillares: *folia* brevia, sed acutiora; et *habitus* parum alienus; hinc ulterius observandum in loco natali: quod si novum, tunc *L. Cosentini* appellandum.

2. *L. Preslii. Guss. pl. rar. p. 188*, et *pr. 1. p. 533.*
   L. caule simplici suberecto quadrangulo, angulis membranaceo-alatis, foliis alternis cordato-oblongis, superioribus lanceolato-linearibus, floribus axillaribus solitariis hexapetalis dodecandris, staminibus calyce erecto longioribus.
   L. alatum. *Presl del. Prag. p. 55*, non *Pursh.* — Salicaria cretica, Punicae folio. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et *Coroll. p. 18*—Lysimachia purpurea, Hyssopifolia, aquatica, major. *Cup. H. Cath. p. 121.*
   Ic. *nulla.*
   In humidis paludosis, et ad rivulos; *Palermo*, *Marsala*, *Trapani*, *Mazzara*, *Siracusa*, *Agosta* = et in *Ustica* (*Calcara*), *Saline alla Marfa.*
   Majo, Junio ☉, et ♃

*Planta* uti sequens undique laete virens, ac glaberrima: *caules* plerumque erecti, 1-2-pedales; ramis decumbentibus: *folia* inferiora et caulina media obtusa, 3-5 lin. lata, patentia; superiora lanceolato-linearia, 1-2 lin. lata, acuta: *pedunculi* lin. longi, bracteolis duabus brevissimis lanceolato-linearibus instructi: *calyces* sub anthesi conici, in fructu cylindracei, 12-dentati; dentibus ovatis, exterioribus acutis, interioribus obtusis ac fere albo-scariosis: *petala* magnitudine et forma praecedentis: *stamina* calyce duplo longiora; *pistillo* breviore, sed demum elongato: *stigma* capitatum.

Pro specifico nomine mutato, et pro *Bauhini* synonymis, tam ad hoc quam ad sequens spectantibus confer quae dixi in *pl. rar. l. c.*—*Calycis* dentes, qui sub anthesi patent, in fructu connivent; ideoque uti varietatem sequentis habet Cl. *Ten.* in *syll. p. 239*, sed comparatis speciminibus viventibus species diversae videntur.

3. *L.* GRAEFFERI. *Ten. fl. nap. 4. p. 256*—*Guss. pr. 1. p. 534.*

L. caule diffuso ramoso angulato, foliis alternis, inferioribus elliptico-oblongis obtusis, superioribus lineari-lanceolatis, floribus solitariis axillaribus hexapetalis dodecandris, staminibus calyce clauso erecto longioribus.

L. acutangulum. *Lag. nov. gen.* et *sp. p. 16*, ex herb. *H. R. Matrit.*—Salicaria hyssopifolia, flore majore, et—S. hyssopifolio latiore. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris*, et *Inst. p. 253*—L. Gussonii. *Presl del. Prag. p. 55*—L. virgatum. *Ucria H. Pan. p. 433* ?

Ic. *Ten. fl. nap. t. 142*—Gratiola minima Gesneri, flore pleno prolifero, *Cup. panph. 1. t. 62*, et *2. t. 246*.

In humidis, paludosis, ad rivulos in Sicilia.

Majo, Septembri. ♃

Quoad flores parvos magis sequenti affine, sed quoad reliqua praecedenti simile, a quo nonnisi attentata comparatione speciminum distingui potest—Hujus varietatem, nisi species propria, in campis maritimis humentibus *sotto Noto* inveni, in qua flores quoque hexapetali ac dodecandri; sed petala ita exigua sunt, et habitus ita gracilis, ut potius sequens, quam hoc refert. Cum *L. flexuoso Lag. nov. gen. p. 16* conveniret, sed calyces fructiferi in nostro semper erecti sunt, in illo vero horizontales dicuntur.

4. *L.* HYSSOPIFOLIA. *Lin. sp. pl. 642*—*Ucria H. Pan. p. 193*—*Guss. pr. 1. p. 534.*

L. caule erecto, ramis divaricatis adscendentibus, foliis alternis lineari-lanceolatis, floribus solitariis axillaribus hexapetalis hexandris, staminibus inclusis, calycibus erectis, dentibus patentibus.

Ic. *Jacq. austr. 2. t. 133* — Gratiolae minoris Gesneri, affinis minima. *Cup. panph. 2. t. 99.*

In humidis, et inundatis; *Palermo a Mondello*, *Mazzara*, *Marsala*, *Noto a Reitani*, *Siracusa*, *Agosta*, *Spaccaforno*, *Brolo* = et in *Ustica*, *Pantellaria*.

Aprili, Junio. ☉

*Habitus* et *folia* praecedentis; sed ista fere omnia lineari-lanceolata, *calyces* subsessiles, approximati, caule adpressi et cylindracei; jam maturi turgiduli: *petala* vix lin. longa.

Specimina *L. hyssopifolii* in herb. *Lin.*, et *Desf.* ad hoc potius spectant; et male in *pl. rar. p. 180* iconem, Polygonum aquaticum minus (lapsu calami majus) *Barr. 773. f. 2* sub hac specie adduxi, dum ad *L. dibracteatum* potius pertinet; uti icon, Polygonum aquaticum, majus. *Barr. 773. f. 1*, quae ad hanc speciem citatur, potius ad *L. Preslii*, vel ad *L. Graefferi* ob florum magnitudinem spectare videtur—Praeterea in *Bauh. hist. 5. p.*

792, non 749, duae icones exstant; quarum Hyssopifolia aquatica ad hanc speciem, et Hyssopifolia minor ad verum *L. thymifolia* est referenda.

5. *L. dibracteatum. Salzm.* in *Dec. pr. 3. p. 81*, ex ejus herbario— *Guss. supp. p. 145.*

L. caule erecto, ramis decussatis patentissimis, foliis oblongis vel oblongo-spathulatis basi angustatis, floribus tetrapetalis diandris dibracteatis, calycibus linearibus erectis subsessilibus, foliis floralibus ad margines caulinis angulis superne calycibusque ad nervos tuberculato-scabris.

L. tribracteatum, *b. Ten. syll. p. 230*—L. thymifolia. *Guss. pr: 1. p. 535*, et *pl. rar. p. 189*—*Moris stirp. sar. elench. 2. p. 5* ex ejus specimine—Lysimachia purpurea, palustris, hyssopifolio multum angustiori, minima. *Cup. H. Cath. p. 121*, et *supp. alt. p. 58.*

Ic. Chondrilla palustris, humicubans, lanceolata, multiflora. *Cup. panph. 2. t. 130*—*Raf. t. 40.*

In humidis, et hyeme inundatis: *Agosta, Noto, Modica, Lentini, Spaccaforno, Vicari*: *Palermo al Roccazzo* (*Parlatore*), *fra Termini e Cefalù sotto Campofelice* (*Heldr.*)

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* 4-8-pollicares, centralis erectus; angulis subalatis: *folia* inferiora opposita; caulina media 2-3 lin. lata, remotiuscula, obtusissima, levia; suprema vero duplo angustiora, approximata: *flores* parvi, coerulescentes, in foliorum axillis saepe fasciculati, et unusquisque suffultus bracteolis duabus oppositis lineari-lanceolatis vix lin. longis: *calyces* semper erecti ac adpressi, obtuse dentati, aliquando purpurascentes — Quoad flores, qui valde approximati, et fere in axillis foliorum fasciculati videntur, primo intuitu ab omnibus praecedentibus recedit.

## II. *Digynia.*

### AGRIMONIA.

*Spr. s. veg. 2. n. 1787*—*Endl. gen. n. 6368.*

*Cal.* persistens; tubo turbinato, basi nudo, ad apicem externe spinulis uncinatis demum induratis tecto; fauce intus annulo glandulosa constricta; limbo 5-fido, patenti, demum sursum conniventе. *Pet.* 5, calycis fauce inserta, breviter unguiculata, calycinis laciniis alterna. *Sem.* duo, calyce indurato et fauce clauso inclusa. (*Herbae* perennes, plus minus hirsutae: *folia* impari et interrupte pinnata, alterna, stipulata: *flores* parvi, lutei, bracteati, spicato-racemosi: *calyces* fructiferi penduli. *Rosaceae Juss.*)

1. *A. eupatoria. Lin. sp. pl. 643*—*Ucria H. Pan. p. 194*—*Guss. pr. 1. p. 536.*

A. hirsuta, foliolis oblongo-ovatis crenato-dentatis, petalis calyce profunde sulcato duplo longioribus, fructibus remotis cylindraceo-conicis.

A. inodora, seu minus odora. *Cup. H. Cath. p. 4*—Agrimonia. *Cast. H. Mess. p. 2.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 409. f. 1*—*Fl. dan. 588*—Agrimonia, sive Eupatorium. *Dod. pempt. 28.*

In dumetis, in sylvaticis, et ad sepes in Sicilia.
Majo, Octobri. ♃
*Caules* erecti, 1-2-pedales, patenter piloso-hirsuti: *stipulae* foliaceae, inciso-dentatae, acutae: *foliola* opposita vel alterna, subsessilia, supra virentia, subtus pallidiora; impari reliquis paullo majore: *racemi* terminales, ½-1 - pedales, et ultra: *bracteae* acuminatae, inciso- dentatae, vel tripartitae, pedunculos vix lin. longos excedentes: *bracteolae* duae oppositae, basi connatae, calycem involucrantes, acuminatae, saepe trifidae, una cum bracteis ciliatae: limbi *calycini* laciniae ovales, trinerves, obtusae, externe hirsutiusculae: *petala* ovalia, integra, calycem duplo excedentia: *stamina* et *pistilla* lutescentia; *filamentis* rectis, defloratis recurvis.

2. *A. odorata. Ait. H. Kew. ed. 1. v. 2. p. 130 — Guss. pr. 1. p. 536.*

A. hirsuta, foliolis oblongo-lanceolatis profunde dentato-serratis, petalis calyce leviter sulcato duplo longioribus, fructibus remotis hemisphaerico-campanulatis.

Ic. *Camer. hort. t. 7*—Agrimonium odoratum. *Barr. obs. 604. ic. 611* optima.

In sylvaticis, et nemorosis; *Termini a Buonfornello, Ficuzza, Boschi di Francavilla.*

Majo, Junio. ♃

*Foliola* in hac acutius serrata, semel longiora quam in sequente (1½ - 2 poll.); subtus glandulosa, et ideo odorem therebintaceum spargentes, uti notat *Koch*, a basi ad medium per tractum longiorem integra; dum in praecedente fere ad basim serrata: *foliola* intermedia minora, integra, vel dente uno aut altero instructa; in *A. eupatoria* semper acuta, dentato-incisa: *bracteae* minus incisae, latiores, et uti calycis tubus minus hirsutae: *calycis* laciniae acutiores, ita ut calyces ante anthesim in hac obtusi cum acumine, in illa obtusi absque acumine: *petala* majora; *caules* firmiores; et *racemi* magis elongati—Sunt species certe diversae, sed minimis characteribus distingui possunt—Icon *Barr. l. c.* hanc nostram exacte refert.

## AREMONIA.

*Neck. elem. n. 768—Dec. pr. s. nat. 2. p. 588—*
*Endl. gen. n. 6369.*

*Cal.* duplex, exterior campanulatus, 10-12-fidus; interior tubulosus; fauce intus annulo glanduloso constricta; limbo 5-fido. *Pet.* 5, calyci inserta, ejus laciniis alterna. *Stam.* 5-10. *Sem.* superum, saepius unicum, calycis interioris tubo indurato inclusum. (*Herba* perennis, undique hirsutiuscula: *folia* stipulata, impari et interrupte pinnata: *flores* parvi, lutei, subfasciculati, axillares, et terminales. *Rosaceae Juss.*)

1. *A. agrimonoides. Neck.*, et *Dec. l. c. — Guss. pr. 1. p. 468.*
Spallanzania agrimonoides. *Pollini fl. ver. 1. p. 509—Spr. s. veg. 2. p. 245*—Agrimonia agrimonoides. *Lin. sp. pl. 643—Ucria H. Pan. p. 194*—Agrimoniae similis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 6.*
Ic. *Poll. giorn. fis. pav. 1816. p. 187* — Agrimonoides. *Column. ecphr. 1. t. 144—Barr. ic. 612.*

In nemoribus montosis; *Etna a Bronte e Maletto, Boschi di Val Demone da Messina a Mistretta, Madonie.*

Majo, Junio. ♃

*Radix* lignescens, subcaespitosa: *caules* subsimplices, annotini, gra-

ciles, 3-6-pollicares, erecti aut adscendentes: *folia* radicalia numerosa, pinnata; foliolis subrotundis, ovalibusque, dentato-serratis, basi cuneatis; caulina pauca, remota, simpliciter ternata, breviter petiolata: *pedunculi* in siculis plantis 4 - 7 lin. longi, basi bracteati: *petala* obovata, calycem exteriorem subaequantia: *semen* globosum, leve, apice truncatum, ibique fuscum, glabriusculum, calycis tubo 10 - nervoso hirsutiusculo demum indurato oblongo, ac limbi dentibus fere in rostrum conniventibus tectum.

## *III. Trigynia.*

### RESEDA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 851. — Endl. gen. n. 5011.*

*Cal.* persistens, 4-6-partitus. *Pet.* infera, inaequalia; laciniata, calycinis laciniis alterna. *Gland.* nectarifera, brevissima, sub filamentis inserta. *Caps.* angulata, apice hians, 1-locularis, polysperma. (*Suffrutices* vel *herbae* annuae, perennesve: *folia* alterna, exstipulata, simplicia, vel impari-pinnata: *flores* parvi, racemoso-spicati, bracteati. *Resedaceae Dec.*)

1. *R.* LUTEOLA. *Lin. sp. pl. 643 — Ucria H. Pan. p. 194 — Guss. pr. 1. p. 556.*
   R. glaberrima, caule erecto simplici vel apice ramoso, folis lanceolatis planis raro undulatis integris, inferioribus basi utrinque unidentatis, capsulis levibus transverse undulatis, dentibus tribus acutis erectis, tribus introflexis incrassatis obtusis.
   R. tinctorum, Salicis folio. *Cup. H. Cath. p. 189* — Lutea Plinii. *Cast. H. Mess. p. 14.*
   Ic. *Reich. cent. 12. f. 4442.* — Lutum herba. *Dod. pempt. 80.*
   In collibus apricis vulcanicis, ac in arvis = et in *Ustica*, *Alicuri*, *Felicuri*, *Saline*, *Panaria*, *Pantellaria*; sed potius culta quam spontanea.
   Majo, Junio. ☉, ♂
   *Caules* stricti, 1 - 3 - pedales, angulato-striati, graciles aut firmi: *folia* obscure vel pallide virentia, sparsa; radicalia rosulata, in petiolum attenuata: *racemi* terminales, simplices, 6-14-pollicares: *flores* parvi, flavidi, approximati vel remoti; *pedunculis* bracteolatis, bracteas exteriores setaceas aequantes vel parum excedentes.
   Excludantur in *Pr. l. c.* loca natalia omnia — Affinis sequenti a qua capsularum charactere potissimum dignoscitur — Nostra est certe annua, quo charactere Cl.*Horn.* et *Spr.* a *R. luteola* differre dicunt, sed folia sunt vel utrinque vel altero latere tantum unidentata, et optimum pigmentum luteum praebet. Confer *R. lanceolatam*, in *Lag. nov. gen.* et *spec. p. 17*, et *R. virescentem* in *Horn. Hort. Hafn. 2. p. 501.*
2. *R.* CRISPATA. *Link. en. alt. H. Ber. 2. p. 8 ? — Guss. pr. 1. p. 557.*
   R. glaberrima, caule erecto simplici vel basi aut apice ramoso, foliis lanceolatis planis undulatisque integris, basi biglandulosis, capsulis transverse verrucosis !, dentibus tribus acutis erectis, tribus introflexis incrassatis obtusis.
   R. lusitanica. *Pourr. ined.* in *herb. Salvator* — R. lusitanica, minor, undulato folio. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et Luteola lusitanica, lutea, crispa. *Inst. p. 424.*

In collibus calcareis, gypsosis, et in arvis; *Palermo a S. Martino*, *Altavilla*, *Ficuzza*, *Villafrati*, *Montallegro*, *Messina*, *S. Fratello*, *Fiume di Nisi*.

Aprili, Junio. ⊙, ♂

*Caules* striati, uti tota planta glaberrimi: *folia* obscure virentia, ad basim utrinque denticulo unico parvo instructa: *bracteae* setaceae, pedunculis demum crassiusculis duplo fere longiores (2 lin. longae): *calycis* laciniae quatuor virentes, lineari-oblongae, obtusae, subcarinatae, petalis paullo breviores; duae superiores inferioribus longiores: *petala* pallide albo-luteola; unicum ungue concavo, limbo irregulariter laciniato, reliqua 2-3-fida: *antherae* luteolae: *capsula* obovato-turbinata, virescens, dentibus reflexis pallidioribus, tenue granulatis; tribus erectis viridibus, et isti ab apice ad capsulae basim transverse verrucosi: *semina* nitida.

*Habitus* praecedentis; sed *caules* saepius a basi ramosi, et folia undulata: *flores* brevius pedunculati, ut fere sessiles videntur: *petalorum* laciniae latiores: *capsulae* quoad formam similes, sed quoad superficiem diversissimae.

3. *R. LUTEA. Lin. sp. pl. 645—Ucria H. Pan. p. 195—Guss. pr. 1. p. 537*, excl. var. *b.*

R. caule ramoso muricato-scabro, foliis inferioribus pinnatis, reliquis trifidis undulatis, foliolis margine scabris, inferioribus latioribus obtusis, superioribus lanceolato-linearibus, calycibus sexfidis, capsulis erectis oblongis triangularibus truncatis edentatis.

R. vulgaris, major, et minor. *Cast. H. Cath. p. 189* — R. Plinii. *Cast. H. Mess. p. 45.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 410* — *Reich. cent. 12. f. 4446* — R. lutea. *Dalech. hist. p. 1199* — R. phyteuma dicta, major, et incisiori folio. *Cup. panph. 2. t. 118—Bon. t. 40.*

In collibus aridis calcareis, et argillosis: *Palermo*, *Vicari*, *Acquaviva*, *Sutera Girgenti*, *Spaccaforno*, *Noto*, *Lentini*, *Motta S. Anastasia*, *Cefalù*, *Ibiso*, *Cannicatti*, *Marsala*, *Nisi*, *Barcellona*, *Castelvetrano*.

Julio, Augusto. ♃

*Caules* ab ipsa basi ramosi, subangulosi, decumbentes, floriferi vero erecti, 1-1 ½-pedales: *folia* pallide virentia, inferiora decursive pinnata; foliolis latioribus et plerumque puberulis: *racemi* plus minus elongati, et laxiflori: *flores* lutei: *capsulae* 4-6 lin. longae, scabrae: *semina* ovata, nigra, niditissima, levissima.

4. *R. MUCRONULATA. Tin. cat. H. R. Pan. an. 1828. p. 280.*

R. caule ramoso muricato-scaberrrimo, foliis pinnatis, summis raro trifidis, foliolis extimis externe foliolo auctis, inferioribus obtusis lanceolatis, superioribus linearibus angustissimis mucronulatis margine mucronato-serratis, calycibus sexfidis, capsulis subovatis glabris tridentatis.

R. lutea *b. Guss. pr. 1. p. 537.*

Ic. *nulla.*

In rupibus calcareis; *Militello in val di Noto (Tineo)*, *Rivera*, *Cattolica*.

Martio, Majo. ♃

*Bracteae* lineares, et longiores quam in *R. lutea*, ita ut ante explicationem flores superent; *flores* confertiores; *pedunculi* et *capsulae* uti caules scaberrimi: *capsulas* jam perfectas et *semina* non vidi.

5. *R. FRUTICULOSA. Lin. sp. pl. 645—Guss. pr. 1. p. 537.*

R. glaberrima laete virens, caule basi suffruticoso, foliis pinnatis apice

recurvatis, foliolis planis lanceolatis decurrentibus, calycibus 5-partitis patentibus, floribus 4-gynis.
R. undata. *Ucria H. Pan. p. 495*, non *Lin.* — R. minor, alba *Cast. H. Mess. p. 45.*
Ic. *Jacq. ic. rar. 3. t. 475* — R. undata. *Reich. cent. 12. f. 4447 ?* — R. maxima. *Lob. ic. 222.*
*b. glaucescens*: pallide virens, caule basi suffruticoso, foliis pinnatis, foliolis decurrentibus undulatis subfalcatis, in radicalibus alterne minoribus, calycibus 5-partitis patentibus.
R. vulgaris, major, flore candido, foliis crispis latioribus. *Cup. H. Cath. p. 189.*
Ic. R. suffruticulosa. *Reich. cent. 12. f. 4449* — R. minor, incisis foliis. *Barr. ic. 583 ?*
*c.* foliolis anguste linearibus vix decurrentibus minus undulatis, caulibus erectis virgatis.
Ic. R. minor, alba, dentatis foliis. *Barr. ic. 588*; habitu omnino cum hac variotate conveniens.
*d.* pallide virens, foliolis subdecurrentibus planis vel subundulatis, inferioribus alterne minoribus latiusculis.
Ic. R. alba. *Reich. cent. 12. f. 4448 ?*
In muris, ruderatis, collibus aridis ubique var. *a.* et *b.* in Sicilia = var. *a. Ustica*, *Saline*: var. *b. Lipari*, *Lampedusa*, *Favignana*: var. *c. Sciacca* in Sicilia = et in *Pantellaria*: var. *d. Palermo a Boccadifalco.*
Floret fere per totum annum. ♃ et basi ♄
*Caulis* striatus: *pedunculi* 1 - 2 lin. longi, *bracteam* setaceam albidam subaequantes: *calyces* 5-partiti, semipatentes: *petala* alba, subaequalia, fere omnia tripartita, raro quadripartita, calyce duplo longiora: *pistilla* saepius quatuor, raro tria: *flores* parum odori: *semina* ex albo-virentia, levia, demum nigra, et minute tuberculata.
Inter hanc, *R. albam*, et *R. undatam* liquidi distinctionis characteres ut mihi videtur, adhuc desiderantur; praesertim quia species istae pro aetate et locorum natura, quoad folia valde variant — Si ad exemplaria herbarii *Lin.* attendamus *R. fruticulosa a.* erit vera *R. fruticulosa*, in qua calyces 5-partiti: folia raro interrupte-pinnata, foliolis vix undulatis, remotis, impari duplo reliquis longiore — *R. fruticulosa b.* erit *R. fruticulosa Hoch.* non *Lin.* (hujus plantae specimen cum *R. alba* in herb. *Lin.* confusum), et in hac caules elatiores, firmiores, basi magis fruticulosi, longis et densis florum racemis terminati; folia interrupte pinnata, foliolis omnibus approximatis, subserrulatis, valde undulatis; impari reliquis breviore, vel vix excedente — *R. fruticulosa c.* erit *R. alba Lin.* herb.; in qua, caules graciliores, folia subinterrupte pinnata, foliolis approximatis planis non undulatis, serrulatis, impari reliquis aequali vel breviore, calyces 5-partiti! — Interim haec nec cum iconibus veterum ad *R. albam* adductis convenit ob pedunculos erectos, nec cum illa *Sibth.* in *fl. gr. t. 459* in qua foliolum extimum reliquis longius, nec cum descriptione *Lin.* ex qua calyces 6 - partiti; nec cum illa *Sibth.* in qua pedicelli deflexi dicuntur, qui in nostris erecti. — In var. *d.* foliola plana, aut vix undulata, ultra medium ad apicem breviora, impari reliquis brevius vel aequale; racemi densi, demum elongati fructibus erectis distantibus, fere ut in *a* — Denique in *R. undata* herb. *Lin.* foliola ut in *b.*, sed capsulae fere obovato-truncatae, duplo fere quam in omnibus nostris minores (3 - 4 lin. longae), dum ipse *Lin.* hujus generis *maximas* dicit. — In *Resedis* veris, quibus haec species spe-

ciat, cl. *Webb.* et *Berthel.* in *Phyt. canar.* 1. p. 401 recte notant stylos duos brevissimos deciduos ad capsulae dentes, et capsulam ante anthesim apertam, sub anthesi clausam, in fructu demum hiantem.

## EUPHORBIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n.* 825 —*Endl. gen. n.* 5766.

*Cal.* 1 - sepalus, persistens, urceolatus. *Pet.* 4-5, calycis margine inserta, ejusdem laciniis alterna, lunata, vel apice truncata, aut obtusa. *Stam.* in medio articulata, successive erumpentia, filis plumosis circumdata. *Anth.* didymae. *Stigm.* bifida. *Germ.* superum, sessile, vel pedicellatum. *Caps.* ut plurimum exerta; 3-cocca, 3-sperma; valvis demum elastice dissilientibus. ( *Herbae* aut *frutices* lactescentes, acres: *folia* alterna, raro opposita, simplicia, exstipulata, vel stipulata: *flores* parvi, axillares, aut umbellati. *Euphorbiaceae Juss.* )

### * *Folia stipulata, opposita.*

1. *E* PRESLII. *Guss. pr.* 1. p. 539.
E. herbacea dichotoma, caule erectiusculo, foliis oblongis obtusis villosis basi oblique cordatis altero latere magis serratis, floribus axillaribus et in extremitate ramorum approximatis, petalis non lunatis, capsulis glabris levibus, seminibus tetragonis rugosis.
E. hypericifolia. *Jan elench.* p. 7.—E androsemifolia. *Presl del. Prag.* p. 57. — E maculata *Poll. fl. ver.* 2. p. 38 — E. trinervis. *Bertol. fl. ital.* 5. p. 37.
In cultis; *Bagheria*, *Termini*, *Palermo*.
Junio, Augusto. ⊙
*Caules* glabrati, teretes, saepius rubentes, firmiusculi, non ut in sequentibus graciles, et terrae adpressi, sed ut plurimum erecti, 4-12-pollicares: *folia* trinervia, altero latere subintegra, altero semper dentata, maculata vel concoloria, plus minusque pubescenti-pilosa, supra intense virentia, subtus pallidiora, obtusiuscula, 2-4 lin lata, 4-12 lin. longa, sub lente pellucide punctata: *petala* albida, suborbiculata: *capsulae* oblongae, saepe rubentes, sessiles: *semina* fusca, tetragona, rugoso-venosa, pro quorum forma praecipue ab *E. maculata*, et ab *E. hypericifolia* discrepat, cum qua conjuncta a Cl. *Spr.* in *s. veg.* 3. p. 791. — Confer *Bertol. l. c.*
2. *E.* CHAMAESYCE. *Lin. sp. pl.* 652 — *Ucria H. Pan.* p. 197 — *Guss. pr.* 1. p. 539.
E. glabra, caule filiformi ramosissimo dichotomo procumbente, foliis suborbiculatis basi obliquis obsolete crenulatis impunctatis, floribus solitariis axillaribus ebracteatis, petalis non lunatis, capsulis globoso-trigonis levibus, seminibus tetragonis albidis corrugatis.
Tithymalus exiguus, procumbens, Chamaesyce dictus. *Cup. H. Cath.* p. 214—Chamaesyce Matthioli. *Cast. H. Mess.* p. 7.
Ic. *Sibth. fl. gr.* t. 464— *Reich. cent.* 15. *f.* 4750 — Chamaesyce *Dod. pempt.* 377—C. densifolia, lignosa. *Cup. panph.* 1. t. 197 ?
*b. pilosa*: caulibus capsulisque pilosis.
E. canescens. *Lin. sp. pl.* 652 ?
Ic. *Cav. ic.* 1. t. 63—*Reich. l. c. f.* 4751 ?

In cultis, campis sterilibus, et arenosis in Sicilia = et in *Maretimo*, *Levanzo*, *Favignana*: var. *b. Lentini presso il lago nei siti arenosi*, = et in *Pantellaria*.
Junio, Septembri. ⊙
*Caules* terrae arcte adpressi ac rosulati, plures ex eadem radice, 3-pollicares, et in fertilibus pedales, ac ultra: *folia* breviter petiolata, apice saepius emarginata, diametro 1-3-lineari: *flores* parvi, in extremitate ramorum subapproximati, bracteis nullis suffulti: *petala* albida, crenulata: tota planta saepe undique rubescit.
*Capsulae* apud nos leves, non minutissime punctulatae (*Marsch.*): var. *b.* tantum pilosa, et minime canescens.

3. *E. perforata. Guss. pr. 1. p. 540.*
E. glabra, caule ramoso dichotomo procumbente, foliis elliptico-suborbiculatis basi obliquis subintegerrimis pellucido-punctatis, floribus solitariis axillaribus dibracteatis, capsulis subrotundo-trigonis, angulis calycibusque pilosis, seminibus subtetragonis albidis corrugatis.
Ic. *nulla.*
In lapidosis maritimis: *Palermo a Mondello.*
Majo, Junio. ⊙
*Habitus* et summa affinitas cum praecedente, cum qua simul provenit, ac cum illa associata a *Cl.Bertol.* in *fl. ital.5. p. 39*; sed *folia* potius elliptica, raro suborbiculata, suprema magis appoximata, omnia pellucido-punctata; *flores* non ut in E. Chamaesice *pedunculo* nudo axillari suffulti, sed *pedunculo* foliis duabus instructo, ideoque dibracteatum dixi.

4. *E. peplis. Lin. sp. pl. 652 — Ucria H. Pan. p. 198 — Guss. pr. 1. p. 540.*
E. glaberrima glaucescens, caulibus procumbentibus dichotomis, foliis crassiusculis oblongis semicordatis subintegerrimis, floribus solitariis axillaribus, petalis non lunatis, capsulis ovoideo-trigonis glabris levissimis, semibus obconico-trigonis levibus.
Peplis maritima, repens, rubra et alba. *Cast. H. Mess. p. 42.*
Ic. *Reich. cent. 16. f. 4755* — Peplis. *Clus. hist. 2. p. 187.* — *Camer. epit. 970.*
In arenosis maritimis ubique in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Favignana*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Linosa*, *Lampedusa a cala Pisana.*
Junio, Octobri. ⊙
*Caules* terrae adpressi, plures ex eadem radice ac rosulati, rubentes, 3-12-pollicares: *stipulae* in lacinias lineares attenuatas divisae: *folia* breviter petiolata, obtusissima, ac amarginata, 4-7 lin. longa, 2-4 lin. lata, basi superiore valde exscisa; glauco-virentia, subtus pallidiora, aetate demum rubentia: *flores* parvi, petalis rotundatis, integris, rubentibus: *capsulae* glaberrimae, virentes: *semina* ovata, albo-cinerea, sparse viridi-maculata, dorso subcarinata, ventre sulco notata.
In hujus seminibus aliisque hilus pellucidus albus integumentum exterius virescens obtegit, ita ut illo disrupto integumentis colorem apparet, et tunc semina videntur albo viridi-maculata.

** *Folia extipulata, sparsa.*

5. *E. peplus. Lin. sp. pl. 653 — Guss. pr. 1. p. 541.*
E. glabra, caule erecto, foliis integerrimis obovato-subrotundis in petiolum attenuatis, umbella trifido-dichotoma, involucellis ovatis, petalis semilunatis, capsularum angulis sulcatis subalato-undulatis.

Tithymalus rotundis foliis, non crenatis. *Cup. H. Cath. p.* 213— Peplis, sive Esula rotunda. *Cast. H. Mess. p.* 42.
Ic. *Fl. dan.* 1400—*Reich. cent.* 15. *f.* 4773— Peplus. *Dod. pempt.* 373.
*b. minor. Willd. sp. pl.* 2. *p.* 903.
Caulibus brevioribus adscendentibus 2-4-pollicaribus, foliis involucrisque orbiculatis.
E. rotundifolia. *Lois. not. p.* 75— E. peploides. *Gou. fl. monsp. p.* 174 — Tithymalus annuus, maritimus, minimus. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*
Io. *Loisl. l. c. t.* 5. *f.* 1 — *Reich. l. c. f.* 4744 — Tithymalus petrinus, exiguus, pumilio, Portulacae folio. *Cup. H. Cath. p.* 214, et *panph.* 1. *t.* 60 — *Bon. t.* 144.
In cultis, ac in herbosis ubique frequens in Sicilia = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Linosa*, *Lampedusa*: var. *b.* in herbidis sterilibus, ad vias, et ad margines agrorum in Sicilia = ac in *Favignana*, *Pantellaria*, *Isole Eolie*.
Decembri, Aprili. ⊙
*Caules* 3-12-pollicares, inferne saepius simplices: *folia* virentia, approximata, demum deflexa: *rami* floriferi numerosi sub umbella: *petala* pallide virentia, glabra; apicibus setaceis, integris, albidis: *capsulae* parvae, glaberrimae, subglobosae, angulis sulco divisis, et in ipsis brevissima membrana undulata pallida instructae: *semina* albida, subtetragona, carunculata, reticulato-foveolata in utrisque varietatibus. Confer *Leers herb. p.* 112.
Varietas *b.* non nisi *statura* minore, et *foliis* rotundioribus ab *a.* differt; et in ipsa *petalorum* apices albidi filiformes; *capsularum* anguli sulcati, ac utrinque ad latera sulci sub lente minutissimis verrucis instructi.

6. *E.* PTEROCOCCA. *Brot. fl. lusit.* 2. *p.* 312—*Guss. pr.* 1. *p.* 541.
E. glabra, caule erecto, umbella quinquefida-trifida-bifida vel dichotoma, involucris foliisque oblongo-spathulatis basi attenuatis antice argute serrulatis, involucellis ovatis, petalis non lunatis, capsulis immaturis hexagono-alatis, adultis trigonis angulis bialatis, seminibus globoso-ovalibus rufescentibus excavato-reticulatis.
E. stellulata. *Salzm.*! ex *Ziz.* et *Roeper. En. Euphor. p.* 59, non *Loisl.* — E bialata. *Link en. alt. H. Berol.* 2. *p.* 12.
Ic. *Brot. fl. lusit.* 1. *t.* 76!
In arvis; *Segeste*, *Alcamo*, *Trapani*, *Marsala*, *Sciacca*, *Montallegro*; *alla Pizzuta verso Monregale* (*Todaro*): *Palermo al Roccazzo* (*Heldr.*)
Aprili, Majo. ⊙
*Habitus* omnino praecedentis quoad *folia* et *caules*, et pariter ut in illa rami multi fertiles ex foliorum alis sub umbella: sed *petala* saepius 4, flavescentia, integra, transverse ovalia: *capsulae* subglobosae, immaturae cernuae, inde erectae, saturate virentes, tamen apud nos leves et glabrae, non pilis albidis conspersae, ac punctis verrucosis tectae, ut ex descriptione *Broteri*, quae in reliquis accuratissima.

7. *E.* CUNEIFOLIA. *Guss. pl. rar. p.* 190, ac *pr.* 1. *p.* 542.
E. glabra, caulibus simplicibus erectis basi adscendentibus, umbella quinquefida-trifida-bifida, vel quinquefida-dichotoma, involucris foliisque cuneato-spathulatis et involucellis rhombeis antice acute serrulatis, petalis non lunatis, capsulis trigonis setis crassis obsitis, seminibus ellipticis punctato-scabris.
Io. *Guss. l. c. t.* 38.

In arvis herbosis; *Alcamo presso Segeste*, *Trapani*, *Marsala*. Aprili, Majo. ⊙

*Flos* sessilis in umbellae centro; *petala* flavescentia, integra; *capsulae* erectae: *semina* rufescentia, caruncula alba terminata: *rami* floriferi pauci, erecto-patentes sub umbella: *folia* adscendendo majora: habitus *E peplus*.

8. *E.* FALCATA. *Lin. sp. pl. 654 — Guss. pr. 1. p. 842.*

E. glabra, caule erecto ramosissimo, foliis rigidiusculis, inferioribus retusis, superioribus involucrisque obovato-lanceolatis, umbella 3-5-fida-dichotoma, involucellis ovato-cordatis basi obliquis acuminato-mucronatis, petalis semilunatis, capsulis levibus glabris, seminibus albidis subtetragonis transverse corrugato-sulcatis.

Ic. *Jacq. austr. t. 121—Reich. cent. 15. f. 4776.*

*b. major*; caule altiore, foliis involucrisque acutis, petalis obsolete lunatis, involucellis distantibus.

Ic. E. obscura. *Lois. not. p. 76. t. 5. f. 2* | — Pithyusa angustis acutisque Esulae foliis, annua. *Barr. ic. 752.*

*c. minor*; foliis fere omnibus spathulatis retusis mucronatis, supremis involucrisque obovato-lanceolatis, involucellis subrhombeis basi obliquis apice mucronatis serrulatis per umbellae radios imbricatis, umbellulis glomerato-multifloris, petalis lunatis.

E. acuminata. *Lam. dict. enc. 2. p. 427? — Marsch. fl. taur. caucas. 1. p. 370*—Peplus folio acuto. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris.*

Ic. Peplis annua, foliis acutis, flore muscoso. *Bocc. sic. t. 13. f. 1*, sed *folia* nimis acuta; potius—Pithyusa minor, subrotundis et acutis foliis. *Barr. ic. 751*, quae ad varietatem *a.* citatur, ad hanc spectat.

In cultis ubique: var. *b.* in campis aridis; *Ragusa*, *Pozzallo*, *Spaccaforno*, *Noto*, *Siracusa*, *Sciacca*=et omnes relatae varietates passim occurrunt in *Ustica*, *Lipari alle terre rosse*, *Favignana*, *Maretimo*.

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* ab ipsa basi ramosi, 3-10-pollicares; *folia* rigidiuscula, glauco-virentia, ad margines tenuissime denticulato-scabra, plus minus conferta, aetate decidua, infima minora: *rami* floriferi sub umbella nulli, vel pauci: *umbellae* radii primarii plerumque inaequales: *involucella* persistentia: *petala* in disco purpurea, ad apices virentia: *capsulae* ovatae, virentes: *semina* glabra, ovalia, compresso-tetragona.

In varietatibus *b.* et *c.* *habitus* omnino diversus, et forsan non immerito ut distinctae species a plerisque habitae.

9. *E.* EXIGUA. *Lin. sp. pl. 654 — Guss. pr. 1. p. 843.*

E. glabra, foliis involucrisque linearibus acutis, infimis subretusis, involucellis ovato-lanceolatis, umbella 3-5-fida dichotoma, petalis lunalis, capsulis trigonis glabris levibus, seminibus subtetragonis transverse corrugato-sulcatis fuscescentibus.

Ic. *Fl. dan. 592—Reich. cent. 15. f. 4777* — E. omnium minima ac exilissima. *Cup. panph. 1. t. 161*, et *t. 176*, ac — Tithymalus humillimus, perpusillus, Lini folio brevi. *Cup. panph. 1. t. 226* — Esula exigua Tragi. *Lob. ic. 357.*

*b. retusa*; foliis involucrisque lineari-cuneiformibus retusis mucronatis.

Ic. E. retusa. *Cav. ic. 1. p. 21. t. 34. f. 3 — Reich. cent. 15. f. 4778.*

In cultis, arvis, et collibus aridis ubique in Sicilia — et in *Ustica*,

*Lipari al Palmito*, *Favignana*, *Lampedusa*: var. *b.* in Sicilia = ac in *Ustica*, *Favignana*.

Aprili, Majo. ⊙

*Caules* graciles, erecti, vel adscendentes, solitarii, basi tantum ramosi, 2-8-pollicares; *ramis* floriferis, sub umbella nullis, aut uno vel altero: *folia* laete virentia, adscendendo majora, 1-1 ½ lin. lata, 4-7 lin. longa, plus minus conferta, sessilia, margine integra: *capsulae* ovatae: *semina* obovata, cinereo-fusca.

Varietas *b.* nullis firmis characteribus a specie distingui potest.

10. *E.* TERRACINA. *Lin. sp. pl. 654—Biv. cent. 2. p. 24—Guss. pr. 1. 1. p. 544.*

**E.** foliis sessilibus glaberrimis tenue coriaceis, infimis spathulato-cuneiformibus emarginatis, reliquis lanceolatis obtusiusculis mucronulatis margine tenuissime serrulatis; umbella 3-5-fida dichotoma, petalis lunatis apicibus setaceis integris, seminibus ovoideis capsulisque levibus.

**E.** neapolitana. *Ten. fl. nap. 1. p. 266* !—E. provincialis. *Willd. sp. pl. 2. p. 914* ?, ex *Link en. alt. H. Ber. 2. p. 13* — E. setcornis. *Poir. dict. enc. supp. 2. p. 617*— E. italica. *Lam. dict. enc. 2. p. 434* ! — E. valentina. *Orteg. dec. p. 127* ! ex *herb.* — E. segetalis. *Smith fl. gr. pr. 1. p. 328*, ex specimine Sieberiano, non ex *Fl. Gr. t. 467.* — E. esula. *Ucria H. Pan. p. 499*, non *Lin.* — Esula major. *Cast. H. Mess. p. 37.*

Ic. *Ten. l. c. t. 42* ! — E. provincialis. *Reich. cent. 15. f. 4790* ! — Tithymalus marinus, folio retuso, terracinus. *Barr. ic. 833* !

In collibus, campis, secus vias, in arenosis maritimis ubique in Sicilia=et in *Ustica*, *Alicuri*, *Saline*, *Stromboli*, *Panaria*, *Basiluzzo*, *Lipari*. *Vulcano*, *Favignana*, *Pantellaria*, *Linosa*.

Febbruario, Septembri. ♃ et ♄

*Caules* 1-3-pedales, teretes, basi aliquando suffruticulosi: *folia* laete virentia; superiora saepe latiora: *rami* floriferi sub umbella nulli, vel plures: *involucri* foliola ovato-elliptica, obtusiuscula, radiis breviora: *involucella* cordato-ovata, viridi-lutescentia, versus apicem integra aut irregulariter denticulata: *petala* virentia, inter apices aliquando denticulata, in arenosis maritimis saepe demum rubentia: *capsulae* ovatae: *semina* albido-cinerea.

Stirps re vera proteiformis, et inde in innumeras species forsan immerito distracta. Variat enim *caulibus* erectis vel procumbentibus, viridibus vel rubentibus; *foliis* obcordato-cuneiformibus, retusis vel spathulatis, lanceolatis, acutis, submucronatis: *umbellis* 3-5-fidis, dichotomis vel bifidis. — Characteres constantes in specie sunt *folia* suprema lanceolata, apicem versus serrulata; *petala* lunata, apicibus setaceis, elongatis: *glabrities* omnium partium.

Hanc speciem ab *E. terracina Lin.* non differre Cl. *Smithius Bivonam* monuit, quem confer in *man. 4. p. 39*; ideoque qua ratione ductus Cl. *Link* in *En. alt. H. Ber. 2. p. 13* affirmat *E. neapolitanam* ab *E. segetali* ex ipsius *Smithii* sententia non esse diversam penitus mihi latet - Interim specimem cultum ex *H. Upsal.* in herb. *Lin.* habet *involucra* latiora quam apud nos; *folia* fere omnia emarginata, superiora magis lata; *habitus* parum alienus, et descriptio ipsius in *Sp. pl. l. c.* quoad petala quoque aliena videtur: sed icon *Barr. 833* a *Lin.* ad *E. terracinam* citata certe ad nostram plantam spectat; ita ut si *E. terracina Lin.* est revera species a nostra aliena, tunc icon *Barr.* ab illa exeludenda, et ad hanc transferenda est — Confer *Benth. pl. pyr. p. 78*, et *Bertol. fl. ital. 5. p. 50* pro reliquis synonymis — *E.*

terracina *Reich. cent. 15. f. 4775* ab hac habitu foliorum, e. capsulis majoribus penitus diversa videtur.

11. *E.* DENDROIDES. *Lin. sp. pl. 662 — Ucria H. Pan. p. 199. — Biv. cent. 1. p. 34 — Guss. pr. 1. p. 545.*

E. glaberrima, caule fruticoso, foliis confertis lineari-lanceolatis integerrimis obtusiusculis, umbella 3-multifida bifida, involucellis rhombeo-subrotundis, petalis non lunatis, capsulis seminibusque glabris levibus.

E. laeta *Ait. H. Kew. ed. 1. v. 2. p. 547* — Tithymalus myrtifolius, arboreus. *Cup. H. Cath. p. 213* — T. dendroides *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 87*, ex quo etiam huc spectat. — T. saxatilis, arboreus, Amygdali breviori folio. *Cup. l. c. p. 213* — T. arboreus *Cast. H. Hess. p. 23.*

Ic. *Sibth. fl. gr. t. 470— Reich. cent. 15. 4772!* — E. divaricata. *Jacq. ic. rar. 1. t. 87* — Tithymalus dendroides, major et verior. *Barr. ic. 910.*

In rupibus calcareis, et in collibus aridis in Sicilia — et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*, *Lampedusa*, *Linosa*, in quibus duabus posterioribus insulis propter herbarum defectu aestivis mensibus ramorum cortices vel ramos ipsos tam hujus speciei, quam *E. pineae* Cuniculi derodunt.

Novembri, Aprili. ♄

*Caules* orgyales, vel pedales, cicatrisati, saepius atrorubentes: *folia* intense virentia, subtus pallidiora, 3-5 lin. lata, 1-2 ½ poll. longa, sessilia, aliquando mucronulata: *rami* fertiles sub umbella nulli: *involucrum* foliis conforme, radios aequans: *radii* saepius bifidi, raro dichotomi: *petala* mutica, truncata, transverse ovalia, aliquando subcrenulata: *dentes* calycini apice albo-lanati: *capsulae* erectae, aliquando scabriusculae: *semina* subglobosa, carunculata.

12. *E.* FRUTICOSA. *Biv. cent. 1. p. 33 — Guss. pr. 1. p. 545.*

E. glabra, caule fruticoso, foliis lineari-lanceolatis integerrimis acutis, umbella 5-fida-bifida, involucellis omnibus obovatis, petalis integris non lunatis, capsulis verrucosis, seminibus levibus.

E. spinosa, var. A. *Desf. atl. 1. p. 280*, ex herb.!

Ic. *Desf. l. c. t. 101* — Tithymalus vallaris, Amygdali folio, tuberosus. *Cup. H. Cath. p. 214*, et *panph. 2. 86 ?* — Tithymalus arboreus, tuberosa radice, mollioribus foliis, semine verrucoso aspero. *Bocc. mus. p. 109. t. 88*, pessima, sed ex loco et descriptione!

*b.* foliis glabrioribus involucrisque ovali-lanceolatis non mucronatis, involucris involucellisque non coloratis (virentibus).

E. papillaris. *Jan elench. p. 7* ex ejus specimine.

In rupibus calcareis, sed praecedente rarior; *Palermo, Carini*, *Monregale*, *Altavilla Termini*, *Cefalù*, *Scopello*, *Bonagia*, *Cofani*, *Sciacca* — et in *Favignana*, *Levanzo*: var. *b.* rara prope *Palermo* — magis obvia in *Favignana*, *Maretimo*.

Decembri, Martio. ♄

*Caulis* prope radicem incrassatus, erectus, ramosissimus, 2-3-pedalis, qui in praecedente orgyalis et ultra; *ramis* plerumque trichotomis, inferne nudis: *folia* pallide virentia, sessilia, utrinque attenuata, 1-3 lin. lata, 1-1 ½ poll. longa, mucronulata, in extremitate ramorum conferta, in *b.* latiora, et saepius mutica: *rami* floriferi sub umbella nulli: *involucrum* foliis conforme: *involucella* in *a.* lutescentia; in utrisque varietatibus obtusa, vel acutiuscula: *petala* mutica, transverse ovalia, integra: *calycis* dentes albo-villosi, non fere ut in praecedente lanati; *capsulae* globosae, erectae, confertae: *semina* ovalia, albida.

Potius praecedenti quam *E. spinosae* similis, a qua toto coelo differt; et nonnisi fortuita menda cum *E. paralias* a Cl. *Spr.* in *s. veg. 3. p. 798* confusa.

13. *E.* CORALLOIDES. *Lin. sp. pl. 659 — Guss. pr. 1. p. 546.*

E. villoso-pilosa, caule erecto, umbella 5-fida 3-fida bifida, involucellis ovatis, involucris foliisque lanceolatis subintegerrimis, petalis non lunatis, capsulis leviusculis, junioribus lanatis, adultis albo-pilosis, seminibus ovatis rufescentibus lineolis exasperatis.

Tithymalus montis Pollini, angustiori folio pallido, hirsutus. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 88.*

Ic. *Reich. cent. 15. f. 4768* — Tithymalus calabrensis, Amygdaloides, minor. *Cup. panph. 1. t. 203* — T. nemorosus, villosus, mollior. *Barr. ic. 498*, quae a *Lam.* sub varietate sequente citatur.

*b.* foliis majoribus, umbellae radiis elongatis trifido-dichotomis.

E. lanuginosa. *Lam. dict. enc. 2. p. 436.*

In nemoribus humidis umbrosis: *Messina, Mandanici, Bosco di Cannata, e di Floresta, Bosco di Caronia*: var. *b. Etna al Milo.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* rubentes, herbacei, simplices, erecti, 1-2-pedales: *folia* minutissime ac exquisite serrulata, raro integerrima, membranacea, 4-8 lin. lata, 1-2 poll. et ultra longa, erecta vel patentia, enervia, acuta, aut obtusiuscula: *rami* floriferi sub umbella bifidi: *involucella* ovata, vel ovato-oblonga, basi obliqua: *radii* aliquando semipedales: *petala* viridi-lutescentia, transverse ovalia, integerrima: *semina* altero latere magis gibba, linea notata.

*E. lanuginosa Lam.*, ut jam ipse auctor suspicatus est, et uti etiam *Link* advorterat in *En. alt. H. Ber. 2. p. 16*, nonnisi hujus varietas — In plantis herb. *Lin.* habitus *E. ceratocarpae* similis, et capsulae densius villosae; illae vero *herb. Banks.* cum siculis ex asse conveniunt.

14. *E.* PARALIAS. *Lin. sp. pl. 657 — Ucria H. Pan. p. 198 — Guss. pr. 1. p. 547.*

E. glaberrima glaucescens, caule basi suffruticoso, foliis integerrimis coriaceis lanceolatis, junioribus sursum imbricatis, umbella sub 5-fida bifida, involucellis cordato-reniformibus acutiusculis, petalis sublunatis, capsulis corrugato-rugosis, seminibus ovatis levibus.

Tithymalus maritimus. *Cup. H. Cath. p. 214* — T. Paralias. *Cast. H. Mess. p. 23.*

Ic. *Jacq. hort. Vind. t. 188* — *Reich. cent. 15. f. 4789* — Tithymalus Paralias. *Dod. pempt. p. 370.*

*b. patens*; foliis angustioribus subvirentibus subcoriaceis erecto-patulis raro imbricatis, caule magis ramoso.

Ic. Tithymalus Paralias, hortensis. *Dod. pempt. 370.*

In arenosis maritimis ubique in Sicilia = et in *Ustica* (*Calcara*), *Lipari al Cannitello*, *Vulcano al porto*, *Favignana*, *Marettimo*, *Linosa*: var. *b. Lampedusa sotto al Castello*, *alla Cala della Madonna*, *e della Croce.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* plures ex eadem radice, stricti; floriferi annotini, 1-3-pedales, simplices: *folia* 1-2 lin. lata, acutiuscula, ac concava, juniora praesertim dense imbricata ac spiraliter disposita: *rami* floriferi sub umbella pauci, saepius simplices: *petala* transverse ovalia, sinu inter apices irregulariter denticulato: *capsulae* glaberrimae, virentes, profunde trigonae, non tuberculatae, irregulariter

**corrugato-rugosae!** : *semina*, alba, sparse viridi-maculata, dorso subcarinata, ventre sulco notata.

15. *E. Cupani. Guss. pr. 1. p. 548* in *obs.* — *Bertol. fl. ital. 5. p. 70.*

E. glaberrima viridi-glaucescens, caulibus strictis basi suffruticosis, foliis coriaceis imbricatis, radicalibus lineari-spathulatis obtusis serrulatis, superioribus integris lanceolatis mucronatis, umbella 3-5-fida bifido-dichotoma, involucellis rhombeo-subrotundis mucronatis, petalis lunatis, capsulis levibus, seminibus reticulato-punctatis.

E. tanaicensis. *Guss. l. c. p. 547.*

Ic. Tithymalus Thymelaeae linarifolio foliis. *Cup. panph. 2. t. 155.*

In collibus, et in argillosis campis submaritimis; *S. Giuseppe*, *Pietralonga*, *Alcamo a Segeste*, *Trapani*, *Marsala*.

Majo, Septembri. ♃

*Habitus* fere praecedentis: *caules* altiores, 2-3-pedales, aliquando superne ob folia decidua nudi: *rami* floriferi sub umbella nulli, vel plures bifidi: *folia* coriacea, non albido-glaucescentia, ut in illa, sed glauco-virentia, mucronata, 1-2 lin. lata, 6-18 lin. longa: *umbellae radii* involucellis numerosis coriaceis oppositis (floribus obliteratis) fere bracteati; quo charactere ab omnibus hujus sectionis abunde diversa: *petala* virentia; apicibus latiusculis, obtusis, integris vel denticulatis: *capsulae* ovatae, glabrae, ad aogulos non sulcatae: *semina* lente inspecta fere puberulo-albida.

Fide plantarum, quae quondam in horto in *Bocc.* habui sub hoc nomine a Cl. *Haberlè*, pro *E. tanaicensi* hanc speciem recepi; sed cum apud auctores, quos consulere postea licuit, nullam speciem hoc nomine descriptam invenerim, sic uti proposui *E. Cupani* appellare censeo — *E. bupleuroides Desf. atl. 1. p. 687. t. 106*, quoad iconis habitum huic similis, sed in illa folia etiam superiora serrulata, et involucella omnino aliena sunt.

16. *E. pinea. Lin. s. veg. p. 376* — *Biv. man. 4. p. 19* — *Guss. pr. 1. p. 548.*

E. glaberrima, caule basi suffruticoso, foliis inferioribus linearibus deflexis imbricatis, superioribus latioribus ovato-lanceolatis basi obsolete trilobis, umbella 5-7-fida bifida vel dichotoma, involucellis subcordato-reniformibus integerrimis concavis, petalis lunatis, capsulae angulis verruculosis, seminibus excavato-punctatis albidis.

E. caespitosa. *Ten. fl. nap. 1. p. 322*, in *add.*—E. linifolia *ejusdem l. c. p. 29* — E. Pithyusa. *Ucria H. Pan. p. 198*, non *Lin.* ex loco — Tithymalus minor, Amygdali folio tantillum breviori, multicaulis, humilis. *Cup. H. Cath. p. 214*, et *supp. alt. p. 88* — Esula minor. *Cast. H. Mess. p. 37.*

Ic. *Biv. l. c. t. 5* — E. ragusana. *Reich. cent. 15. f. 4782*, et *fl. germ. excurs. 2. p. 873* — Tithymalus linifolius, major, italicus. *Barr. ic. 821.*

*b.* seminibus levibus.

Tithymalus linifolio. *Raj syll. p. 274.*

*c.* foliis omnibus uniformibus virentibus, involucri foliolis linearibus (foliis conformibus), seminibus ut in *a.*

E. portlandica. *Dec. fl. fr. supp. p. 359*, non *Lin.*

Ic. Tithymalus Cyparissias 1. Tabernemontani. *Cup. panph. 2. t. 105* — *Raf. t. 86.*

*cc.* foliis glaucescentibus, reliqua ut in *c.*

E. artaudiana. *Dec. l. c. p. 360*, ex specimino *Requien.*

In calcareis montosis, et in arenosis vel lapidosis maritimis; *Palermo a Mondello*, *Sferracavallo*, *S. Martino*, *Trapani*, *Sciacca*, *Scicli*, *Modica*, *Ragusa*, *Favignana*, *Levanzo* : var. *b. Messina* (*Arrosto*), *Ibiso*, *S. Anna presso Palermo* : var. *c. Pa-*

*lermo a Mondello*, *a Sferracavallo* = et in *Ustica*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Alicuri alla Sciara di Liane*: var. *c*. *Trapani* = et in *Alicuri*, *Lampedusa*, *Linosa*.
Decembri, Augusto. ♄
*Caulis* aliquando caespitosus et nanus, ut in maritimis; vel erectus ac virgatus, ut praecipue in montosis, inferne rubens, et cicatrisatus: *rami* fertiles interdum sub umbella desunt: *folia* viridi-glaucescentia, aetate rubentia; *caulina* superiora et inferiora 1-2 lin. lata, approximata, numerosa, 6-12 lin. longa; suprema remotiuscula, longiora (1 - 1 ½ poll.), duplo latiora, basi fero auriculato-cordata: *involucra* foliis supremis similia, sed latiora, 4 - 6 lin. lata, et breviora, 5-8 lin. longa, obtusa cum mucronulo: *involucella* concava, obtusa, mucronulata: *petala* apice attenuata, una cum involucellis pallide luteo-virentia: *umbellae radii* simpliciter bifidi, quandoque dichotomi: *capsulae* plus minusque verruculosae.
Varietas *b*. notatu digna ob semina levia; sed nullo alio charactere a specie distincta — Icon *Cupani* superius citata varietatem *c*. bene refert ob folia superiora latiora ac omnia aequalia — Specimina *E. pineae* in *Lin*. herb. desiderantur — *E. lejosperma Smith* in *fl. gr. t. 465* (*E. portlandica* in *prodr*. non *Lin*.), quae cum varietate *a*. convenire videtur, est omnino aliena — Specimina gallica *E. portlandicae*, nec non illa herb. *Banks*. ex Lusitania, et *E. artaudiana Dec*. cum relatis variotatibus ex asse quadrant, sed a specie dirimere non ausus sum — *E. segetali* varietas *cc*. magis proxima; sed cum illa minimo confundi potest, secus ac opinatur Cl. *Spr*. in *s. veg. 3. p. 779* aliique: confer *pl. rar. p. 194*.

17. *E.* BIUMBELLATA. *Poir. dict. enc. supp. 2. p. 610 — Pers. syn. 2. p. 17 — Guss. pr. 1. p. 549.*

E. glaberrima virens, caule erecto basi suffruticoso, foliis lineari-lanceolatis uniformibus, inferioribus obtusiusculis mucronatis, superioribus acutis, umbella duplici, involucellis reniformi-cordatis, petalis lunatis apicibus incrassatis, capsulae angulis verruculosis, seminibus ovoideis corrugato-sulcatis.
Ic. *nulla*.
In collibus arenosis; *fra Alcamo e Partinico alle macchie di Alcamo presso la strada*.
Aprili, Majo. ♄
*Caules* stricti, 1-2-pedales, simplices: *folia* 1-2 lin. lata, 1-1 ½ poll. longa, virentia, erecto - vel erecto-patentia, apicem versus scabra, plus minus conferta; praeter umbellam duplicem rami nonnulli fertiles bifidi sub illa: *involucella* rotundata, plerumque apice mucronata vel mutica, una cum *petalis* flavescentia: *capsulae* ovatae, glabrae: *semina* albo - cinerascentia.
*Habitus* praecedentis quoad folia, sed ob umbellas diversissima. Hae, ut recte notat *Poir. l. c.*, sunt duplices, idest una super alteram, et dum inferior deest, quod raro, tunc semper involucri foliola adsunt. Praeterea *foliola involucri* umbellae inferioris sunt foliis fere conformia, et illa umbellae superioris breviora, ovata, acuminata, et latiora. Cum *E. Cyparyssia* immerito associata a Cl. *Spr*. in *s. veg. 3. p. 802*.

18. *E.* HELIOSCOPIA. *Lin. sp. pl. 658 — Ucria H. Pan. p. 198 — Guss. pr. 1. p. 550.*

E. glabra, caule erecto vel adscendente, foliis cuneiformi-spathulatis a medio ad apicem serrulatis glabris, umbella quinquefida 2-3-fido-dichotoma, involucellis obovato-oblongis obliquis, petalis non lunatis, capsulis levibus, seminibus ovoideis fuscis reticulato-rugosis.

Tithymalus major, subrotundis foliis crenatis. *Cup. H. Cath. p. 213* — T. helioscopius. *Cast. H. Mess. p. 46.*

Ic. *Fl. dan. 725 ? — Reich. cent. 15. f. 4754* — Tithymalus helioscopius. *Dod. pempt. 371.*

*b.* capsulis altero latere purpurascentibus.

*c.* *humilior*; capsulis, et involucellorum basi coloratis.

Ic. Tithymalus rosaceus, purpureus, nanus, Portulacae folio serrato. *Cup. H. Cath. p. 214*, et *panph. 1. 214* — Esula rotundifolia, serrata, carnosior. *Barr. ic. 212*, quoad habitum hanc varietatem exacte refert.

In cultis, ruderalis, et arvis ubique var. *a.* et *b.* in *Sicilia* = et in *Ustica*, *Isole Eolie*, *Favignana*, *Maretimo*, *Levanzo*, *Pantellaria*, *Lampedusa*, *Linosa*: var. *c.* in herbidis maritimis, *Milazzo*, *Messina*.

Decembri, Majo. ⊙

*Caules* plerumque rubentes, palmares, vel fere pedales, pilis sparsis obsiti, basi ramosi, superne simplices: *folia* inferiora minora, in petiolum attenuata: *involucella* una cum capsulis viridi-flavescentia: *petala* glaberrima, transverse ovalia, rotundata, integerrima, viridi-ceracea: *capsulae* ovatae, leves: *rami* fertiles, bifidi sub umbella aliquando adsunt: *involucra* et *involucella* a medio ad apicem, vel apice tantum serrulata.

Iconem *Fl. dan.* cum dubio citavi, quia *foliis* lanceolato-spathulatis a nostra recedit.

19. *E. akenocarpa. Guss. Cat. H. R.* in *Bocc. an. 1821. p. 75*, et *pr. 1. p. 550* — *Spr. s. veg. 3. p. 797.*

E. caule erecto vel adscendente, foliis spathulato-cuneiformibus pubescentibus apice obsolete serrulatis, umbella 5-fida dichotoma, involucellis rhombeo-ovatis mucronatis serrulatis, petalis non lanatis, capsulis indehiscentibus intra calycem sessilibus!

E. verrucosa. *Lin. mant. 2. p. 393* non *spec. pl.*, ex observatione MS. Cl. *Smith* in specimine herb. *Lin.*, et inde *Bertol. fl. ital. 5. p. 45* — E. muricata. *Smith ined.* in *fl. brit. ed. 2. v. 4. p. 65*, non *Marsch.* — E. sphaerococca. *Salzm. pl. exsic.*, et — E rigida. *Thieb.* non *Marsch.* ex herb. *Dec.*

Ic. Tithymalus siculus, polycoccos, Portulacae folio. *Bocc. sic. t. 19* — *Cup. panph. 2. t. 9o.*

In arvis argillosis, praesertim humidiusculis, ubique in Sicilia.

Aprili, Majo. ⊙

*Habitus* totius plantae *E. helioscopiae* simillimus: *caulis* glaber, basi ramosus: *rami* adscendentes, superiores fertiles nulli: *folia* tenue pubescentia, apice minutissime serrulata, sessilia: *umbella* rarius quadrifida, trifida-dichotoma vel simpliciter dichotoma; radiis inaequalibus: *involucri* foliola foliis subconformia; *involucella* ovata, margine quandoque serrulata, mucronata, glabra: *calyx* glaber, membranaceo-scariosus, margine ciliatus, breviter pedicellatus in dichotomia: *petala* integra, flava: *antherae* exsertae: *stigmata* bifurca: *capsula* laevis, glabra, vel setis albis sparsis obsita; stylo persistenti coronata, exacte globosa, intra calycem sessilis, nec exserta ut in aliis speciebus, ita ut ipsa fructificante calyx disrumpitur; indehiscens, umbellae radiis etiam siccis adhaerens, ideoque optime scripsit Cl. *Boccone l. c.* » ea est plantae, ejusque alarum durities et contumacia, ut media » hyeme arida, et *foliis* expoliata perduret adhuc, et *capsulas* semi- » num (*quod notatu dignum*) unguibus frangere aut evellere (*a- » deo pertinaciter haerent*) sine rami particula non possis »: *semina* subconica, plumbea, laevia.

Species indicatis characteribus distinctissima ab omnibus ; et ob capsulam non elastice dissilientem , nec sponte dehiscentem , atque intra calycem sessilem , nec ut in aliis speciebus hucusque cognitis exsertam , novum genus haec planta efformare poterit. Sed caeteri characteres aliis omnibus speciebus hujus sectionis communes, totiusque plantae habitus , ab *Euphorbiae* genere admodum naturali hanc solam speciem disjungere minime suadent , et potius in generica descriptione characteres isti peculiares notandi. — Mihi penitus latet cur sub mutato nomine *E. osteocarpa Guss.* de hac specie loquutur Cl. *Brunner* in *Flora an. 1838 p. 121.*

20. *E. PUBESCENS. Desf. atl. 1. p. 386*, excluso syn. *Vahlii!* — *Ten. fl. part. di Nap. p. 588*, exclusis synonymis *Vahlii! et Willd ?* — *Guss. pr 1. p. 551.*

E. villosa, radice perenni, caule erecto, foliis lineari-oblongis lanceolatisque serrulatis, umbella quinquefida trifida bifida, involucellis ovato-rhombeis basi obliquis submucronatis, petalis non lunatis, capsulis villosis muricatis , seminibus lineolis exasperatis.

Tithymalus minor , palustris , canescens , Myrtifolio hirsuto. *Cup. H. Cath. sup. alt. p. 88* — E. verrucosa. *Sibth.* ex herb., non ut videtur ex *Pr. fl. gr. 1. p. 329*, ex quo potius *E. pilosa* ad hanc spectat — E verrucosa. *Cav.* herb.

Ic. *Jacq. fil. Ecl. pl. rar. 1. t. 66 ! — Reich. cent. 15. f. 4769* — Tithymalus paludosus , humilis , hirsutus, Amygdali atrovirenti folio. *Cup. panph. 2. t. 79* — T. palustris , villosus , mollior , erectus. *Barr. ic. 883.*

Ad rivulos , et in humidis ubique frequens in Sicilia.

Floret fere per totum annum. ♃

*Herba* omnibus partibus obscure virens , nunquam superne viridi-lutescens , uti sequens : *caules* basi tantum ramosi , 1-2-pedales ; ramis fertilibus sub umbella saepius nullis : *folia* nunquam subcoriacea (*Reich.*), sessilia; caulina subamplexicaulia, plus minus conferta , acutiuscula , 5-6 lin. lata, 1-1 ½ poll. longa: *involucra* oblonga, foliis fere conformia : *umbellae* radii inaequales : *flos* in dichotomia saepe pudunculatus , sessilis ex *Desf. l. c.*: *capsulae* globosae: *semina* plumbea.

*E. pubescens Vahl. sym. 2. p. 55* ab illa *Desf.* certe differt , uti jam observavit Cl. *Jacq. l. c.* , et amicissimus *Schow* ex inspectione herbarii *Valhii* me monuit. Nam in hujus auctoris specie ; *folia* obtusa cuneiformia , *radix* annua, *locus* natalis in cultis , *habitus E. helioscopiae* ; dum in planta *Desfontanesii*, *folia* sunt lineari-oblonga , et aliquando spathulato-linearia , *radices* perennes , *locus* natali juxta rivulos et in humentibus , *habitus* potius *E. pilosae* , vel *E. platyphyllae* , cum qua immerito a multis confusa — *E. pilosa, fl. gr. pr. 1. p. 329*, ex *Barr.* synonymo et ex loco natali , ad hanc speciem certe est referenda : nam illa icon , uti recte notat Cl. *Ten. l. c.* ad hanc, et minime ad *E. pilosam* pertinet — Veram iconem *E. pilosae* dedit Cl. *Reich.* in *cent. 2. p. 35. t. 143. f. 269.* — *E. undulata, Marsch. fl. taur. cauc. 1. p. 371*, quam ab *E. pubescenti* differre non credunt *Jacq.* et *Ten. l. c.* , distincta videtur *petalis* lunatis , aliisqse notis. — Denique *E. verrucosae* specimen fere sola umbella constante in herb. *Lin.* adest ; et quoad hoc potius hanc, quam *E. verrucosum* omnium fere auctorum refert.

21. *E. STRICTA. Lin. syst. nat. ed 10. v. 2. p. 1049* — *Smith fl. gr. pr. 1. p. 330* , *et Fl. brit. ed. 2. v. 4. p. 64.*

E. glabriuscula, caule erecto , umbella 5-fida trifida dichotoma , involucellis rhombeo-ovatis basi truncatis aequalibus serrulatis , involucris

foliisque lanceolatis acutiusculis, petalis rotundatis (non lunatis), capsulis tuberculatis glabris, seminibus levibus.

E. platiphyllos. *Guss. pr. 1. p. 552* — E. platiphyllos *herb. Sibth.!* — Tythymalus Salicis folio, tenuissimo, serrato, et villoso. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris*, et *Inst: p. 86.*— T. arvensis, latifolius, germanicus. *Cap. H. Cath. p. 214.*

Ic. *Sibth. fl. gr. v. 5. p. 53. t. 469* — *Reich. cent. 15. f. 4757.*

In humidis cultis prope *Catania*.

Majo Junio. ⊙!

*Caules* basi simplices, superne ramis multis floriferis instructi, et nonnisi in sterilibus omnino simplices: *folia* reflexa, laete virentia, magnitudine praecedentis, sed vix hinc inde pilosiuscula: *petala* subrotunda, integra, flavescentia: *capsulae* parvae, obtusis tuberculis obsitae, sed glabrae, vel pilis nonnullis sparsis instructae: *semina* rufescentia.

Quamvis praecedenti proxima sit, tamen innumeris individuis in locis dissitis ac dissimilibus inspectis semper diversas comperi. Haec superne viridi-lutescens, quod minime in illa; praetèrea in locis a mari remotis et in collibus vel in arvis requietis etiam aridis Aprutii occurrit, dum *E. pubescens* nonnisi in meridionalibus vel maritimis, et semper in humentibus vel juxta rivolos provenit: tandem *semina* levia, non lineolis exasperata; et culta per plures annos faciem non mutavit — Cl. *Bert.* in *fl. ital. 5. p. 92* ab *E. platiphylla* hanc non separat — E. platiphyllos *Lin. herb.* est species huic quidem proxima, sed immerito ab ipso *Lin.* in *sp. pl. 660* simul associatae. Confer *Smith l. c.*

22. *E.* VERRUCOSA. *Lin. sp. pl. 658. ? b. glabra Ten. syll. p. 236!* — *Guss. supp. p. 150.*

E. undique glabra, caulibus basi ramosis perennantibus adscendentibus, foliis sessilibus ellipticis oblongisquo tenuissime serrulatis integrisve, inferioribus minoribus, umbella 5-fida bifida, involucri foliolis ellipticis et involucellis obovatis, utrisque integerrimis, petalis non lunatis, capsulis echinato-verrucosis.

E. dulcis. *Bertol. fl. ital. 5. p. 60.*

Ic. Tithymalus verrucosus. *Bauh. hist. 3. p. 673*, et *Moris. hist. 3. s. 10. t. 3. f. 3.*

In humentibus herbosis; *Gurgo di Caccaci a Caronia (Gasparrini)*; *Montesoro fra Troina e S. Fratello (Tineo)*.

Majo, Junio. ♃

*Caules* basi tantum ramosi, et rubentes; ramis sub umbella fere nullis: *folia* obtusiuscula, aliquando deflexa, 8-10 lin. longa, 2-4 lin. lata, laete virentia: *involucri* foliola aliquando etiam obovato-elliptica: *umbellae radii* involucro parum longiores, saepius bifidi, raro trifido-bifidi: *petala* obtusa, rotundata, pallide rubentia ex sicco: *capsulae* verrucis longis obsitae, uti rèliquae partes glaberrimae.

Differt a descriptione *Lin.* involucellis obovatis, capsulis foliisque glabris: ab illa *Lam. dict. enc. 2. p. 234* foliis in petiolum non attenuatis et glabris: ab illa *Roth. man. fl. germ. 2. p. 687* involucellis minime ovatis, foliis glabris: denique ab illa fere omnium auctorum umbella non flavescente. Interim specimina a *Preslio* ex Bohemia accepta cum planta sicula ex asse quadrant. Confer *E. pubescentem* et *akenocarpam* — *E. fragifera Jan* huic valde proxima, sed foliorum forma ac rigiditate, et loco natali diversa videtur — *E. verrucosa Desf. atl. 1. p. 385* ad hanc spectat, et solum foliis nonnihil villosis recedit. Vide *Ten. l. c.*

23. *E. ceratocarpa. Ten. fl. nap. 1. p. 268 — Guss. pr. 1. p. 553.*
E. glaberrima, caulibus frutescentibus, foliis lanceolatis integerrimis viridi-glaucescentibus, umbella quinquefida 3-4-fida bifido-dichotoma, involucellis rhombeo-ovatis mucronatis, petalis non lunatis, capsulis verrucosis, verrucis coadunatis ramosis, seminibus levibus.
Tithymalus Esulas, alter. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.* — T. folio longo glauco, caule rubro, capsulis verrucosis, elatior, siculus. *Raj syll. p. 276!* — E. orientalis. *Smith pr. fl. gr. 1. p. 320*, ex specim. *herb. Sibth.!* — E. orientalis, ex herb. *Banks.* — E. sicula *Lin.* ex *Pourr.* in *herb. Salvator*, sed ubi descripta? — Tithymalus palustris, Amygdali folio glauco, leviter hirsutus. *Cup. H. Cath. p. 213*, et *supp. alt. p. 88* — Tithymalus Characias tertius. *Cast. H. Mess. p. 23 ?*
Ic. *Ten. l. c. t. 43* — Tithymalus palustris, Amygdali folio, glaucoides folio. *Cup. panph. 2. t. 167.*
In vallibus, ad sepes, in dumosis glareosis sylvaticis, ad pedes montium ubique in Sicilia.
Majo, Augusto. ♄
*Caules* plures ex eadem radice, 2-4-pedales, superne ramis floriferis plurimis vel paucis instructi, plerumque rubentes: *folia* numerosa, sessilia, acuta, adulta reflexa, 3 - 4 lin. lata, 1 ½ poll. longa, margine subundulata: *involucri* foliola rhombeo-elliptica, obtusiuscula, mucronata, una cum invulucellis flavescentia ac integra: *petala* transverse elliptica, integerrima, viridi-ceracea, exappendiculata: *calyces* glaberrimi, pedunculo lin. longo angulato suffulti: *capsulae* globosae, glabrae: *semina* cinereo-plumbea.
Specimina *E. orientalis* in herb. *Lin.* non adsunt, et in illis herb. *Dec.* fructus desiderantur.

24. *E amygdaloides. Lin. sp. pl. 662.* ex *herb.*, quamvis specimen imperfectum — *Ten. fl. med., e fl. part. di Nap. p. 389 — Guss. pr. 1. p. 553.*
E. caule basi simplici, foliis puberulis elliptico-lanceolatis in petiolum attenuatis obtusiusculis, superioribus ellipticis, intermediis subrosulatis, umbella quinquefida multifida bifida vel dichotoma, involucellis perfoliatis orbiculatis, petalis lunatis, capsulis seminibusque levibus.
Tithymalus Characias, amygdaloides. *Cup. H. Cath. p. 213* — T. Characias, secundus. *Cast. H. Mess. p. 23.*
Ic. *Reich. cent. 13. f. 4799* — E. sylvatica. *Jacq. austr. t. 375* — *Bull. herb. de fr. t. 93* — Tithymalus lunato flore. *Columu. ecphr. 2. t. 57!* — T. sylvaticus, lunato flore. *Moris. hist. 3. s. 10. t. 1. f. 3.*
Ad sepes, et in sylvaticis ubique in Sicilia.
Februario, Aprili. ♂ et ♄
*Caules* 1-3-podales, piloso-puberuli, rubentes, basi nudi, ac ut in duobus sequentibus ante anthesim cernui: *folia* atrovirentia, at aliquando albolineata, ac supra glaberrima, integerrima, omnia deflexa; superiora statim minora sessilia, approximata: *rami* floriferi sub umbella numerosi, apice bifidi: *involucri* foliola virentia, foliis superioribus conformia: *involucella* tenuia, obtusissima; una cum radiis ac radiolis glaberrima, viridi-lutescentia: *calycis* tubus glaber; dentibus subintegris: *petalorum* apices in hac et in sequente filiformes vel crassiusculi, lutescentes aut rubentes, integerrimi vel denticulati, approximati remotive: *capsulae* pedicellatae, glaberrimae, tenue granulatae: *semina* oblonga, fusca.

25. *E. sylvatica. Lin. sp. pl. 663 ?* exclusis synonymis — *Ten. fl. med., e fl. partic. di Nap. p. 390!* — *Guss. pr. 1. p. 554.*

E. caule basi ramoso caespitoso, foliis oblongo-ellipticis in petiolum attenuatis obtusis omnibus sparsis, superioribus obovato-vel elliptico-spathulatis obtusissimis, umbella 5-fida multifida bifido-dichotoma, involucellis perfoliatis orbiculatis subemarginatis, petalis lunatis, capsulis seminibusque levibus.

Tithymalus Characias quartus. *Cast. H. Mess. p. 23 ?*

Ic. Tithymalus toto anno folia retinens. *Bauh. hist. 3. p. 671 ?*

In nemoribus umbrosis montosis; *Madonie*, *Boschi di Valdemone.*

Majo, Junio. ♄

Praecedenti simillima, a qua non differt nisi habitu magis caespitoso, et colore pallentiore, involucellis minus coloratis, ac petalorum apicibus crassioribus magisque approximatis.

Nostra non est certe species *Lin.* tam ex ejus herbario, quam ex synonymis ac descriptione ipsius in *mant. 2. p. 395*, et forsan nonnisi uti praecedentis varietas *montana* a locorum diversitate exorta habenda; nam in specimine *E. sylvaticae herb. Lin.* habitus gracilior quam in hac, et in *E. Characia*, folia glabra ac acutiora, involucri foliola oblongo-linearia, et a Cl. *Smith* in *fl. brit.* ed 2. *v. 4. p. 68* ad *E. segetalem* pertinere putatur. Confer *E. melapetalam.*

26. *E. Characias. Lin. sp. pl. p. 662 — Ucria H. Pan. p. 199. b. eriocarpa.*

E. caule frutescente, foliis glaucescentibus subcoriaceis lanceolatis integerrimis supra glabris subtus pubescentibus, umbella multifida bifido-dichotoma, involucellis orbiculatis perfoliatis emarginatis, petalis transverse-ovalibus antice late emarginatis, non lunatis (atropurpureis), capsulis piloso-lanatis, seminibus ovoideis levibus.

Tithymalus Characias, rubeus, peregrinus. *Cup. H. Cath. p. 213* — T. Characias 1. *Cast. H. Mess. p. 23.*

Ic. E. eriocarpa. *Bertol. fl. ital. 5. p. 101*, et *comment. de itin. neap. p. 22. t. 3 — Jacq. ic. rar. t. 89 — Reich. cent. 15. f. 4800* — Tithymalus Characias 1. *Clus. hist. 2. p. 188.*

Ad sepes, in sylvaticis, dumetis, ubique in Sicilia.

Januario, Martio. ♄

*Caules* erecti, puberuli, 1-4-pedales, purpurascentes aut virentes, et rubro-maculati, inferne cicatrisati, saepius caespitosi ac crassiusculi: *folia* integerrima, 2-4 lin. lata, 2-4 poll. longa, acutiuscula, supra obscure virentia, subtus pallidiora, in petiolum attenuata, omnia deflexa, inferiora confertiora ac longiora: *rami* floriferi sub umbella bifidi, aliquando verticillati: *involucri* foliola oblongo-spathulata, obtusiuscula, radiis puberulis 2-3-plo breviora: *involucella* viridi-lutescentia: *calycis* tubus laxe pubescens: *petala* glabra, in emarginatura integra subtusque subrevoluta: *filamenta* glabra, albida, longe exerta; *antheris* luteolis: *capsulae* una cum pedicello albo-piloso-lanatae, subglobosae: *semina* fusca.—Variat *foliis caulibusque* plus minus pubescentibus: *petala* in plantis siculis semper fusco-purpurea vidi.

Quamvis Cl. *Ten.* in *fl. med. e fl. partic. di Nap. p. 394*, hanc speciem pro *E. veneta Willd. en. H. Ber. 1. p. 507* habeat, tamen quia nostra cum descriptione *Lin. l. c.* convenit, potius ad *E. Characiam*, quam ad *E. venetam* referendam esse putavi, cujus iconem vide in *Reich. l. c. f. 4800*[a] — E. Characias *Smith fl. gr. pr. 1. p. 332* erit nostra ex specimine cretico Sieberiano, sed confer sequentem, et planta herb. *Linn.* non diversa mihi visa est. Tamen Cl. *Bertol.* monet in *l. c.* plantam nostram a vera *E. Characia* differre, petalis denticulatis, florescentia praecociora, aliisque characteribus; ita ut si notae istae satis firmae ad species dirimendas eruat, tunc nostrae *E. Characiae* nomen specificum a *Bert.* datum servandum erit.

27. *MELAPETALA*. *Gasp. ind. sem. H. R. in Bocc. an.1830. p. 3 — Guss. supp. p. 152.*
E. caule fruticoso, foliis lanceolatis supra nitidis glabris, subtus adpresse villosis, umbella multifido-dichotoma, involucellis orbiculatis perfoliatis calyciformibus, petalis transverse ovalibus emarginato-lunulatis ( atropurpureis ), capsulis villosis, seminibus ovoideis levibus.
E. Characias. *Smith fl. gr. pr. 1. p. 332*, ex specim. *herb. Sibth.*
Ic. Esula caulo erasso. *Riv. tetr. irr. t. 116*, a *Smith* in *fl. brit. ed 2. v. 4. p. 69*, ad *E. Characiam* citata.
*b.* capsulis granulatis calycibusque glabris.
E. Characias *y. Lin. mant. p. 594*, *et sp. pl. ed. Reich. v. 2. p. 458.*
Ad sepes, et in sylvaticis; *Palermo a Monte Cuccio*, *Cefalù (Gasp.)*
Januario, Martio. ♄
Praecedenti valde proxima; a qua *glabritie* majore omnium partium; *habitu* robustiore; *caulibus* albicantibus; *ramis* floriferis sub umbella saepius plurimis; *foliis* acutioribus, firmioribus, minus obscure virentibus; sed potissimum *involucellorum* forma abunde diversa; nam flores intra illa immersi remanent: *petala* apicibus brevissimis acutis instructa, demum revolutis, ex quo obtusa et truncata videntur; margine inter apices remanento integro, vel obiter crenulato-eroso: *capsulae* majusculae, et quoad pubescentiam ab *a.* ad *b.* transeuntes: *semina* fere nigra.
Icon *Rivini l. c.*, quam ad *E. Characiam* bene quadrare dixi, melius perpensa re potius *E. melapetalam* refert ob habitum robustiorem, et involucellorum formam; ita ut si foliorum glabritiem excipies, ob caules crassiores, petala aliquando erosa, et summam cum praecedentem affinitatem, haec cum *E. sylvaticae Lin.* descriptione in *mant. p. 393*, et *sp. pl. ed. 1.* ( non herb. ) sat bene convenire videtur — *E. veneta Willd.* ( nunc *E. Wulfenii Hopp*) quoad iconem *Reich. cent. 15. f. 4800* superius citatam, et descriptionem *Kock syn. p. 631*, ab hac omnino aliena est.
28. *E. MYRSINITES*. *Lin. sp. pl. 661* ex herb.!, sed excluso synonymo *Clusii — Ucria H. Pan. p. 199 — Guss. pr. 1. p. 555.*
E. glaberrima glaucescens, caulibus decumbentibus, foliis spathulato-ovalibus obtusis mucronatis coriaceis glaucescentibus confertis, inferioribus deflexis, umbella multifido-dichotoma, involucellis suborbiculato-reniformibus, petalis bicornibus, apicibus incrassatis subemarginatis, capsulis trigonis ovatis glabris, seminibus corrugato-rugosis.
Tithymalus Myrsinites, latifolius. *Tourn. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et inde *Inst. p. 86* — T. Myrsinites, latifolius. *Cup. H. Cath. p. 213*, et *Raj syll. p. 282!* — T. Myrsinites. *Cast. H. Mess. p. 23.*
Ic. *Reich. cent. 15. f. 4796!* — *Sibth. fl. gr. t. 471!*, tamen exclusis plurimis synonymis, nam in *herb. Sibth.* hujus et sequentis specimina simul confusa — Tithymalus myrtifolius, minor, supinus, lato folio brevi. *Cup. panph. 1. t. 49* — *Raf. t. 35.*
In pascuis, et saxosis montosis; *Madonie.*
Majo, Junio. ♄
*Caules* caespitosi, simplices, decumbentes, floriferi apice surrecti, ad summum pedales, cicatrisati: *rami* sub umbella subnulli: *folia* inferiora minora, suprema saepe obovata-cuneata, omnia integerrima vel obiter serrulata, vix poll. longa, 5-6 lin. lata, rotundata: *involucri* foliola et *involucella* virentia!, integra: *petala* viridi-ceracea, integra; apicibus nitide aurantiacis: *capsulae* majusculae: *semina* viridi-cinerea.
*Umbella* saepe multifido-bifida in locis sterilibus observatur— Pro synonymis huius speciei et sequentis confer quae dixi in *pl. rar. p. 195*, et 199,

29. *E. biglandulosa. Desf. cor. Tour. p. 88* — *Poir. dict. enc. supp. 2. p. 621* — *Guss. pr. 1. p. 555.*

E. glaberrima glaucescens, caulibus erectiusculis, foliis lanceolatis acutis mucronatis coriaceis imbricatis glaucescentibus, senioribus deflexis, umbella multifida, involucellis cordato-reniformibus, petalis bicornibus, apicibus globoso-incrassatis subemarginatis, capsulis cylindraceis glabris, seminibus subtetragonis levibus cinereis.

E. pungens. *Dryand. ms.* in herb. *Banks.* non *Lam.*, an et *Russel ?* — Tithymalus orientalis, Amygdali folio. *Tour. herb.* in *Mus. H. Paris.*, et inde si fides habenda nomini ab ipso Cl. *Marsch.* in scheda Tournefortiana inscripto ad hanc spectat — E. glareosa. *Marsch. fl. taur. cauc. 1. p. 373.*

Ic. *Desf. l. c. t. 67* — Tithymalus Myrsinites, Matthioli. *Cup. panph. 1. t. 248* — *Bon. t. 158* — Tithymalus Myrsinites, legitimus. *Clus. hist. 2. p. 189.*

In montosis depressis, et in collibus calcareis sterilibus; *Palermo*, *Caltanissetta*, *Priolo*, *Cannata*, *Maniaci*, *Petralia*, *Bronte*, *Gangi*, *Castrogiovanni*, *Caltauturo*, *Linguagrossa*, *Nicolosi*.

Februario, Martio. ♄

*Caules* simplices et caespitosi, ut in precedente cicatrisati, tamen 1-1 ½ pedales, erecti vel adscendentes, raro deflexi: *folia* concaviuscula, juniora semper erecto-patentia, conferta, et nonnisi inferiora et senescentia deflexa, margine integerrima, spiralia, pollicem et ultra longa, 3-4 lin. lata: *involucri* foliola spathulata, una cum involucellis denticulatis et radiis flavescentia, mucronata: *radii* umbellae saepe tantum bifidi, pollicem longi: *pedunculi* floriferi sub umbella subnulli: *petala* viridi-ceracea, integra; apicibus nitide aurantiacis: *capsulae* glaucescentes !, erectae !: *semina* subangulata.

*E. rigida Marsch.*, quam cultam vidi in *H. R. Neap.*, differt ab hac, *foliis* magis glaucescentibus, firmioribus, junioribus exacte patentibus, non ad angulum acutum cum parte superiore caulis insertis; *involucris* et *involucellis* non omnibus luteis, sed primis glaucescentibus; *radiis* plerumque dichotomis; *petalis* purpurascentibus; *capsulis* pendulis — Confer quoque *Bertol. fl. ital. 5. p. 72* — *E. biglandulosa Willd. en. sup. p. 217*, et *Spr. s. veg. 3. p. 789. n. 52* observante Cl. *Bertol. l. c.* alia species est.

---

† 30. *E. Lathyris. Lin. sp. pl. 655* — *Ucria H. Pan. p. 197* — *Guss. pr. 1. p. 556.*

E. umbella 4-fida dichotoma, foliis oppositis integerrimis.

Ubique (*Ucria*).

† 31. *E. epithymoides. Lin. sp. pl. 656* — *Ucria H. Pan. p. 198* — *Guss. pr. p. 556.*

E. umbella 5-fida bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis obtusis subtus villosis.

Prope *Ucria* (*Ucria*).

An *E. verrucosa*, vel *pubescens* ?

---

*E. spinosa* inter plantas Siciliae indigenas non est adnumeranda, uti fide *Bivonii* refert Cl. *Bertol.* in *fl. ital. 5. p. 57*; nam in herbario Bivoniano nonnisi specimina in montibus prope Pisam collecta adsunt, ut amicus *Todaro* me certiorem fecit; et praeterea in *Monte Peregrino* prope Panormum nec ab aliis, nec a me species ista adhuc observata.

## IV. *Pentagynia.*

### GLINUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 836 — Endl. gen. n. 5185.*

*Cal.* liber, persistens, 5-partitus; laciniis demum conniventibus, intus coloratis. *Pet.* numero varia, angustissime linearia, 2-4-fida, staminibus intermixta. *Caps.* 5-angularis, 5-locularis, 5-valvis, polysperma, supera. *Sem.* funiculo longissimo setiformi affixa receptaculo columnari. (*Herba* annua, procumbens, sublanata: *folia* simplicia, integra, exstipulata: *flores* plurimi, axillares, pedunculati. *Ficoideae Juss.*)

1. *G. lotoides. Lin. sp. pl. 663 — Ucria H. Pan. p. 200 — Guss. pr. 1, p. 557.*

G. piloso-pubescens vel sublanatus, caule decumbente, foliis obovatis subfasciculatis inaequalibus, pedunculis 6-9 axillaribus 1-floris brevibus, laciniis calycinis exterioribus acutis, duabus interioribus obtusis.

Alsine folio sphaeroide, Heliotropio cognata. *Cup. H. Cath. p. 6* — A. lotoides. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris. p. 29.*

Ic. *Lam. ill. gen. t. 413. f. 2 — Sibth. fl. gr. t. 472* — Alsine lotoides sicula. *Bocc. sic. t. 41 — Cup. panph. 1. t. 192.*

In herbidis pinguibus humentibus, vel inundatis; *Catania lungo i fossi presso la Madonna de' fossi,* primus invenit *Consentini; Palermo al fiume Oreto* (*Ucria*).

Septembri, Octobri. ⊙

*Caules* terrae adpressi, dichotomo-ramosi: *folia* obscure virentia, mollia, 2-5 ex eodem puncto, in petiolum attenuata, pollicem ad summum longa, 8. lin. lata, apice rotundata: *pedunculi* inaequales, 1-4 lin. longi: *calycis* laciniae ellipticae, intus albidae, staminibus longiores: *petala* (aliis *nectaria*) aliquando setiformia, et integra: *styli* brevissimi: *germen* staminibus aequilongum, una cum stylis glandulosum: *capsula* calyce tecta, tenuis, fere scariosa, oblongo-pentagona: *semina* subpyriformia, atra, nitida, sub forte lente granulata, funiculis albidis — Habitus *Heliotropii supini*: pubescentia undique stellata, in plantis junioribus sublanata ac albida, in adultis obsoleta et virescens.

## V. *Dodecagynia.*

### SEMPERVIVUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 837 — Endl. gen. n. 4623.*

*Cal.* 6-12-partitus, persistens. *Pet.* 6-12, oblonga, infera, calycinis laciniis alterna. *Squamae* ad basim germinum apice dentatae, vel fimbriato-lacerae. *Caps.* 6-12, polyspermae, introrsum longitudinaliter dehiscentes. (*Frutices,* aut *herbae*: *folia* integra, exstipulata, alterna, succulenta, juniora saepius rosulata: *flores* in siculis flavi, terminales, paniculati aut cymosi. *Crassulaceae Dec.*)

1. *S. tenuifolium. Smith fl. gr. pr. 1. p. 335 — Guss. pr. 1. p. 558.*
   S. glaberrimum, propaginibus cylindraceis, caule basi ramoso adscendente, foliis teretibus subulatis, inferioribus basi dilatatis vaginantibus, caulinis adnato-sessilibus basi productis, floribus 7-10-gynis cymosis.
   S. anomalum. *Lag. nov. gen. et sp. p. 17 — Spr. s. veg. 2. p. 469 —* Sedum rostratum. *Ten. fl. nap. pr. p. 26 !* — S. amplexicaule. *Dec. fl. fr. sup. p. 526 !,* et *mem. des Crass. p. 35,* ac *pr.3. p. 407.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 474,* ex *herb ! — Dec. mem. des Crass. l. c. t. 7—* S. minus, luteum, ovato folio, flore grandiusculo, ad terram spicis ambitum. *Cup. H. Cath. p. 199 ; panph. 1. t. 169 ,* et *2. t. 181.*
   In rupestribus calcareis montosis ; *Palermo al monte dell' Occhio, Monte de' Cani, Busambra, Pizzuta, Polizzi, Madonie, Monte Scuderi, Catania, Monte di Mistretta, Nicosia, Mandanici, Noara, Floresta : Moarta (Parlatore).*
   Majo, Junio. ♃
   *Caules* palmares, vel pedales, graciles : *folia* glaucescentia, 5-7 lin. longa, erecto-patentia; in propaginibus approximata, ac imbricata: *calycis* laciniae ovato-lanceolatae, acutae, capsulae adpressae, petalis duplo breviores : *petala* lanceolata, acuta, semipatentia, carinata, aurea : *flores* secus cymae ramos sessiles : *habitus* fere *S. reflexi,* uti notat *Dec. l. c.*— Ex foliorum axillis in propaginibus, quae pollicem et ultra longae, fibrae setaceae numerosae et longae erumpunt, quae postea in radiculas mutantur.

2. *S. arboreum. Lin. sp. pl. 664 — Ucria H. Pan. p. 200.*
   S. caule fruticoso ramoso, foliis crassiusculis cuneiformibus glabris margine ciliatis ad apices ramorum patenter rosulatis, panicula densa multiflora thyrsoidea laxiuscula, petalis 9-10.
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 473 — Dec. pl. gras. t. 125,* et *125ᵇ —* Sedum majus, legitimum. *Clus. hist. 2. p. 58.*
   In rupibus calcareis montosis maritimis ; *Monte Catalfano presso la Bagheria (Tineo).*
   Januario, Februario. ♄
   *Caules* 2-4-pedales, inferne nudi, et cicatrisati, fusci : *folia* laete virentia, 1-2 poll. longa, obtusa cum acumine, patentia : *panicula* brevis, terminalis, ovata, demum elongata et fere pedalis : *pedunculi* tenue et breviter pubescentes, albido-virentes, bipartiti, 2-3-pollicares, ante anthesim recurvi : *pedicelli* 2-3-lineares, secundi, demum remotiusculi : *calycis* laciniae glauco-virentes, lanceolatae, brevissimae, ½ lin. longae, acutae, gibbosae, sub anthesi patulae, demum contractae : *petala* lineari-lanceolata, acutiuscula, ½ lin. lata, 2-lin. longa, *stamina* subaequantia, stellate patentia, omnia intense flava : *squamae* albidae, brevissimae, emarginatae: *germina* in columnam fere conicam coadunata : *styli* erecto-recurvi ; *stigmatibus* globosis, nitidis.

---

†. 3. *S. montanum. Lin. sp. pl. 665 — Ucria H. Pan. p. 200 — Guss. pr. 1. p. 558.*
   S. foliis ciliatis, propaginibus patulis.
   In montosis ; *Madonie (Ucria).*

# ICOSANDRIA.

## I. *Monogynia.*

### OPUNTIA.

*Gaert. de fruct. 2. p. 265* — *Dec. pr. 3. p. 470* — *Endl. gen. n. 5161.*

*Cal.* sepala plurima, foliacea, ovarii apicé inserta, summa plana, brevia. *Pet.* supera, numerosa, obovata, basi subconnata. *Styl.* cylindricus, basi constrictus. *Stigm.* plurima, erecta, crassa. *Bacc.* ovoidea, apice umbilicata, tuberculata, saepe spinifera, 1-locularis, polysperma. (*Frutices* arborescentes, articulati; articulis carnosis, compressis, demum cylindraceis: *folia* nulla, vel squamaeformia: *flores* flavescentes, sessiles: *fructus* in siculis majusculi, ficaeformes. *Cacteae Dec.*)

1. *O.* FICUS INDICA. *Mill. dict. n. 2* — *Haw. syn. 191* — *Dec. pr. 3. p. 473.*
   O. erecta elata articulata-prolifer, articulis ellipticis obovatisque compressis planis, spinis fasciculatis deciduis lanuginem subaequantibus.
   Cactus Ficus indica. *Lin. sp. pl. 669* — C. Opuntia. *Ucria H. Pan. p. 202* — *Guss. pr. 1. p. 559.*
   Ficus indica, folio spinoso, fructu majori. *Cup. H. Cath. p. 78* — Opuntia Theophrasti, major. *Cast. H. Mess. p. 17.*
   Ic. Cactus Ficus indica. *Dec. pl. gras. t. 138.*
   *b.* spinis lanugine duplo longioribus subsolitariis.
   Ic. Ficus indica. *Dod. pempt. 813* — *Lob. ic. 2. p. 241!* — *Matth. comm. p. 263!*
   In rupibus calcareis nunc ubique obvius in Sicilia = et in *Ustica*, *Panaria*, *Basiluzzo*, *Lipari*, *Favignana*, *Lampedusa*, *Pantellaria*. Aprili, Junio. ♄
   *Truncus* aetate teres evadit, diametro pedali sesquipedali, et ultra, 8-12 ped. altus: *articula* pedalia, juniora tuberculata; *tuberculis* spina unica valida elongata instructis, lanuginem fuscam duplo superante; ac praeterea sulfulta rudimento folii lineari-lanceolato, basi articulato, deciduo, spina ipsa duplo breviori: *flores* flavi, magni, in margine articulorum superiorum sessiles, solitarii vel approximati, plerumque etiam ex ipsa articulorum facie: *calyces* cum petalis decidui: *fructus* magni, 3-4-pollicares, edules.
   Nunquam reptans aut diffusus — Optime a Cl. *Brot.* in *fl. lusit. 2. p. 245* describitur — Ex synonymis *Lin.*, et ex loco natali ad *O. vulgarem* retuli, tamen Cl. *Webb.* et *Berthel.* in *phyt. canar. 1. p. 209* notant *O. vulgarem* veram *Milleri* (quae diversa ab *O. vulgari Bauh.* et *Caesalp.*, quamvis ambae uti synonyma sub *Cacto opuntia* a *Lin.* relatae) nuper ab America foederata traxisse *Fraserus fil.*, et hanc a planta in Italia meridionali a remotis temporibus cultam satis esse diversam. Hinc eorum auctoritate innixus sub *O. ficus indica* plantam siculam refero; tamen uti ejusdem speciei varietates hanc et sequentem habere cum illis assentire nequeo; nam, ut de reliquis sileam, in plantis a seminibus obtentis characteres permanent. An *Cactus decu-*

*manus Willd.* potius ad hanc, quam ad sequentem speciem spectat ?, Variat *spinis* deciduis, nullis vel subsolitariis, tamen haec varietas nunquam cum sequente confunditur.

Coluntur in Sicilia varietates sequentes.

*a.* fructu lutescente — *b.* fructu albido — *c.* fructu sanguineo— *d.* fructu aspermo — inter quas var. *b.*, et *d.* praestantiores sunt.

2. *O. AMYCLAEA. Ten. syll. p. 240 — Dec. pr. 3. p. 474.*

O. erecta elata articulata-prolifer, articulis ellipticis obovatisque compressis planis, spinis validis divergentibus inaequalibus albidis, lanugine obsoleta.

Cactus maximus. *Guss. pr. 1. p. 240*, an et *Salm.?* — C. Tuna. *Ucria H. Pan. p. 202*, non *Lin.*

Ic. *Ten. fl. nap. 1. t. 236* — Opuntia major, Histricis spinis. *Bon. t. 21.*

In rupibus calcareis; et praeterea ad sepes impenetrabiles extruendas in Sicilia colitur = et in *Ustica*, *Panaria*, *Basiluzzo*, *Lipari.*

Aprili, Junio. ♄

*Habitus*, et alii characteres ita praecedenti similes, ut demptis spinis validis numerosis, et fructus minores minusque carnosos ac sapidos, illius varietatem spinosam diceres — Pro hac et antecedente specie confer quoque Cl. *Ten. syll. p. 240*, et *241.*

## MYRTUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 845 — Endl. gen. n. 6316.*

*Cal.* tubus ovario adnatus; limbo supero, 5-fido. *Pet. 4*, calycis fauce inserta, ejus laciniis alterna. *Bacc.* 2-locularis, calycis limbo coronata; loculis 1-5-spermis. *Sem.* subossea, reniformia. (*Frutex* : *folia* opposita, integra, exstipulata, sempervirentia, aromatica, pellucide punctata; *pedicelli* axillares, 1-flori: *flores* albi. *Myrtaceae Brown.*)

1. *M. COMMUNIS. Lin. sp. pl. 673 — Ucria H. Pan. p. 203 — Guss. pr. 1. p. 560.*

M. glaberrima, foliis ovatis, vel ovato-lanceolatis acutis levibus, pedunculis axillaribus solitariis unifloris folia subaequantibus, calycibus basi 2-bracteatis, bracteis deciduis.

*a. italica*; foliis ovato-lanceolatis acutis.

M. communis, italica. *Cup. H. Cath. p. 148* — M. sylvestris *Cast. H. Mess. p. 15.*

*α.* baccis nigris.

*β.* baccis albis.

Ic. *Lam. ill. gen. t. 419.*

*b. romana*; foliis ovatis.

M. communis, romana. *Cup. l. c.*

Ic. *Duham. arb. ed. nov. v. 1. t. 43* — M. romana. *Matth. comm. 1. p. 207.*

*c. boetica*; foliis ovato-lanceolatis confertis.

M. boetica, latifolia. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 64.*

*d. lusitanica*; foliis lanceolatis angustis acutissimis.

M. minor, vulgaris. *Cast. H. Mess. p. 15 ?*

In apricis collibus, ac in fruticetis maritimis Siciliae = et in *Salina*, ubi rara, *Panaria*, *Favignana*, *Levanzo*, *Maretimo*, *Pantellaria*, *Lampedusa* : var. *b.* Siciliae indigena ex *Cupani*, ego vero adhuc non inveni : varietates *c.*, et *d. al Finale presso Cefalù.*

April., Majo. ♄

*Frutex* saepe 8-10-pedalis, sed dum caeditur basi caespitosus ac ramosissimus; *ramis* junioribus tetragono-alatis: *folia* nitide-virentia, coriacea, subapproximata, subsessilia, apice saepius mucronulata, aliquando stipulis exiguis instructa: *pedunculi* folio subjecto parum breviores: *bracteae* anguste lanceolato-lineares, basi calycis insertae: *calyces* basi virentes ac turbinati; laciniis limbi ovatis, acutis: *petala* oblonga, concaviuscula, obtusa, calyce 4-plo longiora, una cum *filamentis stylisque* candida; *antheris* luteolis: *baccae* globosae, maturae una cum pedunculis atrocoeruleae, vel albae.

## PUNICA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 847 — Endl. gen. n. 6340.*

*Cal.* coloratus, coriaceus, basi turbinatus; tubo ovario adhaerente; limbo 5-7-fido, persistente. *Pet.* 5-7, rosacea, fauce tubi inserta, ejus laciniis alterna. *Fruct.* (balaustum) indehiscens, calyce coronatus, transverse bipartitus, multilocularis; loculis biseriatim superpositis; septis membranaceo-scariosis; cortice coriaceo. *Sem.* baccata, numerosa. (*Arbuscula* ramosissima: *folia* integra, exstipulata, opposita, decidua: *flores* punicei, sessiles, axillares vel terminales. *Granateae* *Don.*)

1. *P.* GRANATUM. *Lin. sp. pl. 676 — Ucria H. Pan. p. 23 — Guss. pr. 1. p. 561.*
   P. caule arborescente, foliis lanceolatis utrinque glaberrimis, floribus subsessilibus.
   Malus Punica sylvestris. *Cup. H. Cath. p. 137* — Punica fructu acido. *Cast. H. Mess. p. 29.*
   Ic. *Lam. ill. gen. t. 415 — Duham. arb. ed. nov. v. 4. t. 11* — Mala punica. *Matth. comm. 1. p. 205.*
   In lapidosis calcareis; *Val di Noto*, *Cefalù*, *Giarre.*
   Aprili, Majo. ♄
   *Rami* juniores sulcati, aliquando eburnei, demum in asperis calcareis spinescentes: *folia* nitida, breviter petiolata, 1-1 ½- pollicaria, acutiuscula, saepius recurva et varie undulata, in ramis adultis conferta et fasciculata; in junioribus nonnumquam subverticillata: *calyces* rubro-colorati, glabri, fere pollicares; limbi laciniis crassis: *petala* obovata vel oblonga, obtusa: *flores* solitarii, vel fere verticillati cum unico centrali, sessili: *filamenta* petalis concoloria, illis duplo breviora; *antheris* albo-luteolis: *stylus* crassiusculus, virescens: *fructus* magnus, perfectus irregulariter dehiscens, viridi-rubescens, speciosus: *semina* rubentia — Uti recte notat Cl. *March.* in *fl. taur. cauc. 1. p. 382*, spontanea fruticat nec arborescit, et rami apice longius spinescentes.

## AMYGDALUS.

*Gen. p. ed. Schreb. n. 843 — Endl. gen. n. 6405.*

*Cal.* deciduus, inferus, liber; tubo urceolato-campanulato; limbo 5-partito. *Pet.* 5, rosacea, calycis fauce inserta, ejus laciniis alterna. *Drup.* tomentoso-velutina; cortice secedente exsucco; nuce reticulata,

et poris perforata, abortu 1-sperma. (*Arbor* vel *arbuscula* : *folia* simplicia, indivisa, parum conduplicata, alterna, decidua, stipulata : *flores* amoene, et dilute rosei, ante folia cito erumpentes : *drupa* exsucca. *Amygdaleae Juss.*)

1. *A. communis. Lin. sp. pl. 677 — Ucria II. Pan. p. 204 — Guss. pr. 1. p. 562.*

A. foliis lanceolatis serrulatis, serraturis infimis petiolisque glandulosis, floribus subsessilibus subgeminis, calycibus campanulatis, fructibus ovoideo-compressis.

Ic. *Lam. ill. gen. t. 430. f. 2 — Duham. arb. ed. nov. v. 4. t. 24 —* Amygdalus. *Dod. pempt. 798*, mala — Amygdalac. *Matth. comm. 1. p. 247*, bona.

In rupibus calcareis mari finitimis Siciliae = et in *Ustica* (*Calcara*), *Pantellaria.*

Januario, Februario. ♄

*Truncus* cortice demum rimoso tectus; *ramis* junioribus saepe nitide-rubentibus : *folia* glaberrima, plus minus approximata, et in ramis adultis fasciculata, petiolata : *flores* odori: *drupa* acuta, ovata, altero latere sulco notata, viridi-canescens.

## PRUNUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 849 — Endl. gen. n. 6406.*

*Cal.* deciduus, inferus, liber; tubo urceolato-hemisphaerico, vel campanulato; limbo 5-partito. *Pet.* 5; rosacea, calycis fauce inserta, ejus laciniis alterna. *Drup.* carnosa, glaberrima; nuce levi, nec sulcata, nec perforata, abortu 1-sperma; suturis promioulis. (*Arbores*, vel *frutices*; *folia* simplicia, indivisa, juniora conduplicata, alterna, decidua, stipulata : *flores* albi, ante folia saepe erumpentes. *Amygdaleae Juss.*)

1. *P. Mahaleb. Lin. sp. pl. 678 — Ucria II. Pan. p. 205 — Guss. pr. 1. p. 562.*

P. foliis subrotundo-ovatis cordatis acuminatis glabris crenulato-denticulatis, denticulis glandulosis, florum racemis subcorymbosis terminalibus axillaribusque, fructibus ovato-subglobosis (nigris).

Cerasus Mahaleb. *Dec. pr. 2. p. 539* — C. alpina, pumila, folio subrotundo, fructu Ciceris magnitudine, nigro-rubello, acido, amaritudine sensibiliori. *Cup. H. Cath. p. 45*, et *supp. alt. p. 16.*

Ic. *Jacq. austr. t. 227? — Duham. arb. ed nov. v. 5. t. 2?* — Cerasus alpina, amara, folio subrotundo, fructu nigro singulari, Ciceris magnitudine. *Cup. phanph. 1. t. 551* — Mahaleb Gesneri, et Matthioli. *Lob. ic. 2. p. 153 ?*

In fissuris rupium in elatioribus montosis umbrosis; *Madonie*, *Busambra.*

Majo, Junio. ♄

*Frutex* 2-3-pedalis; ramis fuscis, distortis, saxis saepe adhaerentibus, vel parum elatis : *folia* exsiccatione odora, juniora saepius conduplicata, laete virentia, vix pollicaria, breviter petiolata, plus minus approximata : *racemi* pollicares; *pedunculis* alternis, basi bracteola brevissima lanceolata glanduloso-denticulata suffultis : *flores* odori : *calycis* laciniae obtusiusculae, tubo breviores : *petala* concava, obtusa; *filamenta* candida; *antheris* lateritiis : *stylus* virescens :

*fructus* perfecti in quolibet racemo pauci, acido-amari, glaberrimi, nec polline caesio tecti, 2-3 lin. longi, pedunculo fere pollicari suffulti.

Planta sicula a speciminibus helveticis ac germanicis recedit; *caule* humiliore, et magis distorto; *ramis* junioribus puberulis, et *habitu*, qui *Cerasum humilem Moris stip. sard elench. p. 17* fere exacte refert: tamen in hoc *stipulae* setaceae, persistentes, petiolos subaequantes, et *folia* minime cordato-ovata, sed oblonga, basi angustata, argute serrulata; *flores* subsolitarii. An planta sicula species propria?, et tunc *P. Cupaniana* appellanda.

2. *P.* CERASUS. *a capronianа. Lin. sp. pl: 679 — Guss. pr. 1. p. 565.*

P. ramis declinatis pendulis, petiolis glandulosis, foliis ovalibus obovatisque duplicato-crenatis, umbellis subpedunculatis, calycinis laciniis integerrimis, fructibus globoso-depressiusculis (coccineis).

Cerasa sativa, rotunda, nigra, et acida. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 17* — Cerasus acida. *Cast. H. Mess. p. 27.*

Ic. Cerasa rubra. *Blackw. t. 449* — C. acida. *Tabern. ic. 985.*

In valleculis, et dumetis submontosis nunc in Sicilia obvia.

Martio, Aprili. ♄

*Arbuscula* 6-10-pedalis: *rami* cortice cinereo obducti, ita penduli, ut fere terram attingant: *petioli* puberuli, canaliculati, ad basim 2-4-glandulosi, 6-12-lineares: *folia* subtus pallidiora, albescentia, venulis reticulata, basi subangustata, apiculo breviter producto integro terminata, 2-3-pollicaria: *pedunculi* fere 2-pollicares, basi ac apice subincrassati, aliquando rubentes, bracteis involucriformibus obtusis ciliatis margine glandulosis basi cincti: *calyces* late campanulati; lacinis deflexis: *flores* fere cum foliis erumpentes: *fructus* diametro 4-6-lineari, apice umbilicati, nitide coccinei.

Foliorum crenae glandula minuta saepius atrorubente terminatae — Cerasus Marasca. *Host fl. austr. 2 p. 6*, et *Reich. fl. germ. 2. p. 644* ab hac non differre videtur.

3. *P.* SPINOSA. *Lin. sp. pl. 681 — Ucria H. Pan. p. 206 — Guss. pr. 1. p. 563.*

P. fruticosa, ramis divaricatis spinescentibus, foliis elliptico-lanceolatis vel obovato-lanceolatis subtus pubescentibus argute duplicato-dentatis, pedunculis solitariis geminisque, fructibus erectis globosis.

P. sylvestris. *Cup. H. Cath. p. 173.*

Ic. *Sturm fl. germ. p. 1. f. 9 — Duham. arb. ed. nov. v. 5. t. 54* — P. sylvestris. *Lob. ic. 2. p. 176*, mediocris, quia fructus nonnulli penduli.

*b. macrocarpa*; fructibus quadruplo majoribus.

P. sylvestris, quadruplo majori fructu. *Cup. H. Cath. p. 173.*

In sepibus, in dumetis sylvaticis, et in montosis in Sicilia.

Februario, Martio. ♄

*Frutex* ramosissimus, 3-7-pedalis: *folia* supra virentia, subtus pallidiora, basi attenuata, breviter petiolata: *flores* odori, ante folia cita erumpentes, pedunculo 1-4-lineari suffulti, solitarii, raro gemini, valde approximati: *calyces* virentes; laciniis patentibus, ovatis, obtusis: *petala* oblongo-obovata, concava, 2 lin. longa: *drupae* pruinosae, maturae atrocoerúleae, semper acerbae, usque ad hyemem ramis adhaerentes.

Di-Pentagynia.

## MESEMBRYANTHEMUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 860 — Endl. gen. n. 5163.*

*Cal.* tubus germine adhaerens; limbo supero, libero, irregulariter 5-partito. *Pet.* numerosa, anguste linearia, ad apicem tubi calycis inserta, basi coherentia. *Caps.* exsucca, multilocularis, polysperma, apice truncato-depressa et stellate dehiscens, calycis tubo carnoso adnata. (*Herbae* annuae (species siculae) : *folia* papulosa, simplicia, exstipulata, integerrima : *flores* albi, versus meridiem explicati : *Mesembryanthemeae Fenzl*).

1. *M.* CRYSTALLINUM. *Lin. sp. pl. 688 — Ucria H. Pan. p. 210, b.* annuum. *Dec. pr. 3. p. 448.*
   M. herbaceum undique grosse pellucido-papulosum, caule dichotomo ramoso diffuso, foliis planis ovatis undulatis, radicalibus amplis petiolatis, caulinis sessilibus, calycinis laciniis foliaceis corolla brevioribus, floribus subsessilibus axillaribus terminalibusque.
   M. glaciale. *Haw., et Spr. s. veg. 2. p. 512 — Guss. pr. 1. p. 571.*
   Ic. *Sibth. fl. gr. t. 481.*
   In collibus, et ad sepes in arenosis maritimis; *Terranova, Girgenti al Caricatojo* = et in *Ustica, Isola delle Formiche presso Trapani, Lampendusa sotto al capo di Ponente, e sotto al Castello.*
   Aprili, Majo. ⊙
   *Caules* terrae adpressi, palmares, et sesquipedales : *folia* radicalia plerumque 3-5-pollicaria, obtusa; infima crassiora, vix papulosa, nervis tribus crassis in latum petiolum excurrentibus instructa, varie flexa; *caulina* oblique ovata, vel semiovata, acutiuscula, 6-12-lin. longa : *pedunculi* raro lin. excedentes : *calycis* laciniae ovatae, tres reliquis valde latiores, 3-4 lin. latae, undique virentes, acumine deciduo instructae, et ob papulas apice in setam pellucidam attenuatas hispidulae; duae interiores atrosanguineae; *petala* angustissima, et fere filiformia, alba.
   Prope Agrigentum, et alibi in Sicilia colitur, nam cum *Salsola soda* comburitur ad *Sodam* obtinendam.
2. *M.* NODIFLORUM. *Lin. sp. pl. 687 — Ucria H. Pan. p. 210 — Guss. pr. 1. p. 572.*
   M. caule centrali erecto ramosissimo, ramis subdiffusis, foliis sessilibus tenne papulosis tereliusculis alternis oppositisque obtusis basi ciliatis, floribus axillaribus solitariis, petalis calyce brevioribus.
   Kali Crassulae minoris foliis. *Cup. H. Cath. p. 245* — K. floridum, neapolitanum. *Bocc. herb.* in *Mus. H. Paris. p. 29.*
   Ic. *Dec. pl. gras. t. 88* — Kali neapolitanum, aizoides, repens. *Column. ecphr. 2. t. 73.*
   In ruderatis, collibus marnaceis, agrisque arenosis mari proximis; *da Trapani a Capopassaro, Siracusa, Agosta, Catania, Isole Ciclopie, Castellammare, Montallegro* = et in *Ustica, Isole Eolie, Lampedusa, Linosa, Lampione, Pantellaria, Maretimo, Favignana, Levanzo, Isole delle formiche presso Trapani.*
   Aprili, Julio. ⊙

*Herba* glaberrima, laete virens: *caules* 3-10-pollicares, alterne ramosissimi; *ramis* ut plurimum longiusculis: *folia* semiamplexicaulia, 6-12 lin. longa, superne planiuscula, diametro transversali lin. non excedente, in axillis inferioribus saepe fasciculata: *flores* fere foliis involucrati: *calycis* laciniae teretiusculae, obtusae, dorso gibbae, praesertim illae duae, quae reliquis longiores sunt: *petala* anguste linearia (vix ½ lin. lata), apice obtusa, et aliquando eroso-denticulata; laciniis calycinis longioribus breviora, brevioribus longiora, candida, basi luteola, 2-2 ½ lin. longa.

POMACEAE.

*Arbores* fruticesve inermes, aut spinosae: *folia* alterna, stipulata; simplicia, nunc integra, nunc pinnatifida, vel impari-pinnata: *calycis* tubus cum ovario connatus; limbo libero, 5-partito: *petala* 5, rosacea: *pomum* calycis limbo coronatum. (Gen. *Mespilus* et *Pyrus*).

## MESPILUS.

*Juss. 335 — Willd. en. H. Ber. 1. n. 589 — Spr. s. veg. 2. n. 1854.*

*Pist.* 2-3. *Pom.* 1-5-pyrenum; *pyrenis* 2-abortu-1-spermis.(*Arbusculae* inermes vel spinosae, alterne ramosae: *folia* decidua, integra vel pinnatifida: *flores* albi, terminales, solitarii, vel racemoso-corymbosi).

1. *M. germanica. Lin. sp. pl. 684 — Ucria H. Pan. p. 208 — Guss. pr. 1. p. 564.*
M. inermis, foliis integris oblongo-lanceolatis subtus molliter villoso-tomentosis, floribus sessilibus solitariis terminalibus pentagynis, pomo apice late umbilicato.
M. fructu medio, e rotundo-oblongo, austeriori, insulso, corona clausa. *Cup. H. Cath. p. 144* — M. sylvestris, parvo fructu. *Cast. H. Mess. p. 29.*
Ic. *Duham. arb. ed. nov. v. 4. t. 58* — Mespilus. *Dod. pempt. 801.*
In sylvaticis montosis, et in nemoribus; *Ficuzza*, *S. Maria del Bosco.* Aprili, Majo. ♄
*Arbuscula* ramosissima; ramis junioribus pubescentibus: *folia* bipollicaria et ultra, breviter petiolata, ut plurimum integerrima, raro apice tenuissime serrulata, subtus pallidiora, basi magis angustata: *bracteae* anguste lineari-lanceolatae, albidae, 6. lin. longae: *flores* odori: *calycis* laciniae elongatae, conniventes, acuminatae: *pomum* pubescens, vitellinum, sero autumno perfectum, edule, turbinatum, basi plerumque 2-bracteatum, semipollicare, saepe foliis fere occultatum, 5-pyrenum.

2. *M. monogyna. Willd. en. H. Ber. 1. p. 524 — Guss. pr. 1. p. 565.*
M. spinosa, foliis subtus discoloribus nitidis glaberrimis demum coriaceis extrorsum dentato-serratis, in ramis non floriferis ovatis pinnatifidis, reliquis obovato-cuneatis subtrifidis, stipulis semiorbiculatis dentato-incisis, pedunculis glabris, floribus racemoso-corymbosis 1-2-gynis, calycinis laciniis lanceolatis acuminatis.
Crataegus monogyna. *Jacq.* in *Willd. sp. pl. 2. p. 1006* — C. Oxyacantha. *Ucria H. Pan. p. 207*, non *Lin.* — Mespilus Apii folio, sylvestris, spinosa. *Cup. H. Cath. p. 144*, et *supp. alt. p. 65* — Eadem fructu acido. *supp. l. c.*
Ic. *Jacq. austr. t. 292. f. 1* — Acuta spina. *Matth. comm. 1. p. 148.*
In sylvaticis, nemoribus, et ad sepes ubique in Sicilia.
Martio, Aprili. ♄

*Arbuscula* vel *frutex* ramosissimus ; *ramis* rubentibus , glaberrimis : *folia* juniora subtus ad costas potissimum pubescentia , demum glabra , et nitide virentia, in ramulis floriferis approximata : *stipulae* in ramis non floriferis diu persistentes , et latae : *flores* candidi , odori , et *calycis* laciniae breves demum reflexae ut in sequente : *pomum* globoso-ovale, coccineum , saepius 1-pyrenum, glaberrimum.
Cl. *Reich.* in *fl. germ. excurs.* 2. *p.* 628 corymbos lanuginosos huic speciei tribuit , glabros vero *M. Oxyacanthae* , sed specimina ab ipso auctore benevole communicata contrarium demostrant, Caeterum confer Cl. *Wallr. sch. critic. p.* 217-223.

3. *M.* TRILOBA. *Poir. dict. enc.* 4. *p.* 439 — *Spr. s. veg.* 3. *p.* 507 !
M. spinosa , foliis obovato-cuneatis trifidis trilobisque una cum petiolis pedunculis calycibusque villoso-pubescentibus demum glabratis extrorsum serratis , stipulis latiusculis dentato-incisis, floribus 1-2-gynis , laciniis calycinis lanceolatis acuminatis.
M. polyacantha. *Guss. supp. p.* 154 — M. monogyma *b.* id. *pr.* 1. *p.* 563 — Crataegus polyacantha. *Jan elench. p.* 8.
Ic. *nulla.*
In apricis calcareis montosis ; *Palermo nella strada del Parco presso Rebordoni.*
Martio , Aprili. ♄
*Habitus* praecedentis , sed spinae breviores, crassiores , numerosiores : *folia* ad summum pollicaria, intensius virentia : *stipulae* semiorbiculatae ut in illa , sed angustiores : *flores* numerosi , odori : *fructus* maturos non vidi : *rami* juniores quoque pubescunt.
Occurrit varietas glabrata, quae pariter habitum sui proprium servat, nec in praecedentem transit.

4. *M.* LACINIATA. *Guss. pr.* 1. *p.* 563.
M. spinosa , foliis hirsuto-pubescentibus inciso-pinnatifidis , segmentis acutis apice serrato-dentatis, stipulis semiorbiculato-falcatis, floribus racemoso-corymbosis, lacinis calycinis hirsutis ovatis acuminatis reflexis , fructibus ellipticis teretibus.
M. pubescens. *Presl. del. prag. p.* 53, non *Walth.*— Crataegus laciniata. *Ucria pl. ad. Lin. op. ad. n.* 12 — *Dec. pr.* 2. *p.* 629 — C. orientalis. *Jan elench. p.* 7, non *Marsch.*
Ic. M. Apii folio , sylvestris , spinosa , hirsuta, Apii folio palmato, fructu majori. *Cup. H. Cath. p.* 145 , et *panph.* 2. *t.* 247.
In apricis, et sylvaticis montosis ; *Busambra, Ficuzza, S. Maria del Bosco , Madonie , Boschi di Caronia , di Mistretta , di Mandanici , di Cannnata.*
Aprili , Majo. ♄
*Arbuscula* statura praecedentis , dense et rigide ramosa ; *spinis* validis, fuscis : *folia* pro locorum natura virentia , vel canescentia, pollicem 1-1 ½ longa, in ramulis floriferis conferta , et ibi nonnulla obovato-cuneata, trilobo-incisa ; dentibus laciniisque saepe mucronulo rubente terminatis : *pedunculi* , *petioli*, *calycis* et *rami* juniores albo-villoso-tomentosi; isti demum glabrati ac saepius atrorubentes : *corymbi* plus minus densiflori : *fructus* semper elliptici.
*Pistili* numero variant 1-5 , et aliquando simul cohaerent , hinc nihil mirum si pro unico descripserit *Ucria l. c.* ; idcirco nullius momenti *Preslii* observatio est , ut suam speciem ad illa hujus auctoris distinguat — *M. tanacetifolia Smith*, et *Crataegus orientalis Marsch. fl. taur. caur.* 1. *p.* 387 admodum affines huic speciei sunt , at *fructuum* figura satis superque diversae.

+ 5. *M.* PYRACANTHA. *Lin.sp.685* — *Ucria H. pan. p. 208* — *Guss. pr. 1. p. 566.*
M. spinosa, foliis lanceolato-ovatis crenatis, calycibus fructus obtusis.
Ubique (*Ucria*).

## PYRUS.

*Smith Brit. 2. p. 531. n. 230* — *Spr. s. veg. 2. n. 1857.*

*Pist.* 2-5. *Pom.* clausum, 2-5-loculare; loculis cartilagineis 2-vel polyspermis. (*Arbores* vel *arbusculae* inermes, spinosaeve, alterne ramosae: *folia* simplicia, vel pinnata: *flores* albi, racemoso-corymbosi, vel umbellati).

1. *P.* COMMUNIS. *Lin. sp. pl. 686* — *Ucria H. Pan. p. 209* — *Guss. pr. 1. p. 566.*
P. foliis ovatis subcordatis serrulatis utrinque gemmis ramulisque glabris, pedunculis corymbosis, fructibus turbinatis.
P. sylvestris, verticillato fructu majori, paullo minusque aspero saporo. *Cup. H. Cath. p. 184.*
Ic. *Duham. arb. ed. nov. v. 6. t. 59* — P. sylvestris. *Dod. pempt. 800.*
*b.* foliis integris elliptico-oblongis, utrinque subattenuatis.
In nemoribus; *Bosco di Caronia, di Mistretta, di Castelbuono*: var. *b. Ficuzza, S. Maria del Bosco.*
Aprili, Majo. ♄.
*Arbor* 10-20-pedalis, trunco cortice per aetatem rimoso obducto: *folia* inferne pallide virentia, ob petiolos longos saepe pendula, juniora ad apicem ramorum fere fasciculata: *calycis* laciniae lanceolatae, acutae, utrinque pubescentes, uti *pedunculi*: *petala* obtusa: *fructus* glaberrimus — *Rami* saepe spinescentes: *fructus* quamvis acerbi, tamen in utrisque varietatibus sero autumno dulces et edules.

2. *P.* CUNEIFOLIA — *Guss. pl. rar. p. 402*, et *pr. 1. p. 567.*
P. ramis spinescentibus, foliis oblongo-ovalibus lanceolatisque crenulatis basi cuneatis, junioribus subtus floccoso-pubescentibus, adultis glaucescentibus glabratis, pedunculis corymbosis, junioribus calycinisque dentibus lanato-tomentosis, petalis obcordatis, fructibus globosis.
P. sylvestris, fructu triplo minori, acerbiori ac tardiori. *Cup. H. Cath. p. 184.*
Ic. *Guss. l. c. t. 39.*
In sepibus, collibus aridis, et campis sterilibus ubique in Sicilia.
Aprili, Majo. ♄.
*Arbuscula* vel *frutex*; ramis rigidis, tortuosis, intricatis: *folia* 1-½ poll. longa, breviter petiolata, obtusiuscula, basi nunquam cordata, in ramis adultis fasciculata, demum subcoriacea, firma: *flores* et *fructus* diametro fere semipollicari, glabri.
Variat *foliis* plus minusque oblongo-lanceolatis, acutis vel obtusiusculis, integris vel crenulatis; *flores* duplo majores quam in sequente, cui valde proxima; *fructus* semper acerbi, etiam sero autumno ramis adhaerentes.

3. *P.* PARVIFLORA: *Desf. cor. Tour. p. 73?* — *Spr. s. veg. 2. p. 510?*
P. ramis spinescentibus, foliis ovalibus (raro ovatis) subintegerrimis, junioribus subtus floccoso-pubescentibus, adultis glabratis glaucescentibus, pedunculis corymbosis, junioribus calycinisque dentibus lanato-tomentosis, petalis obcordatis, fructibus globosis parvis.
Ic. *Desf. l. c. t. 59*, quoad fructus et folia!

In collibus meridionalibus aridis cum praecedente; *Vittoria, S. Croce, Comisò, Terranova, Noto.*
Martio, Aprili. ♄
*Folia* praecedentis semper minora, minus cartilaginea, obscurius virentia: at differt praecipue *fructibus* diametrum 4-linearem non excedentibus, ideoque *P. cuneifoliae* duplo fere minores — A descriptione *Desf.* recedit, *floribus* albis, non roseis; *pedunculis* firmis, non gracilibus; *foliis* subtus minime incanis.

4. *P. acerba. Dec. pr. s. nat. 2. p. 633 — Guss. pr. 1. p. 567.*
P. foliis ovatis-acutis crenatis calycinoque tubo glaberrimis, junioribus ad venas subtus pubescentibus, stylis liberis basi puberulis, umbellis sessilibus, fructibus subgloboso-depressis.
Malus acerba. *Merat fl. par. p. 187.*
Ic. *Fl. dan. 1101 — Lam. ill. gen. t. 433 — Duham. arb. ed. nov. v. 6. t. 45. f. 2* — Malus. *Dod. pempt. 789.*
In memoribus; *Bosco di Caronia, e della Ficuzza, Madonie.*
Aprili, Majo. ♄
*Arbor* magnitudine, et habitu *P. mali; trunco* tamen cortice minus rimoso obducto: *folia* superne intensa virentia, subtus canescentia, longe petiolata: *pedunculi* pubescentes: *calycis* laciniae lanceolatae, acutae, externe glabriusculae, interne dense villosae: *petala* ex albo-rubentia, saepe externe purpurascentia: *fructus* pubescens, demum glabratus.
*Folia* in nostris non exacte glaberrima ac laete virentia, ut in specimine ab ipso Cl. *Merat* communicato, sed ad nervos villosa et obscure virentia.

5. *P. eryostyla. Moris stirp. sard. elench. 2. p. 3 — Guss. supp. p. 154.*
P. foliis ovato-oblongis subtus calycibusque villoso-tomentosis, stylis a basi ad medium connatis, supra medium ac infra apicem albo-villosis, fructibus subglobosis.
Ic. *nulla.*
In memoribus; *Ficuzza.*
Aprili, Majo. ♄
*Folia* saepius oblonga, subtus ferrugineo-tomentosa, plus minus crenata; *habitus* praecedentis.

6. *P. malus. Lin. sp. pl. 686 — Ucria H. Pan. p. 209 — Guss. pr. 1. p. 568.*
P. foliis elliptico-oblongis ovatisque acuminatis serrulato-crenatis, supra glaberrimis, subtus tomentoso-lanatis rufescentibus, umbellis sessilibus, stylis glabris, fructibus subgloboso-depressis.
Ic. *Duham. arb. ed. nov. v. 6. t. 45. f. 1.*
In sylvis montosis; *Ficuzza, Caronia.*
Aprili, Majo. ♄
*Folia* basi rotundata, sed saepius utrinque attenuata.

7. *P. Cydonia. Lin. sp. pl. 687 — Ucria H. Pan. p. 209 — Guss. pr. 1. p. 568.*
P. foliis ellipticis ovatisque integerrimis subtus calycibusque incano-tomentosis, floribus terminalibus solitariis breviter pedunculatis.
Mala cotonea sylvestris. *Cup. H. Cath. p. 132* — Malus cydonia, major. *Cast. H. Mess. p. 29.*
Ic. *Jacq. austr. t. 342 — Duham. arb. ed. nov. v. 4. t. 56* — Cotonea malus. *Matth. comm. 1. p. 217.*
In cultis, ad sepes in Sicilia.
Martio, Aprili. ♄
*Arbuscula* ramosissima; *ramis* junioribus petiolisque tomentosis, adultis fusco-rubentibus: *folia* obtusiuscula, ad margines ciliato-tomen-

tosa, breviter petiolata, supra glabra ac adulta obscure virentia: *calycis* laciniae oblongae, obtusae, reflexae: *petala* ex albo-rosea, concava, pollicem longa, obtusa, interne ad apicem puberula: *filamenta* superne rubentia: *fructus* oblongo-ovalis vel subglobosus, magnus, dense rufescenti-tomentosus, demum sparse floccosus, vel glabratus, citrinus, odorus; loculis polyspermis.

8. *P. Amelanchier. Lin. fil. supp. p. 256 — Guss. pr. 1. p. 568.*

P. foliis ellipticis obvatisque obtusis retusisve a basi ad apicem acute serratis subtus pubescenti-villosis demum glabris, petiolis villoso-lanatis, pedunculis glabriusculis, floribus racemosis, fructu calyceque glabris.

Mespilus Amelanchier. *Lin. sp. pl. 685* — Amelanchier vulgaris. *Dec. pr. 2. p. 632.*

Ic. *Jacq. austr. t. 300* — Vitis idaea III. *Clus. hist. 1. p. 62.*

*b.* pedunculis calycibusque villoso-lanatis, fructibus glabris.

P. cretica. *Willd. sp. pl. 2. p. 1015 ?* — Crataegus cretica. *Desf. coroll. Tourn. p. 75. t. 59 ?*

*c. floccosa*; foliis ad apicem obsolete serratis, caeterum integerrimis, subtus una cum pedunculis petiolis calycibusque flocccoso-albo-lanatis demum fructibusque glabris.

In rupestribus, et glareosis elatioribus montosis; *Madonie*, var. *b.* et *c. Monte Scalone*: var. *a. al puntalazzo di Quacedda.*

Aprili, Majo. ♄

*Frutex* 2-4-pedalis, ramosus; ramis demum fuscis, et glabris: *folia* supra glaberrima, laete virentia, adulta subtus basi tantum ad rachidem lanato-villosa, vix pollicaria: *stipulae* setaceae: *flores* albi: *fructus Pisi* magnitudine, nigrescentes.

Var. *b.* nullo alio firmo charactere a specie recedere cognovi; et an planta sicula a cretica revera differat dicere nequeo; sed icon *Desf.* certe nostrae simillima — Var. *c.* forsan species propria, nam praeter characteres notatos, folia tenuiora, paullo majora; pubescentia non adhaerens, et flocccoso-lanata ut in *P. pollueria.*

9. *P. nebrodensis. Guss. pr. 1. p. 569.*

P. foliis orbiculatis ovatisque (parvis) mucronatis integerrimis subtus albo-lanatis, floribus racemoso-corymbosis, petalis obovato-suborbiculatis, ramis junioribus pedunculis calycinis laciniis germinibusquo lanatis.

Mespilus humilis, foliis Mali Cydoniae, rotundo non serrato. *Cup. H. Cath. p. 145 ?*

Ic. Mespilus cotoneifolio subrotundo. *Cup. panph. 2. t. 109.*

In saxosis elatioribus montosis; *Madonie alla Montagna del ferro (Gasparrini).*

Junio, Julio. ♄

*Arbuscula* biorgyalis, erecta, inermis, ramosissima, cujus folia a ventis agitata *Corraeam albam* e longe aemulantur: *rami* juniores tomentosi, albidi, adulti fusci, glabrati: *folia* ad summum pollicaria, obtusa, basi non cordata, et aliquando ibi nonnihil acutiuscula: *stipulae* lineari-setaceae: *florum* racemi breves, folia non excedentes: *petala* alba, orbiculata, concava, integerrima: *pistilli* saepius 2, raro 1: *fructus* maturos non vidi.

Affinis *P. creticae*, et *Mespilo eriocarpae*; ab illa *foliis* integris et *petalorum* figura diversa; ab hac *habitu*, *racemorum* figura, *foliis* duplo triploque minoribus — *Mespilus cotoneaster* verus differt quoque, foliis superne obscure virentibus; pedunculis glabris; floribus raro racemoso-corymbosis, subnutantibus vel cernuis, non vero erectis.

10. *P. ARIA. Willd. sp. pl. 2. p. 1021* — *Guss. pr. 1. p. 569.*
P. foliis ellipticis basi subcuneatis inciso-serratis biserratisque, subtus una cum petiolis pedunculis calycibus germinibusque albo-cinereo-tomentosis, corymbis planis, pedunculis germinibusque demum glabratis.
Crataegus Aria. *Lin. sp. pl. 681* — *Ucria H. Pan. p. 207* — Aria nivea. *Host fl. austr. 2. p. 7* — Mespilus Alni lanato folio, major. *Cup. H. Cath. p. 145*, et — M. Alni lanato folio, major, rotundiori altiusque inciso folio. *supp. alt. p. 63* — Aria. *Cast. H. Mess. p. 4.*
Ic. Crataegus Aria. *Lam. ill. gen. t. 433. f. 1* — *Duham. arb. ed. nov. v. 4. t. 34* — Mespilus Alni lanato folio, major, profundius inciso et rotundiori. *Cup. panph. 1. t. 67* — Aria. *Dalech. hist. 202.*
In saxosis calcareis montosis; *Monte Gebbia presso Palazzo Adriano* (*Gasparrini*), *Pizzuta* (*Parlatore*): *Madonie*, *Busambra*, *Mistretta*, *Boschi di Caronia.*
Majo, Junio. ♄
*Arbuscula*, vel in saxosis *frutex* 3-4-pedalis; *ramis* junioribus niveo-tomentosis: *folia* 2-3-pollicaria, 1-2 poll. lata, supra virentia, glabriuscula, breviter petiolata, serraturis inaequalibus, a medio ad basim obliteratis: *cyma* foliis brevior, plus minus densiflora: *flores* albidi, odori: *fructus* glabri, ovati, rubentes— *Folia* ut icone *Duhamelii* elliptica, oblonga, raro ovata, saepius basi cuneata; non ovata vel subrotundo-ovata, ut in speciminibus gallicis vel neapolitanis, et ex auctorum descriptionibus.

11. *P. TORMINALIS. Willd. sp. pl. 2. p. 1021* — *Guss. pr. 1. p. 570.*
P. foliis cordato-ovatis subtus flocosso-pubescentibus demum glabriusculis laciniato-lobatis acute serrulatis, lobis serratis acuminatis, infimis divaricatis, floribus corymbosis, pedunculis germinibusque villoso-sublanatis.
Crataegus torminalis. *Lin. sp. pl. 681* — Mespilus Apii folio, sylvestris, non spinosa. *Cup. H. Cath. p. 144.*
Ic. *Jacq. austr. t. 443* — *Duham. arb. ed. nov. v. 4. t. 35* — Sorbus torminalis Plinii. *Clus. his. 2. p. 10.*
In memoribus montosis; *Bosco della Columba presso Prizzi* (*Gasparrini*): *Boschi di Valdemone*, *S. Maria del Bosco.*
Aprili, Majo. ♄
*Arbor* 15-20-pedalis: *ramis* junioribus villosis: *folia* longe petiolata, supra virentia glabra, subtus pallidiora, inaequaliter serrulata: *corymbi* terminales, foliis breviores: *flores* albi, ingrate olentes: *fructus* fere ovales, glabrati, rubentes.

12. *P. DOMESTICA. Smith Brit. 2. p. 532* — *Guss. pr. 1. p. 570.*
P. foliis pinnatis, foliolis oblongo-linearibus subtus cinereo-villosis antice acute simpliciterque serratis aequalibus, floribus corymboso-paniculatis, fructu pyriformi vel globoso.
Sorbus domestica. *Lin. sp. pl. 684* — *Ucria H. Pan. p. 208* — S. fructu rotundo. *Cast. H. Mess. p. 31.*
Ic. *Jacq. austr. t. 447* — *Duham. arb. ed. nov. v. 3. t. 34* — *Sturm fl. germ. p. 1. fasc. 34* — S. domestica. *Matth. comm. 1. p. 257.*
In submontosis nunc fere sponte provenit in Sicilia = et in *Felicuri sul Monte*, *Maretimo*,
Aprili, Majo. ♄
*Arbor* procera, ob flores copiosos et fructus coccineos speciosa: *gemmae* glabrae, glutinosae: *folia* supra laete virentia, juniora villosiuscula; *foliolis* oppositis, 13-15: *stipulae* pinnatifidae, fere semisagittatae: *petioli* pubescenentes: *flores* albi, odori: *fructus* immaturi flavescentes, villosiusculi, demum rubentes.

13. *P. praemorsa*. *Guss. pr. 1. p. 571.*
P. foliis pinnatis, foliolis oblongo-ellipticis obtusis subbiserratis decrescentibus, impari praemorso, floribus corymbosis, pedunculis tomentosis approximatis, fructibus ellipticis.
Sorbus aucuparia. *Ucria H. Pan. p. 208*, non *Lin.*
Ic. *nulla.*
In nemoribus montosis; *Madonie nel bosco sopra il Passo del Canale, bosco di Caronia.*
Majo, Junio. ♄
*Arbuscula* erecta, 6-10-pedalis: *foliola* opposita, supra obscure virentia, subtus pallida, et pilis capitatis uti petioli villosiuscula: *flores* albi: *fructus* glabri, amoene rubri — *Habitus P. aucupariae*, sed *fructus* elliptici; *pedunculi* erecti, non divaricato-patentes; *foliola* oblonga, obtusa, non acuta; impar fere obovatum.

## III. *Polygynia*

## ROSA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 863 — Endl. gen. n. 6337.*

*Cal.* persistens; tubo ventricoso; fauce constricta, et disco carnoso coarctata; limbi liberi 5-partiti laciniis foliaceis. *Pet.* 5, rosacea, ante discum calycinum inserta, calycis laciniis alterna. *Styl.* laterales, e tubo calycis exserti. *Sem.* hispida, ossea, tubo calycis demum baccato inclusa. (*Frutices* saepius aculeati, alterne ramosi: *stipulae* basi petiolorum adnatae: *folia* impari, et opposite pinnata: *flores* albi, aut rosei, saepius odori, terminales, solitarii, vel subcorymbosi. *Rosaceae Dec.*)

* *Fructibus globosis.*

1. *R. sempervirens*. *Lin. sp. pl. 704 — Guss. pr. 1. p. 577.*
R. fructibus globosis pedunculisque corymboso-paniculatis bracteatis glabris vel glanduloso-hispidis, stylis pilosis elongatis coalitis, foliis sempervirentibus glaberrimis, foliolis ovali-oblongis simpliciter serratis coriaceis concoloribus, ramis aculeatis, aculeis validis aduncis.
R. sylvestris, sive dumetorum, flore candido pentapetalo, Rosae Moschatae simplici minori cognata. *Cup. H. Cath. p. 192*, et *supp. alt. p. 78* — R. alba, sylvestris. *Cast. H. Mess. p. 19.*
Ic. *Duham. arb. ed. nov. v. 7. t. 13. f. 1* — R. sempervirens, Jungermanni. *Dill. Elth. t. 246. f. 318.*
*b. floribunda*; corymbo multifloro, fructibus pedunculisque glanduloso-setosis, caule elatiore superne violaceo, aculeis rubentibus.
*b b.* pedunculis, calycibus, fructibusque eglandulosis canescenti-villosis, calycinis laciniis apice attenuato-acuminatis elongatis.
*c. minor*; foliolis minoribus acutissime serrulatis, floribus subsolitariis.
Ic. R. sylvestris, myrtifolio, lucido flore, candida rosa. *Cup. panph. 2. t. 225.*
Ad sepes, in sylvaticis, ac in dumetis submontosis ubique; var *b.* in sepibus, *sotto al Parco*, et *R. moschatae* simillima: var. *c.* prope

*Altavilla*, *Messina* = denique var. *a.* et *b.* in *Ustica, Alicuri sull' Ilice*, *Saline*, *Pantellaria*, *Favignana*, *Marctimo.*

Aprili, Julio. ♄

*Caules* inter sepes, et in dumetis plus minus excurrentes: *foliola* lacte virentia: *calycis* laciniae integrae, breviter acuminatae, *petalis* subbreviores, ad margines albo-membranaceae: *flores* candidi, intense odori; in reliquis speciebus vero odor fere nullus, vel tenuis: *styli* in columnam elongatam coaliti: in *bb. flores* aliquando semipleni, et tunc *styli* non coaliti.

Planta quoad *caulis* altitudinem, *foliorum* magnitudinem, et *florum* numerum variabilis admodum; sed foliis perennantibus ab omnibus speciebus siculis distinctissima, et varietatibus enumeratis non obstantibus facillime recognoscenda.

2. *R.* PUMILA. *Lin. fil. supp. p. 262 — Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 622.*

R. fructibus subglobosis? pedunculisque glanduloso-hispidis subviscosis, floribus solitariis, laciniis calycinis subintegris pinnatifidisque, foliolis ovalibus basi rotundatis subduplicato et inaequaliter glanduloso-serratis, subtus discoloribus (glaucis) pubescentibus, petiolis glandulosis cauleque superne aculeatis, aculeis difformibus sparsis.

R. gallica. *Ucria H. Pan. p. 212* — R. gallica, pumila. *Dec. pr. 2. p. 603* — R. rubra. *Cup. H. Cath. p. 191.*

Ic. *Jacq. austr. t. 198 ?*

In fruticetis montosis; *alla Moarda* (ex herb. *Bivona* misit amicus *Todaro.*)

Aprili, Majo. ♄

*Frutex* humilis, a basi ramosus: *petioli* villoso-glandulosi: *foliola* supra glabrata, intense virentia, subtus ad rachidem glanduloso-pilosa: *pedunculi* 1-2-pollicares, nigri: *calycis* laciniae intus dense villosae: *petala* suturate rubra: *fructus* maturos in specimine desiderantur.

3. *R.* HECKELIANA. *Tratt. ros. 2. p. 85*, ex *Dec. pr. 2. p. 624 — Guss. pr. 1. p. 572.*

R. fructibus globosis pedunculisque setis glanduliferis subhispidis, floribus solitariis brevissime pedunculatis, foliolis elliptico-suborbiculatis utrinque mollissime tomentosis glanduloso-biserratis, petiolis cauleque glaberrimo aculeatis, aculeis aduncis.

R. alpina, pumila, Montis Rosarum, Pimpinellae folio minore ac rotundiore, flore minimo livide rubente. *Cup. H. Cath. p. 192.*

Ic. R. alpina, pumila, Pimpinellae exacte foliis, spinis incurvis, aquate purpurea. *Cup. panph. 2. t. 73.*

In rupibus calcareis montosis elatioribus; *Monte delle rose* (*Gasparrini*); *Madonie alla Colma grande, a Zotta funno, al piano della Principessa, alle fosse di S. Gandolfo.*

Junio, Julio. ♄

*Frutex* humilis, caespitosus, ramosissimus; *ramis* plerumque purpurascentibus, valide aculeatis; *aculeis* in ramis junioribus oppositis vel ternis, saepe rubentibus: *foliola* saepius 5, raro 7, parva, vix 4 lin. lata, obtusiuscula, subtus pallidiora, breviter petiolata: *stipulae* latae, truncatae, integrae, ciliato-glandulosae, et pili nonnulli sparsi glanduliferi etiam ad petiolos adsunt: *pedunculi* usque sub flore foliis tecti: *calycis* laciniae integrae, interne dense villosae: *flores* parvi, purpurei: *fructus* diametro vix 2-lineari.

Affinis sequenti; sed folia inodora, nullimodo glutinoso-viscosa, nec pilis glandulosis tecta — Variat *germinibus pedunculisque* glabris, vel setis glandulosis hispidis — *Folia* in plantis cultis glabrescunt — Specimina a me collecta differunt a descriptione *Dec. l. c.*, *pedunculis* glabris non tomentosis.

4. *R. glutinosa.* *Sibth.* ex *Smith fl. gr. pr. 1. p. 348* — *Guss. pr. 1. p. 573.*

**R.** fructibus globosis pedunculisque setis glanduliferis hispidis, floribus solitariis brevissime pedunculatis, foliolis suborbiculatis glanduloso-biserratis utrinque breviter hirsutiusculis (virentibus), subtus laciniis calycinis petiolisque glanduloso-pilosis viscosis, petiolis cauleque glaberrimo aculeatis, aculeis aduncis difformibus.

R. cretica. *Red.* et *Thor. ros. 1. p. 124*, ex *Dec. pr. 2. p. 616.*

Ic. *nulla.*

In rupestribus, et glareosis calcareis montosis: *Madonie al Pizzo di Palermo.*

Majo, Junio. ♄

*Habitus, caules, foliola* parva, ac *flores* praecedentis; sed isti dilutiores, et *foliola* utrinque virentia ac subtus pilis glandulosis tecta; ideoque male utrinque tomentosa cum *Sibth.* dixi: *pedunculi, fructus*, et *calyces* setis validis albidis glanduliferis tecti, quo charactere a *R. pulverulenta* eximie differt, quam confer.

Quamvis Cl. *Dec. l. c.* tanquam varietatem *R. rubiginosae* habeat, tamen ab illa absque ullo dubio distincta — Iconem R. pumila, alpina, Pimpinellae exacte foliis sparsis, spinis incurvis, aquate purpurea. *Cup. panph. 1. t. 61*, a *Smith l. c. vol. 2. p. 339* sub hac specie relatam, inter *Cupani* tabulas (exemplaris quod coram habui) non inveni, nisi eadem sit ac illa, quam ad praecedentem citavi — Comparatis speciminibus herb. *Tournef.* et *Sibth.* nostra certe eadem!. Interim *R. Heckelianae* specimen, *R. glutinosae* nomine inscriptum ab ipso *Sibth.* in herbario *Banksiano* vidi.

5. *R. viscosa.* *Jan Cat. p. 8*, ex ejus specimine — *Guss. supp. p. 157.*

**R.** fructibus globosis pedunculisque glabris, floribus solitariis brevissime pedunculatis, foliolis ovalibus argute subbiserratis utrinque glabris, petiolis stipulisque glanduloso-viscosis, petiolis villosis cauleque glaberrimo aculeatis, aculeis aduncis uniformibus.

Ic. *nulla.*

In apricis montosis; *Madonie (Jan).*

Junio, Julio. ♄

*Habitus* fere *R. rubiginosae*: *foliola* vel ad rachidem pilosa, et glandulosa, vel fere glabra, et hinc inde glandulosa: *fructus* exacte globosi, diametro 4-lineari; ideoque praecedentium duplo majores: *calycis* laciniae glandulosae: *styli* pubescentes, non capitati.

*R. bradycarpa. Jan cat. p. 8* mihi ignota.

6. *R. nebrodensis.* *Guss.*

**R.** fructibus subglobosis pedunculis cauleque glaberrimis, (floribus 1-3) foliolis ovalibus acute biserrato-glandulosis basi subintegris, supra glabris, subtus ad rachidem stipulis petiolis calycinisque laciniis setis sparsis glandulosis obsitis, caule petiolisque aculeatis, aculeis aduncis uniformibus compressis.

Ic. *nulla.*

In apricis montosis; *Madonie.*

Majo, Junio. ♄

*Habitus* praecedentis, et *R. caninae*, sed non viscosa ut illa, nec rami steriles firmi, ut in ista: *foliola* obscure virentia, fere retusa vel cum acumine, subtus nonnisi ad rachidem et ad margines glandulosa: *stipulae* obsolete serratae: *calycis* laciniae pinnatifidae, interne villosae: *flores* albo-carnei: *styli* pubescentes: *fructus* magnitudine praecedentis: *aculei* validi, rubentes, demum albidi, in ramis junioribus plerumque oppositi.

7. *R. Seraphini. Viv. nov. sp. diagn.* in append. ad *Fl. Lyb. p. 67* — *Dec. pr. 2. p. 625* — *Guss. pr. 1. p. 574.*

R. fructibus subglobosis pedunculisque glabris, floribus solitariis brevissime pedunculatis, foliolis (graveolentibus) suborbiculatis glanduloso-biserratis supra glaberrimis, subtus petiolis calycinisque laciniis piloso-glandulosis, petiolis cauleque glaberrimo crebre aculeatis, aculeis aduncis rectisque.

R. alpina, hircina, Pimpinellae folio, incarnato parvo flore. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 58*, excl. syn. *H. Cath.* ejusdem, quod ad *R. Hecleliana*m spectat.

Ic. R. alpina, hircina, pumila, Pimpinellae folio. *Cup. panph. 3. t. 115*, et — R. alpina, hircina, Pimpinellae folio bisecto, incarnato flore minimo. *Cup. l. c. t. 46.*

*b.* pedunculis fructibusque hispidis

In apricis montosis; *Madonie*, *Busambra*, *Monte di Cammarata*, *e delle Rose*, *Etna a Bronte e Maletto*: varietas *b. Madonie al Cuozzo della Mufera.*

Majo, Junio. ♄

Cum *R. rubiginosa* immerito a plurisque confusa, vel associata— Potius *R. glutinosae* simillima, et flores parvi, ut in ipsa; sed mox distinguenda, *odore* hircino nauseoso, *foliolis* supra glabris, *statura* graciliore, ut in *R. Hecleliana*; est vero uti et illa glutinoso-viscosa — *Styli* liberi, villosi, ut in tribus praecedentibus.

*R. sicula*, fructibus globosis pedunculisque glabris inermibus, foliolis orbiculatis argute duplicato-dentatis, omnibus apice glandulosis, petiolis glanduloso-villosis, caule aculeato, aculeis subverticillatis. *Tratt. ros. 2. p. 68*, ex *Dec. pr. 2. p. 624* hujus speciei varietas mihi videtur.

** *Fructibus ovatis, ovalibusque.*

8. *R. pulverulenta. Marsch. fl. taur. cauc. 1. p. 399*, et *3. p. 344* — *Spr. s. veg. 2. p. 552* — *Guss. pr. 1. p. 575.*

R. fructibus ovatis pedunculisque subpiloso-hispidis, floribus solitariis breviter pedunculatis, foliolis ovatis ovalibusque utrinque glanduloso-villosis serratis vel glanduloso-biserratis, petiolis cauleque aculeatis, aculeis inaequalibus deciduis, aliis validis recurvis sparsis basi dilatatis, aliis setaceis confertis glanduliferis rectiusculis.

Ic. *nulla.*

In herbidis montosis: *Monte delle Rose* (*Gasparrini*); *Busambra.*

Junio, Julio. ♄

*Frutex* 1-2-pedalis, a basi ramosissimus; *ramis* junioribus virentibus, ob aculeos minores hispidis; adultis vero fuscis, et ob ipsos aculeos deciduos scabris ac tenue cicatrisatis — Ob *foliola* et *habitum R. glutinosae* similis, ideoque non immerito hujus varietatem putat Cl. *Reich.* in *fl. germ. excur. 2. p. 614*; sed ab illa, et ab affinibus satis differt aculeis glandulosis, qui ramos calyces, et pedunculos dense tegunt, at in fructu rari, inter quos pili tenues eglandulosi intermixti, praecipue in foliis, petiolis, et aliquando in fructibus observantur; qui *fructus* aliquando omnino glabrati.

Cum descriptione *Cl. Marsch.* nostra species optime convenit. « *Rami* annosiores evanidis aculeis inermes apparent, basi tantum delapsorum aculeorum vestigiis cicatrisati, quorum tamen solidiores passim conspiciuntur persistentes. *Marsch. l. c.* »

9. *R. RUBIGINOSA. Lin. mant. 2. p. 564 — Guss. pr. 1. p. 575*, excl. var. *b.*

R. fructibus ovalibus glabris, pedunculis setis glanduliferis hispidis, floribus subsolitariis, foliolis ovatis suborbiculatis glanduloso-biserratis, supra glabris (pallide viridibus), subtus glanduloso-pilosiusculis, caule ramisque glaberrimis petiolisque aculeatis, aculeis aduncis validis.

R. rubiginosa *a.* vulgaris. *Dec. pr. 2. p. 615*, excl. syn. *Savi.*

Ic. *Jacq. austr. t. 50 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 18* — R. montana, incarnata, flore parvo, Pimpinellae foliis nigris, Ladani odore et glutine. *Cup. panph. 2. t. 124.*

In apricis montosis; *Madonie, Mistretta, Mandanici, Modica, S. Maria del Bosco.*

Majo, Junio. ♄

*Frutex* 2-3-pedalis; *ramis* junioribus validis, sed non flagelliformibus: *foliola* suave olentia, utrinque pallide viridia, 6-9 lin. longa, subtus inermia: *petioli* glanduloso-hirti: *stipulae* integrae, angustae, glanduloso-ciliatae: *calycis* laciniae integrae, vel pinnatifidae, *petala* pallide rosea emarginata subaequantes: *fructus* ovales, vel obovato-turbinati, glaberrimi, virentes, jam maturi flavo-rubentes, aut coccinei: *styli* approximati, sed minime connati, uti in *pr. l. c.* descripsi: *aculei* conformes.

10. *R. AGRESTIS. Savi fl. pis. p. 475 — Poll. fl. ver. 2. p. 144.*

R. fructibus ovalibus vel oblongo-ovalibus pedunculisque glabris, floribus 2-3 subcorymbosis, foliolis ovalibus glanduloso-pilosiusculis, caule ramisque glaberrimis petiolisque aculeatis, aculeis validis aduncis.

R. rubiginosa *b. Guss. pr. 1. p. 575* — R. sylvestris, foliis odoratis. *Cast. H. Mess. p. 20.*

Ic. *Poll. l. c. t. 2. f. 4.*

In collibus calcareis apricis ad sepes, et in montosis; *Pizzuta* (*Heldr.*): *Altavilla, Caltavuturo, Caltabellota* = et in *Felicuri sul monte.*

Aprili, Majo. ♄

Species praecedenti simillima in omnibus, sed robustior: *folia* minus grate olentia; *foliola* in hac nitide et intense virentia: *flores* corymbosi: *calycis* laciniae magis pinnatifidae, *petala* alba ut plurimum excedentes: *fructus* saepius oblongi, minus turgidi, apice magis attenuati, semper intense rubentes, fere sanguinei; *rami* juniores firmiores; qui characteres cultura non mutantur.

Specimina a Cl. *Savio* missa differunt tantum a siculis foliolis subtus minus villosulis, ac glandulis numerosioribus instructa.

11. *R. CANINA. Lin. sp. pl. 704 — Ucria H. Pan. p. 213 — Guss. pr. 1. p. 576.*

R. fructibus ovalibus pedunculisque glabris, floribus subsolitariis, foliolis ovalibus eglandulosis acutis glabriusculis subtus glaucescentibus argute simpliciter vel duplicato glanduloso-serratis, petiolis cauleque glaberrimo aculeatis, aculeis aduncis compressis validis.

R. sylvestris, vulgaris, flore odorato incarnato. *Cup. H. Cath. p. 192* — R. sylvestris, vulgaris, flore subpurpureo. *Cast. H. Mess. p. 20.*

Ic. *Fl. dan. 1695 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 18* — R. dumensis, species nova. *Dod. pempt. 187.*

*b. umbellata*; floribus umbellatis. *Poir. dict. enc. 6. p. 288.*

*c. incurva*; floribus umbellatis, fructibus elongatis incurvis. *Guss. l. c.*

*d. hispida*; fructibus ovatis calycibus pedunculisque sparse glanduloso-hispidis. *Dec. pr. 2. p. 614.*

In sylvaticis, dumetis, ac in sepibus in Sicilia = et in *Ustica* (*Calcara*): var. *b.* et *c. al Parco*: var. *c. Palermo sul monte Peregrino all'Addaura*: var. *d. al Parco.*

Aprili, Majo. ♄

*Frutex* plus minus elatus, et robustus : *foliola* utrinque glabra, vel subtus villosa, ad rachidem inermia, aut aculeis tenuibus incurvis sparsis obsita, acuta vel acuminata, ad basim integra, serraturis glandulosis : *petala* carnea, lacinias calycinas pinnatifidas subaequantia : *styli* brevissimi, approximati, at non connati : *fructus* maturi nitide sanguinei.

Varietas *c*. forsan species propria, at demptis *fructibus* elongatis incurvis, caeterum omnino *b*. similis — Var. *a*. in sylvaticis prope *Floresta* trunco circiter 15 pedes alto instructam vidi.

12. *R. dumetorum. Thuil. fl. paris. ed.2. p. 250* — *Dec. fl. fr. supp. p. 534* — *Guss. pr. 1. p. 577.*

R. fructibus ovatis pedunculisque glabris, floribus subcorymbosis, foliolis suborbiculato-ovalibus subduplicato serratis, ( saepius ) eglandulosis, supra glabratis obscure virentibus, subtus pubescentibus, petiolis pilosis cauleque glaberrimo passim aculeatis, aculeis aduncis.

Ic. *Smith Engl. bot. t. 2367*, ex *Dec. pr. 2. p. 614.*

Ad sepes, et in dumetis ; *Messina* (*Arrosto*), *Isnello* (*Gasparrini*), *Giuliana, sotto Caltabellota a S. Anna*, *Caltavuturo*, *Polizzi*, *Nicosia*, *Randazzo*, *Parco*, *Piazza*, *Delia*, *S. Maria del Bosco*. Aprili, Junio. ♄

Similis praecedenti, et cum illa demum ab ipso Cl. *Dec.* in *pr. l. c.* conjuncta ; sed ab illa constanter diversa, *habitu* sui proprio ; *foliolis* latioribus, orbiculato-ovalibus, basi integris ; *petiolis* villosis, glabrisque, et raro inter villos setis glanduliferis, instructis, ac recurvo-aculeatis : *petala*, et *styli* ut in illa.

---

*R. alba*, *centifolia*, *damascena*, Siciliae indigenae ex *Ucria*, sed certe cultae, nec spontaneae ullibi proveniunt.

*Dryadeae Vent.*

*Frutices* vel *herbae* alterne ramosae : *folia* stipulata, raro simplicia, saepius digitata, vel opposite ac impari-pinnata : *calyx* inferus, persistens, liber, 5-10-fidus : *corolla* 5-petala, rosacea, laciniis calycinis majoribus ( dum 10 ) alterna : *semina* plurima, sicca vel baccata, receptaculo inserta. ( Gen. a *Rubo* ad *Geum*. )

## RUBUS.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 864* — *Endl. gen. n. 6360.*

*Cal.* 5-partitus. *Pet.* calyce majora. *Styl.* laterales. *Drupae* parvae, succosae, numerosae, in baccam spuriam deciduam supra receptaculum prominens siccum connatae. (*Frutices* aculeati : *folia* digitata, vel impari-pinnata : *stipulae* petiolo adnatae : *flores* albi vel rosei, in corymbis aut paniculis axillaribus terminalibusque. )

1. *R. idaeus. Lin. sp. pl. 706* — *Ucria H. Pan. p. 214* — *Guss. pr. 1. p. 578.*

R. caule erecto terete tenue aculeato, foliis subtus niveo-tomentosis pinnatis, foliolis ovatis serrato-incisis ( 3-7 ), stipulis setaceis, calycibus reflexis fructibusque villosis, pedunculis fructiferis nutantibus.

Rubus sine spinis. *Cast. H. Mess. p. 20.*

Ic. *Duham. arb. ed. nov. v. 6. t. 23* — *Fl. dan.* 788 — *Dod. pempt.* 743.
In dumetis, et in nemoribus montosis; *sul Monte di Mistretta, Boschi di Caronia, di Francavilla*, ec.
Majo, Junio. ♄
*Caules* erecti, 2-3-pedales, polline glauco caesii, glabri, aculeis tenuibus fuscis subincurvis tecti: *folia* in ramis fertilibus saepius ternata, at in sterilibus pinnata: *foliola* supra virentia, glabriuscula, argute serrata: *petioli* canaliculati, glabri, vel uti pedunculi hirsutiusculi et aculeati: *calycis* laciniae tomentosae, aculeatae, acuminatae, *petala* alba obovato-cuneata excedentes: *paniculae* axillares, et terminales, pauciflorae, cymosae, foliis breviores: *fructus* sanguinei, molliter villoso-lanuginosi, gustu gratissimi, ac tenue odori.

2. *R. ACHERUNTINUS. Ten. syll. app. p.* 605, et *fl. nap. 4. p.* 288 — *Guss. supp. p.* 156.
R. caule fruticoso terete aculeato villoso, aculeis brevibus reversis subrecurvis, foliis ternato-quinatis, foliolis ciliatis argute biserratis utrinque viridibus, subtus pubescentibus, supra glabriusculis, pedunculis calycibusque tenue tomentosis setisque sparsis glanduliferis tectis, calycinis laciniis ovatis acuminatis.
R. caesius. *Guss. pr.* 1. *p.* 578, non *Lin.* — R. repens, fructu caesio. *Cup. H. Cath. p.* 193.
Ic. *Ten. l. c. t.* 235.
In nemoribus apertis demissis; *Maletto, Bronte, Messina.*
Majo, Junio. ♄
*Radices* ut in praecedente late repentes: *caules* steriles obtuse angulati: *folia* suprema aliquando simplicia, triloba; reliqua fere semper ternata: *foliola* irregulariter biserrata, basi subintegra, ovalia vel obovato-cuneata, subtus saepe tenue tomentoso-cinerea uti laciniae calycinae, quae erectae et inermes: *petala* ex albo-rosea: *fructus* oligospermi; acinis glabris, majusculis, facile deciduis, demum nigris et polline caesio destitutis, saporis subacidi ingrati: *semina* foveolata: *aculei* ad pedunculos recti.

3. *R. FRANCIPANI. Tin.* in *Guss. supp. p.* 157.
R. caule erecto angulato rubente, petiolis aculeisque validis aduncis pilis stellatis brevibus puberulis, foliis 5-natis, foliolis lanceolatis denticulato-mucronatis utrinque acutis, supra glabris, subtus tenue caesio-tomentosis rachide aculeatis, panicula simpliciuscula, pedunculis bracteolatis elongatis, calycibus inermibus demum reflexis.
Ic. *nulla.*
In dumetis; *Falde dell' Etna ad Aderno?* (*Tineo*).
Majo, Junio. ♄
*Habitus* sequentis, sed gracilior: *folia* raro ternata: *foliola* 2-8 lin. lata, 1-2 poll. longa, supra laete virentia, apice saepe attenuata, irregulariter denticulata; denticulis mucronatis; *foliolo* intermedio majore, et longius petiolato: *pedunculi* simplices, vel semel ramosi, fere pollicares, semipatentes: *flores* rosei: *calycis* laciniae tomentosae, ovatae, fere mucronatae: *caules*, *petioli*, et *pedunculi* aculeis aduncis validis armati.

4. *R. DALMATICUS. Tratt. Ros.* 3. *p.* 53, *ex Dec. pr.* 2. *p.* 564.
R. caule angulato petiolisque aculeato, aculeis validis aduncis petiolisque pilis stellatis brevibus puberulis, foliis 5-raro 3-atis, foliolis ovalibus obovatisque argute irregulariter duplicato serratis abrupte acuminatis, supra glabris, subtus tomento brevissimo adpresso incanis, panicula simplici vel ramosa, calycinis laciniis albo-tomentosis brevissime acuminatis inermibus demum reflexis.

R. fruticosus. *Guss. pr. 1. p. 579*, non *Lin.* — R. vulgaris, sive Rubus fructu nigro. *Cup. H. Cath. p. 193* — R. vulgaris. *Cast. H. Mess. p. 43.*
Ic. *nulla.*
*b. leucocarpus;* fructibus albis.
In sylvaticis, ad sepes, in dumetis, ac in nemoribus ubique in Sicilia = et in *Ustica, Isole Eolie, Maretimo, Favignana, Levanzo, Pantellaria, Lampedusa*, ubi vero satis rarus: var. *b. alla Pizzuta.*
Aprili, Junio. ♄
*Caules* pro locorum natura humiles ac graciles, vel firmi et longe lateque excurrentes, usque 20-pedales, arbores sepesque scandentes, et inde apice dependentes ac radicantes, aetate sub rore caesio rubentes: *petioli* teretes: *foliola* subtus ad rachidem aculeata, 2-3 poll. longa, 8 lin. 2. poll. lata, et dum 5-ata, duo exteriora subsessilia: *panicula* aliquando 1 ½-pedalis; *pedunculis* patentibus, saepius trichotomis: *bracteae* anguste lineari-lanceolatae, pedunculis breviores, integrae vel trifidae: *calyces* sub anthesi globosi ac canescentes; laciniis concavis, ovatis: *petala* 5-6 lin. longa, patentissima, suborbiculata, plana, ad apicem hinc inde denticulata aut emarginata, una cum filamentis rosea: *antherae* albidae: *styli* carnei: *fructus* globoso-ovati, primo rubentes, inde nigri, dulces et grati.
*Aculei* omnes basi dilatati, ibique rubentes, vel undique virentes, in caulibus adultis recti et validi, in pedunculis et in petiolis graciliores— A *R. fruticoso* germanico toto coelo diversus est, et in stato macriore *R. sancto* proximior, ideoque prolixiorem descriptionem tradere putavi, ut melius innotescat.

5. *R. Linkianus. Dec. pr. 2. p. 560 ? — Guss. supp. p. 157.*
R. caule erecto angulato petiolisque aculeatis adpresse tenue villosis, aculeis aduncis, foliis ternatis, foliolis ovalibus acuminatis irregulariter subduplicato-serratis, supra glabris, subtus tenue tomentoso-canis aculeatisque, lateralibus petiolatis, paniculae simplicis pedunculis elongatis subinermibus bracteatis, laciniis calycinis ovatis (non acuminatis) inermibus demum reflexis.
Ic. *nulla.*
In dumetis; *Palermo a S. Martino.*
Majo, Junio. ♄
*Caules* tenues, subvirentes: *folia* suprema saepe simplicia; *foliola* folia *Ostryae vulgaris* omnino aemulantia, supra virentia, basi aliquando obliqua (an ideo inaequalia dicta a *Dec.*): *aculei* inferiores validi, supremi tenuiusculi: *paniculae* rami 1-2-pollicares, simplices, bracteolati, adscendentes, sat raro aculeis paucis instructi: *flores* ut in *R. dalmatico*: *fructus* maturos non vidi.
Differt a descriptione *Dec. l. c.* foliis omnibus ternatis — An species propria ?

6. *R. siculus. Presl fl. sic. 1. p. xxiv ? — Guss. supp. p. 158*, exclusis varietatibus.
R. caule erecto angulato (virente) petiolisque dense villosis, aculeis apice glabris validis recurvis, foliis 3-5-atis, foliolis ovatis dentatis supra glabriusculis, subtus albo-tomentosis aculeatis, lateralibus sessilibus, panicula subramosa, laciniis calycinis inermibus ovatis (non acuminatis) demum reflexis.
Ic. *nulla.*
In fruticetis montosis; *Monti della Piana* (*Gasparrini*).
Majo, Junio. ♄
*Caules* plus minus dense villosi ac elati: *foliola* irregulariter dentato-serrata, basi integra, supra sparse villosa, intense virentia, sulcata; sub-

tus tomento laxiusculo tecta : *stipulae* anguste lineares, integerrimae: *panicula* subsimplex , 2-4-pollicaris : *pedunculi* molliter villosi, aculeatique , *bractea* lineari integra vel tripartita suffulti : *calycis* laciniae tomentoso-caoescentes : *flores* albi : *fructus* maturos non vidi : *aculei* testacei ! , in caule etiam inter flores, in petiolis ac in pedunculis validi , basi dilatati , ibique villosi , apice glabri.

Descriptio *Preslii* ob paniculam a nostris speciminibus recedit— *R. sanctus* quoad specimina cretica Sieberiana, et *iconem Desf. cor. Tourn.* huic valde proximus.

7. *R. candicans. Weihe* in *Reich. fl. germ. excurs. 2. p. 601.*

R. caulibus angulatis , sterilibus glabratis , floriferis una cum petiolis pedunculisque aculeatis ac molliter dense villosis , foliis 3-5-atis , foliolis late ovatis irregulariter dentatis , supra glabriusculis , subtus incanis tomentoso-pubescentibus , calycinis laciniis inermibus ovatis (non acuminatis) demum reflexis.

R. siculus *b. elatior. Guss. pr. supp. p. 158.*

Ic. Rubus. *Dod. pemp. 742 — Lobel. ic. 2. t. 211.*

*b. ovalifolius* ; foliolis ovalibus basi subcuneatis , foliis supremis saepe simplicibus iotegris trilobisque , panicula angustiore elongata.

R. siculus *c. ovalifolius. Guss. supp. l. c.*

*c. argute serratus* ; foliolis suborbiculatis ovatis ovalibusque argute et irregulariter serratis.

R. siculus *d. Guss. supp. l. c.* — R. tomentosus *a. acute serratus. Dec. pr. 2. p. 561.*

In dumetis montosis : var. *a. Busambra* , *Monte Pizzuta sopra la Piana* : var. *b. Monti della Piana* : var. *c. Palermo a S. Martino* , *Monti della Piana.*

Majo , Junio. ♄

*Caules* validi , et angulati, ut io *R. dalmatico* (in *b.* et *c.* graciliores), sed fructiferi una cum pedunculis et petiolis etiam inter paniculam molliter denseque villosi et subcanescentes, non tomentosi : *foliola* 1-2 poll. lata, supra virentia, sparse villosa; subtus ad rachidem inermia, vel raro aculeata ; intermedio longius petiolato ; duo exteriora in foliis 5-atis sessilia, et in 3-atis saepe lobulo acuta : *paniculae* rami patentes : *bracteae* integrae vel trifidae , longiores ac aculei minus validi , quam in praecedente ; qui adunci , basi parum dilatati , ibique villosi ac testacei , in pedunculis tenuiores ac recti : *calyces*, *flores*, et *stipulae* ut in illo.

*Pili* glanduliferi nulli — In var. *b. habitus* sui proprius ; *foliola* exacte ovalia ; *pedunculi* breviores, bracteis saepe aequilongi ; *flores* in panicula confertiores, et haec magis angustata, ac elongata; ita ut *R. collinus Dec. pr. 2. p. 561* quoad descriptionem huic videtur proximus , sed laciniis calycinis acuminatis recedit — In *c. pubescentia* in foliolis subtus densior , brevior , et magis albida : *foliola* superiora apice fere abrupte acuminata ; et ista varietas quoad habitum, dentes, et figuram foliolorum refert omnino *R. collinum Balb.* et *Nocca fl. tic. 1. t. 9* , sed pubescentia videtur diversus ; ideoque stirpes ulterius examinandae.

8. *R. tomentosus* , *b. hypoleucus Vest — Guss. pr. 1. p. 579.*

R. caulibus angulatis petiolis pedunculisque tenue aculeatis, floriferis erectis , foliis turionum quinatis, caulium ternatis, foliolis obovato-cuneatis irregulariter dentato-serratis basi integris , supra glabriusculis ( virentibus ), subtus dense adpresseque albo-tomentosis, lateralibus obsolete 1-lobatis, calycinis laciniis inermibus (non acuminatis) demum reflexis.

R. minor, alpinus, Etnicus, rectus, canescens, candido flore — *Cup. H. Cath. p. 193.*

Ic. *Balb.* et *Nocca fl. sic. t. 8* — R. aetneus, trifolius, rectus, candicans, ac pilosus. *Cup. panph. 2. t. 61.*

In sylvis montosis; *Etna a Maletto, Bronte, Randazzo, Capizzi, Piana de' Greci, Palermo a S. Martino.*

Majo Julio. ♄

*Caules* floriferi virentes, obtuse ac obsolete angulati, glabri, vel uti pedunculi et petioli pubescentes: *foliola*, praesertim superiora, basi semper cuneata ac integra, supra obscure virentia in umbrosis; in apricis vero saepius stellato-tomentoso-cinerea, obtusa vel acutiuscula, ad rachidem plerumque aculeata; lateralia basi exteriore exscisa: *folia* suprema simplicia, integra vel trilobata: *panicula* laxiflora, plus minus elongata: *pedunculi* graciles, erecto-patentes, *bracteis* linearibus suffulti: *calyces* albo-tomentosi: *flores* albi, odori: *fructus* acidi: *aculei* flavescentes, tenues, in caule et petiolis adunci, in pedunculis tenuiores recti.

9. *R. glandulosus. Bell. app. p. 24* — *Willd. en. H. Ber. 1. p. 548* — *Guss. pr. 1. p. 580.*

R. caule firmo valido subangulato petiolis ac pedunculis aculeatis calycibusque hispido-glandulosis, aculeis rectis reflexis, foliis 3-5-atis, foliolis late ovalibus acuminatis irregulariter mucronato-serratis ciliatis utrinque virentibus, subtus ad nervos pubescenti-hirsutis, supra glabriusculis, calycinis laciniis longe acuminatis subinermibus demum erectis fructu adpressis.

Ic. *Fl. dan. 1696.*

In dumetis, et nemoribus: *Boschi dell' Etna* (*Tineo*); *Boschi di Roccella e di Cannata, monte Scuderi.*

Majo, Junio. ♄

*Caules* basi rubentes: *foliola* 2 poll. lata, fere 3 poll. longa, supra sparse pilosa, subtus ad nervos tantum, ac ad rachidem aculeata: *calyces* attenuato-acuminati: *flores* albi: *fructus* rubentes, saporis ingrati — Aculei in pedunculis horizontales, non deflexi: *setae* glanduliferae saepius rubentes.

10. *R. Cupanianus. Guss.*

R. caulibus gracilibus decumbentibus petiolisque aculeatis pilosis laxe glandulosis, foliis 3-5-atis, foliolis ovatis irregulariter dentato-serratis ciliatis utrinque pallide virentibus et sparse adpresseque villoso-pilosis, calycinis laciniis brevissime acuminatis acutisve, pedunculis sparse aculeatis.

R. hirtus. *Guss. pr. 1. p. 580* — R. elegantissimus, rectus, humilis, trifolius, Rosae spinulis, fructus colore et odore Fragariae. *Cup. H. Cath. p. 144 ?*

Ic. *nulla.*

In dumetis, et in nemoribus; *Boschi di Mistretta, di Caronia, di Roccella, e di Cannata* = et in *Ustica* (*Calcara*).

Majo, Junio. ♄

*Habitus* fere praecedentis; sed *caules* graciliores, et virentes: *foliorum* color pallidior: *foliola* subtus undique pilosa, vix pollicem lata, dentibus acutis, non acuminato-aristatis: *pedunculi* in illo undique aculeati, in hoc vel inermes vel aculeis aliquot sparsis brevibus obsiti: *calycis* laciniae acutae, non longe acuminatae: *flores* similes: *fructus* maturos non vidi.

† 11. *R. chamaemorus. Lin. sp. pl. 708 — Ucria H. Pan. p. 215 — Guss. pr. 1. p. 581.*
R. foliis simplicibus lobatis, caule inermi unifloro.
In montosis (*Ucria*).

## FRAGARIA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 863 — Endl. gen. n. 6361.*

*Cal.* 10-fidus; laciniis alternis minoribus. *Pet.* calyce majora. *Styl.* lateralis. *Sem.* plurima, exsucca, receptaculo post anthesim aucto carnoso-succulento, baccam mentiente, et demum deciduo imposita. (*Herbae* perennes, stoloniferae: *folia* ternata, fere omnia radicalia: *stipulae* petiolo adnatae: *flores* albi, in apice scapi subcorymbosi: *fructus* coccinei, sapidi, odori.)

1. *F. vesca. Lin. sp. pl. 708 — Ucria H. Pan. p. 215 — Guss. pr. 1. p. 581.*
F. flagellis reptantibus, pubescentia petiolorum divergente, scaporum patente, pedicellorum adpressa, foliis subtus pilosis, calyce demum reflexo, fructibus pendulis globoso-ovatis.
F. vulgaris. *Cup. H. Cath. p. 79* — Fragaria. *Cast. H. Mess. p. 37.*
Ic. *Lam. ill. gen. t. 442 — Sturm fl. germ. p. 1. f. 2 — Blackw. t. 77* — Fragaria, et Fraga. *Dod. pempt. p. 672.*
In sylvis, et nemoribus montosis; *Madonie*, *Boschi di Valdemone.* Junio, Julio. ♃
*Flagelli* graciles, longe reptantes et radicantes: *scapi*, uti petioli ac flagelli molliter albo-pilosi: *foliola* supra laete virentia, glabrata; subtus pilis adpressis sericeis canescentia; lateralia oblique ovata; intermedio ovali-cuneato: *folium* unicum ternatum, subsessile, ad pedicellorum divisionem; et inde isti bracteis duabus oppositis oblongis integris ad basim vel in medio instructi: *petala* obcordata.

## POTENTILLA.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 866 — Endl. gen. n. 6363.*

*Cal.* 10-fidus; laciniis alternis minoribus. *Pet.* calycem subexcedentia. *Styl.* lateralis. *Sem.* plurima, exsucca, receptaculo convexo vel conico sicco, saepius piloso ac persistenti imposita. (*Herbae* perennes: *folia* 3-8-ata: *stipulae* petiolo adnatae: *flores* albi, vel lutei, terminales, corymbosi, aut axillares longe pedunculati ac subsolitarii.)

** Flores albi.*

1. *P. fragariastrum. Ehrh. herb. 146 — Pers. syn. 2. p. 56 — Guss. pr. 1. p. 582.*
P. piloso-pubescens, caulibus caespitosis brevissimis decumbentibus, pedunculis filiformibus 1-2-floris, foliis ternatis in pedunculis simplicibus, foliolis obovato-vel elliptico-cuneatis, subtus sericeo-canescentibus, undique fere dentatis, dente summo (saepius) minore, petalis obcordatis calycem aequantibus, seminibus (albidis) subrugulosis levibusque.

Fragaria sterilis. *Lin. sp. pl. 709 — Ucria H. Pan.p. 215.*

Ic. *Ser. Dryad. exsic. dec. 1. t. 4. f. 1 — Fl. dan. 1579* — **Fragaria** sylvestris, minime vesca, sive sterilis. *Lob. ic. 698.*

In sylvis, et nemoribus montosis; *Madonie, Boschi di Valdemone.*

Majo, Junio. ♃

*Stolones* nulli: *caules* brevissimi, rudimentis foliorum tecti, et fusci: *foliola* supra virentia, basi subintegra; lateralia basi interiore exeisa, 6-10 lin. longa, 4 9 lin. lata; dente summo non semper reliquis minore: *pedunculi* tenues, 1-2 ½-pollicares, folio uno aut altero elliptico-cuneato instructi, et una cum petiolis pilis albis mollibus patentibus obsiti: *calycis* laciniae ovato lanceolatae, acutae, basi purpurascentes: *petala* alba, calyci aequalia, cuneiformia, emarginata, aut obcordata: *stamina* apice approximata: *semina* ad umbilicum pilosa, caeterum glabra, vix rugulosa, albida: *receptaculum* villosum—Hisce characteribus potius cum *P. micrantha,* quam cum hac conveniret, si semina valde rugulosa essent.

**2.** P. CAULESCENS, *b. petiolulosa. Dec. pr. 2. p. 584.*

P. caulibus brevissimis caespitosis, annotinis adscendentibus erectisque corymboso-multifloris, foliis inferioribus 5-superioribus 3-atis, foliolis oblongo-vel elliptico-cuneatis subretusis superne glabriusculis apice conniventi-serratis ciliatis, stipulis lanceolatis superioribus latioribus, petalis oblongis emarginatis calycem subexcedentibus, receptaculo hirsuto, filamentis sericeo-pubescentibus.

Ic. *Ser. mus. helv. 1. p. 64. t. 5* — Pentaphyllum rectum, minus, flore albo. *Cup. panph. 1. t. 189 — Bon. t. 165.*

In rupibus elatioribus montosis; *Madonie a Rocca di Mele, a Monte Scalone.*

Junio, Julio. ♃

*Radix* lignosa, nigricans: *caules* plures, caespilosi, brevissimi, rudimentis foliorum tecti: *cauliculi* annotini 3-6-pollicares, graciles, una cum petiolis pilis albis patentibus obsiti: *folia* radicalia numerosa, longe petiolata: *foliola* utrinque virentia, ac pilosa, a medio ad apicem argute serrata; duo exteriora basi interiore obliqua, intermedium saepe breve petiolulatum: *bracteae* trifidae, vel integrae: *calycis* laciniae lanceolato-acuminatae, petalis breviores.

A vera *P. caulescente*, cujus specimen misit Cl. *Reich.* differt: habitu robustiore; foliolis latioribus, magis serratis, basi minus angustatis, intense virentibus; floribus majoribus, et cum illis *P. petiolulatae Gaud.* exacte conveniunt, quamvis foliolum intermedium vix manifeste reliquis longius petiolulatum sit; ita ut magis habitu quam firmis characteribus inter se differunt—Confer *P. crassinervia Moris fl. sard. 2. t. 72.*

** *Floribus luteis.*

**3.** P. REPTANS. *Lin. sp. pl. 714 — Ucria H. Pan. p. 217 — Guss. pr. 1. p. 583.*

**P.** caule flagelliformi repente, foliis glabriusculis 5-atis, inferioribus longe petiolatis, foliolis ovali-oblongis obovatisque ciliatis dentato-serratis, pedunculis axillaribus unifloris folio longioribus solitariis.

Pentaphyllum minus, procumbens, flore luteo, vulgare, radiculas emittens ex geniculis. *Cup. H. Cath. p. 164* — P. luteum. *Cast. H. Mess. p. 42*, et — P. majus, repens. *l. c. p. 18.*

Ic. *Fl. dan. 1164 — Lam. ill. gen. t. 442. f. 1*, mediocris — Quinquefolium majus. *Dod. pempt. p. 116.*

In pascuis humentibus, in cultis, ad sepes, et ad vias ubique in Sicilia.

A Vere ad Autumnum. ♃

*Caules* una cum pedunculis petiolisque adpresse pilosi, late excurrentes, ad nodos et ad apicem radicantes; radicibus aliquando ob insectorum puncturam in tubera incrassatis: *folia* inferiora longe petiolata, versus caulis apicem fere sessilia, laete virentia: *pedunculi* 1-3-pollicares, erecti: *calycis* laciniae minores facie interiore albido-lanatae, in fructu erecto-conniventes, exteriores patentes: *petala* calyce duplo majora: *semina* glabra, levia, nitidiuscula.

In icone *Fl. dan. folia* subtus glaucescentia, quod in Sicilia minime observatur.

4. *P. pedata. Nestl. monogr. de Pot. p. 44 — Spr. s. veg. 2. p. 536 — Guss. pr. 1. p. 583.*

P. pilosa, caule erecto vel adscendente, foliis pedato-septenatis quinatisque, foliolis cuneiformi-spathulatis inciso-dentatis utrinque virentibus, stipulis subintegris, petalis obcordatis emarginatis calyce duplo-longioribus, seminibus rugosis ! marginulatis, receptaculo ovato prominulo piloso.

P. hirta. *Ucria H. Pan. p. 216* — P. rubens. *All. ped. n. 1486*, non *Vill.* — Pentaphyllum, vel melius heptaphyllum, rectum, caule rubente, hirsutum. *Cup. H. Cath. p. 165.*

Ic. *Nest. l. c. t. 7 — Schrank hort. monac. t. 17* — Quinquefolium montanum, luteum, erectum, hirsutum. *Cup. panph. 1. t. 156*, et *2. t. 178 — Bon. t. 80.*

In collibus aridis elatioribus, et in montosis; *Palermo a S. Martino presso la Nivera, Pizzuta, via della Piana de' Greci, Mistretta, Bronte, Nicolosi a S. Lio, Cesarò: Petralia (Herldr.)*

Majo, Julio. ♃

*Caules* 1-1 ½-pedales, virentes, aut rubentes, una cum petiolis et pedunculis patenter pilosi: *folia* inferiora longe petiolata, suprema sessilia, saepe tripartita; *foliolis* 2-4 lin. latis, 8-18 lin. longis, plus minus profunde inciso-dentatis, utrinque virentibus, ciliatis, apice saepius truncatis, in sterilibus fere linearibus et aetate saepius glabratis: *calycis* laciniae acutae, non vero acuminatae, *petalis* aureis subduplo breviores: *semina* fusca, glabra, tamen corrugato-rugosa, quo charactere statim a sequente dignoscitur.

Icones *Nestl.* et *Schrank* superius citatae, quia a plantis cultis depromptae, habitu ab hac nostra recedunt; illae vero *Cupani*, et *Bonanni* praeter corollas, quae male calyci aequales pinguntur, hanc exacte pro reliquis characteribus referunt — Nomen *Nestleri* retinui, errore vitandi gratia inter speciem *Allionii*, et *Villarsii*.

5. *P. inclinata. Vill. delph. 3. p. 567 — Willd. sp. pl. 2. p. 1102.*

P. adpresse piloso-canescens, caule adscendente, foliis 5-atis, foliolis cuneiformi-spathulatis inciso-dentatis, supra virentibus, subtus canotomentoso-pilosis, stipulis integris, petalis obcordatis calycem subexcedentibus, seminibus levissimis immarginatis, receptaculo acuto prominulo piloso.

P. adscendens. *Willd. en. H. Ber. p. 554*, ex *Kock syn. p. 214.*

Ic. *Vill. l. c. t. 45*, rudis.

In pratis apricis, et apertis nemorum; *Boschi di Caronia, e di Mistretta.*

Majo, Junio. ♃

*Caules* rubentes, aut virentes, ½-1-pedales: *folia* inferiora longe petiolata; suprema sessilia, tripartita: *calycis* laciniae acutae: *petala* pallide lutea — *Habitus* omnino praecedentis, et foliola fere exacte ut in illa: sed *pubescentia* totius plantae densior, magis al-

bida, et fere adpressa: *folia* inferiora minus longe petiolata (petiolo 1-1 ½, in illa usque 5-pollicari), subtus fere sericeo-canescentia: *flores* subduplo minores, ac pallidiores: *semina* albida, semiovoidea, glaberrima, levissima, ideoque immerito a Cl. *Dec. in pr. 2. p. 578*, et ab aliis cum *P. canescenti Bess.* confusa, in qua semina sunt certe rugulosa!—*P. tomentosa Ten. fl. nap. 4. p. 294* ab hac prorsus aliena est.

6. *P. calabra. Ten. fl. nap. 1. p. 287 — Guss. pr. 1. p. 584.*
P. caule declinato, foliolis subtus pedunculis calycibusque albo-tomentosis, foliis quinatis superne glabratis virentibus, foliolis obovato-cuneiformibus inciso-laciniatis, calycibus petala integra subaequantibus, receptaculo piloso, seminibus levibus.
Pentaphyllum foliis profunde sectis, subtus argenteis, flore luteo. *Cup. H. Cath. p. 164.*
Ic. *nulla.*
*b.* foliis utrinque albo-tomentosis.
Ic. *Ten. t. c. t. 44* — Pentaphyllum argenteum, minus, repens. *Cup. panph. 3. t. 68.*
In aridis apricis, ac herbosis montosis; *Madonie, Etna, Floresta*: var. *b. Madonie.*
Junio, Julio. ♃
*Caules* nunquam erecti, sed semper declinati vel decumbentes, 2-8-pollicares, ramosissimi: *stipulae* lanceolato-lineares, integrae, acutae: *folia* numerosa, approximata, inferiora petiolata, superiora subsessilia, et saepius opposita, circumscriptione orbiculata: *foliola* a medio ad basim integra: *pedunculi* graciles, saepe bracteati, vix pollicares: *calycis* laciniae ovatae, obtusiusculae: *flores* parvi, aurei: *petala* integerrima, vel vix emarginata, calycem superantia: *semina* levia, et minime rugulosa, glaberrima, albida.
Proxima *P. argenteae*, cujus varietatem putat Cl. *Dec. pr. 2. p. 577*, sed indicatis notis diversa. Confer quoque *Reich. fl. ger. excur. 2. p. 594.*

---

† 7. *P. pinnatifida. Presl del. Prag. p. 54 — Guss. pr. 1. p. 585.*
P. caule sarmentoso, foliis quinatis, foliolis obovato-cuneiformibus duplicato obtuseque serratis utrinque pubescentibus, pedunculis solitariis axillaribus folio longioribus, segmentis calycinis stipulisque pinnatifido-incisis, petalis rotundatis calyce brevioribus.
In arvis humidis; *Palermo presso il fiume Oreto.*
Julio. ♃ (*Presl.*)

† 8. *P. supina. Lin. sp. pl. 714 — Ucria H. Pan. p. 216 — Guss. pr. 1. p. 585.*
P. foliis pinnatis, caule dichotomo decumbente.
In montosis; *Madonie* (*Ucria*).

## GEUM.

*Gen. pl. ed. Schreb. n. 691 — Endl. gen. n. 6386.*

*Cal.* 10-fidus; laciniis alternis minoribus. *Pet.* 5, calyce saepe majora. *Styl.* terminalis. *Sem.* exsucca, receptaculo sicco oblongo imposita, aristata; arista plerumque geniculata, apice uncinata. (*Herbae perennes*: *folia* impari et interrupte pinnata, foliolo terminali majore: *stipulae* petiolo adnatae: *pedunculi* terminales, 1-flori: *flores* parvi, lutei.)

1. *G. urbanum. Lin. sp. pl. 716, b. australe.*
G. caule erecto petiolis pedunculisque molliter patenti-pilosis, foliis radicalibus interrupte pinnatis, foliolis suborbiculatis basi cuneatis, impari maximo trilobo, caulinis ternato-pinnatis, supremis trilobis integrisque, floribus erectis, calycibus petala rotundata aequantibus, aristis uncinatis glabris, appendicibus pilosis.
G. urbanum. *Ucria H. Pan. p. 217* — G. intermedium, *Guss. pr. 1. p. 585* — Caryophyllata vulgaris. *Cup. H. Cath. p. 38* — C. Matthioli. *Cast. H. Mess. p. 6.*
Ic. *nulla.*
In sylvis, et in nemoribus montosis; *Madonie, Ficuzza, Boschi di Valdemone*: *Pizzuta* (*Parlatore*).
Majo, Junio. ♃
*Herba* pallide vel intense virens: *caules* erecti, aut basi adscendentes, saepe plures ex eadem radice, 1-2-pedales: *foliola* in foliis caulinis basi cuneata, margine uti folia suprema simplicia, dentato-incisa; in foliis radicalibus suborbiculata vel ovata, crenata, aliquando cordata: *stipulae* ovato-suborbiculatae, inciso-dentatae: *pedunculi* fructiferi elongati, et subdivaricati: *semina* compressa, ad angulos piloso-hispida, virentia; *aristae* vero purpurascentes, incurvae, appendicibus angulo recto ab arista inflexis.
Cl. *Ten. in fl. nap. 4. p. 298* sub *G. intermedio Bess.* meum synonymum citat, sed quam certe ab illa specie planta sicula diversa, et ad *G. urbani* varietatem spectat!

---

† 2. *G. rivale. Lin. sp. pl. 717 — Ucria H. Pan. p. 218 — Guss. pr. 1. p. 586.*
G. floribus nutantibus, fructu oblongo, aristis plumosis.
In humidis *Polizzi* (*Ucria*).

## FINIS VOLUMINIS PRIMI.

*Februar. an. 1843 absoluti.*

# ADDENDA

Pag. 23 — Salvia verbenaca *Adele*.
Ic. *Reich. cent. 6. f. 718.*

53 — Romulea.
Trichonemae species. *Ker.*

164 — Holosteum umbellatum.
Ic. *Reich. cent. 15. t. 221. f. 4901.*

180 — Asperula suberosa.
A. glauca. *Jan elench. p. 2.*

204 — Alchemilla aphanes.
Aphanes arvensis. *Lin. sp. pl. 179.*

id. — Hypecoum procumbens.
Ic. *Reich. cent. 14. f. 4464.*

208 — Sagina procumbens.
Ic. *Reich. cent. 15. t. 201. f. 4959.*

209 — — maritima.
Ic. *Reich. cent. 15. t. 201. f. 4960.*

id. — — apetala.
Ic. *Reich. cent. 15. t. 200. f. 4958.*

id. — Moenchia erecta.
Ic. *Reich. cent. 15. t. 227. f. 4953.*

229 — Cynoglossum cheirifolium.
Ic. *Reich. cent. 8. f. 1050 , et 1051.*

249 — Campanula dichotoma.
Ic. *Reich. cent. 5. f. 632.*

252 — Trachelium lanceolatum.
Dum volumen hoc sub typis erat amicus *Bianca* ex *Avola* misit hujus plantae specimina florida, nomine *T. longifolii*, ex quibus comperii speciem esse a *T. coeruleo* revera omnino diversam ; simulque inde in litteris me monuit , ad descriptionem *l. c.* traditam sequentes characteres a se in vivis plantis observatos esse adjungendos :
*Folia* 3-6-pollicaria , basi in petiolum attenuata , superne obscure virentia , inferne pallidiora ac fere glaucescentia ; caulina superiora pauca , lanceolato-linearia, integra : *bracteae* angustissime lineares, integrae , pedunculis breviores , obtusiusculae , patentes, vel laxe adpressae : *corymbi* 2-3-pollicares, pedunculis erecto-patulis, ultimis gracilibus : *calycis* 5-nervosi laciniae erectae vel apice patulae, lin. circiter longae:*corollae* tubus 4-5-linearis, pentagonus , albidus ; limbi laciniis oblongis, acutiusculis, externe

carinatis ac albidis, interne amoene coeruleis: *filamenta* capillaria: *antherae* inclusae, coerulescentes: *stylus* longissimus, pollicaris, exertus; *stigmate* pubescente — Floret Julio.

Pag. 258 — Thesium humile.
Ic. *Reich. cent. 8. f. 947.*
380 — Myosurus minimus.
Ic. *Reich. cent. 13. f. 4569.*
426 — Berberis vulgaris.
Ic. *Reich. cent. 14. f. 4486.*
494 — Stellaria media, var. *b.*
Ic. Alsine media. *Reich. cent. 15. t. 222. f. 4904 ?*
id. — — media, var. *c.*
Ic. Alsine neglecta. *Reich. cent. 15. f. 4905 ?*
id. — Moehringia trinervia.
Ic. *Reich. cent. 15. t. 216. f. 4943.*
495 — Arenaria serpyllifolia.
Ic. A. serpyllifolia, *b. leptodados. Reich. cent. 15, t. 216. f. 4941.*
id. — — sphaerocarpa.
Ic. serpyllifolia. *Reich. l. c.*
466 — — grandiflora.
Ic. *Reich. cent. 15. t. 218. f. 4946.*
498 — Alsine Rosani, var. *b.*
Ic. Pettera graminifolia.*Reich.cent.15.t.220.f.4954.*
id. — — verna, var. *a.*
Ic. Tryphane verna.*Reich. cent. 15. t.207.f. 4929.*
id. — — — var. *c.*
Ic. Triphane verna, var. leptophylla. *Reich. l. c.*
500 — — tenuifolia.
Ic. Subulina tenuifolia.*Reich.cent.15. t.204.f. 4916.*
505 — Cerastium glomeratum.
Ic. C. vulgatum. *Reich. cent. 15. t. 229. f. 4970.*
507 — — arenarium.
Ic. C. semidecandrum, denuo in *Reich. cent. 15. t. 228. f. 4968.*
508 — — pentandrum.
Ic. C. macilentum. *Fries. Reich. cent. 15. l. c.* absque numero, quoad habitum.
509 — — alsinoides.
Ic. C. atrovirens. *Reich. cent. 15. l. c.* absque numero, quoad habitum.
id. — — brachypetalum.
Ic. *Reich. cent. 15. t. 229. f. 4971.*
512 — Spergula subulata.
Ic. Spergella subulata.*Reich. cent.15. t.202.f. 4963.*

---

N. B. = Emendationes typographicas in sequente volumine lector inveniet.

# INDEX GENERUM

N. B. *Literae romanae genera admissa indicant, cursiva synonyma recentiora.*